Annaei Roberti *Aurelii jurisc. clarissimi Rerum judicatarum libri IIII. Renovata editio. Cui praeter antea editam capitum synopsin, accessit novus rerum et verborum index perutilis et copiosous, nec hactenus promulgatus, qui locorum communium instar esse poterit in eosdem Roberti libros.* - Lugduni : ex typographia Simonis Rigaud, 1620. - 1 vol. ([16]-886-[114] p.). Notes bibliogr. Index

**Liminaria.....Plat supérieur**

[Plat supérieur.].....Plat supérieur

[Ex-libris manuscrit.].....1re garde volante

[Page de titre.].....[sig. ã]

[Dédicace :] Ad illustrissimum et ornatissimum D. Achillem Harlaeum principem senatus Franciae.....sig. ã,2

Index capitum.....sig. ã,4

[Poème dédicatoire].....sig. ã,7

Permissions.....sig. ã,8,v

**[Annaei Roberti Aurelii rerum judicatarum Liber primus.].....1**

Caput 1. Legitima parentibus debita praefertur legatis in pias causas factis.....1

Caput 2. Clandestinas repromissiones extra contractum matrimonii factas, improbari et rejici, easque pro nullis haberi.....9

Caput 3. De pecunia legata, cujus distributio sacerdoti commissa fuit.....22

Caput 4. Falso caedis damnatus.....32

Caput 5. De empiricis qui conceptis precum et verborum formulis morbos curare profitentur.....51

Caput 6. Veneficii a sacerdote commissi cognitio an laico judici competat, an vero ad judicem ecclesiasticum remitti debeat.....81

Caput 7. De pensionibus et resignationibus beneficiorum.....98

Caput 8. De secundis nuptiis, et an mater, quae ad secunda vota transiit, liberorum educatione et legati usufructus commodo privari debeat.....133

Caput 9. Utrum mater educationem filiae ex illegitimo coitu procreatae habere debeat.....145

Caput 10. De judiciis adversus reos absentes et contumaces.....157

Caput 11. Jurisjurandi forma, cui superstitiosae caeremoniae ascribuntur, non est praecise ac necessario observanda.....187

Caput 12. De bonis eorum qui sibi mortem consciverunt.....203

Caput 13. Vidua, quae ipso luctus anno impudice vixit, privatur dotalitio seu doario.....222

Caput 14. De vidua quam haeredes mariti arguunt et adulteram et caedis mariti participem fuisse.....240

Caput 15. De aequalitate inter liberos ex pacto servanda.....256

Caput 16. De numerorum varia aestimatione, et utrum in solutione debeat inspici nummorum valor, qui fuit tempore contractus.....269

**Annaei Roberti Aurelii rerum judicatarum Liber secundus.....287**

Caput 1. De consuetudinibus Franciae. Et a quo tempore nova consuetudo vim et effectum habere incipiat.....287

Caput 2. De Carthusianis et an immunitas ecclesiastica ad praedia recens a monasteriis acquisita extendatur.....301

Caput 3. An ecclesiastici a viarum refectione sint immunes.....339

Caput 4. Filiarum renunciationes, quae tabulis nuptialibus accepta dote fiunt, legitimas esse et validas.....344

Caput 5. Filia per renuntiationem exclusa et praemortua, an nepos ex ea filia ad successionem avi admittatur.....361

Caput 6. An mulieres ad debiti solutionem prehensione et carceris taedio compelli possint.....366

Caput 7. De indicta viduitate.....379

Caput 8. De contractibus pignoratitiis, de antichresi et de licito ac constituto pecuniae reditu.....394

Caput 9. An avo liceat exhaeredare nepotes, qui ex eo matrimonio nati sunt, quod filius citra patris consensum contraque ejus voluntatem contraxerat.....404

Caput 10. De testamento nuncupativo tempore pestis facto, et de regia constitutione Molinaeis lata.....421

Caput 11. Nulli concedendam in urbibus limitaneis immunitatem ab excubiis et portarum custodia.....442

Caput 12. Pendente et nondum decisa matrimonii quaestione, accusatio furti interea cessare et quiescere debet.....454

Caput 13. Qui filiis donat aut legat videtur patri donare vel legare.....462

Caput 14. De donatione facta filio naturali et illegitimo.....472

Caput 15. Qui non habet in aere luat in corpore.....479

Caput 16. De regio Lugdunensium nundinarum judice.....486

Caput 17. De legitima matrimonii et ingenuitatis probatione.....497

Caput 18. Parentes et consanguineos an sola professio et asseveratio faciat.....516

Caput 19. An quis in ea caussa, in qua patronus et advocatus est, testis a parte adversa produci possit.....530

**Annaei Roberti Aurelii rerum judicatarum Liber tertius.....545**

Caput 1. De regaliis.....545

Caput 2. An titulus sacerdotalis alienari possit aut resignari.....572

Caput 3. An praebendae praeceptorialis favor graduatorum nominationi praevaleat.....583

Caput 3 (*sic* pour 4). De fructibus ecclesiastici beneficii : quomodo inter haeredes defuncti et successorem in beneficio dividentur.....594

Caput 5. Ecclesiastico judici de foedere matrimonii cognoscere licet, sed de damnis et eo quod interest pronuntiare non permittitur.....610

Caput 6. An pater invitus filio donare propter nuptias ideo cogi possit, quod antea liberis volens donaverat.....615

Caput 7. Cum frater fratrem interfecit, utrum occisi haereditas fisco, an vero proximo agnato deferatur.....625

Caput 8. Compromissi poenam statim appellatione interposita committi, nec paenitentiae locum esse.....640

Caput 9. An retractus gentilitius in venditione grandium arborum locum habeat.....646

Caput 10. Cujus expensis divisio rei legatae fiat, an haeredis, an legatarii.....650

Caput 11. Dotis promissio quando et quibus casibus donatio meraque liberalitas dici et censeri debeat.....653

Caput 12. Debitor qui legitimam sibi debitam pleno jure non petit, an in fraudem creditorum facere videatur.....659

Caput 13. De donatione mutua et reciproca inter sorores facta et an partus qui in utero est pro nato habeatur.....666

Caput 14. Prohibitio alienandi an impediat dominii translationem.....674

Caput 15. An fratrum filii repraesentationis jure cum patruis succedant, si de repraesentatione in linea collaterali nihil consuetudine caveatur.....680

Caput 16. An patruus, qui fratris filium ad successionem suam admitti voluerat, paenitere et voluntatem suam revocare possit.....685

Caput 17. In alienatione a minore facta, an contractus dies, an vero ratihabitionis spectari debeat ; et a quo tempore redhibitioni gentilitiae locus esse incipiat.....689

Caput 18. Laudimia venditionis adjecto redhibitionis pacto inita, an debeantur colono feudi qui tempore contractus erat, an vero ei qui illo tempore conductor et colonus fuit, quo finita redimendi facultate laudimia peti posse coeperunt.....700

Caput 19. Post divisionem inter cohaeredes factam an idem remaneat jus hypothecae antea contractae.....707

**Annaei Roberti Aurelii rerum judicatarum Liber quartus.....716**

Caput 1. Pactiones tabulis nuptialibus appositae servandae sunt, neque illis constante matrimonio contraria conventione derogari potest.....716

Caput 2. De donatione facta hospitali, sub conditione alimentorum ei, quae donaverat, praestandorum.....727

Caput 3. De bonis et haereditate ejus qui primum religiosus ordinis dominicani, deinde episcopus fuit.....738

Caput 4. Vtrum si omissa sit optio quae testamento fieri debebat, primogenitus solus tanquam praedilectus ad fideicommissum vocetur.....749

Caput 5. Confirmata lex "Cum haereditate", D. "De adquirenda vel omittenda haereditate".....762

Caput 6. An creditor post contractam et perfectam obligationem novas solutionis securitates petere possit.....766

Caput 7. Uno ex pluribus correis ad partis suae solutionem admisso, debiti divisionem aliorum respectu non induci.....771

Caput 8. Domo diruta ac deinde refecta et reaedificata, an jus habitationis donatae duret....774

Caput 9. An colonus dominum nominando ab instantia et lite absolvi debeat.....778

Caput 10. De visitatione, et congressu, et dissolvendo ex causa frigiditatis matrimonio.....780

Caput 11. De satisdatione quae initio litis a peregrino et extero praestari debet.....818

Caput 12. De actione injuriarum, et an ad eos qui ex familia sunt pertineat.....822

Caput 13. Aes alienum quomodo inter primogenitum et caeteros cohaeredes dividatur.....826

Caput 14. An qui praesens est et non contradicit juri suo renuntiare censeatur.....832

Caput 15. De executione sententiae, quae in tempus solemnis supplicationis et publicae processionis incidit.....839

Caput 16. An mors civilis eundem sortiatur effectum, quem mors naturalis habet.....852

Caput 17. De detractione legitimae et Trebellianicae, et quando prohibita aut remissa dicatur.....862

Caput 18. An contractum usurarium vetustas confirmare queat, et an priscae monetae bonitas in redimenda annui reditus sorte considerari debeat.....868

Caput 19. De privilegio dotis.....878

**Rerum et verborum index in quatuor libros Annaei Roberti rerum judicatarum, qui locorum communium instar est.....sig. 3l**

A.....sig. 3l

B.....sig. 3l,6,v

C.....sig. 3l,8

D.....sig. 3m,8,v

E.....sig. 3n,5

F.....sig. 3n,7

G.....sig. 3o,2

H.....sig. 3o,2,v

I.[-J.].....sig. 3o,4,v

L.....sig. 3o,7,v

M.....sig. 3p,v

N.....sig. 3p,6,v

O.....sig. 3p,8,v

P.....sig. 3q,v

Q.-R.....sig. 3q,6

S.....sig. 3q,8

T.....sig. 3r,3,v

[U.-]V.....sig. 3r,5

Z.....sig. 3r,8

**Annotations manuscrites.....sig. 3r,8,v**

**Plat inférieur.....Plat inférieur**

**Dos.....Dos**


Source: BIU Cujas

+

Ce liure appartient
a Monsieur Charin
Adcat demeurant cheiz
Vn marchant plumassier
rue St Honoré enuiron
10 out 40 maisons plus bas
que la Croix du Tiroir
du mesme costé que la
Croix.

FACULTE DE DROIT DE PARIS BIBLIOTHÈQUE

Source : BIU Cujas

103138

ANNÆI

# ROBERTI AVRELII

## Iurisc. clarissimi

## RERVM IVDICATARVM

LIBRI IIII.

RENOVATA EDITIO.

*Cui præter antea editam Capitum synopsin, accessit nouus Rerum & Verborum* INDEX *pervtilis & copiosus, nec hactenus promulgatus, qui locorum communium instar esse poterit in eosdem Roberti libros.*

FACULTE DE DROIT DE PARIS BIBLIOTHÈQUE



*LVGDVNI,*

Ex Typographia SIMONIS RIGAVD, via Mercatoria, ante D. Antonium.

*M. DC XX.*

CVM LICENTIA ET PERMISSV.

BIBLIOTHEQUE PARIS

Source : BIU Cujas

Source : BIU Cujas

ANNÆI

# ROBERTI AVRELII

FACULTE DE DROIT DE PARIS BIBLIOTHÈQUE

## *RERVM IVDICATARVM Liber Primus.*

## AD ILLVSTRISS. ET ORNATISS. D. Achillem Harlæum Principem Senatus Franciæ.

*QVI latentes & abditas rerum naturalium causas inquirunt,* (HARLAEE *Princeps Senatus*) *fluminum perennes ortus fontiúmque scaturigines Oceano referunt: ínque eundem Oceanum aquas refluere mirantur, & naturali velut impetu remeare. Senatus, cuius authoritate salus totius Franciæ publicíque consilij dignitas continetur, Oceani amplitudinem faciémque vasti maris maiestate sua refert & repræsentat. Senatus inuictam imperij*



Source : BIU Cujas

huius fortunam in medio Galliæ tumultuantis æstu iactatam sistit, nutantem confirmat, atque Oceani instar, qui totius orbis vinculum est, commotos fluctus finibus suis compescit. Senatusconsulta autem, quibus ciuilis scientiæ præcepta constant, quem alium authorem laudare, aut ad quem nisi ad te principem Augustissimi Senatus, à quo profecta sunt, referri conueniens videatur? Est quippe rerum omnium quidam velut orbis, vt cuncta, vnde deriuantur, huc per vices reuerti naturalis ratio desideret. Tu verò clarissimum Senatus lumen, Curiæ decus, Franciæ ornamentum, cuius è facundo ore sacrosancta Curiæ decreta prodeunt & clarissima dirimendis controuersiis oracula, molem Francici Imperij eximia constantis animi magnitudine sustines, & fulgentem ornatissimi cœtus dignitatem insigni virtute tua, & ingentibus erga Regem Rémque publicam meritis auges & exornas. Nam siue te Senatusconsulta solemni in purpura pronuntiantem audio, seu nodos causarum & controuersiarum captiones litiúmque argutias subtiliter inquirentem admiror, seu negotia publica magno & assiduo molimine tractantem intueor, nihil est aut in hac Republica forensi arduum, aut in regni administratione anceps & negotiosum, cuius non prima laus tibi omni doctrinâ cumulatissimo debeatur. Hoc togati omnes, hoc forenses omnes, hoc vniuersi Curiæ Parisiensis ordines, quibus

exculta

*excultæ tuæ experientiæ, accurati vſus, & ſingularis ſapientiæ riuulos largiter infundis, agnoſcunt & fatentur. Itaque ingratus egò fuerim, ſi hos Senatuſconſultorum & rerum iudicatarum commentarios alterius nomini aut numini, quàm tuo offerrem & dicarem, vt quæ te potiſſimùm iactant authorem, tibi reddantur: Ac velut aquæ magno illo mari emiſſæ Oceanum ipſum repetunt, ita etiam Senatuſconſulta & Curiæ decreta, quæ tu Princeps Senatus pronuntiàs & authoritate publica ſancis, in te ſpontaneo induſtriæ meæ voto refluant. Lubens optaui, vt quemadmodum craſſa olim & ſalſuginoſa Oceani aqua per longos terræ meatus percolata limpidior fit & dulceſcit: ſic & ipſa Senatuſconſultorum tractatio, maieſtate ſuâ quàm vetuſtate commendabilior, ornari verbis, ſtudio, & induſtriâ meâ poſſet. Tentaui fateor, aliquid forſan aſſecutus. Sed quanta eſt tua in eloquendo ſuauitas, in decernendo grauitas, in pronuntiando facundia, quis adeò ſcientiâ & omni facultate dicendi perfectus, vt præſtantem Senatus iudiciorum dignitatem & diuina Curiæ oracula ſatis ingenio aſſequi aut dignè ſcriptis referre poſſit, nedum ſplendorem & decus adiicere præſumat? Imprudens qui rei ornatiſsimæ addere ſperat ornatum, qui poſt Roſcium agit, qui Apellæa Veneris tabulâ pulchrius quiddam & elegãtius pennicillo ſtudet imitari. Tãtum ergò abeſt, vt dum res iudicatas ſcriptis conſigno, ornatum,*



Source : BIU Cujas

gratiam, splendorem illis attuliſſe me profitear: Id potiùs pertimeſcam, ne cultura & labore meo acerbiora videantur & minùs polita, quæ tu grauiter, diſertè, & innata quadam dicendi maieſtate pronuntias. Quin & litium praxis ipsáque forenſis cauſarum tractatio rudis eſt, aſpera, ſcabroſa, ac propè aliena à Muſis humanioribus. Tum ipſa excuſat circumfuſa negotiorum, quibus in foro obſeſſi & oppreſsi vix reſpirare poſſumus, multitudo. Quotuſquiſque in tanta rerum forenſium occupatione, relicta meſſe aurea, literarum monumentis & æternæ Senatus commendationi ſtudet? Itaque ſeu laborioſam forenſis operæ aſsiduitatem excuſari placet, ſeu ipſa Senatuſconſultorum præſtans & inſignis authoritas ornatum omnem & elegantiam ſuperat: hoc qualecunque munus, excultum an incultum, benеuolo vultu excipe. Non curant numina ſolemnem faſtum aut exquiſita rerum ad oſtentationem pretia, nec ſolent ſalutantium voces ex verborum pompa & orationis delectu æſtimare. Fictilibus interdum gaudent, nudáque ac ſimplici venerantium pietate delectantur. At te, Senatus Franciæ numen & lumen, ſi animum meum & bene merentis vota reſpicis, lauda conatum hominis, qui iſto ſucciſiui temporis labore voluit aliquod ſuæ in te obſeruantiæ perpetuíque officij monumentum æternæ nominis tui memoriæ ſacrare.

INDEX

Source : BIU Cujas

# INDEX CAPITVM
## LIBRI PRIMI.


Cap. 1. LEgitima parentibus debita præfertur legatis in pias causas factis fol. 1.

Cap. 2. Clandestinas repromissiones extra contractum matrimonij factas improbari & reiici, eásque pro nullis haberi 9

Cap. 3. De pecunia legata cuius distributio sacerdoti commissa fuit 22

Cap. 4. Falsò cædis damnatus 32

Cap. 5. De Empiricis, qui conceptis precum & verborum formulis morbos curare profitentur 51

Cap. 6. Veneficij à sacerdote cõmissi cognitio an laico iudici competat, an verò ad Iudicẽ Ecclesiasticum remitti debeat 81

Cap. 7. De pensionibus & resignationibus beneficiorum 98

Cap. 8. De secundis nuptiis, & an mater, quæ ad secunda vota transiit, liberorum educatione & legati vsusfructus commodo priuari debeat 133

Cap. 9. Vtrum mater educationem filię ex illegitimo coitu procreatæ habere debeat 145

Cap. 10. De iudiciis aduersùs reos absentes & contumaces 157

Cap. 11. Iurisiurandi forma, cui superstitiosæ cæremonię ascribuntur, non est præcisè ac necessariò obseruanda 187




Source : BIU Cujas

Cap. 12. De bonis eorum, qui sibi mortem conscíuerunt 203
Cap. 13. Vidua, quæ ipso luctus anno impudicè vixit, priuatur dotalitio seu doario 222
Cap. 14. De vidua, quam hæredes mariti arguunt & adulteram & cædis mariti participem fuisse 240
Cap. 15. De æqualitate inter liberos ex pacto seruanda 256
Cap. 16. De nummorũ varia æstimatione, & vtrũ in solutione debeat inspici nummorum valor, qui fuit tempore contractus 269

## INDEX CAPITVM LIBRI SECVNDI.

Cap. 1. DE Consuetudinibus Franciæ. Et à quo tẽpore noua cõsuetudo vim & effectum habere incipiat 287
Cap. 2. De Carthusianis, & an immunitas Ecclesiastica ad prædia recèns à monasteriis acquisita extendatur 301
Cap. 3. An Ecclesiastici à viarum refectione sint immunes 339
Cap. 4. Filiarum renuntiationes, quæ tabulis nuptialibus accepta dote fiunt, legitimas esse & validas 344
Cap. 5. Filiâ per renuntiationem exclusâ & præmortuâ, An Nepos ex ea filia ad successionem aui admittatur 361
Cap. 6. An mulieres ad debiti solutionẽ prehensione & carceris tædio cõpelli possint 366
Cap. 7. De indicta viduitate 379
Cap. 8. De contractibus pignoratitijs: de Antichresi

Source : BIU Cujas

chresi & de licito ac constituto pecuniæ reditu 394
Cap. 9. An auo liceat exhæredare nepotes, qui ex eo matrimonio nati sunt, quod filius citra patris consensum, contraque eius voluntatem contraxerat 404
Cap. 10. De testamento nũcupatiuo tempore pestis facto: Et de Regia constitutione Molinæis lata 421
Cap. 11. Nulli concedendam in vrbibus limitaneis immunitatem ab excubiis & portarum custodia 442
Cap. 12. Pendente & nondum decisa matrimonij quæstione, Accusatio furti interea cessare & quiescere debet 454
Cap. 13. Qui filiis donat aut legat, videtur patri donare vel legare 462
Cap. 14. De donatione facta filio naturali & illegitimo 472
Cap. 15. Qui nõ habet in ære, luat in corpore 479
Cap. 16. De Regio Lugdunensium nundinarum Iudice 486
Cap. 17. De legitima matrimonij & ingenuitatis probatione 497
Cap. 18. Parentes & consanguineos an sola professio & assueratio faciat 516
Cap. 19. An quis in ea causa, in qua patronus & aduocatus est, testis à parte aduersa produci possit 530

## INDEX CAPITVM LIBRI TERTII.

Cap. 1. DE Regaliis 545
Cap. 2. An titulus sacerdotalis alienari



Source : BIU Cujas

possit aut resignari 572
Cap. 3. An præbendæ præceptorialis fauor graduatorum nominationi præualeat 583
Cap. 4. De fructibus Ecclesiastici beneficij quomodo inter hæredes defuncti & successorem in beneficio diuidantur 594
Cap. 5. Ecclesiastico iudici de fœdere matrimonij cognoscere licet, sed de damnis & eo quod interest pronuntiare non permittitur 610
Cap. 6. An pater inuitus filio donare propter nuptias ideò cogi possit, quòd antea aliis libris volens donauerat 615
Cap. 7. Cùm frater fratrem interfecit, vtrũ occisi hæreditas fisco, an verò proximo agnato deferatur 625
Cap. 8. Cõpromissi pœnam statim appellatione interposita committi nec pœnitentiæ locum esse 640
Cap. 9. An retractus gentilitius in venditione grandium arborum locum habeat 646
Cap. 10. Cuius expensis diuisio rei legatæ fiat, an hæredis an legatarij 650
Cap. 11. Dotis promissio quando & quibus casibus donatio meráque liberalitas dici & censeri debeat 653
Cap. 12. Debitor qui legitimam sibi debitam pleno iure non petit, An in fraudem creditorum facere videatur 659
Cap. 13. De donatione mutua & reciproca inter sorores facta: Et an partus qui in vtero est, pro nato habeatur 666
Cap. 14. Prohibitio alienandi an impediat dominij translationem 674

Cap.

Source : BIU Cujas

Cap. 15. An fratrum filij repræsentationis iure cũ patruis succedant, si de repræsentatione in linea collaterali nihil consuetudine caueatur 670
Cap. 16. An patruus qui fratris filiũ ad successionem suam admitti voluerat, pœnitere & voluntatem suam reuocare possit 685
Cap. 17. In alienatione à minore facta, An contractus dies, An verò ratihabitionis spectari debeat: Et à quo tempore redhibitioni gentilitiæ locus esse incipiat 689
Cap. 18. Laudimia vẽditionis adiecto redhibitionis pacto initæ, An debeãtur colono feudi, qui tempore contractus erat, An verò ei qui illo tempore conductor & colonus fuit, quo finita redimendi facultate laudimia peti posse cœperunt 700
Cap. 19. Post diuisionem inter cohæredes factam an idem remaneat ius hypothecæ antea contractæ 707

## INDEX CAPITVM LIBRI QVARTI.

Cap. 1. PActiones tabulis nuptialibus appositæ seruandę sunt, neque illis constante matrimonio contraria conuentione derogari potest 716
Cap. 2. De donatione facta hospitali sub conditione alimentorum ei, quæ donauerat, præstandorum 727
Cap. 3. De bonis & hæreditate eius qui primùm religiosus ordinis Dominicani, deinde Episcopus fuit 738
Cap. 4. Vtrũ si omissa sit optio quę testamẽto fieri

Source : BIU Cujas

ri debebat, primogenitus solus tãquã prædilectus ad fideicomissum vocetur 749
Cap. 5. Confirmata l. cum hæreditate, ff. de acquir. vel omitt. hæred. 762
Cap. 6. An creditor post contractam & perfectam obligationem nouas solutionis securitates petere possit 766
Cap. 7. Vno ex pluribus correis ad partis suæ solutionem admisso, debiti diuisionem aliorum respectu non inducí 771
Cap. 8. Domo diruta ac deinde refecta & reædificata, An ius habitationis donatæ duret 774
Cap. 9. An colonus dominum nominando ab instantia & lite absolui debeat 778
Cap. 10. De visitatione, & cõgressu, & dissoluẽdo ex causa frigiditatis matrimonio 780
Cap. 11. De satisdatione, quæ initio litis à peregrino & extero præstari debet 818
Cap. 12. De actione iniuriarum, Et an ad eos qui ex familia sunt pertineat 822
Cap. 13. Æs alienũ quomodo inter primogenitũ & cæteros cohæredes diuidatur 826
Cap. 14. An qui præsens est & non contradicit, iuri suo renuntiare censeatur 832
Cap. 15. De executione sententiæ quæ in tempus solemnis supplicationis & publicæ possessionis incidit 839
Cap. 16. An mors ciuilis eundem sortiatur effectum, quem mors naturalis habet 852
Cap. 17. De detractione legitimę & Trebellianicæ: & quando prohibita aut remissa dicatur 862
Cap. 18. An contractum vsurarium vetustas confirmare

Source : BIU Cujas

firmare queat: Et an priſcæ monetæ bonitas in redimenda annui reditus ſorte conſiderari debeat 868
Cap. 19. De priuilegio dotis 878

De tribus ANNÆIS ſelectioribus, in diuerſo triplicíque genere ſcribendi præcipuo, Scriptoribus, quos tum olim, in duobus Senecis, tum hoc ſæculo, in Roberto noſtro (qui cum illis, ſuo dicendi ſcribendíque robore, ſeneſcat annoſus) haud anile quicquam aut inane ſcriptis mandaſſe, ſua Iuridica, Philoſophica, Poëtica ſcripta, ſempiternæ poſteritatis memoriæ conſignata, perhibebunt.

## HENDECASYLLABI.

*ANNÆOS ſibi tres celebret Orbis,*
*Annæos ſibi tres celebret Ætas,*
*Annoſos vigeant & hi per annos,*
*Seclis qui variis tribus ſteterè*
*Doctrinâ celebres, vt arte clari*
*Diuersâ, lepidis tribúſque libris*
*Inſignes, quibus hæc Trias beata*
*Circumfert titulos pares, ſtupóſque.*
*Bini quos memorant priora ſæcla,*
*Bini quos referunt ſui libelli*
*Diuerſis numeris, grauique lima*
*Conſcripti, grauibus locis Sophiæ* a
*Seu profitent tragico aut graues Cothurno* b.
*Ternus quemque hodie libellus iſte* c,
*Doctrina redolens graui, parique,*
*(Iuris quo pateat foríque noſtri*
*Summa è principio ſtatens Senatu)*

a Annæus Seneca Philoſophus.
b Annæus Seneca Tragicus.
c Annæus Robertus Iuriſc.

*Infert*

Source : BIU Cujas

*Infert his ſocium parem, æmulúmque.*
*Ex illis Sophia ediſit priorem,*
*Ex iiſdem tulit alterúmque Phœbus,*
*Hunc ternum generat Themis ſacrata.*
*Sic tres ſe triplici ferunt ab ortu*
*Clari, Iuridicus, Sophos, Poëta.*
ANNÆIS *tribus his, tribúſque libris*
*Annoſus ſit honos, perennis annus.*

C.P.P.



Source : BIU Cujas

## *PERMISSIONS.*

IE conſens pour le Roy, le preſent Liure eſtre imprimé en ceſte ville de Lyon par SIMON RIGAVD, Marchand Libraire & Imprimeur, auec les defences en tel cas accouſtumees. Faict à Lyon, le deuxieſme Septembre, mil ſix cens dix-neuf.

BOLLIOVD,

*Aduocat du Roy.*

---

IL *eſt permis audict* SIMON RIGAVD *d'imprimer le preſent Liure, auec defences à tous autres en tel cas requiſes. Faict à Lyon, ce deuxieſme Septembre, mil ſix cens dix-neuf.*

SEVE,

*Lieutenant genèral.*

Source : BIU Cujas

# LEGITIMA PARENTIBVS DEBITA PRÆFERTVR Legatis in pias causas factis.

## CAPVT. I.

TITIVS, cùm patrem superstitẽ relinqueret, testamento bona omnia partim Ecclesiæ, partim pauperibus donat, & legatis in pias causas factis omnẽ hæreditatis suæ substantiam profusa largitione exhaurit. Titij pater legitimam sibi in bonis filij deberi asserit, & legitimæ parenti debitæ nullum fieri potuisse præiudicium contendit.

*CONTRA PATREM.* Magna est apud probos pióque homines piæ causæ commendatio: Magnum imminutæ charitatis & frigescentis Christiani affectus argumentum, quoties legatorum in Ecclesiam & pauperes fauor vllâ ciuilis officij consideratione superatur. Quid enim laudabilius, quídve magis Christianum quàm pietatem in parentes pietate in Deum ac pauperes vinci & superari? *Patrimonium Deo creditum* (inquit Diuus Cyprianus) *nec Respublica eripit, nec fiscus inuadit, nec calumnia aliqua forensis euertit. In tuto hæreditas ponitur quæ Deo custode seruatur. Hoc est charis pignoribus in posterum prouidere, hoc est futuris hæredibus*



Source : BIU Cujas

*paterna pietate consulere* [a]. Eleganter Diuus Hieronymus: *Licet* (inquit) *parvulus ex collo pendeat nepos, licet sparso crine & scissis vestibus vbera, quibus te nutrierat, mater ostendat, licet in limine pater iaceat: Per calcatum perge patrem, siccis occulis ad vexillum crucis euola. Solum pietatis genus est in hac re esse crudelem* [b]. Legitima iure nostro parentibus debeatur, necne, incertum si quidem de ea nihil legibus nostris nominatim cauetur. Neque verò in Francia filiorũfamilias ea est conditio, quam Romano iure obtinuisse legimus, cùm apud nos filiorumfamilias bona nec proprietatis, nec vsusfructus iure ad patres pertineant: vt neque etiam in aduentitiis patri apud nos vsusfructus competit. Romanis quidem legibus pater præteritus habebat inofficiosi querelam [c]. Apud nos tantum abest vt patris præteritio testamento obsit: imò neque etiam quæuis seu filij aut nepotis alteriúsve cuiuslibet præteritio testamentum rumpit. In illis enim Franciæ prouinciis, quæ proprias habent & municipales consuetudines, non ipsam attendimus hæredis institutionem quæ iure ciuili caput erat testamenti, néque præteritionem aut alias Romani iuris formulas curamus. Legitima quidem filiis debetur, ac nisi relicta sit querela inofficiosi competit: sed non ideo consequens est legitimam parentibus adiudicari. *Non sic parentibus liberorum, vt liberis parentum debetur hæreditas* (ait Papinianus) *parentes ad bona liberorum ratio miserationis admittit, liberos natura simul & parentum commune votum* [d]. Nam, si Luciano credimus, natura parentibus potius vt liberos, quàm liberis, vt parẽtes ament: precipit: καὶ τοί γε ἡ φύσις τοῖς πατράσι τοὺς παῖ

[a] Diuus Cyprianus li. de opere & eleemosinis

[b] D. Hiero. lib. 2. epistola 6. ad Heliodorũ.

[c] l. pater. ff. de inoff. testam.

[d] L. scripto in fi. ff. vn. de liberi.

Source : BIU Cujas

παίδας μᾶλλον ἢ τοὺς παῖδας τοὺς πατέρας ἐπιφέρει φιλεῖν a. Sed & si admittamus iure nostro patrem præteritum habere inofficiosi testamenti querelam, hoc tamen aliis casibus locum habeat: At in ista controuersia fauor piæ causæ omnẽ præteriti patris querelam excludit. Nam si in legatis ad pias causas relictis leges nullum esse voluerunt Falcidiæ aut cuiuis detractioni locum b: Cur non & hoc casu idem dicemus, cùm satis constet summam esse rationẽ quæ pro religione & piis causis facit c? Etenim quæ vel in Ecclesiam vel in pauperes erogantur, vix sine graui diuinæ vltionis animaduersione rescindere licet aut reuocare: Atque id Cedrenus exemplo confirmat. Nam cùm diues quidam grauiter ægrotans, mortis imminentis metu, triginta argenti libras certa piæ voluntatis polliciatione vouisset, dein valetudini pristinæ restitutus pœnitere vellet, & pecuniam in pauperes ex suo largiri recusaret, non mansit inulta auara hæc & flagitiosa pœnitentia: sed diues iste è morbo conualescens ad ipsam templi portam mortuus concidit d. Saluianus, *Nos* (inquit) *vsum tantùm earum rerum accipimus quas tenemus. Commodatis enim à Deo facultatibus vtimur, & quasi precarij possessores sumus, &c. Tenuimus quoad licuit, tenuimus quoad permisit ille qui præstitit: Quid rectius, quid honestius, quàm vt vbi res ab eo discedit qui vsum habuit, reuertatur ad eum possessio qui vtendam concessit* e? Basilius magnus Ærium & Alypium monet, ne ex iis omnibus, quæ defuncta mater Ecclesiæ legauerat, quidquam, ne lege quidẽ permittente, detrahant, aut defunctæ matris liberalitatem minuant f. Diuus Hieronymus, *O quanta beatitudo*

a Lucianus in abdicat.

b Aut similiter C. ad l. Falc. & Nouel. 131.

c L. sunt personæ. ff. de religiosis & sumpt. funerum.

d Cedren. pag. 314.

e Saluianus lib. 1. ad eccles. Cathol. pag. 328.

f D. Basilius epist. 140. ad Æriam & Alypium.



Source : BIU Cujas

(inquit) *pro paruis magna recipere, æterna pro breuibus, pro morituris semper viuentia, & habere Dominum debitorem* [a]? Euagrius Philosophus cùm trecentas auri libras Synesio Alexandriæ Episcopo commisisset, quas in pauperes piásque causas erogari & distribui consenserat, tandem mortuus expressa syngraphæ subscriptione testari voluit, sibi abundè cæleſti indulgentia satisfactum, séque centuplum ex scripta cautionis fide recepisse [b]. Rectè Diuus Augustinus: *Perparuum est, quod in eleemosinis datur, sed cùm piè datur, æternum inde meritum comparatur* [c]. Laudanda est ergo & obseruanda defunctorum vltima voluntas, quoties piâ liberalitate vel pauperes vel Ecclesiã ornare studẽt. Sidonius Apollinaris ait: *Inuigilet cœlestibus lingua præconijs, anima sententijs: dextera donarijs: Præcipuè tamen dextera donarijs: Quia quicquid Ecclesijs spargis, tibi colligis* [d].

[a] D. Hieron. ad Hedibiam. q. 1.

[b] Cedrenus pag. 315.

[c] D. Augustinus l. 1. contra aduersar. legis & Prophe.

[d] Sidonius Apollinaris lib. 8. epist. 4. ad Consentium.

*PRO PATRE.* Natura, quæ communis est omnium parens, non modò mutuis beneuolentiæ officiis homines inter se conciliat, sed & φιλοστοργίαν, affectus & amicitiæ iura plerumque ex proximitatis gradu & agnationis vinculo immittit & instillat. Nam & naturalis parentum erga liberos charitas, ac vicissim officiosa liberorum in suos parentes veneratio, paternam legitimæ petitionem magna commendatione fouet. *Parentes non amare impietas est: non agnoscere, insania* [e]. Quoties verò de fauore piæ causæ agitur, quid est iniquius quàm si in pietatis quæstione nullus paternæ reuerentiæ locus assignetur? aut quisnam esse potest tam infesto & duro pectore, qui non fateatur filiũ multò plus debere patri quàm pater filio debeat? *Pietas* (inquit Cicero) *est voluntas grata in parentes* [f]. *Quicquid est*

[e] Seneca lib. 3. de benefic.

[f] Cicero pro Plancio.

*quod*

Source : BIU Cujas

*quod dat patri filius*(ait Seneca)*vtique minus est, quia hanc ipsam dandi facultatem patri debet.* [a] καὶ οὐδὲν ποιήσας ἄξιον τῶν ὑπηρεσιῶν δέδρακεν, vt ait Aristoteles: rectéque ac meritò addit, nos neque diis, neque parentibus aut similem gratiam, aut parem meritis honorem posse rependere, atque ideò licere patri filium abdicare, non licere filio patrem exhæredẽ scribere [b]. Pietatem parentibus debitam religionis nomine censeri testatur Tertullianus, *Post commendatam*(inquit)*Sabbathi venerationem, post imperatam in parentes secundam à Deo religionem, &c.* [c] An ergo paterni numinis religionem tanta iniquæ mentis gratitudine violari patiemur, vt quemadmodum pater filiis legitimam debet, non idem etiam in fauorem parentum sanciamus? Consuetudines nostrę legitimam parentibus assignari expressè nõ iubent: Scilicet quia quod natura dictat & præcipit, illud & inuitis nobis extorquetur, & nominatim caueri non fuit necesse. Impius quisquis ex liberorũ bonis & hæreditate, legitimã certámque aliquã portionẽ parẽtibus deberi negabit. Hoc enim tam ex iusta pietatis ratione, quàm ipso doloris & miserationis intuitu indulgeri par est. Laudatur à Plinio Traianus, quòd quemadmodũ in patris filiꝰ, sic in filij hæreditate pater esset immunis, nec lacrymas parentum vectigales esse pateretur. *Bona filij*(inquit)*pater sine diminutione possideat, nec socium hæreditatis accipiat qui non habet luctus.* [d] Antoninus Pius Imperator(authore Zonara)legem tulisse fertur, vt parentes liberorum, qui intestati decedunt, hæredes sint: At si liberi testamento facto orbi moriantur, legitimã bonorum partem parẽtibus reseruare & relinquere teneantur. ἀνάγκην εἶναι τὸ νόμιμον μέρος

a Seneca li. 1. de benefic.

b Aristo. l. 8. Ethic. cap. vlt.

c Tertull. lib. de pudicitia.

d Plinius in panegy.

τοῖς γονεῦσι καταλιμπάνειν [a]. Iurisconsulti cùm de liberis alendis & exhibendis tractant, simul eadémque æquitatis ratione liberis, vt teneantur alere patres, denuntiant [b]. Papinianus querelam inofficiosi testamenti patri competere asserit [c], & quidem hanc legitimam parentibus debitam Paulus constitutam partem vocat [d]. Leges Romanæ enumerãt causas ob quas patres exhæredari possũt. [e] Quos autem exhæredare sine caussa non licet, eos si caussa exhæredãdi deest, hæredes instituere est necesse aut certè legitimam aliquam bonorum portionem eis relinquere. Quin & Iustinianus in Nouella sua constitutione clericis permittit res suas donare, vel de rebus suis liberè testari, dummodo (inquit Imperator) horum filij aut nullis extantibus parentes eorum legitimam portionem ferant [f]. Romano iure, quia pater filio orbo & intestato in omnibus succedebat, legitima parentibus debita æstimabatur ratione omnium bonorũ. At nostro iure lægiimã ęstimamur eorũ ratione in quibus pater filio, si intestatus decessisset, succedendi ius haberet. Veluti legẽ municipalẽ hoc velle proponamus, ne pater in auitis aut maternis bonis & antiquo patrimonio (vt pleræque apud nos cõsuetudines hoc sanciunt) sed tantùm in mobilibus & quęsitis bonis filio intestato succedat. Si cõtingat filiũ omnia extraneis testamento donare, tunc legitima patri debita æstimatur sola mobiliũ & quæsitorũ habita ratione. *Parentum grauissimo vulneri magno aliquo fomẽto medendum fuit* (inquit Plinius) *& tanta præmia constituta acuent principes viros ad liberos suscipiendos, & gaudia ex superstitibus, & ex amissis tã gloriosa solatia* [g]. *Paternæ reuerentiæ congruum est* (ait Papinia

a Louart. to. 2. pag. 206.
b L. si quis à liberis ff. de liberis agnosc.
c l. pater. ff. de inoff. testam.
d. L. 3. in princ. ff. Si a parente quis manu missus.
e Nouella 125. vtcùm de appella. cognoscitur
f Nouella 123. §. presbyteri autẽ.
g Plinius lib. 2. epi. 7.

Papinianus (*egẽti fortè patri officio iudicis ex accessionib. hæreditariis emolumentũ præstari* [a]. Lex Ripuaria cùm ordinẽ successionũ recẽset, liberos in primo hæredũ gradu, deinde parentes in secundo collocat [b]. Quis enim non misereatur patris, qui luget defunctum eum quem sibi superstitem naturali voto poscebat? *Nullum non acerbum funus est quod parens sequitur* (ait Seneca [c].) Quintilianus, *Infœlices qui liberos suos ad rogũ deflent, sũmũ orbitatis est malũ, desiderare* [d]. Votum hoc paternum est, *Deos oro contingat hunc habere nobis superstitẽ*. [e]. Calpurnius Flaccus, *Perire mihi satius est quàm hunc videre pereuntẽ* [f]. Diuus Hieronymus, *Scio enim & hoc illas optare vt te habeant superstitem* [g]. Vates Megistias, qui vnà cum illis qui apud Thermopylas occubuerũt, militabat, internecionem omnium proximam præuidit & prænũtiauit. Hunc Leonidas cùm remittere vellet, abscedere recusauit: sed filium quem habebat vnicum, dimisit. Quo facto Megistias paterno affectu vitam filij sua ipsius salute chariorem habuit [h]. Homerus cùm Phœnopis mœrorem & luctum refert, cuius filios Xanthum & Thoona Diomedes interfecerat, hũc potissimũ eius dolorẽ proponit, quòd senex nullos alios haberet liberos quibus bona sua moriens relinqueret; Τοὸν δ' οὐ τέκετ' ἄλλον ἐπὶ κτεὰ τεσσιλιπέσθαι [i]. Sic etiam Aminocles ditissimus quidam ab Herodoto memoratur, cùm ex naufragio Persicæ classis multos esset thesauros consequutus, sed (inquit Herodotus) τούτῳ ἄχαρις ἦν συμφορὴ λυπεῦσα παιδοκτόνος [k]. Quòd autem in hac causa pię causæ prerogatiua fauore multo prętexitur, hoc sane absurdũ est & pietati Christianæ indecẽs. Nã quemadmodum cùm de paterna successione, quæ

a l. Imp. ff. ad Sena. Trebell.
b Leg. Ripuar. ti. 58.
c Seneca in consol. ad Mart. cap. 17.
d Quintilia. decla. 344.
e Seneca in consola. ad Heluiã. cap. 16.
f Calpurnius Flaccus decla. 40.
g D. Hier. ad Demetriadem. li. 2. epist. 18.
h Herodotus l. 7.
i Homerus Iliad. E.
Herod. l. 7.

ad filios pertinet, agitur, filiis magis quàm piæ causæ faueri conueniens videtur [a]. Et Aurelius Episcopus Carthaginensis filiis potius, quàm Ecclesiæ, deberi credidit paternam successionem [b]. Cur non etiam idem in fauorem parentum iudicabimus? Id que Bonifacius Pontifex satis expressè declarauit, cùm in non dissimili quæstione, in qua de legatis in pauperes distribuendis agebatur: filius (inquit) testamento suo matrem portione, iure naturæ debita priuare non potest [c]. Inter veteres Caroli magni leges hæc constitutio exstat: *Statutum est vt nullus quãlibet Ecclesiasticus ab his personis res deinceps accipere præsumat, quarum liberi aut propinqui hac inconsultâ oblatione possint rerum propriarum exhæredari* [d]. Synodus Cabilionensis (quæ fuit tempore Caroli magni) clericos illos corripit, qui auaritiæ causâ laicis persuadebant vt abrenunciantes seculo res suas donarent. Diuus Gregorius domum ab Ammoniâ quondam Ecclesiæ donatam, Callixeno filio reddi & restitui iussit: Quia cùm Callixenus magnâ paupertatis necessitate vrgeretur, conueniẽtius credidit Diuus Gregorius orphano & pauperi subueniri, quàm Ecclesiam ditari. [f]. Quid verò miserius aut crudelius, quàm si parenti orbo nihil aliud relinquatur præter luctũ & lacrymas? Quod autem ex Papiniano obiicitur, non esse eãdem parentum in liberorum successione rationem, qualis est filiorum in paternâ hæreditate, Papinianum ipsum hac de re inquiramus. *Etsi parentibus* (inquit) *non debeatur filiorum hæreditas propter votum parentum & naturalem erga filios charitatem: Turbato tamen ordine mortalitatis non minus parentibus quàm liberis piè relinqui debet.* [g]

a Auth. si qua mulier. Cod. de sacros. Ecclesiis.

b Can. fin. 17. quæst. 4

c Cap. 1. de testament. in 6.

d Capitular. legum Caroli magni lib. 1. cap. 89.

e Synodus Cabilonensis secunda can. 6.

f D. Gregorius regist. lib. 7. indictione 2. epist. 23.

g L. nam etsi parentib. in princip. ff. de inoff. test.

SE

SENATVS patri legitimam in filij bonis adiudicat[a].

[a] Arrest du 12. Feurier 1583. au profit de Pierre le Feure.

*Clandestinas repromissiones extra contractum matrimonij factas, improbari & reijci, eásque pro nullis haberi.*

## CAPVT II.

TITIVS Meuiæ pater dotem mille aureorum Seio spondet. Tabulæ nuptiales, quibus ea dotis promissio continebatur, præsentibus propinquis scriptæ & subsignatę fuerunt. Verùm Titius clandestinâ ac secretâ pactione à Seio filię suę sponso stipulatur, ne contractis nuptiis ampliùs quàm quingentos aureos exigat. Post celebratas nuptias, cùm dies solutioni dicta venisset, Seius gener dotem mille aureorum sibi exolui postulat. Titius paratum se dicit quingentos numerare, residuos soluere non teneri: & secretæ pactionis exceptione tutũ se allegat. Seius ex fide dotalium instrumentorum integram dotem sibi deberi contendit, nec spectandum esse quicquid secreta ac priuata repromissione contra publicam contractus matrimonij fidem conuenit.

*PRO TITIO SOCERO.* Nihil honestati publicæ magis debetur, quàm vt ea, quæ inter cõtrahentes fieri placuit, bona fide præstentur. Scriptâ promissionis cautione amicos fallere improbum videtur. Socerum autem affinitatis prætextu, & in ipsa quidem dotis liberalitate circũuenire impium est & perfidiosum. Olim munera & pecuniam non viri dotis nomine à soceris, sed soceri à generis dona recipiebant. *Apud Germanos*



Source : BIU Cujas

(inquit Tacitus) *dotem non vxor marito, sed vxori maritus affert* [a]. Et apud Pausaniam, Danaus cùm filias plures haberet, & procos inuitare vellet, palàm declarauit sponsalium nomine nulla se munera postulaturum, ἑδνων ἄνευ δώσειν [b]. Erant sanè olim ἄνακα λυπτήρα dona quæ à marito eiúsque propinquis dari solebant sponsæ, tunc cùm primùm deposito velo in virorum conspectũ prodibat. Apud Homerum Vulcanus vxore in adulterio deprehensâ iurat se non priùs vincula Marti & Veneri arrificiosé iniecta soluturũ, quàm redditis sibi à Ioue muneribus, quç vxoris obtinendæ gratiâ donauerat: ἀλλὰ σφωε δόλος καὶ δεσμὸς ἐρύξει Εἰσόκε μοι μάλα πάντα πατὴρ ἀποδώσει ἕεδνα ὅσσα, οἱ ἐγγυάλιξα κυνώπιδος εἵνεχα κούρης [c]. At Seius & ante nuptias contractas auara pecuniæ cupiditate ad affinitatem incitatus est, & nuptiis demùm celebratis emolumentum dotis fallaci & perfida promissione ampliare cogitauit. Huius amorem non sponsæ forma ætatísve, aut pulchritudinis ardor, sed lucri spes excitauit. Lycurgus virgines sine dote nubere volebat, cum ista ratione vtrisque consultum crederet, tam viris, ne mulieres dotis magnitudine fierent insolentiores, quàm mulieribus, vt sola castitate insignes non tã opulẽtiam quàm pudicos mores coli cernerent & æstimari [d]. Solon Athenis vetabat ne mulieres quamlibet nobili & locuplete familia ortæ, amplius ad viros quàm tres vestes deferrent: οὐ γὰρ ἐβούλετο μισθοφόρον οὐδ' ὤνιον τὸν γάμον εἶναι [e]. Plato autem, dum leges Reipublicæ suæ, cõdit, docet in ciuitate bene morata dotis nomen abolendum [f]. At verò Seius qui vxorẽ habet non indotatam, illud tamen mala fide consequi vlteriùs studet, vt subtili fraude socerũ circum

a Tacitus de moribus Germa.

b Pausan. li. 3. in Laconicis:

c Homerus Od. Θ.

d Plutarc. in Licurgo, & Iustin. lib. 2.

e Plutarc. in Solone.

f Plato li. 6. de legibus

cumuenire, & ab eo ampliorem dotis summam, quàm pacta conuentáque fuit, exigere possit. Nam, vt controuersia ex ipsa facti veritate proponatur, non alia vnquam Titij mens extitit, quàm vt quingentos nummos dotis nomine, nec quidquam ampliùs, promitteret. At plerique sunt, qui vanâ quadã ostentatione ex dotis magnitudine opulentiam suam iactant, & quò ditiores vxores ducunt, non modò locupletiores, sed & digniores censeri se existimant. Seius pactis dotalibus inseri voluit dotem mille aureorum. Hoc Titius socer neque affectauit, sed neque etiã recusauit, modò ne sibi præiudiciũ vllum fieret, néve ampliorẽ conuẽta dote summã exoluere teneretur. Id Seius expressa pactione agnouit. Quis verò perfidiæ absoluat eum qui inofficiosa dotis immensæ petitione soceri senectutem contra pactionis fidẽ vexare nõ erubescit? Vnũ hoc Seius obiicit, fidem suã priuatâ pactione obligatam. Tabulas autem nuptiales corã propinquis & præsentibus amicis solemniter confectas. Quasi verò promissionis factæ securitas non ex ipsâ contrahentium fide, sed ex aliorum præsentiâ pendeat. Quin potius habita fides ipsam fidẽ magis obligat. In omnib. quidẽ negotiis præsentia eorum requiritur, quibus licet cõtradicere. At quorũ cõtradictio obesse nequit, non est necessarius eorũ cõsensus [a]. Propinqui, affines & amici nõ ex necessitate, sed ex honestate ad nuptias inuitantur & cõuocantur. Seius autẽ & sui iuris & legitimæ ætatis erat, poterátque solus de rebus suis disponere: atq; inuitis & renuentibus propinquis vxori donare. Cur non licuit cõsentire socero dotẽ aut cõstituere aut taxare volenti? Cur post instrumenti dotalis

[a] *l. 4. ff. de acquir hær. l. 1. §. scientiam. l. 3. §. 1. ff. de tribut. act.*

scri

scripturâ aliquid aut immutare aut addere pactis dotalibus ante contractas nuptias nō concedatur: cùm etiam ipsæ tabulæ nuptiales plerumque post consumatum matrimonium olim signarentur [a]? Socerum durâ executione & importuna dotis exactione vexari, aut aliter quàm salua dignitate saluisque facultatibus vrgeri lex indignum esse existimauit [b]. Amor & iugalis cōcordia nuptiis præsidere debent, nō lucrū, non auaritia, non Mercurius, fraudis & fallaciæ Deus [c]. Dicebat Paulus Iurisconsultus, *Non debent esse venalia matrimonia* [d]. Quid autem venalius proponi posset, quàm si, ad exemplum venditionis, liceret in matrimonio contrahentibus inuicem sese decipere? *Quis metus aut pudor est vnquam properantis auari* [e]? Aurum à barbaris subtili ingenio auferendum rescribūt Imperatores [f]. Tu verò socerum, perinde ac si barbarus esset, tractas, & quem fallaci priuatæ pactionis securitate circumueniſti, ab eō maiorem, quàm per est, dotis summam subtili clandestinæ repromissionis prætextu extorquere conaris.

a L. Scia ff. de don. inter virum & vxor.

b L. Nepos Proculo ff. de verb. signif.

c L. reprehendendæ Cod. de instit. & substitut.

d L. 2. ff. de donat. inter virum & vxor.

e Iuuenal. Satyra 14.

f L. non solum. Cod. de commerc. & mercat.

*PRO SE IO.* Nouæ fraudes & recentes huius seculi fallaciæ noua postulant remedia. Frequens enim est hoc tempore nec ignota quorundā subtilis malitia, qui dum filias suas nubiles leui bonorum iactura, & tamen luculenter locare cogitant, solent dotem grandem καὶ πολυχρήματον, palàm & publicè polliceri. Hæc quidem illecebra est ad procos inuitandos, qui vbi aduenêre, atque eorum aliquis vel forma vel blanditiis puellæ illectus, nuptias ambire cœpit, & adolescentulam perditè amare cernitur: tunc de nuptiarum conditione, de dotis modo, de pactis dotalibus commodè agi

Source : BIU Cujas

dè agi existimant. Adolescens ipse præ amore vix mẽtis compos, cuius animum igneumque iuuenilis ætatis ardorem insanus Cupido oppressit, non pacta, non dotales cõuentiones, sed ipsam adamatæ virginis pulchritudinem cogitat. *Sic ille in flammas abijt, sic pectore toto Vritur, & sterilem spirando nutri amorem* a. Misera ista amantium conditio & ἐρωμανία eleganter ab adolescente his verbis exprimitur: *Et tædet & amore ardeo, & prudens sciénsque: Viuus vidénsque pereo, nec quid agam scio* b. Itaque tunc parentes & propinqui feliciter adsunt, quos dotalia pacta ex æquo & bono moderari cõuenit. Scribuntur tabulæ nuptiales, dos dicitur, dotalésque fiunt conuentiones coram propinquis & præsentibus amicis. Hæc omnia palàm & ritè consensu laudabili ineuntur. Quid si interea liceat socero animum adolescentis furioso amoris ardore irretitũ clam occupare, & minari affinitatis repudiũ, ni dotis summam minuat, aut nisi profusâ aliquâ largitione sponsam locupletet? Amor furtim irrepit, sed non eadem facilitate deponi potest. *Ille in nos dominatur affectus* (inquit Seneca) *qui animum primus intrauit* c. Iuuenis amans & cupidus, qui aut iniquæ soceri voluntati subscribẽdum, aut omnem nuptiarum spem abiiciendam videt, nihil non & donare & remittere paratus est, vt grato amore potiatur & placita fruatur voluptate. Extorquentur secretæ repromissiones & cladestina pacta, quibus vel inuenis dote dotís-ve parte exúitur, vel etiam plerunque inofficiosæ donationes coacta voluntate exiguntur contra fidem tabularum nuptialium, propinquis insciis, neglecto amicorum consilio. Hæ sunt fraudes olim raræ, nunc frequen

a Ouid. libro 13. Metamorph.
b Terent. in Eunuch. act. 1. scena. 1.
c Seneca lib. 1. controu. 8.

Source : BIU Cujas

quentes, quibus obuiam iri Senatus necesse existimauit. Nuptiarum hilaris & festiua solemnitas propinquos aduocat, & amicorum præsentiam requirit, non modò vt in illo nouæ affinitatis & coniunctionis vinculo affinium animi nuptiali cœna oblectentur, sed & futuræ coniugum societati cōmuni familiæ consilio prospici conueniens visum est. Nuptiarum festiuitatem Imperatores attēdi & spectari volūt a. Cœna dici solebat nuptialis. Claudianus epulas geniales appellat. Atque in eam cœnā nuptialem leges illæ, quæ Licinia & Iulia dicebantur, lautiores, quàm in aliis conuiuiis, sumptus permittebant b. Plinius, *Qui virilem togam sumuunt, vel nuptias faciunt, vel ineunt magistratum, solent totum bulen, atque etiam è plebe non exiguum numerum vocare* c. Accubationem illam epularem in nuptiis egregiè describit Ausonius d. Homerus, ἐν τῇ μὲν ῥ' ἃ γάμοι τ' ἔσαν εἰλαπίναι τε. e Apud Apollonium in Argonauticis Iuno de Medeæ nuptiis agens, θεοὺς δ' εἰς δαῖτα καλεσσα Πάντας ὁμῶς f. Comicus cùm docere vellet nullas celebrari nuptias, *Solitudo* (inquit) *ante hostium, nihil ornati, nihil tumulti* g. Indignatur poëta de nuptiis Leandri ἦ γάμος ἀλλ' ἀχόρευτος h. Christiana autem pietas dissolutas quidem choreas & impudicas saltationes quondam reiecit: propinquos tamen ad nuptiarum & conuiuii solemnitatem accersi & cōuocari probauit. Canone 13. Concilij Laodiceni, οὐ δεῖ χριστιανοὺς εἰς γάμους ἀπερχομένους βαλλίζειν ἢ ὀρχεῖσθαι, ἀλλὰ σεμνῶς δειπνεῖν ἢ ἀριστᾶν ὡς πρέπει χριστιανούς. In historia sacra Laban vocatis multis amicorum turbis ad conuiuium, fecit nuptias i. Constantinus Imperator solemnes Constantij filij nuptias celebrauit, θαλίαι

δὴ καὶ

a L. Sancimus. Cod. de nuptiis.

b Gellius lib. 2. cap. 24.

c Plinius lib. 10. epist. 117

d Ausonius Edyll. 13. in centone nuptiali.

e Homerus Iliad. Σ.

f Apollon. lib. 4. Argonaut.

g Terentius in Andria.

h Musæus in Leandro.

i Genes. ap. 29

δὴ καὶ ἑστιάσεις ἤγοντο, νυμφοσταλ ὄντος αὐτοῦ βασιλέως τὸν παῖδα, ἑστιῶν τός τε λαμπρῶς καὶ συμποσιάζοντος a Plutarchus in Symposiacis quæstionibus antiqui illius instituti rationes accuratè exquirit: διὰ τιπλείστους ἐν γάμοις περὶ δεῖπνον καλοῦσιν b. Neque enim verisimile est ob solam Lyæi festiuitatem conuocari propinquos, affines, amicos: sed cùm hic sit matrimonij finis & effectus, vt alter coniugum in alterius familiam adoptetur, & soboles inde procedens iura tam agnatis quàm cognatis succedendi consequatur: par est vt matrimonio solemniter contracto omnia ex consensu totius familiæ & volentibus propinquis fiant. Apud Senecam indignantis verba sunt, *Nuptias clausa domo facimus* c. Iuuenalis, *Nubit amicus, nec multos adhibet* d. Nimis graue esset & iniurium affinitatem, quæ mihi orbo & intestato heredē gignit, me inscio, inuocato, & neglecto contrahi & celebrari. Quinetiā necessaria videtur propinquorum pręsentia, vt quandiu adolescens in amore occupatus hæret, nō desint qui pactorum dotaliū conditiones ex æquo & bono moderentur. Itaque ad perpetuam rei firmitatem tabulę dotales olim signatoriis omnium, qui interfuerāt, annulis obsignabātur Iuuenalis. *Veniet cum signatoribus auspex.* Tacitus, *Adhibitis qui obsignarēt, velut suscipiendorū liberorū causa conuenisse* e. Idem Tacitus de moribus Germanorū: *Intersunt* (inquit) *parentes atque propinqui & munera probāt* f. Imperatorię cōstitutiones in nuptiarum solēnitate nobiliores ex familia vocari suadent, quorū prudētia & authorite cōuentiones omnes ineātur g. Cōtractū autē hūc lex tabulas nuptiales h, aliquādo tabulas dotales vocat i, aliquādo etiā instrumētū dotale appellat k. Istę quidē tabulę adeò

a Euseb. in vita Constant. lib. 4.

b Plutarc. li. 4. Sym. quæst. 3.

c Seneca lib. 7. controu. 6.

d Iuuenalis Satyra 2.

e Tacitus l. 11. annal.

f Tacitus de moribus Germ.

g L. tā dementis. C. de epis. audientia. l. si furiosis. C. 1 de nuptiis.

h l. 9. si vicinis C. de nuptiis.

i l. cū maritus. ff. de pactis dotal. l. qui dotem. ff. de dote prælagata.

k l. final ff. de suis & legit. pactum quod C. de pactis

adeò ſolemnes habentur, vt conuentiones propinquorum præſentia firmatas violare religio ſit. Leges Ripuarię ita ſtatuunt: *Si quis mulierem deſponſauerit, quicquid ei per tabularum ſeu chartarum inſtrumenta conſcripſerit, perpetualiter inconuulſum permaneat* [a]. Diuus Ambroſius: *Non defloratio virginitatis* (inquit) *facit coniugium, ſed pactio coniugalis* [b]. Hanc dotalium inſtrumentorum auctoritatẽ clãdeſtinis pactionibus reſcindit, aut ſecretis & furtiuis repromiſſionibus reuocari non conuenit. Clandeſtinæ repromiſſionis exemplum refert Plinius, qui cùm hæres ex triente inſtitutus eſſet, Curianus, quem defunctus pater exhæredauerat, Plinium rogauit vt ſibi portionem, in qua inſtitutus fuerat, palàm remitteret, ſéque præiudicio iuuaret: eandem tacita conuentione ſaluam Plinio pollicebatur. Plinius reſpondet, moribus ſuis non conuenire aliud palàm, aliud agere ſecretò [c]. In fraudem autem fieri dicitur quoties aliquid clàm promittitur; vel chirographum furtim & tacitè datum arguitur: Quicquid autem palàm geſtum eſt, id ſẽper præualet [d]. Quin & generaliter in matrimoniis quæcunque furtiua ſunt, odioſa cenſeri debent & ſuſpecta [e]. Nam & olim non ignotas fuiſſe eiuſmodi inanes dotis repromiſſiones indicãt Imperatores Arcadius & Honorius, *Dos etiam* (inquiunt) *non quæ aliquoties inaniter dotalium inſtrumentorum tenore conſcribitur, ſed quam ſe corporaliter tradidiſſe docuerit, repræſentetur* [f]. Et hoc eſt fortaſſis quod ait Seneca: *Multi duxere ſine dotibus vxores: quidam dictas non accepere dotes* [g]. Fraus autem nulla certior eſt quàm ſi quod palàm conuenit, cladeſtina repromiſſione reuocetur. *Dolus eſt* (inquit Iuriſconſultus)

[a] *In legibus Ripuar. tit. 39. de dotibus mulierum.*
[b] *D. Ambroſius lib. de inſtitut. virg. 6.*
[c] *Plinius li. 5. epiſt. 1.*
[d] *l. non intelligitur. §. ſi quis palam & §. tacita ff. de iure fiſci.*
[e] *l. vxor. Cod. de repudijs.*
[f] *l. ſi quis poſt hac verſic. dos etiam Cod. de bonis damnat.*
[g] *Seneca lib. 1. controuerſ. 9.*

Source : BIU Cujas

sultus) *non in eo tantùm qui obscurè loquitur, sed & eo qui insidiosè dissimulat* a. Malum quodcunque occultatur, neque est verisimile quenquã aliquid velle clàm agere, nisi qui doli alicuius & insidiarũ sibi conscius est b. Seneca: *Bona conscientia prodire vult, ipsas nequitia tenebras timet* c. Horatius: *Noctem peccatis, & fraudibus obijce nubem* d. Quæ verò fraus indignior excogitari secreta subtilitate potest, quàm si liceat adolescẽtis propinquos & affines spe legitimæ dotis palàm sollicitare: clàm autem ab ipso adolescente, qui amore captus sit, contrarias pactiones stipulari, solemnésque adeò tabulas abrogare, & dotalis instrumenti fidem tacita pollicitatione destruere? An non ex Prætoris edicto, si quid vi aut metu extortum est, id omne pro nullo habetur, & officio iudicis rescindi debet? Vim creditis esse solùm si homines vulnerentur. Vis est si quid contra legem fiat e. Promisi (dicet Seius) sed clàm, sed coactus. Nã quod amor suadet, libido exprimit, fruendi desideriũ extorquet, id omne per vim exigi videtur. *Magni affectus iura non spectant*, ait Quintilianus f. Diuus Hieronymus: *Multa nos facere cogit affectus* g. Calpurnius Flaccus, *Expers iudicij est amor, non rationem habet, non sanitatem.* h. Si æger pecunias vel possessiones suas medico donat, id non volens fecisse creditur, & Vlpianus inciuile factum Prætoris officio coerceri & rescindi asserit i. At quæ maior ægritudo aut qui vehemẽtior morbus proponi potest, quã eius qui extrema linea & perdito amore insanit? Seneca: *Facilius in amore finem impetres quàm modum. Tum hos pones termino, vt nihil faciant nisi consideratè, nihil promittãt nisi vt ius facturi, omnia verba ratione & fide põderẽt*: Senes

a *l. ea quæ commendandi. §. fi. ff. de cont. empt.*
b *l. non existimo. ff. de auth. tut.*
c *Seneca epist. 37.*
d *Horatius lib. 1. epist. 16. ad Quinctium.*
e *l. extat. ff. de eo quod metus causa.*
f *Quintil. decla. 296.*
g *D. Hie. lib. 3. epist. 3. ad Fabialam.*
h *Calpurn. Flaccus declam. 2.*
i *l. Si medicus. ff. de variis & extraord. cognit.*

*sic amant* [a]. Diuus Hieronymus: *Nihil amantibus durũ est, nullus difficilis cupienti labor est* [b]. Iustinianus ait, οὐδὲν εἶναι μανίας ἐρωτικῆς σφοδρότερον [c]. Plato amorem μανίαν vocat [d]. Quintilianus, *Maiores habet vires ignis, qui legitimis facibus accenditur: non est tam facile desinere quam cedere* [e]. Sed & omissa amoris proximæque voluptatis titillatione, est aliquis pudor, qui nuptias propè cotractas dissolui impediat. Tabulæ nuptiales signatæ conuocati affines, nupta ornata, parata cœna, iamiam hymenæus canitur. Tum derepentè Titius adueniens clam Seium his verbis compellat: filiam despondi, promissa mille aureorum dote: Sed nisi tam grandis summa minuatur, nulla futuri coniugij, nulla proximæ affinitatis spes est. Aut promitte dotis diminutionẽ, aut affinitatis expectationem omnẽ abiice. Obstupuit illicò Seius, & nuptiarum & dotis incertitudine territus, *Sed tamen hæret amor, crescitque dolore repulsæ* [f]. Itaque Seius propè desperatus, neglecta rei familiaris cura, quicquid postulabatur promisit, plus etiam promissurus si Titius amplius exegisset. Quis non videt clandestinæ illius repromissionis conuentionem nullam esse, contra bonos mores, veróque consensu destitutam?

*SENATVS* rescissa clandestina repromissione integram mille aureorum dotem tabulis dotalibus dictam exolui debere iudicauit.

*ALIA* non absimilis quæstio de clandestina conuentionum nuptialium repromissione in Senatu tractata est & arresto solemni decisa. TITIVS post fidem cõiugij Meuiæ datam, aliquot ante nuptias & ante tabulas dotales diebus insciis propinquis

a Seneca li. 2. cont. 3.
b D. Hier. li. 2. epist. 17. ad Eustochium.
c Nouella 74.
d Plato in Phædro.
e Quinti. l. decla. 291.
f Ouid. lib. 3. Metam.

g Arrest du 2. de Ian. 1579. entre Ieãne d'Est vefue de feu Claude du Quesnel appellante, & Gilbert Dapchon Inthimé. Autre Arrest du 7. de Septẽ. 1584. au profit dudit Dapchbn, contre la Dame de Louppy. Et depuis y a eu plusieurs autres Arrests semblables.

quis secreta donatione fundū reditúmve annuum Meuiæ donat. Postea præsentibus propinquis, affinibus & amicis pacta dotalia inita sunt, scriptæ doarij dotísque conuentiones, nulla donationis antea factæ mention. Soluto morte Titij matrimonio superstes Meuia res sibi tacita & priuata illa largitione donatas præstari postulat. Hæredes Titij donationē nullam esse asserunt. PRO MEVIA, nihil clandestinum dici debet, nihílque, quia clàm factum sit, reiici oportet, nisi si quid ficta simulatione in necem alicuius aut decipiendi gratiā fiat. At donatio, de qua agitur, neq; vllius circumueniendi occasione, neque aduersùs leges celebrata est, cùm donatione nihil, nisi quod lege municipali donare licet, contineatur. Coniuges constante matrimonio sibi inuicem donare nō possūt, sed ante contractū matrimoniū, aut in ipso matrimonij contractu leges donari permittunt [a]. Vt & sponsū sponsæ donare posse inter Iurisconsultos nō ambigitur [b]. Apud Theocritū puella Daphnin scisscitatur, quid ille sibi nuptiarū cōtēplatione & sponsaliū fauore donare velit. Κορ. Καὶ τὶ μοι δῶρον ἄγεις γάμου ἄξιον ἢ ἐπινύσω; Δα. Πᾶσαν τὰν ἀγέλαν, πάντ' ἄλσεα καὶ νόμον ἔξεις. Κορ. Τυγχὰς μοι θαλάμους, τυγχὰς καὶ δῶμα καὶ αὐλάς; Δα. Τυγχάνω σοι θαλάμους, τὰ δὲ πῶια καλὰ νομεύω [c]. Liberalitas Titij neque clandestina, cùm & à Notario publico recepta & insinuata fuerit, neque fraudulenta dici debet, cùm ab eo facta sit, qui non mala mente, vt cuiquā præiudiciū faceret, donauit, sed qui volēs & vltrò affectā suū liberali largitione testari honestū & conueniens existimauit. Obiiciunt hæredes, nullā in cōtractu matrimonij donationis mentionem fieri. Scilicet hoc euenit, quia

[a] l. 1. Cod. de donat. ante nupt.
[b] l. si sponsus. in prin. ff. de donat. inter virū & uxor.
[c] Theocrit. Biayl. 28.



Source : BIU Cujas

non videbatur necesse vel repeti vel denuò confirmari donationem eam, quæ cùm lege permittente facta esset, satis ipsa per se subsistere meritò credebatur. Quin & verisimile est defuncti mentē hanc fuisse, vt se ab importunis propinquorum querelis & expostulationibus vindicaret. Nam quos tangit spes proxima successionis, illi plerunque, dum viuentis hæreditatem præcipiti desiderio præueniūt, id vnum in votis habent, ne de patrimonio sibi quandoque obuenturo quidquam seu donationibus, seu alienationibus vel detrahatur vel diminuatur. Imò etiam cùm dicimus clandestinas repromissiones extra contractum matrimonij factas à Senatu reiici, hoc ita demùm obtinet, si repromissio sit contra pacta dotalia, atque in odium & præiudicium futurorum coniugum concipiatur. Veluti si promissa maiore dotis summa conueniat minorem præstari: hæc verè fraus est non modò præter aut extra, sed & contra matrimonij contractum, ipsamque tabularum nuptialium fidem. Eadémque ratione si palàm instrumēto dotali pater futuro coniugi fundum donet, mox clàm à filio sponso stipuletur ne donatio valeat, sed statim post nuptias fundus ei retradatur, dolus & tacita illa fraus committitur in perniciem damnúmque tam ipsorum coniugum quàm liberorum, quos ex legitima nuptiarum coniunctione aliquando procreari spes est. In hac causa nihil contra tabulas nuptiales conuenit. Multum autem interest aliquid stipulari contra vel præter contractum. Hæc verò donatio non detrahit aut derogat, sed potiùs addit aliquid tabulis dotalibus, facitque non deteriorem, sed meliorem ipsius Meuiæ nubentis conditionem[a].

[a] l. si constante. Cod. de donat. ante nuptias.

PRO

PRO HÆREDIB. Non omnia pacta quomodocunque facta seruari debent, sed ea demum quæcunque contrahentes bona fide promiserunt. Quicquid autem malo more & clandestina pollicitatione contra legitimam & publicam matrimonij fidem promissum aut potiùs extortum est, id nec approbari æquum est, nec obseruari debere meritò videtur. Tabulæ nuptiales præsentibus propinquis & amicis confici solent, vt dotiũ causa, quæ publica est, communi totius agnationis consensu ad æquum & bonum reducatur. Dignitas matrimonij requirit, vt non modò quod licet, sed & quod honestum est spectetur [a]. Neque enim (vt ait Iurisconsultus) ex bona fide est, si tacitè conueniat vt plus minúsve exigatur [b]. Adsunt propinqui sponsæ, vt ne doti præiudicium vllum fiat. Adsunt propinqui ipsius sponsi, vt si quid inconsultus adolescens malè sibi suísque bonis prouideat, aut libidinosa donatione seipsum spoliet, ex boni viri arbitrio & ad æquitatis regulam largitiones profusę reducantur. Itaque aliquid clàm insciis parentibus aut propinquis fieri vel donari dignitas matrimonij non permittit.

*SENATVS* arresto donationem illam nullam esse & reiici debere iudicauit [c].

Hoc tamen Curię arrestum, quasdam habuit facti circunstantias. Nam & Titius tempore contracti matrimonij superstitem habebat patrem, quo inscio donationem fecerat, cùm tamen pater tabulis nuptialibus & pactis dotalibus pręsens adesset. Deinde ex eo matrimonio plures liberi supererãt: ideóque donatio in pręiudicium numerosę prolis facta nec fauorabilis erat, nec legitima videbatur.

a *l. semper in coniunctionibus. ff. de ritu nuptiarum.*
b *l. illud. ff. de pactis dotal.*
c Arrest du 27. & penultiéme iour de Febu. 1595. Talon plaidãt pour Pierre le Clerc tuteur de, &c. appellant, & moi pour René de Petremol, Sieur de Viaspre, inthimé,

At verò antea in non dissimili controuersia Senatus contra collaterales hæredes contrarium iudicauerat, donationémque nó adeò diuersam confirmauerat a. Ego tamen generaliter existimauerim quasuis seu conuentiones, seu donationes, tam extra quàm contra fidem tabularum nuptialium, ipsúmque matrimonij cõtractum inscíis propinquis factas, nullas censeri & improbari debere. Nam si ex communi propinquorum consensu illísque præsentibus initæ sunt, valent & ratæ habentur b.

a Arrest du Ieudy 4 de Iuillet 1586. moy plaidant pour Marguerite Gyues appellante, & du Buisso pour Ieãne Tournemote intimee.

b Arr. du 5. d'Aoust 1595. au proffit de Preuost Sieur de Charbonnieres.

---

*De pecunia legata, cuius distributio sacerdoti commissa fuit.*

## CAPVT III.

TITIVS, cùm suprema voluntatis tabulas conscriberet, postrema testamenti parte iubet filios hæredes Meuio sacerdoti (is parochiæ defuncti Rector seu Curio erat) ter mille aureos tradere & numerare. Addit testator, velle se pecuniam in eos vsus à Meuio distribui & erogari, quos ei secretò declarauerat. Filij hæredes aliquid fraudis subesse suspicati sunt. Nam Titius post liberos ex priore matrimonio susceptos ad secundavota trãsierat, Seiamque vxorem duxerat. Cùm autẽ Titio per legem municipalem non liceret Seiæ vxori quidquã legare, verisimile filiis videbatur, defunctũ patrẽ nouercalibus delinimentis inductũ voluisse tacito fideicommisso fraudem legi facere, & interposita sacerdotis fide pecuniam commodo Seiæ destinare. Seia id pernegat. Sacerdos iurat, ex eã omni pecunia nihil quidquam ad viduam peruenturum.

Source : BIU Cujas

turum. Interrogatus quibus aut quos in vsus pecuniã ex mãdato defuncti præstari oporteret, respondere recusat, nec cogi posse ait palã declarare quod defunctus secretã voluntate mandauerat. Hæredes fidei prætextum in fraudem proponi contendunt.

*PRO HÆREDIBVS.* Fraudes & tacita fideicommissa quæ in quibusuis improbantur, in Ecclesiasticis personis, quas sola religio commendat, plecti & nulla excusationis venia damnari debent. Nam quanto dignior est pietatis intuitu sacerdotis persona, tanto haberi debet odiosior, qui captatoriis voluntatibus professionis Ecclesiasticæ venerationem malitiosè obtendit, & fraudibus nomen dignitatémque suam accommodare non erubescit. Rectè Saluianus, *Atrocius sub sancti nominis professione peccatur. Vbi sublimior est prærogatiua, maior est culpa* a. Olim plerãque memorantur de clericis expostulationes, quòd & captatoriis blanditiis legata extorquerent, & tacitis fideicõmissis fraudes necterent. Quo factum est, vt quemadmodũ Romæ virgines Vestales nihil ex alienis testamentis capiebant b: sic & sub quibusdam etiam Christianis Imperatoribus clericis quidquã legari prohibitum fuerit: & cùm per fideicommissa fraudem facerent, additũ vt eis legata, ne per interpositam quidem personam, relinqui posset c. Hãc non modò legandi prohibitionem, sed & fideicõmissorum fraudem memorat Diuus Hieronymus, *Pudet dicere (inquit) sacerdotes idolorum, mimi, & auriga, & scorta hæreditates capiunt: Solis clericis & monachis hoc lege prohibetur: & prohibetur non à persecutoribus, sed Principibus Christianis. Nec de lege conqueror, sed doleo cur meruerimus hanc legem.*

a Saluian. *li 4. de gubern. Dei.*

b Gellius *lib. 2. cap. 12. Symmachus lib. 1. epist. 40.*

c *l. 4. l. 20. l. 27. tit. 2. li 16. Cod. Theodos.*



Source : BIU Cujas

*Cauterium bonum est, sed quò mihi vulnus vt indigeã cauterio? Prouida seueráque legis cautio, & tamen nec sic refrenatur auaritia. Per fideicommissa legibus illudimus* a. Hæc Diui Hieronymi expostulatio eius sæculi est, quo clerici integritatis commendatione cæteris hominibus longè præstabant. Quid ergò nouum aut insolens videri potest, si in tacita fideicommissi fraude neque ipsa doli suspicio, neque collusionis præsumptio sola sacerdotali & Ecclesiastica veneratione purgetur & eluatur? Illud iure ciuili constat quotiescũque alicui directò & aperta dispositione relinqui non potest, cũ ne obliquè quidem accipere posse, siue hæres instituatur, siue substitutionis prætextu aut alitercunque ei relinquatur. b Quin & tacita illa fideicõmissa fisco applicari iure cauetur c. Suspicionem autẽ hanc fraudis Seiæ consideratio suspectiorem & probabiliorẽ reddit, siquidem fœminæ versutis suis blanditiis facilè maritos ad fraudes & tacita fideicõmissa impellunt. Vnde ad fraudes istas detegendas cùm Imperatores inuitare ipsas etiam mulieres prǽmio proposito vellẽt, constituerunt vt mulier quæ tacitæ fidei ac potius fraudis veritatem vltrò detulisset, ea, licèt alioqui ex lege Papia decimaria incapax, dimidiã tamen eius partem consequeretur, quod tacito fideicõmisso continebatur d. Meuius sacerdos sibi nihil ex legato deberi agnoscit. Dicat ergò quibus legata quantitas præstari debeat, & in quos vsus pecuniam impendi testator voluerit. Sic enim in non dissimili vltimæ voluntatis quæstione, *quem hæredi meo dixero velle me liberum esse, liber esto*, Celsus hæredem testatoris voluntati parere iubet, sed non aliter quàm si certis argumẽtis

a D. Hier. epi. ad Nepotianum lib. 2. epist. 22.

b. *l. si is qui ex bonis. ff. de vulgari & pup. substitut.*

c. *l. 1. de delatoribus. lib. 10. C. l. in fraudem. & l. eum qui tacitũ. ff. de his quibus vt indignis.*

d. *l. 1. de his qui se deferunt. lib. 10. Cod.*



constet,

Source : BIU Cujas

constet, de quo defunctus voluerit [a]. Quod si de modica pecuniæ quãtitate ageretur, leuis esset mediocris iacturæ ratio: Sed hæc tacitæ fraudis dispositio ter mille aureorum quantitatem continet, vt venia & excusatione digni sint filij, si iniustam tam grandis pecuniæ amissionem dissimulare nõ potuerint. Nam & multis casibus defunctorũ voluntates plerũque aut ex magnitudine pecuniæ legatę, aut ex facultatũ, quas testator reliquit, mediocritate cẽseri & diiudicari solent [b]. Quòd si dispositionem hanc incertam & sub fictę pietatis vmbra fraudulentam Senatus ratam habeat, eámque arteſto obseruari iubeat, facilis inposterùm erit & secura ratio ad fraudes & tacita fideicommissa, si nulla veritatis declaratione sacerdotis alicuius fidem eligi sufficiat.

a *l. 25. quõ heredi. ff. de rebus dubijs.*

b *l. quidã ff. de leg. 2.*

*PRO MEVIO SACERDOTE.* Omnis in executione supremæ defuncti voluntatis controuersia vertitur. Nulla enim priuati commodi vtilitatisve propriæ ratio Meuium inuitat: Sed cùm testator eius conscientiam & ministeriũ elegerit, ipsa fidei morienti præstitæ religio facit, vt sine aliqua pudoris aut impietatis nota officio suo deesse nequeat. Ipsi quidem hæredes, quibus satis esse debuit nosse defuncti voluntatem, vix peruicaciam suam apud bonos excusabunt. Lex quippe hæredes, qui iussa testatoris non adimplent, hereditaris emolumento tanquam indignos priuari vult [c]. Scribit Plinius se propriam quandam legem sibi dixisse, vt defunctorum voluntates, licèt iure deficerentur, quasi perfectissimas tueatur [d]. Eusebius Cõstantinum refert generaliter sanxisse, quibuscunque modis expressa testantium iudicia va-

c *l. fin. & auth. hoc amplius. Cõ de fideicom. can. Sylueſter 11. queſt. 1.*

d *Plinius lib. 2. epiſt. 16.*



Source : BIU Cujas

lere [a]. *Nullum sanè maius est solatium morti, quàm vo-*
*lumtas vltra mortem*, ait Quintilianus [b]. Rectè apud
Tacitum Germanicus, *Non hoc præcipuum amico-*
*rum munus est, prosequi defunctum ignauo questu, sed*
*quæ voluerit meminisse, quæ mandauerit exequi* [c]. Ma-
gna est vltimarum voluntatum commendatio, sed
in huius causæ hypothesi tria sunt, quæ denuo æsti-
mari & attendi oportet: patrem esse qui iussit: sa-
cerdotem esse cuius fides electa est: & à moriente
factam fuisse dispositionem, siquidem Plinius ait
testamentum esse speculum morum [d]. Primùm er-
go paternæ pietatis ratio omnẽ remouet fraudis
suspicionem. At verò (obiiciunt hæredes) cur non
ipse testamento expressit cui & ob quam causam
dari pecuniam voluerit? Non inscitum fuit Ægy-
ptij illius responsum, qui, cùm opertum aliquid de-
ferret, & ab eo quæreretur quid illud esset? Ineptus
es (inquit) qui istud inquiras. Ideo enim opertum
est ne tu scires [e]. Hæredes isti malè curiosi defun-
cti patris iussa scrupulosè nimis examinant, cùm sa-
tis liqueat defunctum sacerdotis sui conscientiam
elegisse, vt suprema voluntatis executio celata &
operta maneret. Constantinus Copronymus Im-
perator moriens, post vltimas voluntatis suæ & pœ-
nitentiæ declarationes, postremò hæc verba adiecit,
Incolumis esto, fili mi Imperator, túque, ô Theo-
phanes, cui credidi magnum meum arcanum, τὸ μέγα μυστήριον. Leo Copronymi fi-
lius Imperator rescire voluit quidnam esset grande
illud patris secretum. Coactus Theophanes fate-
tur Constantinum ingens auri pondus sub terra
defodisse in vsus cæterorum filiorum. Leo omnem
auri effossi quantitatem præripuit, & manifesto

impie

a Euseb. li. 4. de vita Constantini
b Quintil. declam. 308.
c Tacit. li. 2. Annal.
d Plinius lib. 8 ep. 18.
e Plutarc. de curiositate.

Source : BIU Cujas

impietatis crimine fratres reſeruata illa pecunia priuauit [a]. Quis non credat hæredes iſtos non aliena aut diſſimili impietate paternam voluntatem ſcrutari, ſiquidem pater reſciri noluit quòd iſti ſibi declarari poſtulant; Imò vt filios ſanctiore religionis vinculo obligaret, vltimam voluntatis ſuæ executionem Meuio ſacerdoti commiſit, qui & parochiæ rector erat, & perpetua morum integritate ſpectabilem ſe, & ab omni fraudis ſuſpicione ſemper alienum præſtitit. Conſtantinus Imperator teſtamentum ſuum commiſit preſbytero, quem Conſtantia ſoror moriens ei vt virum bonum commendauerat [b]. Olim apud Romanos teſtamentorum executiones Pontificum muneri & curæ incumbebant: *Hæredes* (inquit Papinianus) *Pontificali authoritate compellantur ad obſequiũ ſuprema voluntatis* [c]. Quin & ipſas teſtamenti tabulas ſolebant aut Veſtalibus tradere, aut in alia æde ſacra cuſtodiendas deponere [d]. Nec diſſimiliter Imperatores Chriſtiani teſtamentorum executiones Epiſcopis commiſerunt, qui & curare & iubere poſſent pias defunctorum voluntates ab hæredibus adimpleri [e]. Sed iuris Canonici diſpoſitio ea teſtamenta, quæ coram Rectore parochiæ fiunt, valere conſtituit, eorúmque executionem fauorabilẽ eſſe cẽſet [f]. Supereſt tertia illa ac præcipua cõſideratio, quòd moriens pater ita de rebus ſuis diſpoſuit. Nã licet sũmus ille iudex, καὶ ὀφθαλμὸς ἀφαπτόμενον ἀνακριτὴς omnia etiam occultiſſima tanquã in ſpeculo præſentia habeat, eáq; ἀκινήτῳ ὀφθαλμῷ intueatur: tamen plerique omnes

a Cedrenus pag. 384. & 385.

b Niceph. Eccleſ. hiſtor. lib. 8. cap. 54. circa fi. Hiſt. tripartit. lib. 4. capa. Ruffinus Eccleſ. hiſtor. li. 10. cap. 11.

c l. 50. hæreditas. in fin. ff. de petit. hær.

d Sueton. in Iulio cap. 83. & in Auguſt. cap. 101. l. cum pater. §. preinde & ſi cuſtodiam, l. fi. ff. de tabulis exhib.

e L. nulli licere. Cod. de epiſc. & cler. c. 3. nos quidem in fi. & cap. ſi hæredes. extra de teſtamentis.

f Cap. cùm eſſes. extra de teſtamentis.

Source : BIU Cujas

omnes quandiu viuimus, & crimina noſtra abſcõdere, & diuinum numen fallere poſſe nobis videmur. Inſulſi homines, qui meritò animalibus illis compararipoſſumus, de quibus Plinius, Mira ſtoliditas (inquit) in tanta corporis altitudine latere ſe putant, ſi caput frutice occultauerint. At tu homuncio vanus es & ridiculus, qui micantes magni illius ſolis radios fallere ſperas. *Quantaſcunque tenebras factis tuis ſuperſtruxeris, Deus lumẽ eſt*, inquit Tertullianus a. *Spectat enim nos ex alto rerum arbiter* Deus (ait Nazarius in panægyrico) *& quamuis humanæ mentes profundos gerant cogitationum receſſus, inſinuat tamen ſeſe totam ſeruata diuinitas* b. Hominum quidem vita, ſi Plinio credimus, altos receſſus magnáſque latebras habet c. *Sed dij immortales* (inquit Quintilianus) *non iudiciis falli, nõ gratia circumueniri, non ignorantia decipi poſſunt. Colite homines innocentiam, & nullam ſpem impunitatis ex ſecreto ſcelerum conceperitis. Licèt nulli hominum proſpexerint oculi, licèt nulla cuiuſquam mortalium conſcientia interuenerit, ſub cœlo tamen feciſtis: & ille fuſus per omnes rerũ naturæ partes ſpiritus adfuit teſtis. Erit ille potentior* d. Thales interrogatus, εἰ λάθοι θεὸς ἀνθρωπος ἀδικῶν, Ἀ'λλ' οὐδὲ διανοούμενος, verè & piè reſpondit. Apud Liuium Marcus Fabius dicebat, *Conſulem Romanum miles ſemel in acie fefellit, deos nunquam fallet* e. Itaque quiſquis viciniam mortis attingit, & ad ſummum illud diuini numinis tribunal propediem acceſſurum ſe præſumit, ſolet ad omnia pauere, palleſcere, & pio metu horrere. Inſtat iudicij illius dies, in quo omnis antecactæ vitæ ratio reddenda eſt, & coram eo iudice cauſa peroranda, cui nihil ocultum eſt, & apud quem probationum

a Tertull. lib. de pœnitentia.

b Nazarius in panæg. Conſt. Aug.

c Plinius lib. 3. epiſt. 3

d Quintil. declam. 314

e Liuius lib. 2.

Source : BIU Cujas

tionum seu defectus seu incertitudo nullum effugij spem dabit. Qui pius est & Christianus, opportunè omnibus conscientiæ suæ næuis ante decessum mederi cogitet. *Expectat illum* (inquit Saluianus) *iam egressurum de vitæ ista officium tribunalis sacri: expectant tortores Angeli & immortalium tormentorum terribiles ministri* [a]. Non est ergo verisimile, morientem in ipso mortis imminentis periculo de fraude aut tacito fideicommisso cogitare. Quis enim adeo impius est, & salutis suæ immemor, qui eò profecturus vbi proponitur aut æternũ præmium, aut sine fine tormẽtum, velit postuma quadam improbitate vel alienã rapere, vel contra leges de rebus suis in fraudem hæredum disponere? *Diuina iustitia latenter hominum conscientiam secreto animi iudicio aut absoluit aut damnat*, inquit Diuus Hieronymus [b]. Plinius, quamuis ethnicus, piè tamen & Christianè, *Nuper* (inquit) *meum iusdam amicũ languor admonuit, optimos esse nos dum infirmi sumus. Quem enim infirmum aut auaritia aut libido sollicitat*, addit Plinius: *Tunc Deos, tunc hominem esse se meminit* [c]. Sidonius Apollinaris amicum qui senex erat, sed corpore vegeto & iuueni li sanitate, monet, ne multum fidat ambiguis, nec nimis nimiæ credat incolumitati: *Sed si quædam commissa reminiscitur, palam fusa satisfactione soluatur* [d]. Itaque quisquis viuus aliquem læsit, proximo nocuit, vicinum contra ius spoliauit, (vt morum nostrorum corruptela proclines nos in hæc vitia trahit) morienti gratissimum solatium erit, si non modò pœnitere se nouerit, sed & idoneam peccati satisfactionem pœnitentiæ accessuram speret. Aliquid mala fraude abstulit, restituatur: vicino nocuit,

[a] Saluianus lib. 3. ad Eccles. Cathol. pag. 391.

[b] D. Hier. epist. ad Cetantiã lib. 2. epist. 29.

[c] Plin. lib. 7. epist. 26.

[d] Sidonius Apollina. li. 4. epist. 13. ad Veticonem.

Source : BIU Cujas

cuit, damnum farciatur: proximum læsit, ei satisfiat: in pauperes, dum vixit, illiberalis fuit, distribuantur à piis hæredibus eleemosynæ, & suprema voluntate pietas non parcâ, sed liberali & effusâ manu exerceatur. *Ecce* (inquit Salvianus) *iturus es, infelicissime omnium, ad examen sacrum, ad tremendum illud intolerandumque iudicium, vbi peregrinanti animæ atque anxiæ nullum potest omnino esse solatium, nisi sola tantummodo bona conscientia, nisi sola tantùm innocens vita, aut, quod proximum est bonæ vitæ, misericordia* [a]. Obiiciunt hæredes, cur (inquiunt) tacita voluntate in quam causam impendi pecuniam voluerit, non apertè pronuntiauit? ingens anè filiorum hæc impietas est, non modò defuncti patris iussa velle violare, sed & inofficiosam silentij fidem tam importuna tamque in iqua ex postulatione interpellare. Quotusquisque nostrũ est, qui, si latentè aliquê morbũ, corporisve defectum habet, sæpe præinepto pudore eũ nedum publicè profiteatur, vt ipsis etiam medicis vix ac ne vix quidem declaret? Si corporis defectus, qui famã non maculant, celamus, & abscondimus, nostrâne vitia & conscientiæ næuos palàm impudêtes vltimóque elogio profitebimur? *Pudoris magis memores quàm salutis*, ait Tertullianus, *velut illi, qui in partibus verecundioribus corporis contracta vexatione, conscientiam medentium vitant, & ita cum erubescentia sua pereunt* [b]. Ecclesia primitiua peccatorũ cõfessiones publicè fieri voluerat: sed cùm & scandala multa orirentur, & plerique omnes crimina sua occultantes peccata malo pudore dissimularent, ecclesia publicas illas vitiorum professiones reiecit. Defuncti Titij memoriam graui vlla criminis suspicione neque accusare volu

a Salvian. lib. 3. ad Eccles. Cath. p. 390.

b Tertull. lib. de pœnitentia circa fin.

volumus, imò neque etiam absque calumnia possumus. Vir fuit integræ famę & existimationis, & quem vitæ morúmque probitas commendauit: sed quis adeò iustus est, vt perpetuò innocens & ab omni labe integer perhiberi queat? Quin & remoto omnis suspicionis sinistræ scrupulo, nónne in pias causas, in alendos pauperes, in redimendos captiuos, in ornandam ecclesiam legare defuncto licuit? Testator autem vanitatis à pietate Christiana alienæ esse existimauit eleemosynas suas & laudabilem in pias causas munificentiam publicè iactare. Potuit quidem palàm profiteri, sed noluit, id quę mihi sacerdoti suo secreta silentij fide interdixit. Quis sacerdotem ferat confessionis arcana reuelantem, quem sacri Canones impium & ab Ecclesia remouendum iudicare solent [a]? Quòd autem hæredes solas taciti fideicommissi suspiciones allegant, id quia nulla probationum fide fit, nullam habet rationem. Callistratus Iurisconsultus, non aliter tacita, fideicommissa detegi dicit, quàm si proferatur chirographum eius, cuius fides eligitur, vel si aliis manifestissimis probationibus illud appareat [b]. At in hac causa neque probationes adsunt, neque vlla probationum adminicula, imò ne certa quidem præsumptionum indicia. Quoties autem testator alicuius conscientiæ & arbitrio quidpiam commisit, quodcunque ille iuratus dixit lex affirmationi & conscientiæ eius credi fidémque adhiberi iubet [c]. Ac præcipuè si de pia aliqua largitione agatur. Nam licèt captationis species quædam sit, quum testatorum iudicia in arcanam alicuius fidem conferuntur [d] hoc tamen

a Can. Sacerdos. 3. quæst. 7. c. omnis. de pœnit. & remiss. Can. Sacerdos. de pœnitentia, dist. 6. b l. non intelligitur. § tacita autem fideicommissa. ff. de iure fisci. cl. Theopompus. ff. de dote prælegata. l. cùm quis. §. codicillis ff. de legat. 3. l. si quis pro redemption. vers. quòd si aliqua. Cod. de donat. d l. captatorias. ff. de testam. instit. l. captatoria. ff. de legat. 1. l.

Source : BIU Cujas

tamen in piis cauſſis ceſſat. Nam qui ſupremæ voluntatis executores à teſtatore electi ſunt, vicem hæredum referunt in relictis ad pias cauſas, eiſque etiam inconſulto hærede licet pia legata erogare a.

*SENATVS* pecuniam legatam ab hæredibus præſtari & numerari Meuio ſacerdoti iuſſit, vt eam bona fide ex defuncti teſtatoris præcepto diſtribueret.

Hoc Senatuſconſultum in ſolenni purpura pronuntiatum fuit. Ea autem arreſta vim legis generalis habere cenſentur. Exiſtimauerim tamen ſacerdotis Meuij notam integritatem, (quippe in cum vix cadebat vlla taciti fideicommiſſi ſuſpicio:) præcipuam huic Senatuſconſulto cauſam dediſſe b.

a Cap. cùm tibi. de teſt. l. ſi ita ſcripſero. ff. de condit. & dem. Barth. conſilio 25. l. nulli. & ibi Bald. C. de epiſc. & clericis. l. alio hærede. vbi Bart. ff. de alimẽ. & cib. leg.

b Arreſt prononcé en robbe rouge le Vendredy auãt Noël qui eſtoit le 23. de Decembre 1580. contre les heritiers du ſieur de la Barre.

*Falsò cædis damnatus.*

## CAPVT IV.

MVLIER vidua cùm aliquandiu à domo peregrè abfuiſſet, nec amplius in tota pagi Icciaci vicinia viſeretur, inerebuit falsa ſuſpicione rumor, eam à ſcelerato aliquo occiſam, & cadauer illius, ne reperiretur, abiectũ. Iudex prouinciæ latrũculator cùm ex muneris ſui officio authores cædis requireret, Titium in ſaltu quodam delitescentem & attonito trementique ſimilem reperiens prehẽdit, eúmque ſola criminis ſuſpicione reum ad præſidiales prouinciæ illius iudices deducit. Titius nullo quæſtionis terrore, nullo tormentorum cruciatu, ſed aut deſperatione aut fato aliquo, ſalutis ſuæ negligens & vltrò perire volẽs, crimen innocens agnoſcit. Interrogatus à iudicibus, mulierẽ, cuius cædes ignoranti obiiciebatur, occi

Source : BIU Cujas

occidisse se fatetur. Confessus velut plenè convictus damnatur, & laquei supplicio punitur. Titij innocentiam eventus docuit. Nam biennio pòst mulier, quæ cùm absens esset, mortua credebatur, reuertitur. Accusantur iudices & iniquitatis manifestæ & culpæ non excusandæ. Iniquam fuisse damnationem ipsa superstitis mulieris præsentia satis indicabat. Iudicum autem culpa argui meritò posse videbatur, quòd Titium cædis damnassent: priusquam illis de occisa muliere liquidò constaret. Itaque iudicibus dies in Senatu ab hæredibus & propinquis Titij dicta est.

*PRO IVDICIBVS.* Saeva est & religionis plena magistratuum dignitas, in quibus requiri solet, vt rectè, vt syncerè, non vt fœliciter iudicent. Probationes religioni iudicum committuntur, at veritatis certa & aperta cognitio soli Deo patet. Probationum merita prudenter inquirere [illegible] latentem facti veritatem assequi [illegible]. Nimis dura est acerbitas, quæ tristes condemnationũ eventus magistratibus imputare permittit. Non enim iudicij exitus, sed mens pura animúsque sine labe & sordibus iudicem æquum ab iniquo, integrum à corrupto secernit & diiudicat. Quintilianus legem hanc, *magistratus de confesso sumat supplicium*, dum explicat, simul & iudicis partes officiúmque expendit: *Durum* (inquit) *ministerium & iniuũda honoris huius necessitas: Sed quis potius leges exquirit, & hominum commissa, nisi qui Rempublicam administrarit? Nemo istud faceret libenter, nisi necessitate.* [a] Plinius & grauissimus Senator, & iudiciorũ peritissimus: *Non minus* (ait) *imperspicua, incerta, fallaciáque sunt iudicũ ingenia, quam tẽpestatũ terrarúmque* [b]

a Quintil. declam. 314.
b Plinius lib. 1 epistol. 20.



Source : BIU Cujas

Titius innocens damnatus est, sed nullâ iudicum culpâ. Nouúmne aut insolens videbitur, quod tamen veteres sæpè contigisse referunt, vt errore aliquo cædis damnetur etiam interdum is, qui innocens est, quíque manus puras nulliúsque criminis participes & conscias habet? Martianus Thrax, qui postea Imperator fuit, cùm quendam recenter mortuum Christiana pietate sepeliret, homicidij accusatus est, & cùm multa vrgerent indicia τῶν στοχασμῶν καὶ τῶν εἰκότων πλέον τῆς ἀληθείας καὶ τῆς γλώττης ἐσχηκότων, damnatus fuit, capitísque pœnã subiisset, nisi eodem temporis momento verus cædis author deprehensus Martiani caput liberasset [a]. Marci Agrij seruus, qui Titi Fannij seruum occidisse falsa suspicione existimabatur, ea de causa tortus à domino, extremo tandem supplicio fuit affectus. At qui cæsus credebatur, paulo pòst reuersus est [b]. Nec dissimiliter de milite refert Seneca, qui quum ex commeatu sine cõmilitone rediisset, & crederetur commilitonem occidisse, dãnatus extra vallum deductus est, & iam ceruicem porrigebat, cùm subitò apparuit cõmilito, qui occisus videbatur [c]. Apud Heliodorum Chariclea, quum Theageni superstes esse nollet, venenum se miscuisse fatetur, & vt venefica damnatur [d]. Alexander ille Luciani ψευδομάντις & impostor, cùm Paphlagonẽ quendam, cuius filius multo tempore abfuerat, dolore incredibili, magnóque animi mœrore angi videretur, de diutina illa absentia, tanquam vates, à patre consuleretur, duos indicauit seruos, quos herilem filium interemisse mentitus est. Seruis iam supplicio affectis filius postea viuus & incolumis ad patrẽ reuersus est [e]. Isocrates in Callimachũ quendam

a Niceph. Callist. li. 15. c. 1. & Euagrius lib. 2. ca. 1.
b Valer. Max. lib. 8. cap. 4.
c Seneca l. 1. de ira circa fin.
d Helior. histor. Æthiop. lib. 2.
e Lucianus in Alex. seu ψευδομ.

dam inuehitur,qui cùm ancillam Cratini in domo quadam occultaſſet,dominum criminabatur quaſi barbara erudelitate ancillæ caput ſaxo contriuiſſet.Detracta eſt tandē calumnia,& abſolutus Cratinus,cùm ancilla & viua reperta eſſet,& incolumis in iudicium deducta[a]. Diuus Athanaſius accuſatus eſt Arſenium abſciſſa priùs manu interfeciſſe:At ille viuus poſtea apparuit,eiúſque præſentia Athanaſium graui calumnia liberauit[b]. Inter Senecæ controuerſias proponitur fratris cuiuſdam calumnia,qui fratrem & parricidij accuſauerat,& confictis probationibus dānauerat:ſed cùm diebus feſtis pœna ex lege dilata eſſet, pater ſaluus rediit[c].Quin etſi recētiores hiſtorias curiosè inquirimus, nō fuerit alienū hoc loco referre quòd Iacobo Fuſcaro Venetorum ducis filio errore non diſſimili contigiſſe narratur.Ille graues cum Hermolao Donato inimicitias multo tēpore exercuerat:Hermolai occiſi cadauer reperitur incerto ſceleris authore.Fuſcarus non plēna quidē facti probatione, ſed fallacibus præſūptionū indiciis cùm premeretur,in Cretā inſulā relegatus eſt. Mortuo ex tædio exilij Fuſcaro, verus cædis author,qui ſe in monaſteriū quoddam abdiderat,cùm morti proximus eſſet,vltrò fatetur cædē illam Hermolai,inſcio & ignorāte Fuſcaro olim à ſe perpetratam[d]. Quis verò vel leuitatis & inſcitiæ,vel iniquitatis accuſauerit Venetos illos ſenatores,qui ſumma prudentia Rempublicā ſuā tot ſęculis integrā & illæſā conſeruāt, qui charitate in patriam ciuiúmque amore cū priſcis illis Romanis ſenatoribus in magno veræ laudis certamine contendūt?Nos verò qui corruptiſſimo ſęculo & inter bella ciuilia nati,veritatis vm-

a *Iſocrates in paragraphico.*
b *Nicephorus Calliſtus lib. 8. cap. 49. & Eccleſiaſt. hiſtor. Euſebij & Ruffini lib. 10. cap. 17. & D. Athan. apologia 2.*
c *Senec. li. 5. contro. 4.*
d *Baptiſta Fulgoſius lib. 8. tit. de diſquiſit. per tormenta, c. 4. & 10. Baptiſta Egnatius cap. 3. li. 8. de exēplis illuſtrium virorū Venet.*



Source : BIU Cujas

bram magis quàm ipsam veritatem sectamur, qui iudiciorum religionem, non vero affectu, sed vana & inani specie colimus, iudices viros probos accusari & immeritos vexari patimur, quòd nulla fraudis vel odij suspicione eum damnauerint, qui sibi confessione sua perniciem solus vltrò procurauit. τῷ ἂν ἐξαπατήσαντι τὸ λόγῳ τοὺς δικαστὰς δίκαιον ὀργίζεσθαι, ἢ τοῖς ἐξαπατηθεῖσιν, inquit Demosthenes [a]. Diuus Ambrosius: *Quem aliter iudicat, potest vtcunque esse excusabilis. Reus autem sine excusatione est, qui conscientiæ suæ iudicio condemnatur. Quem aliter iudicat, potest quandoque à suo iudice sperare indulgentiã: Qui se ipse iudicat, à quo indulgentiam postulabit?* [b] *Fingite* (ait ille) *esse aliquem, qui aliquo modo confessus sit hunc à magistratu occisum, postea apparuisse aliquo casu, falsum fuisse quod dixisset, num agi cum magistratu potest?* [c] Iudices occultam & latentem facti veritatem omni studio inuestigant, sed non semper eam, neque passim, ex probationum meritis eruere & assequi datur. Hinc est quòd iudices olim non aliter, quàm ex animi sui sententia pronuntiare solebant. Quintilianus non dissimiliter de eo agens, qui cædis reus falsò damnatus fuerat. *Nocentem* (inquit) *an innocentem quis scit? Ipsi iudices hoc non pronuntiant, sed se ex animi sui sententia facere profitentur* [d]. Eleganter apud Thucydidem Diodotus, περὶ κρίσεως ἁπάντων καὶ ἰδίᾳ καὶ δημοσίᾳ ἁμαρτάνειν, καὶ οὐκ ἔστι νόμος ὅστις ἀπείρξει τοῦτο [e]. Itaque vt causæ istius merita recensere maturo & prudenti iudicio liceat, illud potissimum expendi & examinari conueniens est, an aliquid in illa Titij damnatione contra solitum iudiciorum morem, contra requisitas legibus formas, veteréque ritus factum aut admis

[a] Demosth. in orat. contra Neæram, in princ.

[b] D. Ambrosius sermone 50.

[c] Quintil. decla. 314.

[d] Quintil. decla. 313.

[e] Thucydides lib. 3.

Source : BIU Cujas

admissum sit: siue rei prehensionem & criminalem iudicij processum, siue etiam condemnationem ipsam spectemus. Titius ab eo iudice prehensus est, qui Romanis vel latrunculator vel [a] renarcha dicebatur: nos Prætorem seu præfectum Marescallorum vulgari appellatione nuncupamus. Huius iurisdictio, imperium & munus est, vt homines sceleratos, qui publicas vias cædibus & latrociniis infestant, quique ἀπόλιδες καὶ ἄοικοι vagantur, in vnaquaque prouincia inuestiget & requirat, atque facinorosos armata manu sistat & prehendat. Nouellæ Iustiniani constitutiones præfectos istos nũc ληστοδιώκτας vocant, nunc συκοφάντας [a]. Vlpianus refert præfectum vrbis ad tuendam popularium quietem disposítos habuisse milites stationarios [b]. Quantò magis oportuit latrunculatori & præfecto Marescallorum ad prehendendos latrones & sistendos viarum grassatores turmam militum Regio instituto committi? Augustus grassatores dispositis per opportuna loca stationibus inhibuit [c]. Appianus Sabinum à Cæsare præfectum narrat ad turbas & latrocinia in vrbe atque Italia comprimenda [d]. Sic etiam Tertullianus: *Latronibus vestigandis* (inquit) *per vniuersas prouincias militaris statio sortitur* [e]. Hæc autem de Præfecti Marescallorum munere obiter præmissa oportuit, ne quis miretur Titium nulla criminis probatione prehensum, nullo accusante, nisi Regio procuratore, qui disciplinæ publicæ vindex est, damnatum. Nam præfectus iste prehensionem magis quàm iurisdictionem habet, & ex muneris sui instituto tenetur facinorosos & criminum reos ad iudices prouinciæ præsidiales deducere, & ex eorum sententiis in

a *Nouellæ 8. §. 13. Nouel. 128. & Nou. 134.*

b *L. 1. §. quies quoque. ff. de officio præfect. vrb.*

c *Sueton in Augusto cap. 32.*

d *Appian. lib. 5. belli ciuil.*

e *Tertull. in apolog. cap. 2.*



Source : BIU Cujas

damnatos animaduertere: Ipse nec damnare, nec aliter, quàm si septem adsint præsidiales prouinciæ iudices, punire, aut quenquam supplicio afficere potest. Nam si in damnatione minor iudicum numerus adsit, Senatus sæpè iudicauit sententiam adeò nullam esse, vt eius executio sisti & inhiberi debeat [a]. Atque huic septem iudicum numero constitutionibus Regiis definito cõuenit antiqua illa lex, quæ est apud Gellium, *De reo septem iudices cognoscant, eáque sententia sit rata, quam plures ex eo numero dixerint* [b]. Necessaria autem hæc assessorum & iudicum legitimo numero conuocatorum præsentia antiquum Galliæ morem, veteréque Caroli magni leges refert, quibus Comites, qui olim iudices erant, scabinos suos in iudicando aduocare tenebantur [c]. Plinius cùm fœlicem Tabrobanes insulæ politiam describeret, dicit apud eos nõ licere quenquam, nisi plurium sententia, capite damnari [d]. Prudens certè & solemne in iudiciis institutum, tum quia maior est plurium, quàm vnius, in recensendis probationibus solertia, tum etiã quòd nimis imperiosum esset vnum hominem de hominis vita iudicare. Hoc enim inuidiosum meritò videatur, & inhumanæ crudelitatis barbaræque tyrannidis speciẽ referret. Sic cùm Romulus à ciuibus suis cæsus esset, Dionysius Halicarnasseus causas cædis illius exquirens, hanc inter alias præcipuam refert, quòd Romanos quosdam latrocinij accusatos præcipitari iussisset, non ex consilij aut assessorum sententia, sed solus ipse iudicium exercens [e]. Hoc idem de Tarquinio Superbo refertur, quòd cognitiones capitalium rerum sine consiliis per se solus exerceret [f]. Hinc solemnis olim & con

a Arr. du Samedy 26. de Septembre 1591. donné à la Tournelle entre Anthoine de Leschuech appellant, & Anthoine Sallat Intimé.

b *Gellius lib. 9. c. 15.*

c *Capitul. Carolimagni lib. 4. cap. 5.*

d *Plinius lib. 6. c. 22.*

e *Dionys. Halicarn. lib. 2.*

f *Liuius lib. 1.*

Source : BIU Cujas

consueta fuit in pronuntiando formula *de consilij sententia*. Liuius, *Silentio* (inquit) *per præconem facto Paulus Latinè quæ Senatui, quæ sibi ex consilij sententia visa essent, pronuntiauit*[a]. Quinetiam ipsium Traianum qui & Imperator & iudiciorum obseruantissimus fuit, tradit Plinius, ex consilij sententia solitum pronuntiare[b]. Horum autem omnium, quæcunque iudiciorum formulis præscripta memorauimus, nihil non in Titij damnatione solemniter fuisse obseruatum constat. Nam Præfectus, cuius de ea re cognitio est, Titium delitescentem prehẽdit, cúmq; trementem, pallidum, & nocẽti similem ad iudices præsidiales, ex cõstitutionis Regiæ præscripto deducit. Iudices postulante Regio procuratore eum interrogant, & ab eo seriem facti seriosè exquirunt. Ille nullis tormentis adactus cædem fatetur, criménque nullo quæstionis cruciatu agnoscit. Iudices in confessum ex consilij sententia pronuntiant. Damnatus punitur nulla vel sordium, vel gratiæ, vel inimicitiarum suspicione. In confessum autem legitima dãnatione animaduerti posse Guido Pape grauissimus Senator aliíque iuris Doctores asserunt[c]. Damnatus est ergò Titius, qui, cùm perire vellet, pernicioſa in seipsum præuaricatione innocentiæ suæ insidiatus est. *Qualis est reus* (inquit Seneca) *cuius hoc vnum patrocinium est, indignum se vita fuisse?* *Omnium supergreditur sententias* (ait Diuus Ambrosius) *qui à sua conscientia, sua sentẽtia dãnatur*[d]. Etenim Titio crimen agnoscente quid est tãdẽ quod iudicibus imputari queat, cũ in cõfitente nullæ sint iudicis partes, nisi in condemnando? Tertullianus ad Scapulã de iudicis officio differẽs, *Quid* (inquit) *amplius tibi mãdatur, quã nocẽtes cõfessos*

a *Liuius lib. 45.*

b *Plinius lib. 6. epist. 31.*

c *Guido Pape qu. 339.*

d *Seneca lib. 7. controu. 3.*

e *D. Ambros. serm. 50.*



Source : BIU Cujas

damnare, negantes autem ad tormenta revocare a? Veteri Francorum iure, *placuit ut iudex criminosum discutiens non ante sententiam proferat capitalem, quàm aut reus ipse confiteatur, aut per innocentes & veraces testes vel socios criminis sui manifestius convincatur* b. Athenis reos confitentes qui crimen agnoscebant, ἄνευ κρίσεως κολάζειν εἰ τόμοι πεκύρωσιν c. Quidius: *O si qua patetis Numina confessis, mevni, nec triste recuso Supplicium* d. *Confessio* (ait Seneca) *conscientiæ vox est. Confessio coacti, & quæ fecit agnoscenti, est verbum* e. Confessionum autem & aliarum probationũ, quæ in iudicio coram magistratibus, καὶ ἐν στεμφθεῖσι exprimuntur, non leuis esse debet auctoritas. Primus namque iustitiæ auctor est Deus, qui in medio iudicum sedet, qui fraudes cęteráque malas artes præsentia numinis sui fugat, quique cœlesti suo afflatu iudicum animos dirigit & inspirat: Sæpè quidem reus defectu probationum dimittitur: sed si verè conscius est & author nefarij alicuius criminis, Deus, qui πάντα ὁρῶν μήδεα, vt ait Iamblichus, humana intuetur, πάντα ἰδὼν Διὸς ὀφθαλμὸς καὶ πάντα νοήσας f, hunc suo tempore meritò supplicio destinat. *Sunt Dij immortales* (ait Seneca) *lenti quidem, sed certi vindices generis humani* g. Theocritus, Ἔστι θεὸς ἀλιτῆρι h. Plinius illud Laberij vsurpauit, *Multis fortuna parcere in pœnam solet.* Atrides apud Homerum: Ἦ ῥα γε καὶ αὐτὸν ὀλέσσατο δῖος ἀγαθὸς τεκνοφόνον τε μεγάλην ἀπέποινα & c i. Quis scit an diuini numinis iustitia Titiũ abiecto hoc crimine punire voluerit ad iustã olim admissi sceleris alicuius vindictam: Plerosq; licet memorare, qui, cùm dãnati ad supplicium traherẽtur, suprema & posthuma voce innocẽtes se criminis obiecti asseuerint, iustam tamẽ ac meritã

dam

a Tertul. ad Scapulam.
b Capitular. legum Carolimagni lib. 5. cap. 156.
c Demosth. contra Timocratem.
d Ouid. li. 10. Metamorph.
e Seneca ib. 8. contro. 1.
f Hesiodus.
g Seneca lib. 10. contro. in pr.
h Theocri. in Idyll. 10.
i Plinius lib. 16. capit. 1.
k Homerus Iliad. 4.

Source : BIU Cujas

dánationē diuina vltione pati propter alia nefaria occulto scelere commissa. Cœlestis iustitiæ arcana curiosus inquirat, qui horum rationem requiret. *Turpissimi hominis argumentum est innocentē posse damnari*, ait Quintilianus a. Sub Iustino Imperatore accusati sunt læsæ maiestatis Ætherius & Addæus Principes Senatus: Ætherius inter tormenta fassus est animum habuisse imperatoris veneno tollendi, & Addæum huius nefarij consilij participem & conscium accusat, vterque damnatus est: Addæus proximè moriturus, falsò atque per calumniam ab Ætherio nominatum se protestatus est, capitalis tamen supplicij damnationem merita vltione & cœlesti vindicta euenisse, quòd antea Theodotum aulæ præfectum, incantationibus magicis sustulerat b. Apud Dionem Caius Antonius coniurationis Catilinariæ accusatus memoratur, nullis quidem probationibus: sed cùm in Macedonia, cui præfectus fuerat, plurima sordidè & improbè commisisset, ex itus iudicij hic fuit, vt coniurationis innocens pronuntiaretur, damnaretur tamen ob ea, quæ in Macedonia malè & corruptè gessisset, propter quę tamen ei dies dicta non fuerit: καὶ συνέβη αὐτῷ (ait eleganter Dio) ὦν μὲν ἐκρίνετο μὴ ἐλεγχθῆναι, ὧν δ' οὐκ ἠτιάζετο κολαστῆναι c. Quoties sceleratus etiam aliud ob crimen damnatur, Deus tam iustæ animaduersionis author est: Iudex, organum & instrumentum. Quis tam impius, qui authorem Deum accuset, aut tam iniquus, qui authore dimisso organum & instrumentum criminetur? Pausanias apud aram Iouis Poliei veterem hunc ritum obseruari consueuisse refert, vt sacerdos, quem βουφόνον appellabant, postquam

a *Quintilia. declam. 313.*

b *Niceph. lib. 17. eccles. histo. cap. 34.*

c *Dio Cassius lib. 38.*



FACULTÉ DE DROIT DE PARIS BIBLIOTHÈQUE

Source : BIU Cujas

securi bouem percusserat, fugiens abiret: ipsa autem securis in ius tanquam rea vocari & damnari soleret [a]. Iudex, qui sceleratum condemnat, diuinæ vindictæ executor est, securis & organū. Quisquis ergò post latam damnationis sententiam iudices accusare volet, non minùs iniquè aut ridiculè facit, quàm apud aram Iouis Poliei, quoties dimisso βουφονίῳ securis, res inanima nulliúsque culpæ noxia, in iudicium rea citabatur. *Homicida* (inquit Saluianus) *eum à iudice occiditur, suo scelere punitur, & latro aut sacrilegus, cùm flammis exuritur, suis criminibus concrematur* [b]. Publicè interest magistratus nec facilè nec leui de causa dānari, ne iudiciorum auctoritas vilescat. Hinc de Marco Antonino Philosopho, Iulius Capitolinus: *Cùm Prætor pessimè egisset, (ait) eum magistratu non abdicauit optimus princeps, sed collegæ iurisdictionem mandauit* [c]. Itaque cùm magistratus inferiores Senatus fulgorem & dignitatem per singulas prouincias referant, Senatus præcipuè interest summam vbique manere tanti ordinis venerationē. Cauendum autē ne nimia aduersùs magistratus licentia iudiciorum grauitatē & authoritatem eleuet, & (quod Vlpianus [d] vitandum monet) iudices contemptibiles reddat. Quod certè eueniet, si subditis & popularibus liceat in iudicia magistratuum censura seueriore inquirere, illorū erroribus maledicere, eorum damnationes cupidè appetere & persequi, facta acriter insectari. Senatus ergò pro sua dignitate auctoritatem ordinis confirmare velit, iudiciorúmque religionem ab omni contumelia asserat, vindicet & tueatur.

[a] *Pausanias in Atticis lib. 1.*

[b] *Saluian. l. 7. de gubern. Dei.*

[c] *Iul. Capitol. in Antonino Philosopho.*

[d] *l. neque iquam. §. circa duo tutos. ff. de officio proconsulis.*

*PRO HÆREDIBVS.* Magnus est & quidem legitimus hæredum in morte defuncti viuidicanda animus: ardent iusta cupiditate vlciscendæ

Source : BIU Cujas

necis iniquæ. Non tamen est illorum mens, vt velint aut improuisos euentus, aut inculpatos errores iudicibus imputare. Temeritatem, inscitiam nimiámque iudicum istorum in capitali cognitione præcipitationem accusant. Neglectos iudiciorum ritus, legũ formulas, tanta támque supina negligentia, omissas quæruntur, vt iudices istos vel malitiosè vel imperitè in vita hominis iudicanda versatos nemo non agnoscat. *Incisæ sint licèt leges duodecim tabulis* (inquit Diuus Cyprianus) *& publico ære præfixo iura præscripta sint, inter leges ipsas delinquitur, inter iura peccatur, innocentia nec illic, vbi defenditur, reseruatur* [a]. Itaque Senatus interest, non minus quàm hæredum, in iudices istos, qui suâ iactant innocentiam, seuera inquisitione animaduerti. *Argumentum reatus est* (inquit Saluianus) *innocentiam iactare post culpam* [b]. Hæredes quidem iusto commoti dolore iniurias suas, quæ magis reprehendi possunt quàm corrigi, persequuntur. At Senatus nõ tã priuati doloris quàm salutis publicæ sollicitus, procurare debet, ne qui sacrosanctã tanti ordinis maiestatẽ imitari volunt, quíque vestrã se iactant referre imaginem, illi fulgentem clarissimi Senatus splendorẽ, & micãtes tanti solis radios criminibus suis, iudiciorum imperitia, & errorum tenebris obscurẽt. Belisarius apud Procopiũ dicebat, primã hãc esse iustitiæ curã, iniustè interfectos vlcisci [c]. Extraordinaria autem criminum cognitio maiorem & exactiorem, quàm in ciuilibus causis, prudentiam & moderationem desiderat: Ciuilis iudicij iniquitas, quæ solam pecuniæ & bonorum amissionem respicit, facilè corrigi & reparari potest. At in capitis iudicio secus dicendum est. Nam vt

[a] *D. Cypr. lib. 2. epist. 2. ad Donatum.*

[b] *Saluianus p. 289.*

[c] *Procopius lib. 3. de bello Vandalico.*

Lama

Source : BIU Cujas

Lamachus dicebat non licere bis in bello peccare, οὐκ ἔστιν (inquiebat) ἐν πολέμῳ δὶς ἁμαρτεῖν a. Ita nec in criminali causa & capitali iudicio bis errare permittitur. Neque enim post damnationem recognitio vel παλινδικία rebus integris licet, sed facta semel rei damnati animaduersione irreparabilis est iudicum error, nec corrigi potest eorum imperitia, ὥστε ἀδίκως μὲν καταψηφισαμένους καὶ μὴ γνῶσι, (inquit Aristoteles) οὐκ ἔστιν ἐπανορθώσασθαι καιρὸν λαβόντας b. Itaque nulla vnquam de morte hominis satis longa cunctatio videri debet c. *Potest* (ait Seneca) *pœna dilata exigi, non potest exacta reuocari* d. Romani consulum suorum fasces virgis alligare solebant. Laudatur Dolabella qui mulierem, quæ iusto dolore virum occiderat, cùm nec iustè damnare, nec meritò absoluere posse crederet, in centum annos remisit e. Laudandi sunt qui criminum inquisitiones & delictorum vindictam, longa patientia exercent. *Omnia non proderanti clara ceriàque erunt* (inquit Fabius apud Liuium) *festinatio improuida est & cæca* f. Imperator Theodosius laudatus est, qui damnatorum supplicia in triginta dies differri iussit g, cùm antea Tiberius decem tantùm dierum spatium præscripsisset h. Si post damnationem patientia & animaduersionis cunctatio commendatur, quanto magis ante damnationem iudicē esse oportet & prudentem & moderatū? *Propè est vt libenter damnet qui citò* (ait Seneca i.) Augustus cùm aliquando ius diceret, pluréque eodem die præcipiti iudicio capite damnaret, Mecænas ægrè ferēs, quòd præ turba accedere non liceret, vt eū à tā cupida damnandi licentia retraheret, tabella accepta scripsit, Surge carnifex. Eámque signatā Augusto

a Plutarc. in apophthegm.

b Aristot. problem. sect. 29. problem. 113.

c Iuuenalis Satyra 6. *Nulla vnquam de morte hominis cunctatio longa est.*

d Seneca li. 2. de ira cap. 23.

e Valerius Maximus lib. 8. ca. 2.

f Liuius li. 22.

g L. *si vindicari.* Cod. de pœn.

h Dion. li. 57. Sueton. in Tiberio c. 75.

i Seneca li. 1. de clementia.

Source : BIU Cujas

gusto deferri curauit. Qua lecta Augustus surrexit, & earum omnium condemnationum, quascunque eo die pronuntiauerat, executionem inhibuit [a]. Democritus Ætolorum Prætor dicebat, *Rem nullam esse magni discriminis consilijs tam inimicam quàm celeritatem. Celerem pœnitentiam sed eandem seram atque inutilem sequi, cùm præcipitata, raptim consilia neque reuocari, neque in integrum restitui possint* [b]. Ammianus Marcellinus eleganter, *De vita & spiritu hominis, qui pars mundi est, & animantium numerum complet, laturum sententiam diu multúmque cunctari oportet, nec præcipiti studio, vbi irreuocabile factum est, agitari* [c]. Iudicum & magistratuum munus sicut sacrosanctum est, augustum, & religiosum: ita etiam Deum vindicem habet, quoties malo more, aut inexcusabili errore, aut etiam malitiosa fraude innocẽs damnatus fuit. Metellus Turpilium hospitem iniquo iudicio damnauerat. Hoc licèt Mario auctore & consiliario fecisset, tamen Marius gloriabundus exultabat, se Metello inimico suo furiam cædis iniustæ vindicem impegisse & excitasse, οὐκ ἠσχύνετο λέγειν πρὸς ἰὼν ὡς αὐτὸς εἴη προστετριμμένος ἀλάστορα τῷ Μετέλλῳ ξενοκτόνον [d]. Verùm quia in dubia caussæ huius contentione culpam iudicum argui conueniens est, videndum qua in re iudices istos peccasse dicamus. Hoc verò præmittendum est, quoties de criminali & extraordinario iudicio agitur, requiri vt iudicibus liquidò certáque probatione de crimine constet. Si de cæde iudicium sit, & occisi hominis mors vindicari debeat, potissimum illud est, vt de cæde & homicidio liqueat, ídque Vlpianus Iurisconsultus prima & necessaria inquisitione requirit: [e] ac nisi occisum

esse

a Cedrenus pag. 141.

b Liuius lib. 31.

c Ammianus Marcellinus l. 29.

d Plutarc. in Mario.

e L. inde Neratius, §. final. ff. ad leg. Aquiliam.

esse aliquem certò constet, non haberi de familia quæstionem asserit [a]. Apud Tacitum in seditione legionum Pannonicarum Vibulenus miles gregarius vt Blæsum exercitus legatum apud legiones accusaret, periculóque & inuidiæ exponeret, querebatur fratrem suum proxima nocte per gladiatores Blæsi iugulatum. Addit Tacitus, *ac ni propere neque corpus vllum reperiri, neque illi fuisse vnquam fratrem pernotuisset, haud multum ab exitio legati aberat* [b]. At si in ipso seditionis æstu cadauer occisi requiri & exhiberi oportuit priusquam cædes crederetur, quid non iudicibus illis imputari meritò debet, qui nulla cæde facta, nulla cadaueris perquisitione, Titium cædis damnauerunt? Sic apud Achillem Statium Clinias Clitophontem falsò de se confessum defendit, & innocentē asserit, ea potissimùm ratione, quòd Leucippes occisæ corpus aut cadauer nusquam appareret [c]. Hæc ergo inexcusabilis iudicum istorum culpa constet, quòd neglectis iudiciorum formulis & solito cognitionis forensis ordine omisso, de Titij velut homicidę supplicio priùs egerunt, quàm illis de occisa muliere constaret. Titius quidem crimē confessus est, sed vltrò, sed nullis probationibus nullāq, ordinis iudiciarij obseruatione. Rectè Tertullianus: *Si de nocente cognoscitis* (inquit) *non statim confessō eo nomen homicidæ vel sacrilegi, vel incesti, vel publici, hostis, contenti estis ad pronuntiandum, nisi & consequentia exigatis, qualitatem facti, numerum, locum, tempus, conscios, socios* [d]. Sic etiam Quintilianus, *Ea natura est omnis confessionis, vt possit videri demens, qui de se confitetur: furore impulsus est, alius ebrietate, alius ira, alius dolore, quidam quæstione. Nemo contra se dicit*

[a] L. 1. §. item illud scien-dum. ff. ad Senat. Silan.

[b] Tacitus lib. 1. annal.

[c] Statius lib. 7. de amoribus Clitoph. & Leucippes.

[d] Tertull. in apolog. cap. 2.

Source : BIU Cujas

Dicit nisi aliquo cogente [a]. Calpurn. Flaccus, *Confessio voluntaria* (inquit) *suspecta est: Confessionem sceleris appellas vocem doloris; Misericordiæ vestræ maximum munus est seruare nolentē* [b]. Apud Senec. in ea controuersia, in qua mulier sacrilegium commisisse vltrò fatebatur. *Non est* (inquit) *confessio nisi quam accusator extulit, negat reus, torter expressit* [c]. Ipsa quidem confessio probationis necessariæ principium est, sed non plena & absoluta probatio, quæ ad pœnā & dānationē sufficiat. Tertull. *De confesso homicida, scientes homicidium quod sit, nihilominus ordinē exterquetis admissi* [d]. Elegans est, pia & prudens ea cōstitutio, quæ inter veteres Caroli magni leges, iudices officij sui & exactæ in condemnando diligentiæ admonet: *Omnia primò diligenter inquirere, vt cum iustitia definiantur. Nullus quenquam ante iustum iudicium damnet, nullam suspicionis arbitrio iudicet. Priùs quidem probet, & sic iudicet.* Non enim qui accusatur, *sed qui conuincitur, reus est.* Pessimum namque & periculosum est *quenquam de suspicione iudicare. In ambiguis Dei iudicio semper reseruetur sententia. Quod certè agnoscunt, suo: quod nesciunt, diuino reseruent iudicio. Quoniam non potest humano condemnari examine, quem Deus suo iudicio reseruauit, &c.* [e]. Vetus ista sāctio religionem magistratus à temeraria & præcipiti damnatione reuocat, nec damnandi licentiam, nisi plena probationum fide indulget. Constantinus Imperator apud Marcellinum, *Desinite* (inquit) *vrgere hominem, vt existimo, sontem, sed nondum aperte conuictum.* Quis autem in hac causa æquo ferat animo malitiosam iudicum istorum impudentiam, qui, vt se excusent, Titij innocentiam occulta & ignota aliorum criminum conscientia infamare volunt? Hæc sunt non iustæ damnationis decreta, sed, vt

a Quintil. declam. 314.

b Calpurnius Flaccus decl. 41.

c Senec. lib. 8. contro. 1.

d Tertul. in apolog. cap. 3.

e Capitul. legum Caroli magni lib. 7. cap. 186.

f Ammianus Marcell. lib. 21.

Source : BIU Cujas

dicebat ille, παιδήματα καὶ ἀδικήματα, quæ si liberè permittantur, verissimum asseremus, quod olim poëtarum quidam dixit, medico & iudici hominem occidere impunè licere. Demosthenes magistratus, qui legum scita corrumpunt, & iudiciorum formulas non seruant, maiore odio & pœna seueriore dignos censet, quàm eos, qui monetæ adulteratores sunt: καὶ μεῖζον εἶναι τὸ ἀδίκημα τὸ τοὺς νόμους διαφθείρειν ἢ τὸ ἀργύριον. Multæ enim (inquit) ciuitates seruatæ memorantur, quæ quondam argento vsæ sunt mixto cum ære & plumbo. At nulla vnquam Respub lica stetit, quæ vel imprebis legibus vteretur, vel suas corrumpi sineret [a]. Itaque iudices isti nullo se prætextu, nulla excusatione purgare possunt, quòd Titium cædi damnauerint, antequam vel cadauer occisæ mulieris extaret, vel cædem ab vllo commissam vllis probationibus appareret. Si mulier verè, sed ab alio, cæsa fuisset: Tamen iudicibus venia fortassis deberetur, qui post certam cædis probationem obstinatæ defuncti cõfessioni fidem adhibuerunt. Sic enim Paulus Iurisconsultus asserit non vacare culpa eum, qui hominem verè cæsum fatetur à se interfectum [b]. At verò Titij confessio nuda erat, & nullis subnixa probationibus; At ne indiciis quidem vel argumentis. Nam quod dicimus confessum pro iudicato haberi [c], hoc in extraordinariis criminum iudiciis locum non habet, si nulla alia probatio religionem iudicantis instruat [d]. Neque enim confessus illico ad supplicium trahendus est, sed in vinculis asseruandus, donec certis probationibus veritas eruatur [e]. Extat epistola Diuorum fratrum de eo seruo, qui metu ad dominum reuertendi vltrò crimen confes-

[a] Demosth. in orat. contra Timocratem.

[b] L. si is cui quæ. ff. de confessis. l. quisquis. ff. ne interrogat. act.

[c] L. 1. ff. de confessis.

[d] L. 1. §. diuus. ff. de quæstionib.

[e] L. si confessus. ff. de custodia & exhib. reorum.

Source : BIU Cujas

confessus fuerat, laudatúrque iudicis prudentia, cui non statim damnare, sed alias expectare probationes visum fuerat [a]. Titius mulierem occidisse vltrò agnouit, aut tædio vitæ, aut desperatione aliqua confessus est. Philostratus Pharionis cuiusdã historiam refert, qui se latronem confessus, & inter latrones damnatus ad supplicium ducebatur; Apollonius Thyaneus supplicium eius differri postulauit, ac tandem ex aliorũ confessione tormentis expressa, Pharionis innocentia liquidò constitit [b]. Neque verò impunè ferre debet magistratus, qui culpam grauem supino quopiam & inexcusabili errore cõmisit. Lex enim iudicem, qui in reddendo iure negligens fuit, ignominiosa magistratus eiuratione plectendum credidit [c]. Remissa quidem & supra criminũ vindicta in magistratu punitur [d]. Sed multò grauius festinatio præceps plecti debet, siquidẽ præcipitatio iustitiæ nouerca comitem habet pœnitentiam. *Maximum est remedium iræ mora*, ait Seneca [e]. *Temeritas* (dicebat Æmylius Paulus) *præterquam quòd stulta, etiam infœlix est* [f]. Annibal à Petilia classe Africam repetens freto appulsus, dum tam paruo spatio Italiam Siciliamque inter se diuisas non credidit, velut insidiosum cursus rectorẽ interemit: postea diligentiùs inspecta veritate, tunc absoluit, cùm eius innocentiæ nihil vltra sepulchri honorem dari potuit [g]. Iudices isti non dissimiliter errasse fatentur, Titij innocentiam lugent, sed tunc cùm damnato vita non amplius restitui potest. *Sequetur vltio extinctũ* (inquit Sidonius Apollinaris) *sed magis prosunt ista viuentis. Na quoties homicida punitur, non est remedium, sed solatium vindicari* [h]. Quid verò indignius est, quidve iniquius, quã quòd

a L. 1 §. *si quis vltro. ff. de quæstionibus.*

b *Philostratus in vita Apollonij lib. 5.*

c L. *si quis. C. de officio præf. prætor. & lib. 12. C. de sportulis. l. diuus in fi. ff. de officio præsidis.*

d L. *finali C. ad legem Iul. de vi publica.*

e Seneca *lib. 2. de ira, cap. 28.*

f Liuius *lib. 22.*

g V. Valer. Max. *li. 9. cap. 8.*

h Sidonius Apollinaris *lib. 8. epist. 11. ad Lupum.*



Source : BIU Cujas

ad impunitatis & veniæ ſpem iudices iſti magiſtratuum dignitatem obtendunt, & ne iudiciorum authoritas vileſcat, non eſſe ſecum ſummo iure agendum allegant? *Imò iudicibus immodicè ſæuientibus fræni quædam temperies* (vt Imperatorum reſcripto continetur) *adhibenda eſt* [a]. *Ignorantia iudicis plerunque eſt calamitas innocentis*, inquit Diuus Auguſtinus [b]. Nam quod erit deinceps tutum innocentiæ præſidium, ſi iniquis iudicibus damnationis iniuſtæ venia facilè condonetur? Demoſthenes eos omnes, qui legum ſcita violant, coërceri debere ait, ſed grauiſſimè illos, qui publico Magiſtratu in Republica funguntur. διὰ γὰρ τούτους τὰ κοινὰ καὶ βλάπτεσθαι πέφυκεν ἂν ὦσι φαῦλοι. καὶ τὰ μέγιστα πάλιν ὠφελεῖσθαι ἐὰν ὦσιν ἐπιεικεῖς καὶ θέλωσιν ἐμμένειν τοῖς νόμοις [c]. Magiſtratus, cùm delinquit, plus exemplo, quàm peccandi licentia lædit. Rectè Iuuenalis, *Omne animi vitium tantò conſpectius in ſe Crimen habet, quantò maior, qui peccat, habetur* [d]. Saluianus: *Criminoſior culpa eſt, vbi honeſtior ſtatus, ſi honoratior eſt perſona peccantis, peccati quoque maior inuidia: furtũ in omni quidem eſt homine malum facinus: ſed damnabilius abſque dubio ſi Senator furatur, &c.* [e] Nam ſi cõueniens eſt quod ait D. Hieronymus, vt in omni gradu & ſexu tã boni quàm mali reperiantur, malorúmq; condemnatio laus bonorum ſit [f]: pœnam autem, quæ ad alios deterrendos adhibetur, Plato παράδειγμα vocari voluerit [g]: Æquiſſimum videtur legitimam vindictæ publicæ pœnam aduersùs iudices & magiſtratus exerceri, quorum munus eſt publicũ & ſacroſancta dignitas, vt deinceps ſeueræ animaduerſionis exẽplo prudenter nec præcipiti iudicio capitales reorũ inquiſitiones recenſere doceantur. *Omnis pœna*

(inquit

a l. 2. C. de cuſtodia reorum.
b D. Aug. lib. 19. de ciui. Dei, c. 6.
c Demoſt. in princ. 2. orat. contra Ariſtog.
d Iuuenalis Satyra 8.
e Saluianus lib. 4. de gubern. Dei.
f D. Hier. ad Nepot. li. 2. ep. 12.
g Gellius li. 6. noctiũ Att. ca. 14.

(inquit Quintilianus) *non tam ad delictum pertinet quam ad exemplum* a. *Electuntur quidam* (ait Diuus Cyprianus) *quo cæteri corrigantur. Exempla sunt omnium, tormenta paucorũ* b. Seneca, *Vt fulmina* (inquit) *paucorum periculo cadunt, omnium metu : sic animadversiones magnarum potestatum terrent latius quam nocent* c.

a *Quintil. decla. 174.*

b *D. Cyprianus serm. 5. de lapsis.*

c *Seneca li. 1. de clementia.*

*SENATVS*, iudices quibus dies dicta fuerat, personaliter in Curia comparere iussit, atque interea illis magistratu suo & iudicandi officio interdixit d.

d Arrest du 22. de Nouembre 1580. la cause ayant esté plaidee le Lũdy 21. & paracheuee le Mardy de Nouẽbre, plaidans André Peletier d'vne part, Choppin & Amelot d'autre part.

Quæ pronuntiandi formula consueta est & solita, cùm Senatus iudices culpæ alicuius obnoxios censet, cósque coram comparentes culpæ suæ admonere vult, aut etiam aliquando coerceri debere præiudicat.

## *De Empiricis, qui conceptis precum & verborum formulis morbos curare profitentur.*

### CAP. V.

EMPIRICOS reiiciendos semper in senatu & relatũ, & iudicatum est. Hurellus quidam, qui medicæ artis ignarus & imperitus erat, ἀπειρίαν tamẽ profitebatur, & quo magis potiones eius ac medicamenta æstimarentur, salutaria sua pharmaca adhibitis piis precibus & conceptis verborũ formulis conficere se dicebat. Ægrorũ curatio dubia est & incerti euẽtus: vt inter ægrotos, qui eius opera vtebantur, nonnullos sanari contingeret, alios interire. Medici ægrorum curationem homini indocto



Source : BIU Cujas

& medicinæ ignaro asserebāt committi non debere: empiricos eosque omnes, qui ab ordine probati non essent, semper reiectos & ablegatos: Preces autem & conceptas verborum formulas, quas iste iactabat, aut ineptias esse, aut impostoris fraudes & præstigias. Res in Senatu agitur.

*PRO HVRELLO.* Medicinæ singularis vsus & perfecta eius cognitio hunc præcipuè finē habet, vt sanitas aut præsens cōseruetur, aut amissa restituatur. *Gubernatori propositum* (inquit Seneca) *nauem in portum perducere. Artes ministræ sunt: præstare debent quod promittunt* a. Quemadmodum ergo oratoris & patroni nomine indignus non erit, qui reum in iudicio periclitantem erudita & eleganti oratione tuetur & defendit: Sic nec immeritò Hurellum medici laude & honore dignabimur; siquidem remediis & pharmacis rectè & peritè compositis præsentem bonam valetudinem conseruat, dubiæ & periclitanti medetur, & amissam ægroto restituit. Medicina enim (vt ait Galenus) ἐπὶ τὸ ὑγιαίνειν καὶ σώζειν τοὺς ἀνθρώπους παρῆλθεν εἰς τὸν βίον b. Simplex & rudis antiquitas, cū morbos curare & corpus mala valetudine afflictū sanare nō humanæ opis esse existimaret: Æsculapiū, Machaonem, Podalyrium, & quotquot præstantes erāt in arte medica, velut diuina numina, colebat & reuerebatur. Exinde autem medici, cùm metuerēt, ne non idem honos arti semper haberetur, pharmaca & remedia sua vulgari noluerunt. Sicut autem Romæ ante Flauium scribam Pontifices ciuiles ius in penetralibus suis reconditum habuerunt, cùm actionum formulas extra collegium emitti nefas credi vellent c: Idque faciebant (inquit Cicero) *augendæ & reti*

a *Senecæ epist. 85.*

b *Galenus in libro* εἰσαγωγὴ ἢ ἰατρός.

c *Liuius li. 9. in fin.*

*retinendæ suæ potentiæ causa* [a]. Sic medici eodem animi proposito collegij ius sibi concedi postulauerunt, vt remediis tacita fraude inter se reticitis animas nostras negotiarentur. Hurellus autem, quia in collegij fraudes non iurauit praua quadã æmulatione atque inuidia à cæteris medicis incessitur & vexatur. Æmulam & malitiosam medicorum inuidiam satis testatur Alfenus Iurisconsultus, dum eius medici meminit, qui quum putaret si liberti sui medecinã non facerent, multò plures imperantes sibi habiturum, iubebat libertis vt sequerentur se, neque opus facerent [b]. Romani per annos 600. medicis caruisse dicuntur: magis quia apud eos medici collegia & institutum ordinem non habebant, quàm quòd Romani medicina & remediis medicinæ non vterentur. Cato octogenarius profiteri consueuerat se priuatos semper habuisse commentarios, quibus sibi, vxori, & familiæ mederetur. Hoc ille nõ per regulas, sed salubria ex vsu nouerat. Aristoteles ait medicum magis experientia fieri, quàm aut studio aut eruditâ librorũ medicorũ lectione; ἢ γὰρ φαίνονται ἰατρικοὶ ἐκ τῶν συγγραμμάτων γίνεσθαι [c]. Narrat ex Nearcho Arrianus, milites Alexandri magni in India venenato serpentum morsu petitos, diúque vexatos. Hos lethales morsus cũ medici Græci sanare non possent, necesse fuit salutaria ab ipsis Indis remedia petere, ad eósq; recurrere, quos frequẽs vsus & ipsa ἐμπειρία venenatorũ morsuũ curationẽ docuerat [d]. Apud Babylonios, teste Herodot. lege cauebatur, vt ægri in foro circũferrentur: vt si quis fortè transeuntium eundem esset morbum expertus, teneretur gradũ sisteré, & quodcũque nosset ei morbo languorive remediũ indicare [e]. Idémque &

a Cicero l. 1. de oratore.

b l. Medicus. ff. de operis liber.

c Arist. lib. 10. cap. final. ethic.

d Arrianus in libr. rerũ Indic.

e Herodo. lib. 1. Plutarc. in lib. λάθε βιῶσας.

apud Indos, & apud Assyrios aliásque gẽtes primis olim temporibus fieri consueuisse plerique passim referunt [a]. Inde noscebantur certissima morborum remedia, teste Maximo Tyrio [b]. Inde medicinæ scientiam ex obseruatione salubrium floruisse: & medicinam ab experientia ortam tradit Aristot. [c] Tota enim, vt Quintiliano placet, experimẽtis constat [d]. Vt ad medicinã aptissimè referri possit quod Manilius ait, *Per varios vsus artem experientia fecit, Exemplo monstrante viam*. Verùm, vt ait Seneca, *& tardum est & variũm quod vsus docet* [e]. *Nec quicquam omnium est*, inquit Apuleius, *quod possit in primordio sui perfici: sed in omnibus fermè antè est spei rudimentũ, quàm rei experimentum* [f]. Serapio primus omniũ nihil rationalẽ disciplinã pertinere ad medicinã professus, in vsu tantùm & experimẽtis eã posuit. Quẽ Apollonius, & Glaucias, & aliquanto pòst Heraclides Tarentinus, aliíque non mediocres viri secuti ex ipsa professione se Empiricos appellauerunt [g]. Perfecta enim & excellẽs est ea medicinæ pars, quæ ab experientia & vsu petitur. Diuus Hieronymus medicos cõmendat, *quorũ* (inquit) *scientia mortalibus vel vtilissima est, & in tres partes scinditur, τὸ δόγμα, τὴν μέθοδον, καὶ τὴν ἐμπειρίαν* [h]. Ausonius, *Triplex quoque forma medendi. Quæ logos, ac methodos, cuius, experiẽtia nomẽ* [i]. Medicos Iurisconsultus immunitate donari refert, sed nõ illos qui domestico & vmbratili studio artis peritiam profitentur [k]. Priuilegia enim & fauorem merentur, qui notitia per ἐμπειρίαν acquisita languentem ægrorum infirmitatem sanare impẽsa & sollicita opera studẽt. Lex quidem in Archiatro, cui salus Principis cõmissa est, propter Regiæ personæ dignitatem, requirit totius ordinis approba-

a *Strabo li. 16. Euseb. Eccle. hist. lib. 10. ca. 11. Strabo lib. 3.*

b *Maximus Tyrius serm. 40.*

c *Aristo. in princ. lib. 1. metaphys.*

d *Quintil. li. 11. ca. 17.*

e *Seneca ep. 121.*

f *Apuleius li. 1. florid. in princ.*

g *Cornelius Celsus lib. 1. cap. 1.*

h *D. Hier. lib. 2. epist. 2. ad Paul.*

i *Ausonius in grypho trinarij numeri.*

k *L. 6. §. duas habẽ ti. §. grammatici. ff. de excusat. tutorum.*



Source : BIU Cujas

tionem [a]. Sed non probabili ratione eandem in populariibus & ordinariis medicis exigi cognitionē, parémve examinis censuram æquum videbitur aut necessarium. Itaque rectè Iurisconsultus medicorum constituendorum arbitrium non Præsidi prouinciæ, sed populariibus cuiusque ciuitatis concedi dixit, *vt certi de probitate morum & peritia artis, eligant ipsi quibus se liberósque suos in agritudine corporum committant* [b]. Quòd si vnicuique nostrûm liberè licet eos eligere, quorū ministerio & industria vestiri, exhiberi aut nutriti velimus: quid erit iniquius quàm si cogar vti eo medico, qui mihi sit ingratus, si modò collegio & ordini sese vtcunque probauerit: non liceat autem eum adhibere, cuius beneuolentiam, industriam, peritiam, collegio fortassis ignotam, sed mihi multo vsu cognitam sum expertus? Romanos Iurisconsulti [c] testantur medicos habuisse proprios seruos. Illi enim dominos, quorū temperiem, mores, corporisque habitus nouerant, facilè domestica cura sanare potuerūt. Sed non modò domesticum notúmque medicum, imò & eum requirimus, qui ægroto gratus sit & acceptus. Apud Senecam filius medicus dicebat: *Non tibi medicus, sed filius profui: desiderio laborabas, gratum tibi erat quicquid meis manibus acceperas, vt primùm intrauī recreatus: Nihil magis ægris prodest, quàm ab eo curari à quo volunt* [d]. Cur ergo medici ægrotis duram hāc legem imponunt, ne salutem suam homini noto & amico committere audeant, si Empiricū se nulla ordinis & collegij approbatione profiteatur? Quasi verò medicinæ laus aliunde quærenda sit quàm ex ipsa *ἐμπειρία*. Experientiæ enim ratio certa est, rationali medicina nihil est incer-

[a] L. *si quis in archiatro. de profess. & med. lib. 10. C.*

[b] L. 1. *ff. de decretis ab ord. faciendis.*

[c] L. *Thais.* §. *Lucius. ff. de fideicommiss. libert. l. alimenta.* §. 3. *ff. de alim. & cib. leg. l. Scio.* §. *vlt. ff. de annuis leg. l. patron.* §. *item plerunque. ff. de operis liber.*

[d] Seneca *ep. 4. cons. 5.*



Source : BIU Cujas

tius: *Alia est Hippocratis secta* (inquit ille) *alia Asclepiadis, alia Themisonis*[a]. *Cur potius* (ait Cornelius Celsus) *aliquis Hippocratea credat quam Herophilea? cur hæc potius quam Asclepiadea*[b]? Quid verò interest an medicus ex Hippocratis aut Galeni regulis, an verò longo vsu & experimentis sanitatē præstet, dummodo ægro bonam valetudinem quomodocunque restituat? Salus ægroti suprema lex esto. Hic enim vnus est medicinæ finis. Aristoteles: [c] Ἀλλὰ μὴν οὐδὲ τὴν ἰατρικὴν μόνον ἀλλὰ καὶ θεωρητικὴν ἔστιν ἑκάστου τέχνης. At verò non sola ἰατρικὴ, sed & θεωρία quædam latens Hurellum commendat, siquidem pharmaca sua ægris adhibitis, vbi precibus miscet, & accedente certa verborum formula componit. Exclamant medici, eos omnes impostores esse, qui characteres, conceptas verborum formulas, cæteraque eiusmodi vim vllam habere, aut quidquam prodesse affirmant. Plinius dum quæstionem hanc tractat, an sit in medendo aliqua vis verborum, refert M. Seruilium Nonianum in metu lippitudinis chartam duabus litteris Græcis P. & A. inscriptam, circumligatam lino, subnectero collo solitum[d]. Pericles in illa grauissima peste, quæ Athenis fuisse memoratur, amuletum gestauit, [e] περιάπτον ὑπὸ τῶν γυναικῶν περὶ τραχήλου περιτιθέμενον. Bion Philosophus, ἐμπίπτειν εἰς νόσον περίαπτα κεκτῆσθαι ἐπιεικῶς, vt testatur Diogenes Laertius[f]. Trallianus medicus, præstantissimus inter remedia cholici morbi meminit ferrei annuli, circa quem scribebantur hæc verba, φύγε, σώζε[g] cum adiecta quadam nota seu charactere[h]. Plato asserit incantationibus morbos curari posse[i]. Plutarc. testatur Tartaros consueuisse morbos incantare[k]. Strabo vagari per

Indiam

a Seneca epist. 95.
b Cornel. Celsus lib. 1. cap. 1.
c Arist. li. 1. Ethic. in princ.
d Plinius li. 28. cap. 2.
e Plutarc. in Pericle.
f Diogen. Laertius in Bionis vita.
g Trallian. lib. 9. in fi.
h Plato li. 4. de Rep.
i Plutarc. in conuiuio 7. Sapien.

Source : BIU Cujas

Indiam magos incantatores scribit, qui morbos curarent: Indósque non aliis aut frequentioribus aut peritioribus medicis vti solitos asserit [a]. Iosephus Salomonem dicit incantationes plerasque tradidisse, quibus ægritudines possent mitigari [b]. Apuleius, *Veteres quippe medici* (inquit) *etiam carmina remedia vulnerum norant* [c]. Eustathius Ephesias literas celebrat, eásque olim fuisse insignes & in magna commendatione refert. Erant enim notulæ quædam & voces magicæ, quibus quisquis vtebatur, ille fœlicem negotij successum & cuiusuis rei victoriam adepturus sperabatur [d]. Heliodorus annuli cuiusdam meminit, in quo certi characteres inscripti & impressi efficiebant, ne quicunque annulum illum gestaret ab igne vllo modo lædi posset [e]. Eudoxia Imperatrix cùm parturiens ægrotaret, voluit sibi magicas literas vtero superponi, vt mortuum fœtum eiicere posset [f]. Amasim Regem narrat Herodotus magicis carminibus aliquo tempore prohibitum rem habere cum Ladice vxore [g]. Nicephorus scribit fuisse quædā vocabula Hebraica, quæ ad eorum, qui initiabantur, terrorem & formidinem proponi solerent [h]. Origenes testatur in sacris quibusdā nominibus mirandā latere virtutem: ideóque nó esse hæc ipsa ex Hebræa lingua in aliam transferenda. Homerus Vlyssis sanguinem de vulnere fluentem carminibus sisti potuisse refert, ἐπ' ἀοιδῇ ἄομα κελαινὸν Ἐσχέδιν [i]. Vt & apud Heliodorum Oroondatis fluens sanguis carminibus & incantationibus retinetur [k]. Atque etiam hanc eandem sanguinis certa verborum virtute sistendi consuetudinem Froissartus suo sæculo in vsu fuisse refert [l]. D. Hieronymus malefici cuiusdam

a Strabo lib. 15. Geograph.
b Ioseph. li. 8. antiq. cap. 2.
c Apuleius Apolog. 1.
d Eustat. in Odyss. & Plutarch. in Sympos. lib. 7. quæst. 5. in fin.
e Heliod. in hist. Æthi.
f Cedrenus pa. 274. in fin.
g Herodo. lib. 2.
h Niceph. Callist. li. 4. c. 3. inf.
i Homer. Odyss. l. 19.
k Heliod. lib. 9. hist. Æthiop.
l Froissart. tom. 2. c. 65.

meminit, qui dæmoniacis imprecationibus huius impediret equos, & illius incitaret ad cursũ [a]. Pausanias vidisse se testatur, χάλαζαν θυσίαις καὶ ἐπῳδαῖς ἀνθρώπους ἀποτρέποντας [b]. Videntur hæc fortassis mira, quia nec quotidiana sunt, nec vulgaria: sed falluntur quicunque non alia credi oportere existimant, nisi quæ vulgaria sunt, atque hominum opinione trita & communia: aut qui ea omnia, quæ rarò contingunt, tanquam impossibilia, & à veritate aliena reiici oportere censent. Apuleius eleganter, *Minus herculè calles prauissimis opinionibus ea putari mendacia, quæ vel auditu noua, vel visu rudia, vel certè supra captum cogitationis ardua videntur: quæ si paulò accuratiùs exploraris, non modò compertu euidentia, verùm etiam factu facilia senties* [c]. Imperator Romanus Argyropolus incidisse dicitur in morbũ, quem Zonaras scribit ei veneficiis & carminibus conciliatum fuisse [d]. At si morbus veneficis carminibus immitti potest, cur non etiam sanitas eadem verborum & carminum vi conciliari poterit? Etenim natura remedia morborum prodidit quædam vulgaria & naturalia, quorum ratio ex libris medicorum peti potest: quædam supernaturalia, quorum effectus mirari faciliùs posses, quàm causas aut inquirere, aut deprehendere. Plinius refert Pyrrhum pollice dextro lienosos curasse, ac plerasque esse familias, quæ vel serpentum morsus, vel alias ęgritudines solo contactu leuant [e]. Narrant Ecclesiasticæ historiæ auctores, Cæsareæ statuam positam fuisse, sub cuius basi herba nascebatur, quę præsens erat quorumuis morborum remedium [f]. Sic etiam Edessæ lectus Barsæ Episcopi magna cura seruabatur, quòd plerisque ęgris in eo lecto collocari

a D. Hier. in vita Hilarionis.
b Pausanias in Corint. lib. 2.
c Apuleius lib. 1. Metamorp. in princ.
d Zonaras tom. 3. in vita Romani Argyropoli, p. 186.
e Plinius lib. 7. cap. 2. Plutarc. in Pyrrho.
f Euseb. Eccles. hist. l. 7. c. 14. Niceph. Callist. li. 10. cap. 30. circa prin. & circa fi. Cedrenus pag. 251. Hist. Tripar. li. 6. c. 41. in fin.

locari præsens esset sanitatis recuperandæ remedium [a]. Apud Nicopolim Palestinę vrbem fons erat salutaris, in quo quicunque alluebantur, morborum curationem consequi solebant: curabantur etiam cæterorum animalium languores. Vt & in Hermopoli Thebaidos arbor erat, quæ ad valetudinem & pellendos morbos plurimùm conferebat, si fructus aut folium aut pars corticis collo ægrotantium ligaretur [b]. Non ergò quicquid aut mirum aut extraordinarium videtur, statim vel falsum vel impossibile iudicari debet. Morbos characteribus, amuletis, conceptis verborum & piarum precum formulis posse sanari mirum est, sed nec vanũ nec impossibile. Imò cur in morbis corporis mira videbuntur hæc remedia, cùm constet eadem aut nõ dissimili ratione morbos animi curari? *Pythagoras* (inquit Seneca) *perturbationes animi lyra componebat. Quis enim ignorat, lituos & tubas concitamenta esse, sicut quosdam cantus blandimenta, quibus mens resoluatur?* [c] Cornelius Celsus scribit symphonias ad insaniã leuandam & discutiendas tristes cogitationes plurimùm prodesse [d]. Ismenias tibicen Ischiadicos carmine & musicâ curare solitus erat [e]. Herophilus venarum pulsus rythmis musicis moueri dicebat. Exorcisationes in morbis reiicit Vlpian [f]; sed cùm paganus esset, Christianos criminari & im postorũ nota calũniari voluit. Quin potius Cõstãtini Imp. piissimi verbis assẽtiri cõuenies est. *Nullis criminationib. implicanda sunt* (inquit) *remedia humanis quæsita corporibus, aut in agrestibus locis innocenter adhibita suffragia, ne maturis vindemiis metuerẽtur imbres, aut ventis grandinisque lapidatione quaterentur, quibus non cuiusquam fãma aut æstimatio lederetur,*

a *Cedrenus pag. 251. Hist. Trip. li. 7. ca. 17. in fin.*

b *Hist. Tripart. li. 6. cap. 42.*

c *Seneca lib. 3. de Ira, cap. 9.*

d *Cornel. Celsus lib. 3. cap. 18.*

e *Plinius li. 28. cap. 2. Gellius li. 4. ca. 13.*

f *L. 2. §. medicos. ff. de variis & extraord. cognit.*

*quorum*

Source : BIU Cujas

quorum proficerent actus [a]. D. Augustinus licere ait in collectionibus herbarum orationē dominicam & symbolum proferre [b]. Hoc autem D. Augustinus non permisisset, si aut vanum esset, aut impium, & superstitiosum. Itaque & maligna est medicorum inuidia, qui tam salutaria remedia tanta acerbitate reiici volunt: & absurda eorum curiositas, qui ad rationalis medicinę regulas, & ordinis medicorum examen remitti oportere dicunt remedia hæc mira & extraordinaria. Sic enim apud Plutarchum, cùm in cœna sermo de iis, qui fascinare creduntur, incidisset, dixit Metrius Florus pleraque esse, quorum cùm veritas certa sit, tamen causæ nos latent. Quisquis autem ex sola probabilitate veritatem metitur, ille mirabiles naturalium causarum effectus tollit, siquidem vbi causæ ratio deficit, ibi dubitare & inquirere, hoc est, philosophari, incipimus: atque ita philosophiæ splendorem suum detrahunt, qui nullam rebus mirabilibus fidem adhiberi debere censent [c]. Sub Valente Imperatore floruit monachus Beniamin, qui sola manus tactione vel oleo, adhibitis precibus consecrato, absque aliis vllis medicamentis ægrotos omni morborum genere liberabat [d]. Parthenius vrbis cuiusdā in Hellesponto Episcopus piis precibus varios morbos sanasse à Nicephoro memoratur [e]. Sic etiā Coptas diuinum habuit ægritudinum curandarum & sanitatis conferendæ donum [f]. Quàm ridicula est & infœlix medicorum aduersus Empiricos inuidia, quàm praua & furoris plena æmulatio? Medici, vt sordido & auaro pharmacopolarum quæstui subseruiant, pharmaca præscribunt sæua, tetra, horrida, amara, & potiones tristes visu, gustu asperas, quæ ægros

a L. 4. eodem. Cod. de malef. & mathem.
b Can. non observetis 26. quæst. 7.
c Plutarch. lib. 5. Sympos. quæst. 7.
d Sozomen. lib. 6. Niceph. lib. 11. cap. 15.
e Niceph. lib. 8. cap. 42. in fin.
f Hist. Trip. part. lib. 8. cap. 1. circa med.

Source : BIU Cujas

ægros non ſanant, ſed cruciant. Medici in miſera ſententiarum concertatione ægro aſſident, eum remediis ſuis vexant, potionibus & medicamẽtis debilitãt, nec bona fide ægrotum, niſi priùs exhauſtis eius loculis, ſanant & curant. Illi (vt ait Diuus Bernardus) ex remediis morbos creant, ex medicina languorem, & auara nimis cupiditate, γεωργοῦσι τὰς συμφορὰς, καὶ πραγματεύουσι τὰς ἐνδείας. Tertullianus, *Quid de tali medico iudicabis* (inquit) *qui nutriat morbum mora præſidij, & periculum extendat dilatione remedij, quo pretioſiùs aut famoſiùs curet* [a]? Empirici nullo adhibito fuco, nullis in pecunias ægroti inſidiis, ſtatim ac ſine mora curationem morbi aggrediuntur, & ægros ſollicita cura ſanant. Quales medicos optabat Alexander, qui cùm æger in lecto decumberet, *Non lenta remedia, vel ſegnes medicos* (vt refert Quintus Curtius) *ſed mori ſtrenuè quàm tardè conualeſcere malebat* [b]. At medici innatam ſibi auaritiam officioſiſſimè exercent, nec cupiunt honorificos diuorum Coſmæ & Damiani titulos conſequi, quos Imperator Emanuel Comnenus miraculoſos, καὶ ἀναργύρους conſtitutione ſua vocat [c]. Probi medici munus eſt morborũ principiis prouidere. At medicos, qui non ante remedia, niſi vrgente morbo, adhibent, Cyrus veſtimentorum fractorum reſarcinatoribus comparabat, ὥσπερ ἱματίων ῥαγέντων ἐσί τινες ἀκεσταὶ, οὕτω καὶ ἰατροί [d]. Sed cur medici Hurellum tanto odio, tantáque ac tam inuida æmulatione proſequuntur? *Nihil enim* (inquit Apuleius) *quod ferendæ ſalutis gratia fit, criminoſum eſt* [e]. Eccleſiaſticæ hiſtoriæ authores Apollonium quendam commendant, qui olim mercator, tandẽ cum ſenex multa morborũ remedia noſſet, inualidos curabat,

a *Tertull. lib. de reſurrect. carnis.*

b *Q. Curtius p. 48.*

c *Nou. Cõſtit. Emanuelis Comneni. De feriis.*

d *Xenoph. lib. 1. Cyro. pæd.*

e *Apuleius Apolog. 1.*

rabat, & ἐμπειρίαν, quæ ad morbos pellendos prodesset, fœlici successu profitebatur; quin etiam moriens testamento remedia sua amico legauit, qui officium idem posteà obire posset [a]. Sic etiam laudatur Nicaretha Bithyna, quæ cùm remedia multa ad variorum morborum vsum commoda nosset, ea plurimis ægrotis præstitisse pia & liberali mēte & officioso animo narratur [b]. Itaque medici publico odio digni habeantur, qui laudabilē Hurelli ἐμπειρίαν & salutaria eius remedia tanta acerbitate, tamque peruicaci inuidia lacessunt & criminantur.

a Niceph. Callist. li. 11. cap. 35. in fin.

b Niceph. Callist. lib. 13. cap. 21.

*PRO MEDICIS.* Medicinæ præstans est & quidem eximia vtilitas, quoties probè ac peritè exercetur: At nihil est artis huius inscitia periculosius, si impostori & homini ignaro licentia medendi committitur. *Medicinæ auctores ante omnia accepimus deos* (inquit Quintilianus) *siue vt hæc infirmitas hominum haberet adiumenta aliqua atq; solatia; siue tantum huic arti attribuêre maiores, vt eam vix crederent humanis potuisse ingeniis inuenire; siue ipsa medicina per se sacrum est. Quod enim hominum genus est, qui sexus, quæ ætas, quæ non vtilitatem ex hac petat* [c]? Seneca eleganter, *Medicinæ* (inquit) *apud ægros vsus, etiam apud sanos honos est* [d]. Cornelius Celsus, *Vt alimenta* (inquit) *sanis corporibus agricultura, sic sanitatem ægris medicina promittit* [e]. Et (vt ait lex) *sine medicina sanitas ipsa periclitatur* [f]. Elegans est Synesij locus, ἡ τῶν ἰατρῶν τέχνη τὸν μὲν ἀποθανεῖν ἄνθρωπον οὐ κωλύει: ἐμποιεῖ δέ τινα διατριβὴν τῷ χρεών [g]. *Medicina* (inquit Cassiodorus) *contra dolores pro nostra imbecillitate confligit, & ibi nos nititur subleuare, vbi nullæ diuitiæ, nulla potest dignitas subuenire. Ars est quæ in homine plus inuenit quàm in seipso cognoscit.*

c Quintil. decl. 268.

d Seneca li. 1. de clementia, c. 2

e Cornel. Celsus lib. 1. in princ.

f l. cùm antiquitas. C. de testam.

g Synes. epist. 73. ad Troilum.

Itaque

[a]. Itaque prudens antiquitas artis huius eximiæ professores multis prærogatiuis decorauit. Nã & Ægyptij & Indi, teste Diodoro, ex publico medicis stipendia victúmque assignabant, nulliásque alias artes exquisitè præter medicinam, addiscebant [b]. Iulius Cæsar omnes medicinam professos ciuitate donauit [c]. Alexander Seuerus eis salaria constituit [d]. Atque etiam propter scientiæ istius dignitatem, cùm Græci omnes Roma pellerentur, medici sunt excepti [e]. Vlpianus docet decuriones posse de publico medicis salaria assignare [f]. Salarium autem, quod medico præstatur, noluerunt canones mercedem, sed honorem aut honorarium appellari [g]. Quin etiam si quando medici cum cæteris professoribus comparantur, medicorũ potior, cæterorum professorum longè minor habetur ratio: *cùm hi studiorum* (inquit Vlpianus) *illi salutis hominum curam gerant* [h]. Athenienses iusserunt seruos à medicina vt indignos arceri [i]. At verò nõ minus vtile & conueniens fuerit, impostores & imperitos, quàm seruos arcere & repellere. Sidonius Apollinaris meminit medicorum assidentiúmque, qui parum docti & satis seduli languidos multos officiosissimè occidunt [k]. *Homicidij crimen est* (inquit ille) *in hominis salute peccare* [l]. Vsus tamen & experientia docet nullam esse artem, in qua vel frequentiore vel maiore audacia & impunitate peccetur, quàm in medicina, cuius peritiam quiuis impostores & ignari nullo pœnæ metu iactãt & profitentur. Sol felices eorũ successus intuetur, errores tellus tegit atque operit. Vranium natione Syrum Agathius refert medicã artem aliquo tẽpore professum fuisse: Et quum omnis scientiæ imperitus esset,

a *Cassiod. in formula comitis archiatrorum li. 6. variarum.*
b *Diodorus Siculi. 1. Indic. Strabo lib. 15.*
c *Sueton. in Iulio, cap. 42.*
d *Lampridius in Alexan.*
e *Plinius li. 29. ca. 1.*
f *l. Ambitiosa. ff. de decretis ab ord. fac.*
g *cau. non sanè 14. quæst. 5.*
h *l. 1. §. medicos. ff. de variis & extr. cogn.*
i *Hyginus fabularum cap. 274.*
k *Sidonius Apoll. lib. 2. epist. 12. ad Agricolam.*
l *Cassiodorus lib. 6. variarum in formula comitis Archiatr.*

Source : BIU Cujas

esset,& verba tãtùm magnifica iactaret:tamen inter ignaros ignarus in pretio fuit, atque in regia Cosrois aula immeritus Philosophi præstantissimi nomen & laudem est consequutus [a]. Eunapius Aschinem quendam memorat empiricum,& impostorem qui cùm fortuito & fœlici successu semel aliquando ægrum vnum sanasset, eò processit audaciæ,vt se palàm medicum iactaret,atque exinde pernicioſa temeritate plerisque ægrotis per remedia sua mortis causam præbuerit [b]. Aptissimè huic loco conuenit Arnulphi Lexouiensis Episcopi de monachis quibusdam impostoribus expostulatio, *v. (inquit) miracula facere crederentur, & quibuslibet commentis sæcularium personarum frequentes inuiarent accessus, sanitatis remedia promittebant ei, qui se incantatæ ab eis, nescio quibus carminibus, aquæ septies sustineret immergi. Ægra itaque mulier aquæ glacialis frequenter immersa inter manus comprimentium monachorum congelata decessit, dum vim algoris aegritudo non sustinet, & profana religio naturam potius irritat ad perniciem, quàm Dei misericordiam ad salutem* [c]. Hurellus inter impostores non postremam meretur gloriam. Ægrorum curationem Aureliæ professus est:sed longum fuerit recensere, *quæ funera Hurellus ediderit,quas ille animas demiserit Orco*:vt verè de eo versus iste Homericus iactari possit : πολλὰς ἰφθίμους ψυχὰς ἄϊδι προϊαψεν ἡρώων Sed ne conuiciis agere velle videamur, vnum hoc in contentione positum est,an Hurello ægrorum curatio committi debeat. Committi autem non debet,nisi certâ aut probabili sanitatis præstandæ spe & expectatione. Videamus itaque an hoc præstare Hurellus possit. Quinque sunt quorũ vnum aliquod de-

[a] Agathias hist. lib. 2. in fin.

[b] Eunapius in vita Prohæresij Philosophi.

[c] Arnulp. ad Papam Alexandrum, fol. 80.

sideratur

sideratur vt quis morbos curare, & sanitatem bonámque valetudinem ægris restituere possit. 1. Aut scientia medicinæ rationalis humanitus quæsita & didicita. 2. Aut scientia diuinitus infusa, quæ scientia est eorum, qui θεοδίδακτοι dicuntur. 3. Aut vsus & experientia, & ars illa, quam Græco nomine ἐμπειρίαν nuncupant. 4. Aut specialis à diuino numine gratia, quæ miraculis constet & χάρισμα ὑγιειῶν contineat. 5. Aut incantatio magica, & fœdus cum dæmonibus iniri solitũ, quod nos sortilegium vulgari nomine appellamus. Prima ratio in promptu est. Nam scientia medicinæ, vt & quæuis alia artiũ & scientiarum cognitio, humanitus acquiri non alia ratione potest, quàm labore, vigiliis, studio, assidua lectione, cognitione causarum naturalium, sectionis anatomicæ peritia, & aliis istiusmodi. At verò Hurellus nec medicinæ operã vllã impendit, nec medicorũ libros vnquam legit: sed palàm & apertè nulláque contentione, fatetur se medicinæ rationalis regulas & precepta prorsus ignorare. Itaque vt ordine progrediamur, exquirere cõueniẽs est, an sit θεοδίδακτον & habeat scientiam diuinitus infusam. Ethnici vix vnquam sibi persuaserunt vllos θεοδιδάκτους fieri, aut quenquam solo afflatu diuino perfectam scientiæ alicuius cognitionem consequi posse. Christianis & pietas, & diuini numinis respectus, & sacrarum scripturarum authoritas dubitandi occasionem omnem præcidit. Sic enim Apostoli spiritu Dei repleti, non modò diuersis linguis locuti sunt, sed & scripturas doctè adeò & eleganter, támque erudita oratione interpretati sũt, vt cunctos in stupore & admirationem traherent: Sic & olim Deus mirabilem Salomoni sapientiam



Source : BIU Cujas

infudit,atque vniuersam rerum omnium & scientiarum cognitionem inspirauit. Diuus Augustinus liberalium artium libros se,nullo doctore prę-
a D. Aug. L.4.confess. eunte,& legisse & intellexisse gloriatur a. Diuus Bernardus de seipso testatus est, non modò se ἀυτοδίδακτον esse,sed & θεοδίδακτον ac diuinitus edoctũ. Diuus Hieronymus de quodam, *Inuenius est* inquit *) homo absque præceptore perfectus*, ἀπνευματοφόρος, ἔνθεος, καὶ αὐτοδίδακτος b. Mira est & memoratu di-
b D. Hier. ad Domi nionem li. 3.epist.4. gnissima(si quidem vera) Ioachimi abbatis historia. Ioachimus primùm ianitor fuerat monasterij cuiusdam,vir ἀναλφάβητος, omnium literarum expers & ignarus.Huic adolescens egregia forma conspicuus in horto occurrens vinum in amphora potãdum præbuit. Ioachimus cùm ad satietatem vsque bibisset, amphoram nondum vacuam reddidit.Tum adolescens,ô Ioachime, si totam amphoram exhausisses,nulla te lateret deinceps rerum omnium cognitio. Quo facto adolescens ille ignotus disparuit.At verò ab eo tempore(si fides Laonico Calcondilæ habenda est)Ioachimus, qui antea ianitor erat illiteratus & idiota, statim nullaque mora planè diuinitus extitit vir vaticinandi peritus,eruditione multa clarus, & subtili disputandi acumine insignis c. Plinius tradit senatorem
c Laonic. Calchond. lib.6.de rebus Turcicis. Manilium fuisse maximis nobilem doctrinis doctore nullo d.Lærtius de Heraclito, ἔκυσε τ' κάθεις ἀν'
d Laertius in vita Heraclit. αὐτὸν ἐφ' ἑαυτοῦ διζήσεσθαι καὶ μαθεῖν πάντα παρ' ἑαυτοῦ e. Epicurus teste Cicerone gloriabatur se magistrum habuisse
e Cicero li.1.de natura deorũ nullũ f. Quinetiá sacra historia testatur artes non modò liberales,sed & mechanicas solo afflatu diuino edisci,earúmque perfectam notitiam acquiri posse.Nam cùm Deus sibi tabernaculum fieri vellet,

vasáque,

Source : BIU Cujas

vasáque, mensas,& candelabra parari:atque in ea gente,quæ tot annis pet deserta vagabatur, nullus esset artifex, qui poliendi & affabrefaciendi peritia insignis haberetur,dixit Moyses ad filios Israel,*Ecce vocauit Dominus Bezeel filium Vri,impleuitque eum spiritu Dei,sapientia,& intelligentia, & scientia, & omni doctrina ad excogitandum & faciendum opus in auro & argento & ære:sculpendáisque lapidibus, & operе carpentario. Quicquid fabrè adinueniri potest dedit in corde eius* a.Hoc si in cæteris obtinet,quãto magis in medicina? cuius authores antiqui Deos existimabant,& eximiam medendi vim diuino numini tribuebant:vt rectè apud Virgiliũ Iapis ille dixerit:*Non hæc humanis opibus,non arte magistra Proueniunt,neq;te Æneа mea dextera seruat,Maior agit Deus* b.Ergo vt ij omnes quibus diuino afflatu scientiæ alicuius peritia contigit,verè dicãtur θεοδίδακτοι, tamen nihil hoc ad vanam impostoris Hurelli iactationem pertinet. Nam qui θεοδίδακτοι sunt,simul etiam artis illius ac scientiæ, cuius peritiam profitentur, perfectam habent cognitionem,vt & artis ipsius regulas & scientiæ præcepta teneant, non minùs, quàmsi multo labore,multísque vigiliis sese præceptoribus edocendos tradidissent. Salomon rerum omnium causssas tam accurata cognitione sciuit,vt de omnibus sapientissimè dissereret,tantúmque in naturalibus excelluisse fertur,vt ab hyssopo ad cedrum vsque cuncta perfectè nosset. Sic in Apostolis populus linguarũ notitiã doctámque scripturarum interpretationem mirabatur.D. Hieronymus,*Pharisæi*(inquit)*stupent ad doctrinam domini,& mirantur in Petro & Ioanne quomodo legem sciãt, cùm literas non didicerint. Quicquid n. alijs exercita-*

a *Exod.ca. 35. in fin.*

b *Virgil.l. 12. Æneidos.*



Source : BIU Cujas

*tio, & quotidiana in lege meditatio tribuere solet, illis Spiritus sanctus suggerebat: & erant iuxta quod scriptum est,* θεοδίδακτοι. Ecclesiasticæ historiæ authores magna laude multisque præconiis Diui Athanasij certamina celebrant, quàm pio ardore quantáque contentione Arrianos doctis argumentis & eruditis disputationibus refutare solitus fuerit. Eum autem Nicephorus & αὐτοδίδακτον fuisse memorat, & mirabili diuini numinis præsagio Episcopali dignitati etiam à primis annis destinatum [b]. At verò Hurellus naturalis scientiæ ignarum se agnoscit, medicinę regulas nescire fatetur, disputationẽ omnem & eruditionis examen subire recusat, remediorum quęcunque adhibet causas ignorare se nõ negat. Non est ergo θεοδίδακτος, neque vlla scientia diuinitus acquisita gloriari potest. Proximum est vt de Empiricis agamus, & an ægrorum salus eis committi debeat. Et quidem nemo negauerit ἐμπειρίαν, si medicæ artis cognitioni accedat, vtilissimam esse, & laude præmióque dignissimam, sed de sola ἐμπειρίᾳ, quæ scientiam medicinæ adiunctam non habeat, loquimur. Empiricos enim ab experientia sola denominamus. Sancitum est nostris legibus, cerdones, pistores, cęteróque etiam viles & mercenarios artifices non posse artis suæ magisterio decorari: nisi facto prius tyrocinio atque aliquo artis suæ edito specimine. At verò quod in rebus nihili tam exactè tantóque studio obseruamus, illúdne in salute hominum contemni conueniens existimabimus? Quintilianus, *Sit Philosophia res summa* (inquit) *ad paucos pertinet: Sit eloquentia res admirabilis, non pluribus prodest quàm nocet. Sola est medicina, quæ opus sit omnibus* [c]. Si de causa triobolari

a D. Hier. lib. 2. epist. 2. ad Paulinum.

b Niceph. Callist. li. 8. cap. 44.

c Quintil. decla. 268.

Source : BIU Cujas

lari agatur, iudex non sedebit, nisi quem sufficiens eruditio commendauerit, Regia prouisio instituerit, Senatus facta morum inquisitione & adhibito forensis doctrinæ iurisque Romani examine admissum probauerit. Ne patronus quidem in re leuissima causâ defendet nisi qui post operam iuris scientiæ nauatam licentia donatus, postmodum habito iureiurando in aduocatorum classem ex Senatus decreto receptus sit & cooptatus. Vnde etiam iure Romano quoties in defuncti medici locum subrogari alium oportebat, statuerũt Imperatores, ne is ante in ordinem admitteretur, quàm à septem eiusdem ordinis peritis medicis examine facto probatus fuisset [a]. Sic cùm Theodosius Imperator defuncto medico quendam rescripto suo subrogasset, præcipui autem ex medicorum collegio eiusque professionis summates in examen aceiti alium magis probarent, Symmachus rem dignam esse scribit, de qua princeps ipse consuleretur [b]. Immò lex voluit eos eligi medicos, qui probitate morum præstantes haberentur [c]. Ac ne passim medicinę prætextu fallere liceret, leges in vnaquaque ciuitate certum & definitum esse medicorum numerum voluerunt [d]. Neque verò ægrotis permittendũ est quem voluerint medicum, indiscreta voluntate ad morbi curationem aduocare. Publicè enim interest, non modò ne ciues rebus suis malè vtantur, sed & ne in vitæ discrimen imprudentes incurrant, néve salutis suæ curam temerè viro imperito & medicę artis ignaro committant. Zeleucus Locrensis lege ciuibus suis lata cauit, si quis sine medici imperio vinũ medicamenti gratia bibisset, capite damnaretur [e]. Apud Ægyptios ex Diodoro cõ-

a L. *si quis de profess. & med. li. 10. C.*

b *Symmach. lib 10. epist. 40.*

c *L. 1. ff. de decret. ab ordine fac.*

d *L. si duas. §. grammaticis. ff. de excus. tut. l. 1. ff. de decret. ab ord. fac.*

e *Ælian. li. 2. Athenæus li. 10. cap. 3.*



Source : BIU Cujas

ſtat illis, qui medicinæ artem profitebantur, ægrotos curare nō aliter, quàm ſecundum antiquorum medicorum præcepta licuiſſe. Quòd ſi quis ea neglexiſſet, & æger malè haberet, grauiter plectebatur [a]. Quid enim equius eſt aut publicæ vtilitati conuenientius, quàm vt eorum, qui medicos ſe audaci temeritate iactant, imperitia & impoſtura puniatur? Si medicus ſeruum imperitè ſecuerit, cum lege Aquilia teneri reſpondet Vlpianus [b]. Neque enim videtur iniquum (inquit Iuriſconſultus) ſi infirmitas & imperitia culpæ adnumeretur, *cum affectare quiſque non debeat, in quo vel intelligit vel intelligere debet infirmitatem ſuam & inſciti am alij periculoſam futuram* [c]. Manes ille qui Manichæorum hæreſis primus auctor extitit, impoſturas & fraudes ſuas non modò in diuinis, ſed & in medicæ artis profeſſione exercuit, ac tandem infœlicem vitæ exitū ſortitus eſt. Nam cùm Perſarū Regis filium ægrotantem curandum ſuſcepiſſet, neglectis ſalutaribus remediis, necem imperitia ſua maturauit, eíque mortis cauſam attulit. Iratus Rex viuum Manem excoriari iuſſit, ὁ βασιλεὺς Περσῶν ἐξέδειρε ζῶντα [d] Sic Glaucus medicus, quia in curatione Hephæſtionis & negligenter & imperitè ſe geſſerat, graui pœna affectus fuit [e]. Maximinus Imperator medicos, qui nec vlcerum ſuorū curationē, nec dolorum leuamen vllum ei procurauerant, crudeliter iugulari imperauit [f]. Et cùm Carolus ſextus Francorum Rex in grauem morbū incidiſſet, duo ordinis Diui Auguſtini monachi, quos hiſtoria Empiricos nominat, Regis ſanandi curam auſu temerario ſuſceperant. Sed cùm Regis vitam per imperitiam in diſcrimen adduxiſſent,

a *Diodor. Sicul. lib. 2. cap. 3.*

b *L. quæ actione §. fin. ad l. Aquil.*

c *L. idem iuris. ff. ad l. aquil.*

d *Cedrenus pag. 213. circa finem.*

e *Plutarc. in Alexandro.*

f *Zonaras tom. 2. in fi. pag. 147. & Euſebius lib. 8. circa finē.*

Source : BIU Cujas

duxissent, impostores notati, & ab ordine Ecclesiastico exauthorati, capitali supplicio affecti sunt. Sic etiam M. Claudio Marcello & T. Valerio Cos. cùm pestis Romæ grassaretur, & primores ciuitatis eodem morbi genere, eodémque fermè omnes euentu morerentur; compertum est matronas quasdam pro medicamentis venena coquere: quæ tamé bona fide ægrotis velut salubria porrexisse agnoscebant: adeò vt bibere iussæ non recusauerint: sed omnes, vt ait Liuius, eporo medicamento interierunt [a]. In ægrorum curatione lex imperitiam vindicat, eámque non sinit manere impunitam [b]. At quæ maior esse potest imperitia, quæve impudentior temeritas, quàm eorum qui se Empiricos nulla scientia, nulla rerum naturalium cognitione iactant? Testatur Plinius, exortam primùm fuisse in Sicilia factionem illam medicorum, quæ ab experimentis Empirice dicta est [c]. At verò in eadem regione, sed multis pòst sęculis, Lucas de Penna doctor iuris celeberrimus, & qui Sicilię Cancellarius perhibetur, statutum fuisse refert, ne quis absq; licentia Regia medicum se profiteretur [d]. Itaque iustè ac meritò Senatus Empiricos arrestis suis reiecit & improbauit, nec aliter admitti voluit, quàm si ab ordine medicorũ probati essent. Empirici certa quædam habẽt præscripta remedia, quibus nullo ægrorum discrimine, nulla habita ratione loci, temporis, ætatis, promiscuè vti consueuerunt. Hoc quàm sit periculosum, ratio ipsa & medicorũ regulæ docent. *In corporum cura* (inquit Seneca) *alia de tuenda valetudine, alia de restituenda præsenta sũt* [e]. Quinetiã auctore Galeno omnes eadẽ medicamẽta non admittũt, sed naturę infirmiores molliores-

a *Liuius l. 8.*

b *L. 6. illicitas § medico. ff de off præsidis.*

c *Plinius lib. 29. c. 1.*

d *Lucas de Penna in l. contra publicam, de re militar. lib. 12. Cod.*

e *Seneca lib. 2. de ira cap. 18.*



Source : BIU Cujas

que mitiora: validiores ficcioréſque valẽtiora a. D. Bernardus ait, *Diuerſis morbis diuerſa cõueniunt medicamenta, & fortioribus fortiora* b. Saluian. *Optimi ac peritiſſimi medici* (inquit) *diſſimilibus curas diſpares præſtant, atque alijs per dulcia medicamina, alijs per amara ſuccurrunt, & quoſdam curant cauteriorum aduſtione, quoſdam malagmatum placabilitate, alijs adhibẽt durã ferri præſectionem, alijs blandam infundunt olei lenitatem: & tamen diuerſiſſimis licẽt curis eadẽ ſalus quæritur* c. Plin. ſęculo ſuo morborũ genera circiter trecenta nominatim fuiſſe prodita teſtatur d. At verò iſtis temporibus luxus & perditi mores pleraque alia morborum genera inuexerunt, quorũ numerus non certus, ſed infinitus eſt. *Quem qui ſcire velit, Libyci velit æquoris idem Diſcere quàm multæ Zephyro turbentur arenæ. Medicina* (inquit Seneca) *quondam paucarum fuit ſcientia herbarum, quibus ſiſteretur fluẽs ſanguis, vulnera coirent paulatim. Nec eſt mirum tunc illam minus negotij habuiſſe firmis adhuc ſolidiſque corporibus & facili cibo, nec per artem voluptatẽmque corrupto, qui poſtquã cœpit non ad tollendam, ſed ad irritandã famem quæri, & inuentæ ſunt mille condituræ, quibus auiditas excitaretur, quæ deſiderãtibus alimẽta erãt, onera ſunt plenis. Vnde pallor, & neruorum vino madentiũ tremor, & miſerabilior ex cruditatibus, quã ex fame macies. Quid alios referam innumerabiles morbos ſupplicia luxuriæ? Simplex erat ex ſimplici cauſa valetudo, multos morbos multa fercula fecerunt* e. Empirici frequenter cùm leuis eſt & incipiens morbus aduocari ſolent: & ſi quando ſola ipſa naturæ vis morbo reſiſtit, hoc Empirici remediis ſuis falsò tribuunt: Sin verò (quod ſæpius accidit) valetudinẽ etiã, quæ ad ſanitatem inclinat, imperitia ſua vexãt, & in pericu-

a Galen. l. 3. methodi medendi, cap. 7.
b D. Bernard. in apol. ad Guielm. abbatem.
c Saluian. li. 6. de gubern. Dei pag. 213.
d Plinius li. 26. ca. 1.
e Seneca epiſt. 95. ad 96.

Source : BIU Cujas

riculum adducunt, tunc ad veros & peritos medicos recurri solet. *More languentium* (inquit Vopiscus) *qui ad summos medicos, nisi in suma desperatione non mittunt* [a]. Quod ægrum est vix ab eo sanari potest, qui neque genus morbi, neque remediũ nouit: solus ille rectè morbum curabit, quem prima morbi origo non fefellerit. Inspicienda est corporis & humorum temperies, spectandus languentis & ægroti habitus, qui non facilè ab alio deprehẽdi potest, nisi ab eo qui naturæ latentes caussas nouerit, humidum sit an siccũ corpus, vitæ genus laboriosum an quietũ, validi nerui an infirmi, morbus an cibi viniq; abundantiâ, an verò intemperantiâ libidinis procedat, humores corporisque temperamẽta an desidia vitiarit, an luxus corruperit. Atque horum omniũ caussas & ex caussis remedia si quis nosse voluerit, necessaria est rationalis medicinæ notitia: Vt & sine cognitione naturę trunca est & debilis Medicina. Nam (vt ait Cornelius Celsus) *& morborum curatio & rerum naturæ contemplatio sub iisdem auctoribus nata est* [b]. Sed cùm iamdudum Senatus multis arrestis Empiricos expulerit, nec salutarem istam professionem promiscuo vsu imperitis & impostoribus permitti voluerit, superuacuũ sit pluribus argumentis inuehi in homines Senatus præiudicio sæpè iam damnatos. De iis dicere sufficiat, quod de mathematicis Tacitus, *Genus hominum potentibus infidum, sperantibus fallax, quod in ciuitate nostra & vetabitur semper & retinebitur* [c]. QVARTVM genus curationis morborum est, cùm illi quibus Deus χαρισμα ὑγιειας concessit, miraculis operantur. D. Petrus, & Simon Magus miraculis certabant: sed Petrus sanandis morbis su-

a Vopiscus in Aureliane.

b Cornel. Celsus lib. 1. in princ.

c Tacitus lib. 1. hist.



Source : BIU Cujas

perior erat, ait Cedrenus. ἐνίκησε Πέτρος ἰάσεις ποιῶν [a]. Sozomenus refert Moysem Lybicum morborum curationes solis precibus procurasse [b]. Sic Barba Episcopus Edessę, Ioannes monachus in Ægypto, ac plerique alij apostolica repleti gratia precibus ac sola tactione manus ægrotos sanabant [c]. Sed hæc miraculosa sanitatis remedia neque passim nec quouis tempore à Deo tribui solent. Verùm Ecclesiæ nascentis initio placuit diuino numini Christianæ fidei cultum miraculis commendare. Signa fiũt (inquit D. Hieronymus) per electos Dei apud Barbaras nationes, vt vnius Dei cultus ac vera religio prædicetur. Quò referri potest quod de Protogene narratur, cui Deus in vrbe Antinone curationis gratiam donauerat, vt exinde maiore populi veneratione Christianam fidem in Thebaide assereret [d]. Quærit D. Augustinus, *Cur* (inquit) *ista modò non fiunt? Quia non mouerent, nisi mira essent: at si solita essent, mira non essent* [e]. *Nam quandiu solita decurrunt* (ait Seneca) *magnitudinem rerum consuetudo subducit. Ita enim compositi sumus, vt nos quotidiana, etiam si admiratione digna sunt, transeant: Contrà minimarum quoq; rerum, si insolita prodierunt, spectaculum dulce fiat. Adeò naturale est magis noua quã magna mirari* [f]. Sed in istiusmodi rebus nobis prudenter ab impostoribus cauendũ est. Diuus Augustinus testatur sęculo suo fuisse quosdã, qui semirabiliarios appellarent, artem suam non magiam, sed θεουργίαν honorabiliori nomine nuncupantes: quos tamen Diuus Augustinus inter pseudo prophetas collocat. Virtus ac vitiũ cõtraria quidẽ sũt: sæpe tamẽ falsa nos rerũ imago fallit, vt & aliquãdo vitiũ virtutis specie irrepat, ac frequenter etiam virtus

a Cedrenus pag. 170.
b Sozomen. lib. 6. cap. 29.
c Niceph. lib. 11. ca. 22. Theodoret. lib. 4. cap. 15.
d Sozomen. lib. 4. cap. 19. Niceph. li. 11. ca. 23.
e D. Aug. lib. de vtilitate credendi contra Manichæos.
f Seneca li. 2. natural. quæst. in prin.

virtus nobis vel odiosa vel inani timore suspecta fiat: *Sunt virtutibus vitia confinia*, inquit ille [a]. Itaque ficta pietas aut superstitionis δεισιδαιμονίαν, aut hypocrisis impietatem, aut impostura fallacias plerunque continet. Nam dum iste pias preces remediis suis adhibere se prædicat, impostor est, qui præstigias nugásque suas falsa pietatis commendatione excusare conatur. Nicephorus Iulianum monachũ refert habuisse ægritudinũ pellendarũ χάρισμα: sed vir tanta morum pietate & integritate vixit, vt cunctis sese diuinum & admirabilem exhiberet, tanta cibi abstinentia, támque austero viuendi rigore, vt ossa carni propè adhærentia & corpus macie confectum haberet [b]. At impostor iste nihil habet in se commendatione dignum, non morum integritatem, non eximium pietatis cultum, qui speciale vllã diuini numinis gratiã referat: Ac præcipuè hoc tẽpore nõ sũt facilè præsumẽda χαρίσματα quo exculta fide firmísque Ecclesiæ Christianæ iactis fundamentis miracula cessant. *Esto* (inquit D. Hieronymus) *signa sint infidelium, qui quoniam sermoni & doctrinæ credere noluerunt, signis adducantur ad fidem* [c]. POSTREMVM curationis morborum genus est sortilegium. Quisquis enim verba, characteres, conceptas orationum formulas, ad leuandas & sanandas ægritudines quidquã sine sortilegio proficere affirmat, mendax est & præstigiator. Etenim res medica tribus tantũ perficitur, diæta, pharmacia, & chirurgia. At vero horum trium nullũ est, ad quod referri possint verba, orationes, & characteres. Nã verba sunt soni, qui auditũ dũtaxat possũt afficere & immutare. In morborũ autẽ curatione immutantur sensus, immutatur tactus,

[a] Seneca epist. 120.

[b] Niceph. lib. 9. c. 15.

[c] D. Hier. lib. 3. epist. aduersus Vigilantium.

& alte

& alterãdo fit operatio. Quodcunque enim sanat, id & immutat & alterat: at verba solum mentis inducunt conceptum. Artificialis est vocum & verborum forma, quæ per se nullam vim, nullum habet actum: sed ab eorum arbitrio & voluntate pẽdet, qui verba emittunt. Non ergo ipsa verborum forma quidquam per se efficere potest. Vt neque etiam verborum materia maiorem vim ad ægritudines pellendas habere dicetur. Vox enim est quædam halitus species, quæ in morbos, non magis quàm cæteri corporis habitus agere potest. Non ea solùm agere possunt quæ materia & subiecto participant: vt calor ignis frigiditatem aquę mouere & mutare potest: in calorẽ febris aut corporis qualitates non agit: vox autem & humorum intẽperies neque materia neque subiecto quidquam habent aut idem aut simile. Itaque conceptæ istæ verborum formulæ & fictæ precum operationes, vel sunt meræ nugæ & imposturæ, vel sunt magicæ traditiones, (vt ait ille) *insana documenta, quæ nostra credulitas excogitauit*[a]. Seneca, *Rudis adhuc antiquitas credebat & attrahi imbres cantibus & repelli, quorum nihil posse fieri tam palàm est, vt huius rei causa nullius philosophi schola intranda sit*[b]. Hippocrates veneficos quosdam & irridet & execratur, qui se profitebantur orationibus & certis quibusdam sacrificiis sanaturos morbum, quem illi sacrum, nos comitialem vocamus[c]. Galenus fraudes eiusmodi reiicit tanquam fabulas aniles & præstigiaturas Ægyptiorũ & Babyloniorum, atque in Pamphilum quendam inuehitur, qui in herbarum collectione imprecationes quasdam admurmurare solitus erat[d]. Alexander ψευδομάντις à Luciano ridetur,

a Pompon. Lætus in vita Constantij.

b Seneca lib. 4. natural. qu. cap. 7.

c Hippocrates lib. de morbo sacro.

d Galenus περὶ ἁπλῶν φαρμακῶν δυνάμεως.

detur, qui grassante pestilentia versum hunc foribus inscribi iubebat, tanquam certissimum aduersùs vim pestilentiæ remedium: φοῖβος ἀκερσεκόμης λοιμοῦ νεφέλην ἀπερύκει a. Diuus Thomas [b] curationes morborum per verba fieri aliter non posse credidit quàm virtute dæmonum; eósque qui verbis & characteribus morbos curant, vel alia quæpiam miranda præter naturam agunt, asserit fœdus habere cum malo dæmone, vel expressum vel tacitũ. Expressum, si aperta impietate cum dæmone ipso communicent: quod facere solent qui malo dæmoni sese deuouerunt. Tacitum, si conceptas illas verborum formulas ab iis didicerint, qui fœdus illud expressum habent. Tertullianus de malis dæmonibus agens, *Operatio eorum* (inquit) *est hominis euersio, sic malitia spiritualis à primordio auspicata est in hominis exitium. Itaque corporibus quidem & valetudines infligunt & aliquos casus acerbos, animæ verò repentinos & extraordinarios per vim excessus* [c]. Magia multùm habet cum medicina affinitatem. Plinius, *Natam primùm è medicina nemo dubitat* (inquit) *ac specie salutari irrepsisse velut altiorem sanctiorémque quàm medicinam. Ita blandissimis desideratissimísque promissis addidisse vires religionis, ad quas maximè etiam num caligat humanum genus* [d]. Hinc Plato magiam & venificium, etsi non ad hominum, sed pecorum & animalium perniciem adhibeatur, tamen in medico capitaliter puniri vult: in cæteris hominibus secus: ἐὰν μὲν ἰατρὸς ὢν τυγχάνῃ, καὶ ὄφλῃ δίκην φαρμάκων, θανάτῳ ζημιούσθω e. Quintilianus, *Nulli* (inquit) *venenum facilius dari potest quàm qui accipit vtique tanquam medicamentum* [f]. Salomon de populis loquens, qui terræ sanctæ olim inhabitatores & inco-

a *Lucian. in Alex. seu ψευδομ.*

b *D. Thomas in secunda secundæ, qu. 96. art. 2.*

c *Tertulli. in apolog. aduersùs gentes.*

d *Plin 28. cap. 1.*

e *Plato li. 11. de legibus.*

f *Quintil. declam. 322*

læ erant. *Exhorruisti eos, Domine, quoniam odibilia opera tibi faciebant per medicamina* [a]. Per medicamina autem intelligi incantationes, ac præcipuè illas, quæ ad morborum remedia adhibebantur, vt & veneficos atque incantatores Græci φαρμακίας & φαρμακὸς & φαρμακευτὰς vocant, vt & apud Pausaniam veneficæ illæ quas Iuno misit vt Alcmenæ parturienti impedimento essent, Pharmacidæ appellantur [b]. Eò etiam referri potest quod Asę Regi imputatur, qui in morbo & ægritudine sua, *non quæsiuit Dominum, sed magis in medicorum arte confisus est* [c]. Sed cùm malus dæmon, magorum & veneficorũ princeps, fraudis & fallaciarum omnium author sit & inuentor: ideò plerunque fallaces sunt eius imposturæ: vnde & ista curationum remedia sæpe vanam aliquam sanitatis speciem habent, sed nõ quæ duret, aut vim vllam efficacem & perpetuam habeat. Hadrianus Imperator aquam intercutem, qua laborabat, magicis incantationibus eduxit: sed ea rursus atque eodem ferè temporis momento repletus fuit [d]. Imperator Constãtinus cùm graui lepræ morbo laboraret, ad eã curandam plerique magi & incantatores, multi etiam impostores ex Persida acciti sunt: sed tantum abest vt quidquam proficerent, quin potiùs morbum adaugerent, vt refert Nicephorus [e]. Diuus Augustinus eleganter, *Ad hoc genus* (inquit) *pertinent omnes ligaturæ atque remedia, quæ medicorum quoque disciplina condemnat, siue in præcantationibus siue in quibusdam notis, quas characteres vocant, siue in quibusdam rebus suspendendis atque inligandis, vel etiam saltandis quodammodo, non ad temperationem corporum, sed ad quasdam significationes, aut occultas, aut etiam manifestas, quæ mitiore*

[a] Salomon cap. 12. Sapientiæ.

[b] Pausanias lib. 9. in Bœoticis.

[c] Lib. 2. Paralipom. cap. 16.

[d] Dio. Xiph. in Adriano. Zonaras tom. 2. pag. 204. in fin. & 205. in pr.

[e] Nicephorus Callistus lib. 7. cap. 33.

nomi-

*nomine physica vocant, vt non quasi superstitiosè implicari, sed natura prodesse videantur*[a]. Itaque cùm extraordinariæ istæ seu fraudes & impostura, seu etiam morborum curationes non remediis naturalibus constent, sed à malo dæmone procedant, reiiciendæ sunt: nec inquirendũ an prosint nécne. Ochoziam Regem historia sacra refert, cùm ægrotus in lecto decumberet, misisse ad Beelzebub Ascaron, sciscitandi causa an ex eo morbo conualesceret: Elias Propheta diuini numinis iussu Ochozię Regi mortem hãc solam ob caussam denuntiauit, quòd dæmones potiùs quàm verum Deum consuluisset[b]. Sub Antonio Caracalla dãnati sunt, qui remedia quartanis tertianisque collo appensa gestabant[c]. Sub Imperatore Constantio si quis remedia quartanæ vel doloris alterius, collo gestaret, siue per monumentum transiisse vespere, maleuolorũ argueretur indiciis: *ille* (inquit Ammianus Marcellinus) *vt veneficus sepulchrorũmque horrores & errantium ibidem animarum ludibria colligens vana, pronunciatus reus capitis interibat*[d]. Vlpianus incantationes quantumuis in morborum curatione proficiant, reiicit & damnat[e]. Imperatoriæ cõstitutiones remedia eiusmodi inhibent & interdicunt[f]. D. Augustinus ab Ecclesiæ communione illos excludit, qui in collectionibus herbarũ carmina dicũt, eósque qui characteres ægrotis ad sanãdos eos apponunt g. nter veteres Caroli magni sanctiones hæc vna est, *vt à clericis vel laicis phylacteria vel falsæ inscriptiones aut ligaturæ, quæ imprudentes pro febribus aut aliis pestibus adiuuari putant, nullo modo vel ab illis vel à quoquam Christiano fiant: quia magicæ artis insignia sunt*[h]. Can. 42. Concilij Turonẽsis sub Carolo

a D. Aug. lib. 2. de doctrina Christiana.

b Regum lib. 4. ca. 1.

c Spartianus in Anton. Caracalla.

d Ammianus Marcell. lib. 19. in fin.

e l. 1. §. medicos. ff. de variis & extraord. cognit.

f l. eorum. Cod. de malef. & mathem.

g Can. admoneant. can. non ob seruetis 26. quæst. 7. can. nec mirum. §. ad hæc 26. qu. 1. can. illud 26. qu. 2.

h Capitul. Carolimagni, lib. 6. cap. 72.

Source : BIU Cujas

Carolo magno habiti. *Admonent ſacerdotes fideles populos, vt nouerint, magicas artes incantationéſque quibuſlibet infirmitatibus hominum nihil poſſe remedij conferre, non animabus languentibus, claudicantibúſve, vel etiam moribundis quidquam mederi, non ligaturas oſſium, vel herbarum, cuiquam mortalium adhibitas prodeſſe: ſed hæc eſſe laqueos & inſidias antiqui hoſtis, quibus ille perfidus genus humanum decipere nititur.* Conſtantinus Imperator cùm videret multos dæmonem Cilicium venerari, quem etiã, quia pleroſque ægrotos ſanabat, ἰατρὸν καὶ σωτῆρα ſoliti erant appellare, Dæmonis illius templum diruit, funditúſque euertit, vt notum cuique faceret, non ab huiuſmodi dęmonibus, ſed à vero & omnipotenti Deo opem implorandam, & petenda morborum remedia [a]. Neque enim vel medicinæ intuitu, vel morborum curationis gratia omittendæ ſunt pietatis regulæ, aut violanda Chriſtianæ eccleſiæ præcepta. Proponamus ergò Hurellum conceptis verborum vel precum formulis ſalutaria habere ad ęgros ſanandos remedia: non tamen licere volumus, aut eum admittere, aut eius remedia probare. Neque enim qualeſcunque verborum formulæ vim vllam habere poſſunt, niſi id ſortilegio malíque dæmonis arte fiat. Sic itaque cùm Hurellus nec θεοδίδακτος ſit, nec medicus, nec χάρισμα ὑγιείας habeat, neceſſe eſt vt aut empiricus cenſeatur, aut ſortilegus. Sortilegos in Republica Chriſtiana tolerare impium eſſet. Empiricos autem, quorum imperitia nociua eſt, & qui nihil laudabile, ſed meras nugas & fraudes habent, multis Senatuſconſultis & meritò reiectos & expulſos eſſe docuimus. Iſtiuſmodi enim impoſtorum vanæ

pollici

[a] *Euſebius in vita Conſtantini lib. 3.*

Source : BIU Cujas

pollicitationes cupressis similes sunt, quæ & pulchræ apparent, & sublimes: sed nullos producunt fructus. Quid verò deinceps in corporis humani cura tutum erit, si liceat obuio cuique medicum se iactare, & salutarem istam professionem tot tantisque fraudibus contaminare? Quin potius publicè interest, vt Senatus curam ciuium habeat, & salutem plebis Christianæ ab impuris impostoris istius manibus studeat vindicare.

*SENATVS* Hurellum iussit medicorum examen subire, ac donec ab ordine & collegio medicorum probatus esset, vetuit ægrotis potiones vllas imperare, aut medicamenta præbere, vel morborum curam publicè profiteri [a].

a Arrest du Ieudy dernier iour de Feurier 1577. Bautru sieur des Matras plaidant pour Hureau, & moy pour les Medecins & Apothicaires d'Orleans.

---

*Veneficij à sacerdote commissi cognitio an laico iudici competat, an verò ad iudicem Ecclesiasticum remitti debeat.*

## CAP. VI.

TITIVS, qui presbyter erat, venenum Meuio porrexisse accusatur. Asserit Meuius sumptum, ac postea vomitoria potione eiectum venenum: Titiúmque veneficij reum facit apud iudicem secularem. Titius ad iudicem suum Ecclesiasticum remitti postulat. Hoc accusator fieri debere negat, & atrocitatem nefarij criminis opponit.

*PRO TITIO.* Presbyteralis dignitas & sacrosancti sacerdotij character manus profanas execratur. Ipsa enim pietatis ratio priuilegia, honores & cultum tam personis, quàm rebus ad Ec-



Source : BIU Cujas

cleſias pertinentibus aſſeruit. Immunitates & vacationes nemo Eccleſiæ, niſi impius & ſacrilegus, inuidebit. Eccleſiaſticis autem perſonis præter alia priuilegia præſcriptio fori conceſſa eſt, ne laicis Prælatos, preſbyteros, cæteróſque Eccleſiæ Antiſtites dãnare, aut capitalia in eos iudicia exercere liceret. Quemadmodum ergò ſenatores Seuerus Imperator noluit niſi à ſenatoribus damnari[a]: ſic etiam ſacerdotali ordini indulgeri conueniens viſũ eſt, ne ab aliis iudicarentur, quàm iis qui ſacri Senatus pars ſunt, quíque ſanctam militiam profitẽtur. *Quid enim iniquius eſt* (inquit Tertullianus) *quam veri Dei Antiſtites nocentiſſimorum more tractari*[b]? Parij Delphos miſerunt ſciſcitatum nunquid miniſtrã deorũ condemnarent, quæ rationẽ capiẽdæ patriæ hoſtibus detexiſſet: id Pythia fieri nõ permiſit[c]. Conſtantino Imperatori aduersùs Epiſcopos & Prælatos cùm libelli accuſatorij oblati eſſent, hos ille ſimul colligari, ſuóque annulo obſignari mandauit; dein conuocatis omnibus libellos exuri iuſſit, tũ quia ſacerdotũ delicta neque publicari neque populo innoteſcere debent, tùm etiam quòd cùm laicus eſſet, abſurdũ & impiũ credidit, ſi de Eccleſiaſticorum hominum reatu cognoſcere præſumeret[d]. Eadémque ratione cùm Auguſtanæ ciuitatis Epiſcopus, qui perduellionis & proditionis per calumniam accuſatus fuerat, abſolutus eſſet, & clericos calumniatores puniri æquum videretur, cognitionem tanti criminis Rex Theodoricus Mediolanenſi Epiſcopo committit[e]. Sic etiam cùm Theodato Gothorũ Regi conditiones pacis à Iuſtiniano imponerentur, conuenit ne ei liceret abſque Imperatoris iuſſu quenquam ſiue ſacri ſiue

Senato

a *Spartian. in Seuero. Idem etiã ſtatutum eſt ab Adriano & Anton. Impp. Spartian. in Adriano. Capito. in M. Antonino.*

b *Tertull. lib. de fuga in perſecut. inprin.*

c *Herod. lib. 6. in fi.*

d *Cedrenus pag. 237. Niceph. li. 8. cap. 16. Zonaras tom. 3. pag. 9. Sozom. lib. 1. ca. 17.*

e *Caſſiod. li. 1. epiſt. 9.*

Source : BIU Cujas

Senatorij ordinis aut damnare aut occidere [a]. Quin & eiusdem Imperatoris Iustiniani Nouellæ cōstitutiones sanxerunt, ne clerici apud sæculares iudices, sed apud proprios Episcopos, vel accusari possent, vel causam dicere tenerentur [b]. Valentinianus Imperator neque de clerici accusatione, neque de Ecclesiastici dogmatis controuersia cognoscere voluit, ἐμοὶ μὴ λαὺ τεταγμένῳ οὐ θέμις τοιαῦτα πολυπραγμονεῖν [c]. Quin & antea Constantinus Imperator edicto perpetuo sanxerat, vt clerici ciuiliū iudicū, si vellēt, cognitionem declinare possent: atque Episcopis ea cognitio mandaretur, vt quicquid ipsi, non autem alij magistratus iudicassent, id firmum ratúmque haberetur [d]. Idémque Imperator constituit, vt à præfectis & iudicibus laicis ad Episcopos appellatione interposita recurrere liceret, si qui clerici vellent iudices sæculares reiicere & refutare [e]. Apud Cassiodorum Theodoricus Petro Episcopo rescribens, *Causārum vestrarum qualitas vobis debet iudicibus terminari, vnde expectanda magis, quàm imponenda iustitia* [f]. Itaque generaliter canonum regulis institutum est, ne de clericorum caussis, ac maximè criminalibus sæculares iudices vllo modo cognoscant [g]. Sic & plerisq; Caroli magni constitutionibus sancitū est, *vt clerici Ecclesiastici ordinis, si culpam incurrerint, apud Ecclesiasticos iudicentur, non apud sæculares.* Quòd si iudex laicus clericum iudicare & damnare præsumat, lex nihil egisse eum censet, ex illa iuris regula, sentētiā à non suo iudice latā vim non habere [i]. Ecclesiastici quidem iudices nec capitaliter damnare solent, nec sanguinis sententiam ferre possunt [k]. Vt de illis

a Procop. li. 1. de bello Gothorū.
b Nouellæ 83. vt clerici apud proprios episc. &c. & Nouell. 123. de sanctiss. Episc. §. si quis. l. 25. cum clericis. l. quiescque. C. [illegible] epis. & cler.
c Sozom. li. 6. c. 7. & Nicepho. Cal. li. 11. cap. 3.
d Niceph. Call. lib. 7. cap. 46.
e Sozome. li. 1. ca. 9. Niceph. lib. 7. cap. 46.
f Cassiod. li. 5. ep. 37.
g 11. quæst. 1. per totam, & 15. quæ. 7. & 8. & Niceph. l. 7. c. 46. circa finem.
h Capitul. Caroli magni l. 1. c. 38. & l. 5. c. 237. Et li. 6. c. 155.
i. l. 1. & fin. C. si à non cōpet. iudice. capite, at si clerici de iudiciis.
k Capite, Clericis, & capite, sententiam sanguinis, ext. ne clericis vel mon. sæcular. se negot. capite, in Archiep. ext. de raptoribus.

dici non absurdè possit quod Ausonius de magistratibus municipalibus, *Quique suas rexêre vrbes purúmque tribunal Sanguine, & innocuas illustrauêre secures* a. Ideò enim Ausonius tribunal purum sanguine & innocuas secures vocat, quia licèt magistratus municipales ius haberent deferendarum fascium b, illis tamen fasces & secures magis erant insignia magistratus quàm imperij, aut certè honestamenta nominis potiùs, quàm insignia potestatis. Neque enim poterant iubere vinciri, virgas expediri, vel insontes lege agi. Nos idé de iudicibus Ecclesiasticis dicere possumus, siquidem illis sententiam sanguinis ferre non licet. Clericos autem & sacerdotes, qui extraordinariis criminum cognitionibus interfunt, Latinus Pacatus vocat Antistites nomine, reuera autem satellites & carnifices, *qui cùm iniudicijs capitalibus astitissent, quum gemitus & tormenta miserorum auribus ac luminibus hausissent, quum lictorum arma, quum damnatorum frena tractassent, pollutas pœnali manu contactu ad sacra referebãt, & ceremonias, quas incestauerant mentibus, etiam corporibus inquinabant* c. Basilij magni canone per triẽniũ sacris arcebantur etiam illi, qui hostem in bello interfecerãt d. Itaque in ea pugna, ex qua nobilẽ & insignem Philippus Augustus Francorũ rex victoriam aduersùs Belgas Flandriæ reportauit, refert historia Episcopum Bellouacum, qui prælio ferox intererat, non ense, ne vel interficeret quenquam vel sanguinem funderet, sed claua, qua hostes sterneret, pugnare voluisse. Apud Germanos contrà (si credimus Tacito) neque animaduertere, neque vincire, neque verberare quenquam, nisi sacerdotibus permissum e. Iulianus Imperator Christianos

a Ausonius in Mosella.

b l. 53. duũvirum. C. de decurio. lib. 10. C.

c Latin. Pac. in pan. ad Theo.

d Ced. pa. 542.

e Tacit. de mor. Ger.

Source : BIU Cujas .

ſtianos hac excuſatione à magiſtratibus reiicien-
dos dicebat, quòd illi iudicio capitali quenquam
damnare nefas eſſe ducerent [a]. Tertullianus Chri-
ſtianum monet, *ne iudicet in capite alicuius vel pu-
dore( feras enim de pecunia) neque damnet neque præ-
dãnet, neminem vinciat, neminem recludat aut torqueat*
[b]. Romani magiſtratum ambire aut ſuſcipere fla-
mini Diali interdicebant, impium eſſe rati Diis ſa-
crificare & auſpicem eſſe diuini cultus eum, qui
damnationibus & capitalibus ſuppliciis interfuiſ-
ſet [c]. Titus pontificatũ maximũ ideò ſe profeſſus
eſt accipere, vt puras ſeruaret manus [d]. Apud nos
licèt iudices Eccleſiaſtici capitaliter damnare ne-
queant, nihil tamen vetat, quin prima de ſacerdote
cognitio Eccleſiaſticis debeatur, ea tamen lege, vt
ſi eum capitali damnatione dignum agnoſcant,
hunc Regio iudici plectendum tradant, ſitque ſæ-
cularis poteſtas Eccleſiaſticæ vindex iuriſdictio-
nis. Quemadmodum enim Homerus Martem
συναρωγὸν θέμιστος vocat [e], quia quod Iuſtitia æquo &
prudenti iudicio præcipit, ſi non pareatur. Martia
vis & armata manus executioni mandat. Sic etiam
poſt cognitionem iudicis Eccleſiaſtici nocens cle-
ricus regio iudici puniendus remittitur, vt inuoca-
to brachij ſęcularis auxilio, *Crimina plectant Armatæ
leges gladiis & vindice ferro*. Conſtantinus Imperator
inſurgere leges & armari iura gladio vltore dixit
[f]. Hoc iure Eccleſia Gallicana ſemper vſa videtur.
Canone 41. Concilij Turonenſis ſub Carolo ma-
gno habiti, *Inceſtuoſi, parricidæ, homicidæ multi apud
nos (heu proh dolor) reperiuntur, ſed aliqui ex illis ſacer-
dotum nolunt admonitionibus aurem accommodare, volẽ-
tes in priſtinis perdurare criminib. quos oportet per ſæcu-*

a Niceph: lib. 10. cap. 24.

b Tertull. li de idololatria, c. 7.

c Plutarc. in Roman. quæſt. vltima.

d Sueton. in Tito, cap. 9.

e Homerus in hymno Martis.

f L. cũ vir. c. ad l. Iul. de adult.



Source : BIU Cujas

*laris potentiæ disciplinam à tam praua consuetudine coercerí, qui per salutifera sacerdotum monita noluerunt reuocari.* Æquum est ergo vt de sacerdotis crimine iudex Ecclesiasticus prior cognoscat, ac deinde si capitale supplicium, aut etiam quouis corporalis pœna irrogari debet, adeatur iudex sæcularis. Sic cùm Paulus Samosatenus hæreseos damnatus fuit, sacrorum gradu deiectus est à Præsulibus Christianis: ac deinde, vt de possessione Episcopatus pelleretur, sæculare potestatis laicæ subsidium exposci, & sacram Aureliani Cæsaris maiestatem implorari visum est[a]. Nestoriana hæresis à clero & Ecclesiasticis damnata fuit, sed & Theodosius pœnas temporales adiecit[b]. Itaque clericum priùs ab Ecclesiastico magistratu iudicari conueniens est. Quòd si ex criminis atrocitate ad tribunal sęculare remittatur, tunc iudex Regius causſam criminísque probationes exacto iudicio recensęt. At licèt sacerdotem capitali pœna dignum damnauerit: tamen ante supplicium exauthorari ab Episcopo sacerdotē oportet: Exauthorationem degradationem vocant. Romæ Vestales, cùm non alios haberent iudices præter Pontificem maximum, si admissi incestus arguerentur, & conuictas damnari oporteret, ante damnationem ac priusquam viuæ sub terram foderentur, mos erat eas sacris à Pontifice arceri & sacerdotio exauthorari[c]. Non absimiliter Christiani exauthorationis solemnitatem in sacerdotibus & clericis obseruant. Ista γύμνωσις & degradatiō necessaria videtur. Sicut olim apud Romanos, in carcerem magistratus coniicere, vix nisi finito aut abrogato magistratu, licebat. Vnde apud Dionem Lentulus coniurationis Catilinariæ reus, ἀπυπέ-

a Euseb. li. 7. histor. c. 27. 29. & 30.
b Socrates lib. 7. ca. 34.
c Plutarc. in Numa. Dionys. Halicarn. lib. 3. Liuius, Festus.

Source : BIU Cujas

τὴν στρατηγίαν ἀπὸ τῆς γερουσίας ἀναγκασθεὶς, ἐν φρουρᾷ μετὰ τῶν ἄλλων τῶν συλληφθέντων ἐγένετο a. Nec alienum videtur quod apud Cedrenum Sandabarenus monachus idémque sacerdos, cùm reus maiestatis argueretur, Obtestor te (inquiebat ad Photium Patriarcham) vt mihi priùs sacerdotalis dignitas adimatur, & tum exauthoratus, vt maleficus, puniar. Ὁρκίζω σε δεσπότα κατὰ τοῦ θεοῦ πρότερόν με καθαρῆσαι, καὶ τότε γυμνὸν ἱερωσύνης παραλαβέτωσαν καὶ κολαζέτωσαν ὡς κακοῦργον b. Quemadmodum autem militibus, qui ante pœnam exauthorabantur, insignia militaria detrahi solebant c: Sic etiam in exauthoratione & degradatione presbyteri (quam Diuus Hieronymus comparat degradationi militari) clerici non antè capitaliter & extremo supplicio puniuntur, quàm infulis sacerdotalibus exuti, & à Præfecto ecclesiæ exauthorari fuerint d. Sic Iustinianus sacerdotes qui post sacram ordinationem vxores ducebāt, adempto priùs infularum iure, curiæ cum bonis suis tradi voluit e. Quòd si exauthorationem præire clerici pœnā & suppliciū fatemur, iudicis Ecclesiastici cognitio præcedat necesse est. Neque enim ante Prælatus sacerdotem exauthorat, quàm ei de crimine constiterit: atque id probationibus in foro, nō sæculari, sed Ecclesiastico factis. Hoc enim illis perpetuum est, ne iudiciarios actus fori sæcularis agnoscant, néve eis fidē vllam adhibeant: Magnum quidem est & atrox veneficij crimen, sed nō quiuis reus nocens est. Non quæuis accusatio damnationem præiudicat. Sæpe calumniator accusatoris personam sustinet; Sæpè sceleris atrocitas falsò in inuidiam prætenditur. Meuius viuit & valet: Veneficium obiicit attentatum non perpetratum: Reus

a Dion. li. 37.

b Cedreni annales pag. 479.

c Ammia. Marcell. l. 24. & toto tit. de his qui non impletis stip. sacra. soluti sunt, & l. 2. §. ignominia. ff. de his qui not. infam. l. milites. §. missionem. ff. de re militari.

d Cap at si clerici. de iudiciis. ca. nouimus. de verbor. signif. cap. excommunicauimus. de hæreticis.

e Nouella 123.

quidem cauſſam ſuam non aduerſarij ſalute, ſed innocentia ſua tueri ſtudet & defendere. Sed quid vetat in obſcuro & dubio probationum confli&tu, atrocitatem criminis obiecti conſideratione aliqua lenire, cùm leges crimen perpetratum, & ſcelus non perpetratum eadem ſeueritate vindicare non ſoleant: Imò cogitationis pœnas in forum deduci iura vetant: nec quenquam cogitationis ſolius pœnam ferre, aut ſeueram voluntatis nudæ coercitionem ſubire patiuntur [a]. Marcus Cato dicebat, *neminem qui male facere voluit, plecti æquũ eſſe, niſi quod factum voluit, etiam fecerit* [b]. Titius non quidem abſolui ſe cauſſa non cognita petit: ſed in iſta quæſtione veneficij per calumniam ab eo obiecti qui viuit & valet, poſtulat ſe ex canonum decretis & perpetua Eccleſiæ politia, ſacro Senatui reddi, & ad iudicem eccleſiaſticum, qui de accuſationis veritate cognoſcat, remitti.

a *L. cogitationis. ff. de pœnis. can. cogitationis. & can. homicidium, de pœnitẽtia, diſtinct. 1.*

b *Gellius lib. 7. ca. 3.*

*PRO MEVIO CONTRA REVM.*

Quò plus honoris & veneration is ordini eccleſiaſtico debetur, eò grauiùs plectendi ſunt illi, qui, vt ait Saluianus, *per flagitia ac turpitudines ſuas nomen religionis infamant* [c], & qui profana nequitia, criminúmque ſuorum dedecore & atrocitate tam ſacrũ ordinem polluere & maculare nõ erubeſcunt. Neque enim eccleſiaſtici fori priuilegia in fauorem ſceleratorum, ac multò minus ad veneficorũ tuitionem & excuſationem adinuenta quiſquam verè dixerit. *Non tanti vnius vita* (inquit Diuus Ambroſius) *quanti eſt dignitas omnium ſacerdotum* [d]. Galba Imperator tutorem, quòd pupillum, cui ſubſtitutus hæres erat, veneno necaſſet, cruce affecit: implorantíque leges & ciuem Romanum ſe teſtifi

c *Saluianus li. 4. de gubernat. Dei.*

d *D. Ambroſ. epiſt. 32.*

Source : BIU Cujas

testificanti, quasi solatio & honore aliquo pœnam leuaturus, mutari, multóque præter cæteras altiorem, & dealbatam statui crucem iussit [a]. Cur non eodem veneficij odio præscriptionem istam ecclesiastici fori & clericalis ordinis fauorem in tanta criminis atrocitate aut apertè reiiciemus, aut ficta veneratione, non minùs quàm Galba ius ciuitatis Romanæ, eludemus? Rectè Saluianus, *Vt in oculum etiam si parua sordes incidat, totum lumen obcæcat: Sic in ecclesiastico corpore, etiam si pauci sordida faciant, prope totum ecclesiastici splendoris lumen obscurat* [b]. Olim Ecclesiis locísque sanctis hoc tanquam asyli iure tributum fuerat, ne inde reos hominésque facinorosos extrahere quomodocũque liceret. Sublatum tamen est ius illud asylorum, & meritò, ne ecclesiæ néve loci sancti, piorum receptaculum, improbis effugium & salutem præbere viderentur, &, vt ait Philo, ἀσυλίαν ἀνιερεῖς τὸ ἱερὸν παρέχεσθαι. πᾶς γὰρ ὁ ἀνίατα δρῶν ἐχθρὸς θεῷ [c]. At verò quod in hac caussa postulatur, quid est aliud, quàm vt sacerdotij dignitas & sacrosãctus character venefico tãtæ improbitatis nefariíque criminis reo asylum & impunitatem præstet? Nam quemadmodum Plinius de Senatu Romano dixit, *seuerus in cæteros, Senatoribus solis dissimulatione quasi mutua parcit* [d]: sic etiam nemo est qui nesciat iudices ecclesiasticos hoc tẽpore vno omnes hoc vitio laborare, quòd in vindicandis hominum sui ordinis delictis adeò remissè & molliter se gerunt, vt potiùs tanquam cõscij cõniueant, quàm vt iudices de damnatione & scelerum pœna agant. Equidem si veram ecclesiasticę iurisdictionis originem inquirimus, verisimile est non aliam olim fuisse, quàm vt ecclesiastici in

a *Sueton. in Galba, cap. 9.*

b *Saluian. li. 7. de gubern. Dei.*

c *Philo de special. legibus contra machos.*

d *Plinius li. 9. epi. 13.*



BIBLIOTHÈQUE CUJAS PARIS

Source : BIU Cujas

cauſſa fidei iudices eſſent: Si de criminum vindicta agebatur, nihil hoc ad Eccleſię prælatos: At ſi de cõtrouerſo fidei Chriſtianæ dogmate, ſi de hæreſi iudicanda, vel conuincendo hæretici alicuius errore quærebatur, hæc erat Epiſcoporum antiſtitum, totiúſque ordinis eccleſiaſtici cura. Hinc eſt quod D. Ambroſius quum de iuriſdictione Eccleſiaſtica ad Valentinianum Imperatorem ſcriberet: non ille quidem generaliter tradit ſolos eſſe ſacerdotes, qui de ſacerdotum crimínibus cognoſcãt: ſed hoc tantùm aſſerit, in cauſſa fidei Epiſcopos etiam de laicis in Eccleſia, non autem laicos de eccleſiaſticis in conſiſtorio debere iudicare [a]. Hæc autẽ iuriſdictionis eccleſiaſticę diſtinctio videtur ab ipſis ſacrę hiſtoriæ monumentis petita. Nam cùm Diuus Paulus ad Gallionem proconſulem Achaiæ, qui Senecæ frater erat, deductus à Iudæis eſſet, hoc fuit Gallionis reſponſum, Si ſcelus aliquod aut crimen pœnâ dignum commiſit, ego illum puniam & coercebo: [b] vos ipſi videritis. Sed ne curioſo nimis ſtudio antiqua Chriſtianæ Eccleſiæ primordia repetere & inquirere videamur: Iuriſdictionis eccleſiaſticæ regulas quales nunc in hoc regno obſeruantur, excutiamus. Itaque diſtinguendæ ſunt criminum qualitates & cauſſæ, quia, vt ait Plinius, *Singulis criminibus ſingulæ velut cauſæ continentur* [c]. Clerici in leuibus & ordinariis delictis ſolent ad iudices ſuos eccleſiaſticos remitti, eíſque tradi adhibita reſeruatione caſus priuilegiati, quem vocant. Sed cùm notoriè crimẽ eſt graue, atrox, & (vt forenſi verbo vti liceat) priuilegiatum: ipſi etiam canoniſtæ iudicem laicum fieri competentem aſſerunt propter ſceleris atrocita

[a] D. Ambroſ. epi. 32.

[b] Act. Apoſt. 18. εἰ τὸ ζήτημά ἐστι περὶ λόγου καὶ ὀνόματα

[c] Plinius li. 9. epiſt. 4.

Source : BIU Cujas

trocitatem [a]. *Sunt quædam enormia flagitia* (inquit ille) *quæ potiùs per mundi iudices quàm per antistites & rectores Ecclesiarum vindicantur* [b]. Sed cur nouum hoc videatur, cùm etiam in prisca Ecclesiæ veneratione Principes regióque magistratus in ipso Palatio de Prælatorum accusatione cognouisse constet? Cæcilianus Carthaginensis Episcopus accusatus est à Donatistis, causáque cognita ab Episcopis, ac primùm à Melchiade, dein ab Arelatensi Episcopo absolutus: Sed ab ea absolutionis sententia ad Constantinum Imperatorem appellare licuit, & appellatione interposita causáque denuò cognita Constantinus, teste Diuo Augustino, de absolutione pronuncians rescripsit, Cæcilianum virum omni innocentia præditum esse, nullúmque in eo crimen potuisse reperiri [c]. Sic cùm Stephanus præsul Antiochenus accusatores per calumniá subornasset, qui submissa clàm, dolo & per insidias meretrice, orthodoxos duos Episcopos stupri & scortationis postularent, causa in palatio ab Imperatore Constantio aliísque iudicibus decisa fuit, damnatúsque Stephanus calumniarum author, & vt indignus ab ecclesiastica dignitate deiectus est [d]. Cyrillus præsul Hierosolymitanus absens in Synodo damnatus est: appellauit ad Imperatorem, & quasi ad maius tribunal prouocaret, appellationi honos habitus. Addit historiæ ecclesiasticæ author, Cyrillum fuisse primum, qui præter ecclesiasticas regulas aduersùs condemnationem ecclesiasticam, tanquam aduersùs publica & extraordinaria criminum iudicia libellis appellatoriis vsus est [e]. Dioscorus cùm à Synodo damnatus fuisset, ad Principes laicos, qui Synodo interfuerant, & ad sacrum

a *Glossa in l. addictos. Cod. de episc. audientia. & in cap. perpendimus. de sententiæ excõ. Maserius in tit. de iudiciis, Bened. ad ca. Raynutius.*

b *Can. sunt quædam 23. quæst. 5.*

c *D. Aug. li. 3. contra Cresconiũ grammaticum. Niceph. lib. 7. cap. 43. Euseb. lib. 10. histor. eccles. Optatus Mileuit. lib. 1.*

d *Hist. Trip. part. lib. 4. cap. 25. Niceph. Call. li. 9. ca. 23.*

e *Socrates li. 2. c. 40.*

Source : BIU Cujas

sacrum senatum, vt de causa denuò inquireretur, interposita appellatione prouocauit [a]. Quod autem de exauthoratione Meuius obiicit, non aliter eam fieri posse, quàm si ecclesiastici fori cognitio præcesserit: non est quòd tanta obiectionis istius ratio habeatur. Primùm quia nonnulli sunt casus & quædam crimina, in quibus aut propter delicti atrocitatem, aut aliam grauem ob causam, clerici etiam ex canonici iuris dispositione absque exauthoratione puniri, imò & extremo supplicio affici possunt [b]. Sic anno secundo suscepti à Iustiniano imperij cùm quidam Episcopi & Archipresbyteri masculorum corruptores deprehensi essent, capitali supplicio post multos cruciatus affecti sunt nulla exauthorationis mentione [c]. Deinde si fori nostri communem vsum obseruare volumus, hoc Senatus solet, vt cùm de graui aliquo crimine agitur, non regius iudex solus de sacerdotis delicto cognoscat, neque etiam sacerdos ad ecclesiasticum forum absolutè remittatur: sed ambo iudices ecclesiasticus & sæcularis simul cognitionem suscipere teneantur: atque id sæpè arrestis Curiæ iudicatum est [d]. Neque hoc sine exemplo. Nam sub Alexio Imperatore, cùm de damnatione Mesopotamitani, qui Thessalonicæ pontifex erat, ageretur: Patriarcha non sacerdotes tantùm, sed & alios iudices asciuit [e]. Anacletus Papa causas clericorum & negotia in commune iudicari vult coram Patriarcha & Primate ecclesiastico, & coram patricio sæculari [f]. In Ephesina Synodo, cùm Dioscorus reus esset, & iudicari eum oporteret, sedebant tum Episcopi, tum etiam magistratus laici, & qui in Senatu summo primas gerebant dignitates [g]. Et hoc quidem nunc apud

a Niceph. lib. 15. c. 30.

b Textus in cap. perpendimus. de sententia excommunicat. Glossa & Canonistæ in cap. ad abolendam. de hæreticis. Panorm. in c. et si clerici. de iudiciis. l. quicunque l. omnes. C. de epis. & cler.

c Cedrenus pag. 302.

d Arrest donné cõtre vn Prestre nommé Guichon, le 23. de Iuillet 1585.

e Niceæ Annales pag. 224.

f Can. omnis oppressus 2. qu. 6.

g Niceph. Call. li. 15. cap. 30.

Source : BIU Cujas

apud nos inualuit, vt vterque tam sæcularis, quàm ecclesiasticus iudex de sacerdotis crimine cognoscat, si crimen non leue est, sed delicti grauitas maturum iudicium & seueriorẽ cognitionem requirat. Præest autem iudicio ecclesiasticus atque assessores sibi aduocat: sed omnia fiunt Regio iudice præsente & vocato. Non tamen de corporali pœna pronũtiat ecclesiasticus, sed de crimine cognoscit: quod si probatum ex consilij sententia videatur, ipsúmque crimẽ capitalem animaduersionem requirat, tunc reum iudici sæculari puniendum ecclesiasticus permittit. Atque hæc iudiciarij ordinis forma multùm habet & æquitatis & dignitatis. Nã cùm simul iunctímque duo isti iudices, Ecclesiasticus & Regius, accusationem instruunt, & probationibus factis de crimine iudicant, Regij iudicis præsentia suspicionem omnem fauoris ecclesiastici remouet. Itaque si clericus absoluitur, nulla erit gratiæ, fauoris, & mutuæ dissimulationis suspicio. Sin verò reus capitali iudicio damnatur, non poterit ecclesiasticus, qui condemnationis præiudicio adfuit & præfuit, recusare, quin damnatum exauthoret, factáque exauthoratione puniendum capitalibus ministris permittat. In delictis grauioribus id obseruari diximus: At in hac caussa de scelere atrocissimo agitur. Quis enim vnquam legislator satis grauem & acerbam veneficio pœnam imposuit? Plinius scribit, terram humani generis misertam venena produxisse, ne quis aut lenta tabe consumeretur, aut, si quando tædium vitæ eum cepisset, inuitus viueret[a]. At Meuius vim quidem veneni præsentem remediis vitauit, sed ita affectus, vt continua & graui tabe consumatur, *Vulnus alit venis & caco*

[a] *Plinius lib. 2. c. 63.*

*& caco carpitur igni*: δυσίατα γὰρ ἤδη καὶ παντελῶς ἀθεράπευτα τὰ ἐκ φαρμακειῶν ἐρρωγότα, ait Philo [a]. Atrox adeo & nefarium visum est veneficij crimen, vt præ cæteris vnum hoc delictum maleficij nomine designetur. Etenim malus Dæmon hoc præcipuè agit, vt quæ ad salutem hominum sunt adinuenta, in perniciem & interitum conuertat: in venenis autem maleficia sua potissimum exercet, vt cibi vel potiones, si quando ad salutem vel alimenta præberi contingat, noceant & interimant. Crimen est sæuum, & eò occultius quò sceleratius, & tantò sceleratius quantò occultius. Philo Iudæus veneficia cæteris omnibus delictis grauiora censet: Homicidas (inquit) eósque qui palàm aggrediuntur videre & vitare licet: At occultæ insidiæ, & venena, quæ in conuiuio inter mensæ sacra, inter amicos & sodales præbentur, vix caueri possunt: Qui adulter est aut ebriosus, voluptatis titillatione aliqua inuitatur. Seneca: *Nullum sine auctoramento malum est, auaritia pecuniam promittit, luxuria multas ac varias voluptates, ambitio purpuram & plausum, & ex hoc potentiam & quicquid potentia potest; Mercede te vitia sollicitant* [b]. Veneficus autem (inquit Philo) non voluptate vlla incitatur, sed animo malefico & praua voluntate ad tantum scelus accingitur [c]. Apud Persas hæc pœna veneficis infligi solebat: Saxum erat latum, cui caput venefici imponentes altero saxo feriunt, & elidunt, quoad contuderint faciem, & caput contriuerint [d]. Testatur Liuius de veneficis quæstionem Romę primùm habitam, M. Claudio Marcello, & T. Valerio Consulibus [e]. Refert Xiphilinus ex Dione sub Domitiano prehensos & vltimo supplicio affectos quos-

dam,

[a] Philo Iudæus de specialibus legibus cõtra mœchos & homicidas, &c.

[b] Seneca epist. 69.

[c] Philo Iudæus in li. de specialibus legibus contra mœchos & homicidas.

[d] Plutarc. in vita Artaxerxis.

[e] Liuius lib. 8.

Source : BIU Cujas

dam, qui acubus veneno oblitis obuios lethaliter pungebant [a]. Iurisconsultus: *Qui malum venenum necandi hominis caussa fecerit* (inquit) *vel vendiderit, vel habuerit, tenetur lege Cornelia de sicariis* [b]. Quin & ad maiorem pœnam lex speciale id esse in hoc scelere voluit, vt licèt in aliis criminibus morte reorum persecutio omnis cesset & extinguatur [c]: hunc tamen veneficij reatum morte non extingui statueret [d]. Quod autem Titius allegat, cogitati & non perpetrati facinoris nullam esse pœnam: id certè contra iura, contra leges, contráque æquitatis regulas proponitur. Etenim in criminibus animus & voluntas potissimum spectatur, adeò vt qui hominem non occidit, sed vulnerauit vt occideret, pro homicida damnandus dicatur [e]. Diuus Cyprianus, *Deus* (inquit) *videt corda & pectora singulorum, & iudicaturus non tantùm de factis, sed & de verbis, & cogitationibus nostris, omnium mentes voluntatésque conceptas in ipsis adhuc clausi pectoris latebris intuetur* [f]. Seneca eleganter etiam in hac ipsa venefici quæstione: *Potest aliquis nocens fieri, quamuis non nocuerit: Si quis cum vxore, tanquam cum aliena, concumbat, adulter erit: quamuis illa adultera non sit. Aliquis mihi venenum dedit, sed vim suam remixtum cibo perdidit: Venenum illud dando, scelere se obligauit, etiam si non nocuit. Omnia scelera etiam ante effectum operis, quantum culpæ satis est, perfecta sunt* [g]. Demosthenes: ὃ τὸ συμβὰν νόμος ἐσκέψατο, ἀλλὰ τὴν τοῦ δεδρακότος διάνοιαν [h]. Cicero: *Nisi fortè quia perfecta res non est, non fuit punienda, perinde quasi exitus rerum non hominum consilia legibus vindicentur. Minus dolendum fuit re nõ perfecta, sed puniendum certè nihilominus* [i]. *Nisi verò interesse*

a *Xiphilinus in Domitiano.*
b *L. 3. ff. ad l. Cornel. de sicariis.*
c *L. 1. & 2. si reus vel accus. mortuus fuerit.*
d *l. Lucius. ff. de iure fisci.*
e *L. 1. §. diuus. ff. ad l. Corne. de sicariis.*
f *D. Cypr. sermone 5. de lapsis.*
g *Seneca lib. in sapientem nõ cad. iniur. cap. 7.*
h *Demost. in orat. cõtra Aristogitonem.*
i *Cicero pro Milone.*

Source : BIU Cujas

*interesse aliquid putas* (inquit idem) *inter eum qui hominem occidit, & eum qui cum telo hominis occidendi causa fuit. Si interfici Saturninū nefas fuit, arma sumpta esse contra Saturninum sine scelere non possint* a. Harmenopulus : φονεύς ἐστιν ὁ σκόπον ἔχων φονεῦσαι ; κἂν φονεύσῃ κἂν μὴ φονεύσῃ b. Tertullianus, *Non facti solum, verum & voluntatis delicta vitanda: Neque enim si mediocritas humana factis solum iudicat, quia voluntatis latebris par non est, idcirco crimina eius etiam sub Deo negligamus* c. Quintilianus, *Nunquam mens exitu æstimanda est* (inquit) *Nam & qui impetum in patrem stricto gladio fecisset, retentus diceret, Non occidi. Si venenum paratum deprehendissem, diceret, Non occidi* d. Philo Iudæus eleganter, ἐὰν τις ἐπανατείνῃ τὸ ξίφος ὡς ἀποκτεῖναι, κἂν μὴ ἀνέλῃ, ἔνοχος ἔσται προαιρέσει γεγονὼς ἀνδροφόνος, εἰ καὶ μὴ τὸ τέλος τῇ γνώμῃ συνέδραμε e. Sic etiam Perseus Macedo apud Liuium, *Aperienda nimirum nocte ianua fuit, & armati comessatores accipiendi, præbendúmque ferro iugulum, quando non creditur nisi perpetratum facinus* f. Domitianus conditionem Principum miserrimam dicebat, quibus de coniuratione comperta non crederetur nisi occisis g. D. Hieronymus, *Cùm homicidium ex odio sæpe nascatur* (inquit) *quicunque odit, etiam si necdum gladio percusserit, animo tamen homicida est* h. Seneca, *Veneficus est qui saporem, cum venenum crederet, miscuit: Sic latro est etiam antequam manus inquinet* i. Cogitationis quidem pœnam nemo patitur, ex edicto scilicet, *quod quisque iuris*. Cogitationis quidem nudæ, quæ nihil ausa est, nihilve attentauit. Nam effectum requirimus. Sic apud Iurisconsultum sola furti faciendi cogitatio non facit furem k. Sed quum voluntas ad aliquem

a Cicero pro C. Rabirio perduellionis reo.

b Harmenop. lib. 6. tit. 6.

c Tertull. lib. de Pœnitentia.

d Quintil. declæ. 281.

e Philo de specialibus legibus.

f Liuius lib. 49.

g Sueton. in Domit. cap. 21.

h D. Hier. ad Castorinam Epistolarum li. 1. Epist. 39.

i Seneca li. 5. de benef.

k L. 1. §. 1. l. si quid fur. ff. de furtis.

Source : BIU Cujas

quem actum deuenit, tunc eadem est ausi quæ & commissi criminis pœna [a]. Seruius in eum Virgilij locum, *Ausi omnes immane nefas, ausóque potiti*, notat iure Romano non modò effectum puniri, sed & voluntatem, voluntatem scilicet, quæ aliquid attentauit. Vt constat non fieri furtum solo animo sine contrectatione, sed si contrectatio rei alienæ interuenit, rectè dicetur furtum commissum [b]. Sic etiam in iudicio legis Corneliæ de sicariis, *si quis* (inquit Iurisconsultus) *gladium strinxerit, & cum eo percusserit, non est dubitandum hoc eum occidendi animo admisisse*: ac tum verè obseruari oportet, quod lex ait, in maleficiis voluntatem spectari, non exitum [c]. Idque in grauioribus ac nefariis criminibus potissimùm obtinet. Tertullianus, *sensus delictorum etiam sine effectibus imputari solent animæ* [d]. Hinc est quod ait Imperator, pari sorte leges scelus punire & sceleris voluntatem [e]. Quintilianus, *Insidiatus ciui, etiam si non effecerit scelus, pœnas tamen legibus soluet* [f]. Seneca, *Omnia honesta opera voluntas inchoat, occasio perficit: sæpe honorata virtus est, etiam vbi eam fefellit exitus: scelera quoque, quamuis citra exitum subsederint, puniantur* [g]. Titius non nudam veneficij cogitationem habuit, sed venenum necandi hominis caussa (vt lex loquitur) fecit, miscuit, porrexit. Itaque veneficij pœnas meritò patiatur, & capitale apud sęculares magistratus iudicium subeat, qui tantum nefas, támque atrox scelus animo malefico ausus est & attentauit.

*SENATVS*, Titium Episcopi Parisiensis eiúsque officialis iurisdictioni permisit: Statuit tamen vt tam probationibus, quàm iudicio, criminísque cognitioni vterque iudex, Ecclesiasticus &

a L. *si quis non dicam rapere.* C. *de episc. & cler.*

b *l. vulgaris. §. qui furti. l. si quis vxori. §. neque verbo. ff. de furtis.*

c *Nihil interest. ff. ad l. Iul. de adult. l. 2. de condit. instit. l. fi. ad leg. Corne. de sicarijs. l. fraudis. ff. de reg. iur.*

d *Tertull. lib. de anima ca. 40.*

e *L. 1. ad l. Iul. de ambitu. Co. Theodos.*

f *Quintil. decla. 274.*

g *Seneca l. 4. contr. 5.*

Regius simul interessent: nec quidquam fieret absente regio magistratu: Imò neque etiam liceret Officiali Titium inconsulto senatu aut in libera custodia dimittere, aut aliter à carcere liberare [a].

[a] Arrest donné à la Tournelle le Samedy 22 Feur. 1586. contre M. Macé Durant Doyen de Laual, Chauelin plaidoit pour l'appellant. & moy pour l'intimé. Autre pareil Arrest à la Tournelle du Samedy 26. Aoust 1595. plaidant de Villiers pour l'appellant, & A. Arnould pour M. Isaac Spifame intimé.

## *De pensionibus & resignationibus beneficiorum.*

## CAP. VII.

ECCLESIASTICARVM rerum politia, præsens ordo, & disciplina quantū ab antiqua Christianæ Ecclesiæ integritate & pura sinceritate distet, vix est quisquā pia mēte & religioso affectu imbutus, qui nō & videat & sæculi istius corruptelas ęgrè ferat. Dicere lubet cum Plinio, *Quò te vertas, quæ remedia conquiras? vbiq; vitia remediis fortiora* [b]. Saluianus ad Ecclesiā Catholicā, *vbi est illa nūc eximia forma tua & totius corporis pulchritudo? vbi illud de viuis virtutibus tuis diuinorum apicum testimonium* [c]? Liuius, dū antiquā Romani populi virtutē & imperij magnitudinē aptè veréque eōmendat, primordia vrbis spectāda censet, primámque iubet nascentis Reipublicæ originem attendi. *Ad illa quisque acriter intendat animum* (inquit) *quæ vita, qui mores fuerint, per quos viros, quibúsque artibus domi militiæque & partū & auctum imperium sit. Labēte paulatim disciplina, velut dissidentes primò mores sequatur animo, deinde vt magis magísque lapsi sint, tum ire cœperint præcipites, donec ad hæc tempora, quibus nec vitia nostra nec remedia pati possumus, peruenūm est* [d]. Non dissimiliter quisquis verū Ecclesiæ splendorē laudare aut mirari voluerit, omissa

[b] Plinius lib. 4. epist. 25.

[c] Saluian. lib. 1. ad Eccles. cath.

[d] Liuius d. 1. in pri.

Source : BIU Cujas

omissa præsentis sæculi corruptela, vlteriùs animum intendat, & ad antiquam primitiuæ Ecclesiæ puritatem cogitationes suas referat. Vt enim Plato de priscis & primi sæculi hominibus dixit eos extitisse meliores, quo propiùs ad deos accedebant: οἱ μὲν παλαιοὶ κρείττονες ἡμῶν καὶ ἐγγυτέρω θεῶν οἰκοῦντες a. Ita etiam prisci Ecclesiæ primitiuæ Antistites, quò propiùs à Christo & Apostolis erant, eò veriùs Christianã puritatem & Ecclesiæ sinceritatem referebant. Prælaturæ, & sacerdotia, &, quæ nũc vocamus beneficia, olim martyria erant: quin & primis Ecclesiæ tẽporibus ordinarij beneficiorũ prouentus, & annui dignitatum Ecclesiasticarũ reditus nõ alij fuerũt, quàm persecutiones, flagella, fidiculæ, cruces, supplicia, mẽbrorũ lacerationes. At nunc Ecclesiæ Prælati cœlestes illos prouentus abnuunt, & pro tormentis, cruce & culeo, delicati martyres, magno Ecclesiasticorũ beneficiorum reditu superbiunt, & pingui fructuum abundantia saginantur. Ecclesiam fateamur oportet pristina illa sua sanctitate destitutã non agnoscere dignitatem suã. Magna fuit militantis Ecclesiæ sub tyrannis & persecutorib. admiratio: Sed, vt ait D. Hieronymus, *postquã Ecclesia ad Christianos Principes venit, potentia quidem & diuitijs maior, sed virtutibus minor facta est* b. Exquire veteres illos sedis primariæ Pontifices, longam seriem recensebis eorum, qui martyrio coronati vitã in Domino finierunt, quíque (vt ait Saluianus) *ad cœlestis regiæ ianuam gradibus pœnarum suarum ascendentes scalas sibi quodammodo de eculeis catastisque fecerunt* c. Pudet dicere quanto quámque infami nostro dedecore Ecclesia olim multo integritatis splendore fulgens, nunc pristinę sancti-

a Plato in Philæbo.

b D. Hie. in vita Diui Malchi.

c Saluian. li. 3. de Gubern. Dei.

tatis oblita, turpi vitiorum labe sordescit. Etenim (vt ait Diuus Cyprianus) *priscarum laudum & gloriæ degenerem esse maximum crimen est. Minus est dedecoris nunquam ad prætonium laudis accessisse, quàm de fastigio laudis ruisse* [a]. Sacerdotia & prælaturæ, dum viguit incorrupta Ecclesiæ antiquitas, nec annuos nec statos reditus habebãt. Vnde conueniens videbatur vt plebs Christiana sacerdotes suos in vnaquaque Ecclesia & ordinari curaret, & alere teneretur. Magnam & solicitam adhiberi operã hoc sæculo videmus ab iis, qui fructuum & redituum occasione beneficia venantur. Olim multò maior & solicitior à priscis Christianis adhiberi solebat, ne sacerdotia & prælaturas obtinerent. Ammonius, cuius lausmorũ austeritate, singulari eruditione, magnáque philosophiæ cognitione commendatur, cùm se inuitũ cerneret ad Episcopalem dignitatem & cosecrationẽ adduci, neque ab eo proposito clericos & Antistites, qui eum elegerant, dissuaderi posse, ipse sibi dexteram amputauit auriculam: Nunc demùm (inquiebat) à tanto munere excusabor, cùm sacerdotem, nisi integrum & immutilatum, recipi canones non permittant: [b] Sic etiam Nilammon, cùm electus esset Episcopus, eúmque Theophilus nulla admissa excusatione consecrare vellet, dilationem horæ, vt precationi vacaret, postulauit, & cùm se tanto munere indignum crederet, Deum precatus est vt mori priùs quàm Episcopum consecrari, concederetur. Huic voto Deus annuit, ac Nilammon inter precandum expirauit [c]. Diuus Cyprianus de Cornelij Pontificis electione ita ait, *Non, vt quidam, vim fecit vt Episcopus fieret, sed ipse vim passus est, ut Episcopatum coactus exciperet* [d].

a D. Cypr. li. 2. epi. 7.

b Niceph. Callist. lib. 11. cap. 37.

c Niceph. li. 13. ca. 37

d D. Cypr. lib. 4. ep. 2.

Tales

Source : BIU Cujas

Tales viros hæc ætas perpaucos producit, qui cum D. Hieronymo dicant, *Clericatum non honorem esse, sed onus* [a]. Vanæ sunt & superfluæ hoc tempore illæ canonum constitutiones, quibus sub graui pœna interdicitur, ne quis ad sacerdotia, sacros ordines aut dignitates ecclesiasticas inuitus promoueatur [b]. Neque enim coruos aut cęteras aues, quæ laceratione corporũ aluntur, tam rapido volatu ad cadauera per aërẽ celeres fieri videmus, quàm ægrotãte clerico beneficij opimi possessore, coruos beneficiarios cernimus, aut ad extorquendam à languente resignationem, & spolia adhuc spiranti detrahenda, aut desperata resignatione ad Regis aulã, curiámve Romanam incredibili celeritate aduolare. Verùm omissa in homines huius sæculi querimonia, institutum de pensionibus & resignationibus sermonem cœptúmque iter pergamus. Illud sanè olim in Ecclesia obtinuisse cõstat, vt quisquis vel sacerdos ordinatus, vel Episcopus consecratus fuerat, non vtique ei posteà liceret onus siue honorem iniunctum, liberè, quandocunque vellet, deserere, munúsque semel susceptum resignare & eiurare. Hinc Nicolaus Papa ab episcopo quodam cõsultus, an Ecclesiam suam aduersis persecutionum periculis agitatam relinqueret: *Si perniciosum est* (inquit) *positam in tranquillitate nauem deserere, quanto magis in fluctibus* [c]? *Indecens est* (ait ille) *prius soluere militiæ cingulum, quàm cedat victori aduersitas præliorum* [d]. D. Ambrosius cùm ex Iustinæ Imperatricis mandato de Ecclesia iuberetur exire, hoc ego (inquiebat D. Ambrosius ad Beniuolum quæstorem) sponte non faciam, ne lupis septa ouium tradere & prodere videar. Hic, si placet, occide, hoc

a D. Hier. epistola ad Heliodorũ.

b Can. vbi ista, & can. honor. dist. 74.

c can scitaris 7. quæst. 1.

d ca. 1. ext. de renunciat.



Source : BIU Cujas

loco mortem prona ſuſcipiam voluntate [a]. Diuus Bernardus ad eum reſcribens, qui Eccleſiam ſuam, cui præerat, relinquere ideo volebat, vt Hieroſolymam pergeret: *Qua ratione* (inquit) *curam tibi creditæ animarum exponere debeas omnino non video. Quid enim blanditur depoſitæ ſarcina libertas, ſed charitas non quærit, quæ ſua ſunt: Foris quietis prouocat & otij guſtus ſuauior, ſed euacuatur diſpendio pacis* [b]. *Alligatus es vxori, noli quærere ſolutionem* [c]. Quin & hoc tempore ex canonici iuris conſtitutionibus, neque ſacerdotes beneficia ſine conſenſu epiſcopi, neque epiſcopi ſine licentia ſummi Pontificis diœceſes ſuas eiurare & dignitati ſuæ renuntiare poſſunt [d]. Quod nos, ficta religione, antiqui vera & ſincera pietate faciebant, ne Eccleſiaſtica munera ſponte & abſque licentia ſuperioris deſererent, ne quidē vrgēte neceſſitate aut graui imminente periculo. Prælati cū Eccleſia ſua vinculum, inſtar eſt coniugij [e]. Si à carnali matrimonio ad ſpirituale licet argumētari, cur viro vxorē dimittere aut cōmodare nefas, cre demus? Prælato Eccleſiā dimittere, cedere, & cui voluerit, reſignare fas & licitum eſſe exiſtimabimus? Lupus abbas Ferrarienſis. *Quemadmodum* (inquit) *carnalē copulam non licet reſoluere, niſi ex cauſa fornicationis, ita ſuſceptam ſemel paſtoralem curam nefas eſt deponere, quandiu omnium ſaluti conſuli poteſt* [f]. Meminit Tertullianus Socratis Græci & Catonis Romani, qui vxores ſuas amicis communicauerunt [g]. Sic & Ammianus Marcellinus refert Sarracenos habuiſſe vxores precarias atque eas data acceptáve mercede ad tempus conduxiſſe [h]. Hos ergo nequitię ſuæ patronos aduocent iſti viles, profani & ſimoniaci rerum diuinarum negotiatores, dum promiſcuis reſigna-

[a] Niceph. li. 12. cap. 29. Hiſt. tripar. lib. 9. cap. 20.

[b] D. Bernard. epiſt. 82.

[c] D. Paulus epiſt. 1. ad Corint. c. 7.

[d] ca. quidā cedendi licentiam. ext. de renunt. can. ſuggeſtum. 7. quæſt. 1. ca. 2. extra de tranſl. epiſcopi. e cap. requiſiuiſti. ext. de reſt. cap. 2. de tranſl. epiſcopi.

[f] Lupus Ferrar. epi. 29.

[g] Tertull. in apolog. Saluia. lib. 8. de guber. Dei p. 268. Plut. in Catone.

[h] Ammianus Marcellin. l. 14.

Source : BIU Cujas

resignationibus beneficia & Ecclesias, quæ Prælatorum spirituales sunt vxores; auara nundinatione mercantur, & mutua fide habita inter se commutant. Hoc verè est ædificare Sion in sanguinibus, & Ieruſalem in iniquitate: Hoc est dignitatum Ecclesiasticarum apicē & Dei sanctuarium iure hæreditario contra canones transmittere [a]. Hæc fuit ianua, per quā lupi in ouile irrūpētes cuncta hæresibus infecerunt, & oues dignis pastoribus destitutas abegerunt: Hinc vitiorū succrescētiū prima origo: Hinc deformitatis Ecclesiam maculātis prima labes: Tum denique regulas Christianæ disciplinæ vidimus peruerti, omniáque *ex illo fluere ac retrò sublapsa referri*. Addamus cum poeta, *fracta vires*, aut potius *fracti mores, auersa Dei mens* [b]. Olim nulla resignationum mentione defuncto episcopo successore à Clero eligi & ab vniuersa plebe Christiana probari oportebat. Sæpe quidē non tumultuoso populi concursu, sed ex antistitum diœcesis illius suffragiis fiebant electiones. Idque secundo canone Laodicenæ synodi continetur. Electiones tamen vt plurimùm, cōuocatis omnibus diœcesis illius Christianis celebrari solebant, & χειροτονεῖν non simpliciter creare sed suffragio & consensu populi designare & eligere significat, cùm id manuum eleuatione fieret. Diuus Cyprianus presbyteris & diaconis & plebi vniuersæ rescribens, *In ordinandis clericis, fratres charissimi* (inquit) *solemus vos antè consulere, & mores ac merita singulorum communi consilio ponderare* [c]. Idem Diuus Cyprianus de Cornelio Pontifice Romano, *factus est* (inquit) *Cornelius Episcopus de Dei & Christi eius iudicio, de clericorum penè omnium testimonio, de plebis, qua tunc*

[a] cap. consuluisti. ex. de iure pātronatus.

[b] Virgil. 2. Æneid.

[c] D. Cypr. lib. 2. epi. 5.



Source : BIU Cujas

*adfuit, suffragio, & de sacerdotum antiquorum & bonorum virorum collegio* [a]. Quemadmodum autem Athenis fiebat magistratuũ *docimasia*, ne alij quàm viri probi crearentur : sic & in electionibus plebs Christiana eum nominare solebat, quem meritis dignissimum crederet [b]. Ac ne quis sceleratus aut sacro munere indignus per ambitum, & mendicata suffragia, vel ad gratiam eligeretur, licebat vnicuique crimina aut criminum suspiciones obiicere, *vt plebe præsente* (inquit ille) *vel defendantur malorum crimina, vel bonorum merita prædicentur* [c]. Certissimum antiqui illius instituti testimonium ex Lãpridio colligimus, cuius hæc verba sunt. *Vbi aliquos imperator Alexander Seuerus voluisset vel rectores prouinciis dare, vel præpositos facere, vel procuratores, id est, rationales ordinare, nomina eorum proponebat, hortans populum, vt si quis quid haberet criminis, probaret manifestis rebus : si non probasset, subiret pœnam capitis. Dicebátque graue esse, cùm id Christiani & Iudæi facerent in prædicandis sacerdotibus qui ordinandi sunt, non fieri in prouinciarum rectoribus, quib. & fortunæ hominũ committerentur & capita* [d]. Constantinus Imperator & Irene eius mater Tharasiũ Patriatcham, qui suffragiis totius cleri electus fuerat, in conspectum vniuersi populi eduxerunt, fecerúntque omnibus liberã criminãdi & accusandi eius potestatẽ [e]. Etenim *in ordinationibus sacerdotum* (ait D. Cyprianus) *nõ nisi immaculatos & integros antistites eligere debemus, qui dignè & sanctè sacrificia Deo offerentes audiri in precibus possint, quas faciunt pro plebis dominicæ incolumitate* [f]. Hinc cùm D. Ambrosius, qui vnus è præfectis sub Imperatore Valẽtiniano erat, electus fuisset Episcopus Mediolanensis, Valentinianus exultasse fertur,

[a] D. Cypr. lib. 4. epi. 2. ad Antonianum.
[b] Can. licet 8. quæst. 1.
[c] D. Cypr. lib. 1. epi. 6.
[d] Lãprid. in Alex. Seuero.
[e] Epistola Imperatoris Constantini ad Nicenam 2. Synodum.
[f] D. Cypr. lib. 1. ep. 4.

Source : BIU Cujas

fertur, quòd Deus illos ad Episcopale munus vocaret, quos ipse administrationi ciuili præficiens dignos & capaces Reipublicæ administrandæ iudicasset[a]. Sed in tanta rerum humanarum vicissitudine, improbitatis quidem & vitiorum perpetua existit & continua series: at virtutis & rerum laude dignarum breuis est & sæpe interrupta disciplina. Quid enim laudabilius esse potuit, quàm electiones in Ecclesia seruare & tueri: atque electionum iure seruato, illud assidua & perpetua cura præstare, ne alij, quàm viri integri, moribus incorrupti, fide præstantes, vno omnium Christianorum consensu Ecclesiæ præficerentur? *Minus est* (inquit D. Hieronymus) *tenere sacerdotium quàm mereri*[b]. Sæpè tamen in Ecclesia euenit, vt reiectis electionibus locum habuerint successorum nominationes, quas variè pro temporum diuersitate modò admissas, modò improbatas Ecclesiasticæ historiæ monumentis memoratur. Successorum autem nominatio est resignationis species quædam. Huius sanè instituti prima ratio laudabilis extitit, sed quæ mox in abusum & perditos mores desiit. Constat enim hoc fuisse primum Ecclesiæ institutum, vt eligi à clero & plebe Christiana successorem oporteret: Quia tamen verisimile fuit eum qui nouissimè munus illud Ecclesiasticum gesserat, dignitatis ipsius onus, & quæ obeundo muneri necessaria essent apprimè nosse, priùs de successoris vel coadiutoris persona inquirebatur: Non quidem vt eum, quem nominabat, eligi necessariò oporteret, sed prædecessoris commendatio pondus non leue in suffragiis & electione habebat. Sic Alexander Episcopus Constantinopolitanus Paulum & Mace-

a Nicephi. li. 12. c. 32.

b D. Hier. ad Pammachium li. 2. epi. 5.



Source : BIU Cujas

donium viros multis meritis eximios nominauit, quasi alterutri eorum sedes Constantinopolitana post obitum suum committi deberet: Hinc exorta est contentio, non vt alius eligeretur, sed quinam ex illis duobus à defuncto nominatis præferri deberet [a]. Hinc etiam processit non minus certamen pro Euagrio, quem Paulinus Episcopus morti proximus successorem nominauerat [b]. Verùm nominationes istæ successorum (quæ resignationes sunt) tunc primùm etiam cum necessitate obseruari & electionibus præualere cœperunt, cum catholici prælati aduersùs hæreticorum factiones, orthodoxæ fidei securitati cauere & prospicere voluerunt. Hæretici enim quoties Episcopus aliquis decedebat, nihil non mouere & tentare consueuerant, vt corruptis suffragiis hæreticus aliquis Ecclesiæ præficeretur. Hæreticorum factione nihil esse solet sagacius: Acriter & animosè partes suas fouent, & rudes multitudinis imperitæ animos in errores maximos non difficulter inducunt. Itaque orthodoxi huic malo mederi volentes, nihil commodius aut rutius animaduerterunt, quàm vt à Catholico decessore nominaretur Catholicus & orthodoxus successor. Sic moriens Alexander Episcopus Alexandriæ successorem Athanasium nominauit [c]. Vnde & ab Arrianis Diuus Athanasius accusatus est, quòd nulla communis Episcoporum consilij electione sacerdotium propria authoritate ex defuncti nominatione sibi arrogasset [d]. Athanasius item cùm postea Petrum nominasset, eiusmodi nominatio Ecclesiæ Alexandrinæ grata & probata fuit [e]. Sic etiam Macarius Ecclesiæ Hierosolymitanæ metuens, sedemque Episcopa-

[a] Niceph. eccl. hist. li. 9. cap. 4.
[b] Niceph. lib. 12. cap. 24.
[c] Sozomen. lib. 2. cap. 17.
[d] Histor. trip. li. 4. c. 9. Niceph. li. 8. c. 44. in princ.
[e] Theodoret. lib. 4. c. 20. Nice. li. 11. c. 26.

lem

Source : BIU Cujas

lem ab Arrianis & hæreticorum labe cupiens vindicare, Maximum, qui orthodoxus erat, non modò sibi successorem designare statuit, sed, vt omnem post obitum suum cõtrouertendi occasionem præcideret, impetrauit, vt etiam sibi viuo Maximus daretur coadiutor, simúlque Episcopali munere fungeretur [a]. Sic & olim antea Narcissus Episcopus Hierosolymitanus annos natus 106. cùm propter decrepitam ætatem non ampliùs muneri obeundo idoneus esset, coadiutorem Alexãdrum annuente clero assumpserat [b]. Plura exempla si quis ab authoribus historiæ Ecclesiasticæ requirat, innumera alia facilè reperiet [c]. Quin & successu temporis nominationes istæ generaliter locum habere & fauorabiles esse cœperunt; cùm plerique abusus, scandala & contentiones electionum iura infamarent, ipsásque electiones in odium & inuidiam, etiam vigente olim Ecclesiastica disciplina morúmque simplicitatis splendore, traherent. Electiones plerũque discordias & æmulationes parere solent. *Vnius prælatio* (inquit Tertullianus) *sine alterius contumelia non videtur procedere* [d]. Apud Ammianum Marcellinum legimus (& pudet) sætuã illam & efferatam de Pontificia sede Romana inter Damasum & Vrsicinum rixam & cõtentionem, in qua vno die eadem in basilica centum triginta septem reperta cadauera peremptorum. Quin & indignius videtur quod idẽ Marcellinus addidit, nihil mirum, si tanta animorum contentione de Põtificia dignitate certarent, *quum id adepti futuri sunt ita securi vt ditentur oblationibus matronarum, procedántque vehiculis insidentes, circumspectè vestiti, epulas curãtes profusas, adeo vt eorum conuiuia regales superent mensas.*

a Socrates li. 2. ca. 21. & Niceph. li. 8. c. 46.

b Niceph. li. 5. ca. 10.

c Eusebius lib. 7. cap. 32. Sozom. li. 2. ca. 17. Niceph. li. 9. ca. 4. & li. 11. c. 26. & lib. 14. ca. 41. Socrat. lib. 2. c. 6. & 22. & lib. 5. c. 21. & li. 7. cap. 48.

d Tertull. in apolog. cap. 22.

Source : BIU Cujas

*mensas, qui esse poterant beati reuera, si magnitudinè vrbis despecta, quam vitiis opponunt, ad imitationem antistitum quorundam prouincialium viuerent: quos tenuitas edendi potandique parcissimè, vilitas etiam indumentorum, & supercilia humum spectantia, perpetuo numini veriſque eius cultoribus vt puros commendant & verecundos*[a]. Pudet sanè etiam priscis nascentis Ecclesiæ temporibus luxum, diuitias, & dissolutos adeò mores primatiam Christianæ Ecclesiæ sedem occupasse. Conuenientius videtur authori in Christianos inalè affecto fidem non adhiberi. Sed vt ad electionum abusus reuertamur, refert Sidonius Apollinaris pleraſque fraudes non modò per mendicata suffragia, sed & per sordes ac simoniæ labem in electionibus, etiam suo tempore, committi solitas: Adeo vt Patiens & Euphronius Episcopi neglectis suffragiis, & omissa electionis forma, Ioannem virum pietate insignem Episcopum consecrare necessarium existimauerint[b]. Nam & sub Theodosio Imperatore refert Nicephorus, in electionibus pleroſque omnes neglecta Ecclesiæ dignitate suffragia sua propinquis, familiaribus & amicis ad gratiam commodasse[c]. Pluréſque etiam tempore Diui Ioannis Chryſostomi in Asia fuisse, quorum hi quidem per gratiam, alij emptos pecunia Episcopatus possiderent[d]. Diuus Chryſostomus electionum iura tollere voluisse memoratur[e]. Quin & defuncto Sisinnio Patriarcha Constantinopolitano placuit neminem ex Ecclesiæ illius clero Pontificem creari propter contentionem eorum qui dignitates & apices Ecclesiæ obtinebant, quòd omnes non ex meritis, sed ad gratiam amicis aut propinquis suis in ea

a Ammiã. Marcell. lib. 27. circa princ.

b Sidonius Apollina. lib. 4. epiſtola vltima ad Dãnulum.

c Niceph. li. 12. c. 12.

d Niceph. lib. 13. cap. 9. & cap. 29. in fin. & lib. 14. cap. 29. in princ.

e Niceph. lib. 13. c. 9.

Source : BIU Cujas

in ea electione fauerent a. Pudor est licuisse olim sacerdotia per gratiam consequi: At beneficia per simoniæ labem, etiam in illa prisci seculi integritate, plerosque obtinuisse infame est, indecens, & probrosum: & tamen historiæ fides vtrumque sæpè euenisse memorat. Sic post obitum Anastasij summi Pontificis. Festus Senator Romanus, qui Laurentium aduersùs Symmachum competitorem fouebat, suffragia quædam in gratiam Laurentij pecunia corrupit b. Sidonius Apollinaris de sæculi sui sordibus: *Et nisi me immeritò queri iudicaueritis* (inquit) *dicere auderem tam præcipitis animi esse plerosque, támque periculosi, vt sacrosanctam sedem dignitatémque affectare pretio oblato non reformident, & rem iamdudum in nundinam mitti auctionémque potuisse, si quàm paratus inuenitur emptor, venditor tam desperatus inueniretur* c. Itaque & hæreticorum metus ne per suffragia dignitates ambirent, & tales tantíque electionum abusus nominationes successorum & resignationes introduxêre. Quid enim aliud sunt resignationes *in fauorem*, nisi illæ ipsæ successorum nominationes tot priscis Christianorum Antistitum exemplis approbatæ? Quæ licèt primùm nonnulla Ecclesiæ contra hæreses vtilitate admissæ fuissent: tamen procedente tempore perniciem multam inuexerunt, siquidem opibus in Ecclesia diffluentibus vnicuique licebat successorem, quem vellet, adoptare & ascisere, non pura mente, non ex communi Ecclesiæ vtilitate, non cœlesti diuini numinis afflatu, sed aut pretio, aut ad gratiam, aut ex propriis suorúmve commodis, & vtilitate priuata. Itaque meræ nundinationes erant, & sordida beneficiorum commercia, quibus mederi

a Nicephor. li. 14. c. 31.

b Nicephor. lib. 16. c. 35.

c Sidonius Apollinar. lib. 7. epist. 5. ad Agretium.

Source : BIU Cujas

mederi opus fuit. Leges ex vitiis natę sũt: vitia enim præcessisse oportuit, antequam legum subsidia & seueritatis publicæ remedia proponerentur. Apud Tacitum Pætus Thrasea, *Vsu probatum est* (inquit) *leges egregias, exempla honesta apud bonos ex delictis aliorum gigni: Sic oratorum licentia Cinciã rogationem, candidatorum ambitus, Iulias leges; magistratuum auaritia Calpurnia scita pepererunt. Nam culpa, quàm pœna, tempore prior: emendari, quàm peccare, posterius est*[a]. Itaque cùm maior & frequentior esset resignationum & nominationum abusus, quàm vnquam fuisset electionum, placuit tandem illas successorum nominationes reiici & damnari: Idque tanto omnium consensu, vt nihil in Ecclesia odiosius esse cœperit, nihil pernicioſius visum sit, nihil quod pejoris licentiæ ac deterioris exẽpli iudicaretur[b]. Romana synodus sub Hilario Papa eas dãnauit, & in Ecclesia locũ habere vetuit. Vt & Pontifex Alexãder tertius, sãctuarium Dei iure hæreditario possideri nõ debere rescribit[c]. Sic & antea can. 23. Concilij Antiocheni episcopũ morti vicinũ vetuerat successorem sibi constituere. Quin & resignationum & nominationum odium eò tandem processit, vt non modò pro nullis haberentur, sed & à decessore nominari incapacitatis species quædam esset: Ideóque cùm recensentur omnes, qui ab Episcopatu & dignitatibus ecclesiasticis arceri & reiici debent, adduntur postremò illi, *qui à decessoribus in sacerdotium eliguntur*[d]. Itaque cœpit denuò pristinus electionum fauor, ac præcipuè in Ecclesia Gallicana. Inter veteres Caroli magni leges ita statuitur, *sacrorum canonum non ignari, vt in Dei nomine*

[a] Tacit. li. 15. Annal.

[b] Can. peruisi, & per totum. 7. quæst. 1.

[c] c. 1. ad hæc. ext. de decimis.

[d] can. qui in aliquo. 31. distinct.

Source : BIU Cujas

nomine sãcta Ecclesia suo liberius potiretur honore, assensum ordini ecclesiastico præbuimus, vt scilicet episcopi per electionem cleric orum & populi secundùm statuta canonum de propria diœcesi, remota personarum & munerum acceptione, ob vitæ meritum & sapientiæ donum eligantur a. Yuo Carnotensis, *Francorum Reges Carolus & Ludouicus* (inquit) *electiones episcoporum Ecclesiis cõcesserunt. Quod & in suis capitularibus scriptũ reliquerunt, & in cõcilijs episcoporum prouincialibus sanciri permiserunt* b. Hæc omnia altius & ordine repetita ostendunt hãc fuisse temporũ & morum vicissitudinẽ, vt in Ecclesia modò electiones, modò nominationes successorũm, alternis vicibus locũ habuerint. In vtrisq; abusus & sordes etiam olim frequentes: vt nihil est in humanis rebus perpetuò sincerum & incorruptum. Electionũ vsus laudabilis, earúmque euidens vtilitas: Abusus autem non ità frequens nec periculosus. Resignationum verò vsus ex abusu cœpit, sed in sordes, nummarias beneficiorum commutationes, maximámque & pernicios issimam Ecclesiæ pestẽ desiit. Et tamen, vt sæpè zizania miscentur segetibus frumentorum, factum est vt reiecta electionum forma, iste resignationum vsus & abusus magno totius Reipublicę Christianę incõmodo irrepserit, & Ecclesiam occupauerit. Sicut plerunq; in pingui solo & agro quãtumuis culto crescũt densa serie malæ & steriles herbæ, *segnísque horret in aruis Carduus, intereũt segetes, subit aspera sylua, Lappaque, tribulique, intérque nitentia culta Infœlix lolium & steriles dominantur auenæ* c. Etenim per resignationes commercia beneficiorum aperta nũdinatione licẽt, clerici ad pactiones simoniacas inuitantur, sacerdotia improbis, indignis, indoctis,

a *Capitul. legum Caroli magni libr. c. 84.*

b *Yuo Carnotens. epi. 47. ad Manassẽ Rhemorũ Archiepiscopum.*

c *Virgil. lib. 1. Geor.*

Source : BIU Cujas

indoctis, vel ad gratiam, vel pretio, vel propinquitatis iure conferuntur, & opima sacerdotia auaris permutationum pactionibus ex reditu & fructibus captantur. Canonistæ autem & beneficiarij pragmatici duo resignationum genera distinguũt, Resignationes puras & simplices, & resignationes *in fauorem*: Illas iure permittente admitti dicunt; Solas autem resignationes, quæ *in fauorem* vocantur, illicitas esse, contráque Ecclesiæ instituta, & Christi regulas: imò etiam admixtam habere & implicitam simoniæ labem [a]. Itaque has *in fauorem* resignationes Papa solus admittit, quia, ex canonistarum sententia, solus Papa de simonia dispensare potest [b]. Nam quemadmodum qui de furto transigit, infamis est: si tamen Prætore præsente vel iubente, pretio dato paciscitur, non est infamis, propter Prætoris authoritatem [c]: Sic etiam, ex sententia canonistarum, resignare *in fauorem*, solo authore collatore ordinario, simonia est: sed quoties aliquis summo Pontifice authore & approbante resignat *in fauorem*, aut de pensione constituẽda paciscitur, facit authoritas Pótificia, ne actus ille vlla simoniæ labe infametur. Dixerim, salua sedis Apostolicæ veneratione, indignum esse ibi demùm disciplinæ ecclesiasticæ regulas vlla dispensatione violari, vbi purissimum fidei Christianæ splendorem elucere conueniens esset. *Adulterum est* (inquit Diuus Cyprianus) *impium est, sacrilegum est quodcunque humano furore instituitur, vt dispositio diuina violetur* [d]. An idem dicemus de summo Pontifice, quod Dionysius Halicarnasseus dixit, veteres illos Reipublicæ Romanæ Pontifices fuisse ἀνυπευθύνους, καὶ ἐκλῦσαι κέρδη ἀνεπιδίκους, καὶ δῆσαι: vt nullius à se aut dicti aut facti

a *cap. cùm pridè. ext. de pactis, de prabendis. c. quæsitum. ex. de rerum perm. can. ordination. 1. quæst. 1.*

b *can. petisti. versi. hoc nulli concedi. 7. quæst. 1.*

c *l. furti. §. qui iussu. ff. de his qui not. infam.*

d D. Cyprianus *li. 1. epist. 8.*

Source : BIU Cujas

aut facti rationem reddere tenerentur[a]? Quin potius admiramur solēne dictum Pontificis Pij quinti, quem ætas nostra vidit pietatis laude insignem & sanctis moribus integerrimum. Is quum indigne ferret resignationes istas in curia Romana admitti, imò nullibi præterquam in Romana curia, vellerque omnes eas, quæ *in fauorem* vocantur, resignationes tollere ac reiicere: Accurrunt statim & aduolant pragmatici Curiæ Romanæ, imò tineæ ad sorices palatij Ecclesiastici: Hoc erit (inquiunt) destruere curiam. Satius est (respondit Pontifex sactus) destruere Curiam & astruere Ecclesiam. Ex ista autem resignationum licentia plures abusus irrepserunt. Primus ac præcipuus, quòd neque probitas neque mores quenquam ad sacerdotia obtinenda euehant, quandiu resignationes libere permittentur; sed vel ad gratiam, vel pecunia, vel malis artibus nominari solet à decessore successor. Hinc fit vt errare mihi videantur, qui deuoluti iuris titulum odiosum, resignationem fauorabilem asserunt. Deuoluto iure, vt vocant, aliquis sacerdotium petit, quum vel incapacitatem, vel simoniam, vel crimina arguit illius qui sacerdotij fructus indebitè vsurpat. Quis verò nisi infracto sæculo, odiosum hoc esse proponere audeat? aut quis resignationes per sordes & ad gratiam factas, nulla meritorum commendatione, fauorabiles esse iure dixerit? Quinetiam olim vt hæreditaria redderētur beneficia, alius abusus in resignationibus frequenter vsurpari consueuerat. Quisquis enim sacerdotij alterius ve beneficij possessor erat, non ante de resignando sacerdotio aut relinquendo munere cogitare solebat, quàm aduersa valetudo & sanitatis re-

[a] Dionys. Halicarn. lib. 2. antiquit. Roman.



Source : BIU Cujas

cuperãdæ desperatio mortis vicinitatẽ denũtiaret. Sanè in prisca disciplinæ Ecclesiasticæ seueritate, resignatio Prælati morituri, quantumuis sera & morti vicina, nullum præbere solebat malæ fraudis crimínísve argumentum. Sic enim Paulus Constantinopolitanæ Nouatianorum Ecclesiæ Episcopus cùm in lecto decumbens & morti proximus de successore inquireretur, Martiani nomen clàm in charta conscripsit, eámque chartam annulo obsignatam Marco Scytharum Episcopo, qui tùm in vrbe erat, custodiendam commisit, accepta ab eo fide, vt si ipse à morbo conualesceret, Marcus chartã intactam restitueret: Sin mori Paulum contigisset, aperta charta successoris nomen inscriptum cunctis patefieret [a]. Nominationes successorum ad resignationum naturam accedunt, nisi quòd resignatio præsentem habet effectum, nominatio successoris in tempus mortis confertur. Itaque hæc Pauli dispositio non quidem fuit resignatio *in fauorem*, sed fuit testamentaria morientis voluntas, aut potiùs mortis causa donatio. Nunc verò si passim id liceat non adiecto ad resignãdum legitimo ante mortem spatio, Prælati deinceps sacerdotia tanquam patrimonia retinebunt: nec quisquam erit, qui beneficia antè dimittat, quàm salutis vitæque spem omnem abiecerit, vt proximè morituru de sacerdotiis resignandis eadem ratione eadémque hora cogitet, qua & de cæteris bonis testamento disponere visum fuerit: Sícque beneficia ad instar patrimoniorum, hæreditatis aut legati iure transmittẽtur. Hinc nata est Cancellariæ Romanæ regula *de infirmis resignantibus*, cuius remedio necesse fuit morbum & extre-

[a] Niceph. l. 14. c. 41.



Source : BIU Cujas

nam vim morbi aliquo tempore præuenire. Sed vt nihil est tã sanctum, quod non auara improbitas euertere & conuellere nitatur, non potuit sola hęc, *de infirmis resignantibus*, regula obstare, quin nouus etiã abusus nasceretur. Sani & valentes resignabant, sed clàm & tacita resignatione. Hac ratione fiebat, vt beneficium alterutrius manus effugere non posset. Si contingeret præmori resignatarium, facilè erat resignationem, quæ clàm & occulta fide facta fuerit, reticere & celare. Sin verò decederet resignans, resignatio, quæ multo priùs tempore facta fuerat, certam beneficij successionẽ resignatario asserebat. Huic abusui & malitiosæ fraudi vt obuiam iretur, facta est, *de publicandis resignationibus*, regula. Publicatio autem resignationis fieri debet, obseruatis certis quibusdã formis & solemnibus constitutione regia præfinitis. Quæ solemnitates si omissæ fuerint, etiam si palàm coram testibus viuo resignante possessio beneficij prehensa probetur, vacare beneficium morte resignantis soleni arresto iudicatum fuit [a]. Improbãdæ sunt quæuis fraudes, sed potissimùm illæ, quæ in sacerdotiis ac rebus ad sacra munera spectantibus committũtur. Cicero in Verris malitiosã subtilitatem acriter inuehitur. Ille enim in sortitione sacerdotij tres sortes in hydriam impudenti fraude iniici iusserat, in quibus non aliud nomen quàm Theomnasti erat, atque eiusmodi dolo & calumnia effecerat, vt sacerdotium Theomnasto obueniret [b]. Verùm quia instituti nostri est de pensionibus tractare, placet solitas alias beneficiorum fraudes & versutias, & repetitas cõtinuata possessione resignationes prætermittere, atque in pensionum

[a] Arrest du Ieudy 30. de Iuillet 1592. entre M. Martin Boudet appellãt, & frere René Pothery intimé, és plaidois pour Pothery, auquel la recreance fut adiugee.

[b] Cicero in Verrem.



Source : BIU Cujas

abusus inuehi, pestem nec minus frequentem nec minus periculosam cæteris pragmaticorum beneficiariis fraudibus.

*PENSIONES* non modò implicitam habent simoniæ labem, sed & publico odio dignæ sunt, quòd hæreditarios reddant sacerdotum prouentus fructúsque, patrimonij vice, illis tribuant, qui neque altari seruiunt, neque ampliùs titulum beneficij aut canonicam vllam institutionem habent. Resignat aliquis retenta pensione. Qui beneficium resignauit, alienus est nec ampliùs pastor: & tamen nullo suo merito fructuum portionem refert & consequitur. Qui verò resignatarius est, quia pensione grauatur, pastorésque duo pro vno alendi sunt, cogitur, vt pensioni satisfaciat, pecus non tondere, sed deglubere, *Hinc alienus oues custos bis mulget in hora* [a]. Diuus Bernardus ait Christum dixisse Petro, pasce oues meas, non autem dixisse, mulge seu tonde [b]. Tiberius Æmilio Recto Ægypti præfecto rescripsit, κείρσεαί μου τὰ πρόβατα, ἀλλ' οὐκ ἀπουξύρεσθαι βούλομαι [c]. Quid autem indignius est, quàm si beneficiorum reditus & patrimonij Ecclesiastici fructus aliis erogari cernamus, quàm ipsis Ecclesiæ ministris, qui altari seruientes de altari cibaria expectant, & necessaria ad victum alimenta percipere debent? Damnata fuit sordida Nicephori Phocæ Imperatoris rapacitas, qui vacanti Ecclesiæ œconomum ea lege præficiebat: vt cùm is parcè & tenuiter ex reditibus Ecclesiæ vixisset, fructus residuos in fiscum Imperatoris inferre teneretur [d]. Profanus & irreligiosus censeatur, qui reditibus Ecclesiasticis abutitur, aut qui fructus rerum Ecclesiæ ad alios affectat transmittere,

a *Virgil. eclog. 3. Palam.*

b *D. Bernard. in declam. ad illum Matthæi locum. Ecce reliquimus omnia, pag. 1300.*

c *Xiphilinus è Dione in Tiberio.*

d *Zonaras tom. 3. pag. 162.*

mittere, quàm Christi ministros, eósque qui assiduo munere altari deseruiunt. Tamen qui pensiones tuentur, dicunt iure canonico tribus eas casibus permitti. 1. Pro bono pacis. 2. Ratione inæqualitatis beneficiorum. 3. Ne resignans nimium patiatur dispendium. Atque hos tres casus asserere & confirmare nituntur tribus rescriptis, quorum vnum est Innocentij tertij, alia duo sunt Clementis tertij. Quæ tamen omnia si quis diligenter attendat, comperiet nullo Pontificum rescripto pensiones approbari. Excutiamus primum illum casum, *pro bono pacis*, ac simul decretalem Innocentij epistolam[a] examinemus. Duo de prioratu diu multúmque litigauerant. Post longam & diutinâ concertationem, tandem vt controuersia finiretur, litigantes in iudices arbitros compromiserunt viros probos, honestos & prouidos. Sic enim decretalis epistola eos appellat. Cùm autem partium iura obscura essent & ambigua, placuit arbitris ex bono & æquo controuersiam omnem dirimi. Notissimum est illud Senecæ, *Iudicem forma includit, & certos, quos non excedat, terminos ponit. Arbitri libera est & nullis adstricta vinculis religio*[b]. Itaque in dubia illa iuris controuersi ambiguitate, placuit arbitris vt vni prioratus adiudicaretur, alteri annuæ 40. libræ ex reditu prioratus præstarentur. Cõsultus Innocentius respondet sibi suspectam videri pensionis illius adiudicationem: Ac multò suspectiorem, nisi iudices illi fuissent prouidi & honesti, quorum authoritate & probitate moueri se ait vt pensionem eam approbet, adiectis tamen his verbis, *quia non ex partium pactione, sed ex iussione iudicum procedit.* Quis non miretur temerariam

a *cap. nisi essent. ext. de præbēd.*

b *Seneca li. 1. de benef. cap. 7.*



Source : BIU Cujas

eorum audaciam, qui asserunt inter duos de eodē beneficio collitigantes pro bono pacis liberè cōstitui pēsionem posse, & id licere ex canonica dispositione & pontificum decretis: cùm illa ipsa decretalis epistola, cuius authoritate nituntur, etiam in ipso finiendæ libertatis fauore, pactiones partiū sine vlla exceptione damnet & reiiciat? DVOBVS autem aliis casibus defensores pensionum non minus calumniosè Clementis authoritatem traducunt. Licere volunt in beneficiorū permutatione pensionem constituere ratione inæqualitatis redituum. Hunc casum diligenter inquiramus, & Clementis rescriptum ex veritatis tenore expendamus. Clemens in decretali sua epistola [a] agit de permutatione inter duas conuentuales Ecclesias inita. Illarum vnaquæque Ecclesiam parochialem sibi annexā & ad se pertinentem habebat. Sed in parochiarum situ hoc fuit incommodi, quòd hęc vicina erat Ecclesiæ, ad quam non pertinebat: illa vicissim alteri. Et sic vtraque erat remoto interuallo distans ab ea Ecclesia, à qua dependebat. Itaque vt ex proximitate loci vnaquæque parochia vicinæ Ecclesię accederet, permutatio, exigente tanta cōmoditatis consideratione, necessaria videbatur. Sed cùm reditus inæquales essent, poscebat æquitatis ratio compensationem ac supplementum aliquod adhiberi. Ideóque inter Ecclesias illas conuenit, vt facta permutatione alteri in perpetuum certa pecuniæ annuæ quantitas penderetur. Hoc Clemens Pontifex rescripto suo non improbat. Verùm quid hoc habet aut simile aut conueniens cum nostris pensionibus? In illo Clementis rescripto inter Ecclesias de proprietate in perpetuum

[a] cap. ad quæstiones. ext. de rerum permut.

Source : BIU Cujas

tuum permutanda agebatur. At qui de pensionibus paciscuntur, illi beneficiorum tātum administri & fructuum dispensatores nullum in proprietate ius habent. Illic de dominio vicissim permutando: Hîc de fructuum partitione agitur: imò de solis fructibus, in quos clerici nullum ius habent: nisi ratione operæ & officij. Illic inter duas conuentuales Ecclesias res agebatur, in quas nulla cadit simoniæ suspicio, & quę de præstatione annua non lucri, sed compensationis tantùm & supplementi nomine conueniebant. At verò qui pensiones stipulantur, priuati sunt qui pensionū commercio abutuntur, & permutationes beneficiorum quæstus & lucri gratiâ tractant. Illic notoria vicinitatis & proximitatis locorum commoditas ac potius necessitas annuæ præstationi occasionem præbuit: Hîc verò, vt nunc pensionum vsus & abusus est, non alia mente perturbationes beneficiorū fiunt, quàm vt aliquis opulentiore & ampliore prouentuū abundātia reditus suos augeat, & opimi beneficij fructus aliqua pēsionis præstatione lucrifaciat. In sūma vix in toto iure canonico rescripta Pōtificū reperias, quibus seu pro bono pacis seu permutatorum inuicē beneficiorum inæqualitas rationes pēsiones approbetur. Superest ergo solus ille tertij casus examinādus, quo pragmatici beneficiarij pēsiones permitti dicunt, *ne resignans nimium patiatur dispendium.* Exclamare lubet verbis Saluiani: *Vellem mihi hoc loco ad exequendam rerum indignitatem parem negotio eloquentiam dari, scilicet vt tantum virtutis esset in querimonia, quantum doloris in causa.* Etenim huiusce excusationis prętextu nullo nō casu in beneficiorū resignationibus pēsiones creant,

a Saluian. li. 6. de gubern. Dei, pag. 210.

easque resignanti reseruant & paciscuntur. Illud enim semper opponunt, *ne resignans nimium patiatur dispendium.* Nam cùm illi legitimam beneficiorum possessionem in sola fructuum perceptione constituant, minuũ vocant dispendium maximámque iacturam, quoties resignans nullo iure retento carere deinceps cogitur possessio olim pristini beneficij reditu. Theodorus Balsamõ (quem Nicetas tradit Episcopum Antiochiæ, & sub Isaacio Imperatore iurisconsultissimum fuisse [a] refert) Eustathium Episcopum Pamphiliæ, cùm ætate, morbis, & aduersa corporis valetudine vexaretur, multis lacrymis obtinuisse, vt & Episcopale munus resignare, & tamen habita ætatis dignatione nomen honorémque Episcopi retinere liceret [b]. Sed videndum ne quod laudabili ratione seu decrepitæ ætatis seu aduersæ valetudinis occasione aliquando concessum fuit, illud in abusum pragmatici conuertant. *Omnia mala exempla* (inquit Cæsar apud Salustium) *ex bonis initiis orta sunt.* Solent autem communes istas pensionum pactiones Clementis Põtificis [c] auctoritate tueri & cõfirmare. Quamuis tamen neque Clementis epistola decretalis, neque alia vlla Pontificij rescripti authoritas huic pensionũ vitio & abusui obtendi queat. Imò voluerunt canones, vt Ecclesiastica beneficia sine diminutione conferrẽtur [d]. Quid autẽ iniquius aut indignius proponi potest, quàm si fructuum portionem ei liceat retinere, qui amplius pastor non est, pẽsionémque habeat, qui nullum in Ecclesia laborem impendit? Hoc si fiat, beneficiũ ab officio secernere oportet, cùm tamen beneficij fructus nulli debeãtur nisi ratione officij. Aut certè dicendum est cum Di-

[a] Nicetæ annales pag. 201.

[b] Theodor. Balsamon in Nomocanone, & ad Synodũ Ephesinam in fine pa. 16.

[c] cap. super hoc. extra de renun.

[d] cap. moribus. extra de præb.

uo

Source : BIU Cujas

uo Hieronymo, *Nunc sub religionis titulo exercentur iniusta compendia, & honor nominis Christiani fraudem magis facit quàm patitur*[a]. Alexander Seuerus Imperator dicebat nihil esse iniquius, quàm vt è Republica annonas cogerent ij, qui nihil in eam labore suo conferrent[b]. Sic & apud Liuium Appius Claudius dixit, *Nusquam operam esse sine emolumento, nec emolumentum sine impensa esse*[c]. D. Gregorius, *Iustum est* (inquit) *vt illi consequantur stipendium, qui pro tempore suum cõmodare reperiuntur obsequium*[d]. Nec dissimiliter Innocentius tertius: *Qui altari seruit* (inquit) *de altari viuere debet, & qui ad onus eligitur, repelli non debet à mercede*[e]. Etenim si beneficij possessor nudum dignitatis nomen habeat, alius autem fructus percipiat: eueniet quod Constantino Imperatori Leonis filio contigisse narrat Cedrenus, vt ei nomen Imperatoris relinqueretur, fructus imperij tollerentur, Ἔτος ὁ Κωνσταντῖνος χῆμα μόνον καὶ ὄνομα τῆς βασιλείας ἔχων, τὰ δὲ πάντα ταύτης ἐστερημένος[f]. Non dissimilis fuit ecclesiastica Melitij pœna. Nam cùm temeritas eius à Synodo Nicæna damnaretur, simul etiam constitutum est, vt Melitius non quidem Episcopali sede deiiceretur, sed nudum retineret dignitatis nomen: potestatem & iura amitteret[g]. At qui pensiones stipulantur, resignant nudum sacerdotij nomen: fructus autem, reditus, & iura sibi pensionis titulo retinent. Verùs interea pastor, qui altari seruit, infœlix mendicat, & opimi beneficij possessor plerunque egere cernitur. *Nimis impium est* (inquit Cassiodorus) *plenissimis cellis vacuos esurire cultores*[h]. Eleganter Diuus Cyprianus ait, *Operari tu putas rusticum posse, si dixeris, agrum peritia omni rusticitatis exerce, culturis*

a D. Hier. ad Rusticũ li. 2. epi. 13.

b Lampri. in Alex. Seuer.

c Liuius lib. 5.

d can. charitatem. 2. quæst. 2.

e can. ecclesiasticis. 12. quæst. 2. cap. cùm secundum. extra de præbendis.

f Cedrenus pag. 521.

g Niceph. lib. 8. eccles. hist. cap. 24.

h Cassiod. lib. 10. variarum epist. 27.



Source : BIU Cujas

*diligenter insiste: sed nullam messem metes, vindemiam nullam premes, nullos olineti tui fructus capies, nulla de arboribus poma decerpes* [a]. Quid verò tam naturale, quàm vt (quod ait Diuus Paulus) *qui plãtat vineam, de fructu eius edat, qui pascit gregem, de lacte manducet, qui seminat spiritualia, saltem metat carnalia, & qui militat, stipendium accipiat* [b]? Pensiones ergo & odiosæ sunt, & simoniacam redolent prauitatem [c]. Vnde & Innocẽtius pẽsiones, quæ pactione partium & concordato, vt vocant, constituuntur, reiici iubet [d]. Sic etiam Pontifex Alexander tertius rescribit non modò pensiones illas tãquam abusiuas reiiciendas, sed & eos, qui super pensionum reseruatione pacisc untur, beneficiis priuari debere [e]. Nã & pactiones qualescũque pecuniæ vel præstitæ vel præstandæ promissionem in beneficij resignatione continent, nullæ sunt & illicitæ [f]. Ac generaliter omnis inhibetur conuentio, quæ reddendi vel asseruandi beneficij, aut etiam retinendæ portionis fructuum stipulationem vllam habet [g]. Itaque in hoc pensionum tractatu vti liceat verbis Diui Cypriani, *Ego nec maiestati diuinæ nec Euangelicæ disciplinæ congruere puto, vt pudor & honor Ecclesiæ tam turpi & infami contagione fœdetur* [h]. Pleroſque tamen hoc corrupto sæculo reperias, qui pensiones tueantur, & earum assertores se ac defensores præstent. Apud Tacitum, cùm de publico luxu coercendo ageretur, Gallus Asinius dixit: *Auctu imperij adoleuisse etiam priuatas opes: idque non nouum, sed à vetustissimis moribus. Aliam apud Fabricios, aliam apud Scipiones pecuniam, & cuncta ad Rempublicam referri.* Addit Tacitus, *facilem assensum Gallo sub nominibus honestis confessio vitiorũ, & similitudo audientium dedit.* Non alienum

[a] D. Cypr. lib. 4. epist. 2. ad Antonianum.

[b] D. Paulus ep. ad Corinth. 1. c. 9.

[c] Can. vltimo 1. qu. 3.

[d] Dicto c. nisi essent. ext. de prebendis.

[e] c. audiuimus. ex. de coll. luſ. de regenda.

[f] cap. cùm pridẽ. ext. de pactis.

[g] cap. 37. per tuas. extra de simonia.

[h] D. Cypr. l. 1. epi. 10.

Source : BIU Cujas

alienum aut dissimile erit, si eorum, qui pensiones tuentur, rationes in speciem honestas, re ipsâ turpes corripiamus. Dicere solent, non eâdem censurâ huius sæculi mores & antiquam Ecclesiæ seueritatem æstimari. Cuncta tamen temporis huius instituta ad Dei cultum & Ecclesiæ decus referri. Resignanti Prælato pensionem aliquam reseruari, non ad luxum, sed vt habeat vnde se in senectute alat & exhibeat, ne in opprobrium cleri mendicare cogatur. Prudentem Ecclesiæ politiam ac frequentem vsum hoc comprobasse: aliam esse militantis, aliam triumphantis Ecclesiæ imaginem. Difficile quippe est senescentem Ecclesiam, annis fessam, ætate grauem ad prima infantiæ incunabula reuocare: Siquidem seuerioris reformationis censura desiderari quàm sperari, dici facilius quàm præstari potest. Neque enim sumus in absoluta illa Platonis republica, quam sapientes fingunt magis quàm norũt. Hæc sunt solita eorum, qui pensiones excusant, verba. At, si verum amamus, non ipsa rei honestas, sed sæculi corruptela pensionum fraudes & abusus admittit: & Asinios istos vitiorum sub nominibus honestis assertores ideo probamus, quia omnes in eadem vitia consentimus, facilémque assensum tacita ὁμολογίαν conscientia conciliat. *Consensere iura peccatis* (inquit Diuus Cyprianus) *& cœpit esse licitum quòd publicum erat* a. Ecclesia virgo est & formosa, sed & ipsa in Prælatis nævos habet: Pura est & cœlestis, nonnunquam tamen diuinus eius splendor Ecclesiasticorum vitiis & errorum tenebris obscuratur. Cur non totis viribus enitimur, vt antiqua disciplinæ Ecclesiasticæ puritas & sinceritas

a D. Cypr. lib. 2. ep. 2.

quasi

quasi postliminio reuertatur? Rectè Alexander Seuerus dicebat: *Disciplina maiorum Rempublicam tenet, quæ si dilabatur, & nomen Romanum & Imperium amittemus* [a]. Horatius & grauiter & verè dixit: *Delicta maiorum immeritus lues, Romane, donec templa refeceris* [b]. Templa reficere non vtique est ædificia splendida erigere, lapidum aceruos & marmorum incrustationes præparare, sed interna templorum ædificia polire & ornare, hoc est, Ecclesiæ abusus reformare & rescindere, Prælatorum vitia, luxum moresque perditos ad priscæ seueritatis regulas reuocare. Diuus Hieronymus, *Multi ædificant parietes, & columnas Ecclesiæ substruunt, auro splendent laquearia, gemmis altare distinguitur: Et ministrorum Christi nulla electio est* [c]. Magna quidem est ætatis huius corruptela, ac difficulter rescinduntur abusus aut reformantur mores, qui tandiu in procliuia vitiorum incubuerunt: Sed verè dici potest cum Sidonio Apollinari, *Non minus vitiorum, quàm hostium, captiuus est, qui non etiam inter mala tempora bona vota seruauerit* [d]. Dicebat Martius apud Liuium, *Scio audax videri consilium, sed in rebus asperis fortissima quæque consilia tutissima sunt* [e]. Quinimò sicut cadentibus aliis stare fortiter, firmi est hominis, robusti, animosi, sic etiam infracto sęculo & nutante Christianâ disciplinâ, deprauatis moribus Prælatorum mederi, Ecclesię abusus emendare, priscam beneficiorum politiam erigere & renouare, hoc demum fuerit opus egregiũ summi alicuius Pontificis, qui laudem omni pretio potiorem assequi cupiat, & glorioſam de sæculi corruptela victoriam quouis triumpho dignissimam reportare velit: *Traaite signa viris, ignaui signa Quirites* [f]. Tranquillo enim,

a Lampr. in Alex. Seuero.
b Horatius li. 3. carminum, Ode 6.
c D. Hier. ad Nepotianum epist. 12. li. 2.
d Sidonius Apollin. lib. 3. epist. 4. ad Fælicem.
e Liuius li. 25.
f Lucanus lib. 5.

Source : BIU Cujas

lo enim, vt aiunt, quilibet gubernator est[a]. Plinius grauiter, vt solet, & eleganter: *Hac mihi admiratione dignius Imperator non videretur, si inter Fabricios & Scipiones & Camillos talis esset. Tunc enim illum imitationis ardor, semperque melior aliquis accenderet*[b]. At nunc contaminatis moribus & hoc turpi seculo, quo vitiorum frequentia cauterium reformidat, & abusuum deformitas reformationem fugit, animosæ fortitudinis erit priscæ integritatis & Christianæ seueritatis exempla suscitare. Verùm hæc solemnia vota vniuersam totius Ecclesiæ reformationem expectant. Interea sapiens (vt ait Seneca) mores publicos non conturbabit[c]. Itaque de pensionibus iure communi agamus. Constat enim eas tam in curia Romana, quàm in senatu, velut licitas & legitimas probari. Videamus ergo quibus casibus id fiat, & quæ distinctiones hac in re ex senatusconsultis adhibeantur.

a *Seneca epistola 83.*

b *Plin. in panag.*

c *Seneca epist. 14.*

BENEFICIORVM alia curam animarum habent, alia non. Quæ curam animarum habent, velut Episcopatus & Rectoriæ, in his tam iure diuino quàm ex pontificiis constitutionibus residentia requiritur. Nihil enim potiore studio dignum videtur, quàm vt Prælati, qui curam animarum habẽt, resideant & solicitam gregis sui curam gerant. Quod vt fiat, & pastor habeat vnde se alere & exhibere possit, beneficij fructus nulla pensione grauari oportet. *Hostis antiquus* (inquit Sidonius Apollinaris) *quò facilius insultet balatibus ouium destitutarum, priùs dormitãtium incipit ceruicibus imminere pastorum*[d]. Etenim pastor, qui ad perpetuam gregis custodiam vigilans nõ excubat, non minus grauiter puniri debet, quàm Euenius Apol-

d *Sidonius Apollinaris, li. 7. epist. 6. ad Basilium.*

loniata,

Source : BIU Cujas

loniata, cui cùm sacrarum Solis ouium custodia commissa esset, & ille noctu obdormisset, lupíque antrum ingressi sexaginta oues sacras iugulassent; Apolloniatæ puniri Euenium, εἰς τὴν φυλακὴν καταχωμίσαντες, eúmque visu priuari iusserunt [a]. Ezechiel Propheta, *Væ* (inquit) *pastoribus Israel qui pascebant semetipsos: Nonne greges à pastoribus pascuntur? Lac comedebatis, & lanis operiebamini, & quod crassum erat, occidebatis: gregem autem meum non pascebatis: Quod infirmum fuit, &c* [b]. Diuus Cyprianus, *Quæ est enim maior aut melior cura præpositorum, quàm diligenti solicitudine & medela salubri fouendis & conseruandis ouibus prouidere* [c]? Itaque ne episcopi & pastores officij sui desertores penuriam accusarent, fructúsque beneficij & alimenta sibi præripi expostularent, pensiones super episcopatu constitutas reprobari & à senatu reiici placuit [d]. Rectè Innocētius tertius, *Illud penitus interdicimus* (inquit) *ne quis in fraudem de prouentibus Ecclesiæ, quæ curam habere debet propriij sacerdotis, pensionem alij quasi pro beneficio conferre præsumat* [e]. Tamen ex vsu fori & arrestis curiæ, si pensio super Rectoriâ aut curâ parochiali constituta fuerit, variæ distinctiones adhiberi solent: Petitur enim pensio aut ab eo ipso qui promisit, aut ab eius successore: Successoré intelligo non hæredem, sed eũ qui in Rectoria parochiali successit: Item inter successores distinguimus illum qui per resignationem, ab eo qui per obitum in beneficio succedit: Si pensio ab eo petatur qui fidem suam pactione & pensionis promissione obligauit, non quidem absolutè pensio confirmatur (est enim abusiua) sed in odium perfidiæ ita pronuntiare solet Senatus, vt is qui promisit teneatur aut

[a] Herodotus lib. 9.

[b] Ezech. cap. 34.

[c] D. Cypr. lib. 2. epist. 3.

[d] Arrest pour l'Eusché de Luson du 24. d'Auril 1570.

[e] cap. excirpadæ. §. qui verò, in fin. ext. de præbendis.

soluere

soluere aut beneficio cedere. Hæc tamen rerum iudicatarum regula olim non sine dubia & controuersa disputatione fuit. Nam quũ Rectoriæ parochialis reditum pensione grauari iura non permittant, non videbatur fidei obligatio ad ea extendi debere, quæ & iniusta sunt & abusiua, & contra regulas disciplinæ Ecclesiasticæ. Nam (vt ait D. Ambrosius) *fides bonæ voluntatis & iustæ actionis est genitrix*[a]. Non ergo alienum aut absurdum fuerit rationes illas excutere, quibus motus Senatus aduersùs promissorem pro pensionis præstatione decernendum iudicauerit. Cauendum esse videbatur, ne dum pensiones reiicimus, perfidiam, quæ omnibus vitiis turpior est & perniciosior, faueamus. *Cum fide omnis humana societas tollitur*, ait Liuius[b]. Numa templum, quod Romæ construxerat, fidei dicauit, docuítque Romanos per fidem iurare[c]. *Occultum & insidiosum malũ perfidia* (inquit Valerius Maximus) *quæ tantum incommodi humano generi affert, quantum salutis bona fides præstat. Habeat igitur non minus reprehensionis quàm illa laudis consequitur*[d]. *Fides* (ait Seneca) *sanctissimum humani pectoris bonum est, nulla necessitate ad fallendum cogitur, nullo corrumpitur præmio*[e]. Nam quod obiicitur in re mala & abusiua fidem seruari non debere, illud demum locum habeat, quoties in perniciem Reipublicæ res aliqua vergit. Sed hîc de re familiari, de priuatorum cõmodis, de fructuum reditu plus minúsve percipiendo agitur. Spectandum ergò non quid promissum, sed an promissũ sit. Quoties enim de bona fide agitur, non est de apicibus iuris disputandum[f]. *Non indignitas rerum sponsionis vinculum leuat* (inquit Posthumius apud Liuium[g].)

Nam

a D. Amb. *de vocatione gentium lib. 1. cap. 8.*

b Liuius *lib. 6.*

c Plutarc. *in Numa.*

d Valer. Max. *lib. 9. cap. 6. in princ.*

e Seneca *epist. 88.*

f *l. si fideiussor. §. quædã. ff. mandati.*

g Liuius *lib. 9.*

Source : BIU Cujas

Nam & in Ecclesiasticis rebus, licèt aduersùs canonum regulas fides data sit, perfidia tamen diuina vltione vindicatur. Hoc in beneficiorum custodia & fiducia, quam vulgari appellatione *confidentiam* vocamus, Cedrenus illustri exemplo confirmat. Sub Romano Lacapeno Imperatore Patriarchatus Constantinopolitanus Tryphoni monacho ad certum tempus & sub fiducia committitur, donec Theophilactus Imperatoris filius legitimam ætatem attigisset. Contigit tamen vt Tryphon adueniente die promissis stare & solio decedere nollet. Perfidia, quę apud Deum nullo prætextu excusatur, non dissimili fraude vindicata est: quum Theophanes Cæsareę Episcopus Tryphonem aliud agẽtem subscribere subtiliter & malitiosè suasisset, cuius subscriptionis occasione Tryphon de Patriarchatu deiectus est [a]. Pensiones damnari conueniens est, sed multò magis perfidiam, ne (vt ait ille) *pro bonis mala amplectamur. Vitia nobis sub virtutum nomine obrepunt* [b]. Cauendum est ne dum pensionum abusus vitare volumus, in aliud & quidem pernicioſius perfidiæ crimen incidamus. *Fallit enim vitium specie virtutis* (inquit Iuuenalis [c].) Seneca, *Sunt* (inquit) *virtutibus vitia confinia, & perditis quoque ac turpibus recti similitudo est* [d]. Beneficiorum publica quidem causa est, quæ priuata cautione obligari nequit, sed fidei datæ vinculum excusationes quasvis antecedit. Vt quum de ea seruitute agitur, quam mari (quod natura omnibus patet) impositam refert Vlpianus [e]. Itaque quum pensio ritè & solemniter promissa fuit, obstat fides, ne præstatio illa impunè denegari possit. Hoc ergo in Rectoriis parochiarum (nos Curas vulgò appellamus) locum habeat,

[a] Cedrenus pa. 116. & pa. 117.

[b] Seneca epist. 45.

[c] Iuuenal. Satyra 14.

[d] Seneca epist. 120.

[e] l. vltim. ff. communia prædiorum.

cæteríque

Source : BIU Cujas

cæteríſque beneficiis curam animarum habẽtibus. Sed vt Senatus oſtendat ſola perfidiæ occaſione ita iudicari, non cogitur præcisè promiſſor penſionem exoluere, ſed alternatiua cõdemnatione aut ſoluere tenetur, aut beneficium ſibi ceſſum retrocedere & reſtituere obligatur. In hac autem penſione, quæ Rectoriæ impoſita eſt, illud obtinet, vt ſi penſio legitimum modum excedat, liceat promiſſori penſionis reductionem & moderationem à iudice impetrare. Hæc ergò locum obtinẽt eo caſu, quo penſio ab ipſo promiſſore exigitur, qui fidem ſuam in Rectoriæ, Curæve parochialis, aut beneficij curam animarum habentis ceſſione & reſignatione obligauerat. At cùm penſio exigitur non ab ipſo promiſſore, ſed à ſucceſſore eius qui promiſit: diſtingui ſolet ſucceſſor per reſignationem à ſucceſſore per obitum. De ſucceſſore per reſignationem dubitatum fuit, quia cùm fides ab eo data non eſſet, videbatur perfidiæ odium ei obiici non poſſe. Vnde & arreſtis quibuſdam reſignatarius penſione liberatus & ab eius petitione abſolutus fuiſſe dicitur [a]. Sed verius eſt etiam in Rectoriis reſignatarium eius, qui de penſione præſtanda conuenit, non minus obligari quàm ipſum promiſſorem. Itaque reſignatarius aut ſoluere, aut, ni ſoluat, cedere, eíque, cui penſio promiſſa eſt, beneficium reſtituere tenetur; atque ita frequenter iudicari ſolet [b]. Ratio duplex aſſignatur. Prima eſt, quia mala fides authoris tranſit in ſucceſſorem [c]. Deinde æquum eſt vt fraudibus via præcludatur. At ſi promiſſor beneficium reſignando liberaretur, eligeretur reſignatarij perſona, cuius nomine penſionis inficiatio fieret. Itaque ne quid dubium & ambiguum re-

a Arr. du Lundy 7. Ianuier, 1585. plaidãs l'Anglois pour l'appellãt, & Daleſſau pour l'intimé.

b Arreſt du Ieudy 13. Aouſt 1587. au profit de M. Pierre Bourguignõ pour raiſon de la cure de Chambõ, Mornac plaidant pour l'appellãt cõme d'abus.

c L. cũ hæres. ff. de diuerſis temporal. præſcript.



Source : BIU Cujas

linquatur, dicendum est in pensionibus, quæ super Rectoriis & beneficiis curam animarum habentibus constituuntur, tam promissorem ipsum, quàm eius resignatarium ad pensionis præstationem obligari, nisi beneficium restituere malit. Ille autem qui successor est per obitum de pensione non tenetur. Primùm quia ius habet non à defuncto, sed à collatore. Deinde quia perfidiæ ratio huc non spectat cùm neque aliquid promiserit, neque promissoris hæres sit. Idque pluribus arrestis ita fuisse iudicatum constat [a]. Et hæc quidem dicta sufficiant de beneficiis, quæ curam animarum habent. Inter quæ beneficia abbatis non annumeramus, licèt ex Innocentij rescripto intelligatur in monachos esse hierarchica quædam cura & sollicitudo [b].

IN BENEFICIIS quæ non habent curam animarum, quisquis ex resignationis causa pẽsionem promisit, obligatur, qualiscunque sit ea pẽsio siue immodica, siue nõ. Pensio autem immodica apud nos censeri solet, & legitimum modum egredi dicitur, si tertiam partem fructuum excedat. Quamuis Canonistæ pensiones legitimo iure permitti dicant vsque ad mediam partem fructuum [c]. Imò nõ desunt qui existiment, nihil aliud spectãdũ, nisi vt beneficiarius alere se possit, & onera beneficij sustinere [d]. In hac autem legitimæ pensionum taxationis materia distinctionem istam adhiberi oportet. In beneficiis quę curam habent animarum, si pensio immodica sit, etiam eum qui promisit, postulare posse vt pensio ad legitimum modum reducatur: Quia publicè interest vt qui pastor est & gregem curat, alimentis non destituatur. At in beneficiis quæ curam animarum non habent, promissor

a Arr. du Lundy 5. de Decebre 1583. entre La becé Chanoine de nostre Dame de Paris, appellant comme d'abus, & M. Courtin. Autre sẽblable arrest donné à Tours le Mardy matin 19. de Feurier plaidans Moreau, & Forget.

b c. *cùm ad monasterium. §. abbas. In ver. vigilẽ curam. de statu monac.*

c c. 1. *suscepti regiminis. de electione. in extrauag. Ioãnis 22.*

d c. *auaritiæ can. de monachis. extra de præben.*

promissor ad quamcunque pensionem obligatur, non modò legitimam, sed & si immodica sit modúmque legibus definitum excedat. Ratio in promptu est. Tum quòd resignans, qui pensionem illam sibi stipulatus est, non aliter tuisset resignaturus; tũ etiam quòd si resignatarius onere illo pẽsionis immodicè grauatum se conqueratur, potest reddendo ac retrocedendo beneficium seipsum promissione & fide data liberare.

DE SVCCESSORE agamus an & quomodo teneatur ad prestationẽ, quoties pẽsio à summo Pontifice approbata & in Curia Romana homologata fuit. Vt constat in omnibus istis pensionibus non superioris tantùm, sed summi Pontificis authoritatem requiri. Distinguendus est successor per resignationem à successore per obitum. Nam licèt ex dispositione iuris Canonici nullus successor videatur obligari posse istiusmodi pensionum promissione [a]: Tamen ex forensi nostro vsu constat resignatarium non minus teneri, quàm eum ipsum qui promisit, & vtriusque eãdem haberi rationem. Atque hic primus casus apud nos certissimi iuris est. Sed de successore per obitum dubitatum fuit. Nam quum iste ius habeat non à defuncto, sed à collatore, iniquum videtur eum ex facto decessoris obligari & personales defuncti promissiones personam defuncti egredi [b]. Nam cùm omnis beneficiorum sectio & diminutio prohibeatur [c]: cõueniens est Ecclesiastica beneficia sine diminutione vlla conferri. Pensiones autem nec beneficij appellatione continentur, nec beneficij partem faciunt [d]. Contrarium tamẽ inualuit, atque ex arrestis Senatus etiam successor per obitum ad prestationem

a *in c. nisi essent. ext. de prœbendis.*

b *c. prohibemus. ext. de cẽs. Clement. 1. §. eodem, de suppl. neglig. prœl.*

c *cap. maioribus. ca. vacãte. & cap. cum causa. ext. de prœbendis. cap. vt nostrum, vt Eccles. ben. sine diuin. cons.*

d *c. quãuis. de prœb. in 6.*



Source : BIU Cujas

tenetur, quoties pensio ritè creata, & in Curia Romana fuit *homologata*. Etenim pensiones non aliter creari, constitui, & assignari, nisi super fructibus solent. At quæcunque stipulationes & promissiones super fructibus assignantur, non propriè dici ampliùs possùt personales: sed rē efficere, ac ius quoddam, tanquā hypothecæ annexū, habere cēsentur [a]. Deinde retineri dicuntur pensiones pro alimentis eius qui resignauit, ac pensionum retentio hūc habet alimentorū prætextum. Constat autem in iure, quoties alimenta legata aut relicta sunt, vel ex alia promissione debētur, eorū præstationē à successore peti posse, qualiscunque is sit successor [b]. Itaque certissimo iure inualuit, vt pensio ritè creata super beneficio nō habente curā animarū, debeatur: petique & exigi possit à quocunque successore: Idque ita pluribus Senatusconsultis iudicatum est [c]. Non tamen vterque successor eadem conditione censetur. Nam qui per obitum successit, potest, si immodica sit læsio, petere vt ad legitimum modicum reducatur [d]. Qui verò ex resignatione successit, eum diximus non posse reductionem petere, sed teneri qualēcunque pensionē promissam præstare, nisi beneficiū restituere & retrocedere malit. POSTREMO illud etiā pro corollario addemus. In monasteriis sanctæ Trinitatis pro redēptione captiuorū, quæsitum fuit, an pensio eum, qui per obitum successor est, obligaret: Obiiciebatur fauor redemptionis captiuorum, cuius contemplatione æquum videbatur reditus beneficij integros sine diminutione

a arg. l. codicillis. §. instituto. in verb. super eas. ff. de lega. 2. Paulus Castrēsis. 51. Ludou. Rom. consil. 388. Felinus & canonista in cap. ad audientiam. de rescriptis.

b L. 2. & li bertis. §. Lucius. ff. de alim. le.

c Cela a esté iugé par plusieurs arrests, & mesmes pensions sur abbayes de religieuses par arrest donné, Dolé plaidāt à huis clos pour Dame Marie de Thou Abbesse de l'Abbaye de Clerets. Et moy pour sœur Perrette Barbedor inthimee, le Vendredy de Mars 1591.

d Par arrest donné le Mardy 7. de Feurier, 1595. à l'audience entre M. André Hamel, appellant, & M. André Sauetier inthimé, pour vne chappelle en l'Eglise de Gerberoy.

Source : BIU Cujas

tione seruari. At ille qui pensionem petebat, non ex antiqua institutione, sed ex vsu præsenti priuilegia & fauores spectari debere dicebat. Veteres laudemus, sed nostris viuamus annis. Prioratus isti pro redemptione captiuorum sunt velut sacræ militiæ, imò & ministeria vocantur. Nam olim ab Innocentio tertio Pontifice institutus est ordo ministrorum sanctæ Trinitatis, vt ministri illi collecta à Christianis stipe longinquas & ab infidelibus occupatas regiones peragrarent, atque ibi captiuos Christianos à Saracenis redimerent. Nunc verò ministri illi nihil tale curant, neque alia onera agnoscunt, nisi vt fructus beneficiorum & annuos reditus percipiant. Itaque ex eadem aliorum beneficiorum ratione iudicatum est, successorem præstatione pensionis obligari [a].

a Arr. du Mardy 8. de Feurier 1594. entre F. Robert Yuõ appellant comme d'abus, pour lequel plaidoit Cupif, & frere Louys de Meaunè inthimé.

*De secundis nuptiis, & an mater, quæ ad secunda vota transiit, liberorum educatione & legati vsufructus commodo priuari debeat.*

## CAP. VIII.

TITIVS, cui vnicus ex Meuia filius erat, testamento tutelam filij vxori Meuiæ committit, eidémque Meuiæ bonorum suorum vsumfructum legat, quoad filius vigintiquinq; annos implesset. Itaque quandiu Meuia in viduitate permansit, nulla ei nec tutelæ, nec educationis, neque etiam vsusfructus bonorũ facta est cõtrouersia. Sed aliquo pòst tẽpore Meuia ad secũdas nuptias transit. De tutela quidem ambigi non poterat. Constabat enim Me-



Source : BIU Cujas

uiam secũdis nuptiis tutelam filij amisisse tam nostro iure quàm Romanis legibus: Sempronius rego, qui pupilli patruus erat, tutor ab agnatis electus fuit, & à iudice datus. Meuiæ duplex mouetur controuersia. Sempronius enim tutor educationem filij Meuiæ denegat: quin & amissa tutela simul etiam eam legato bonorum vsufructu priuari debere contendit.

*PRO SEMPRONIO TVTORE.*

Magna est muliebris animi versutia, ingẽs dissimulatio tectæque fœminarum fraudes, quę solent cupiditatum atque animi sui impotẽtiam & auaritiæ sordes aliquo laudabili prætextu adũbrare. Meuia enim non ex animo, sed ficta pietate ac muliebri simulatione de filio apud se educando tanta tamque obstinata peruicacia contendit. Erubesceret quippe mater, spreto & relicto filio, de obtinendo bonorũ vsufructu cogitare. Itaque vt honestè ac decenter bona occupare possit, filij educationem postulat. At si veri & materni affectus vestigia vlla in eius animo resedissent, illa neque filio vitricum superinduxisset, nec defuncti mariti memoriæ iniuriam secundis nuptiis faceret. Quid verò aliud in ista de filij educatione controuersia desideramus, quàm expressa certaque Imperatoris Alexãdri verba, qui matri educationem pupilli non aliter concedi rescribit, quàm si vitricum nõ superinduxerit a? Pausanias Gorgophonem Persei filiã fuisse memorat, quæ defuncto Periere Æoli filio, qui cũ virgo nupta fuerat, postèà alteri viro Oebalo nupsit, cùm anteà sanctum & solẽne fœminis esset, priore viro mortuo, secundis nuptiis abstinere b. Refert Cedrenus, Vulcanum ab Ægyptiis inter deos relatum

a *l. i. C. vbi pupillus educari debeat.*

b *Pausan. in Corint. lib. 2.*

Source : BIU Cujas

tum, διὰ τὸ νομοτεθῆσαι μονάδρειν a. Sybaritis legem tulit Charondas, vt qui liberis nouercam superinduxisset, à communi Senatus & patriæ consilio remoueretur: eiúsque legis hanc addidit rationem, quòd non existimaret eum patriæ salubriter posse consulere, qui, iterato nuptiarum voto, familiæ liberísque suis tã malè prouidisset b. Itaque varij honorum apices olim viduarum castitati consecrati sunt: idq; duobus Tertulliani locis satis erit cõfirmasse. *Monogamia* (inquit Tertullianus) *apud Ethnicos in summo honore est, vt & virginibus legitimè nubentibus vniuira pronuba adhibeatur: item in quibusdam solemnibus & auspiciis vt prior sit vniuiræ locus. Certè Flaminica nõ nisi vniuira est; quæ Flaminia lex est: Nam duo ipsi Pontifici maximo iterare matrimonia non licet* c. Idem Tertullianus alio loco, *fortunæ muliebri coronam non imponit nisi vniuira: sicut nec matri Matutæ. Pontifex Maximus & Flaminica nubunt semel. Cereris sacerdotes viuentibus etiam viris & consentientibus amica separatione viduãtur* d. Apud Tacitũ cũ de capienda virgine in locum Occiæ Vestalis ageretur, filiásque suas Fonteius Capito & Domitius Pollio offerrẽt, prælata est Pollionis filia nõ ob aliud, quàm quòd mater eius in eodem cõiugio manebat e. Valerius Romanos ait existimasse multorũ matrimoniorum experientiã quasi legitimæ cuiusdam intẽperantiæ signum esse f. Athenagoras secundas nuptias vocat decorum adulteriũ, εὐσχήμονος μοιχείας, inquit. Hinc illud Publij, *Habent locum maledicti crebræ nuptiæ.* Martialis: *Quæ nubit toties, non nubit, adultera lege est.* Canones quandam esse fornicationis speciem dicunt, post primas nuptias ad secunda vota transire i. Gregorius Nazianzenus, τὸ πρῶτον συνικὸν

a Cedrenus p. 16.

b Diod. Siculus li. 12.

c Tertull. in exhort. ad cast.

d Tertull. lib. de monogamia, in fine.

e Tacit li. 2. annal. in fine.

f Valerius Maximus li. 2. cap. 1.

g Athenag. in apologia pro Christianis.

h Martia. li. 6. epigr. de Thelesina.

i can. hæc ratione 31. quæst. 1. c. vxoratus. de conuers. infid.



Source : BIU Cujas

σιονινόμος, τὸ δεύτερον συγχόρησις, τὸ τρίτον παρανομία, τὸ τέταρτον χηρώδης βίος. In fano Telluris sacerdotem oportebat vniuiram esse [a]. Vt & in Ægypto sacerdoti vnam tantùm vxorem ducere licebat [b]. Apud nos bigami Ecclesiastica canonum disciplina à clericatu & sacerdotij dignitate repelluntur [c]. Imperator Leo Philosophus cùm Zoen vxorē quartā duxisset, Nicolaus Patriarcha eum sacris interdixit: ac pleræque memorantur de repetitis nuptiis in Ecclesia Constantinopolitana contentiones [d]. Diuus Hieronymus, *Nos* (inquit) *secundas nuptias non tam appetimus quàm concedimus* [e]. Imperator Constantinus Porphyrogenneta rescribit, quemadmodum in aliqua ædium parte solent esse cloacæ, non ad domus ornatum, sed ad abiiciendas sordes καὶ ῥυπάσματα: eadem ratione secundas nuptias ab Ecclesia permitti dicit, non quasi laudabiles, sed vt earū remedio incontinentiā reprimere, & carnalis concupiscentiæ æstus & sordes deponere liceat [f]. Itaque maiores nostri cùm secundas nuptias permiserunt, simul etiam pœnas aliquas sāxerunt aduersùs mulieres secūdò nubentes, vt immodicam earū libidinē aliquo pudoris & pœnæ vinculo coercerent: Nam viduæ, quæ secundas nuptias appetunt, filiorum tutela priuantur [g]. Tenentur etiā omnia lucra nuptialia filiis prioris matrimonij reseruare [h]. Addit Iustinianus, eā quæ secundò nubit, non modò filiis iniuriam facere, sed & fidem priori marito datam violare & aspernari [i]. *Nō seruata fides cineri promissa Sichæo* [k]. Additæ etiam pœnæ in liberorum fauorem. Tutelam lex matri adimit, ne vitrico in rerum pupilli administratione præbeatur grassandi licentia: Denegatur educatio,

a *Pausanias in Achaicis l. 7.*
b *Diod. Siculus li. 2. cap. 3.*
c *Toto titulo de bigamis.*
d *Cedrenus pa. 49. & 576. Zonaras tom. 3. pag. 143. 144. 160.*
e *D. Hier. ad Marcel. adu. Montanum, lib. 3. epist. 11.*
f *Constātini Porphyrogēnetæ in li. iuris orient. p. 15. & 16.*
g *Nouell. 94. & authent. Sacramētum. C. quando mulier tutelæ off.*
h *L. fœminæ. C. de secundis nuptiis.*
i *Nouella 2. §. prospeximus, & Nouella 22. de nuptiis.*
k *Virgil. l. 4. Æneid.*

catio, quia mulieres illæ (inquit Imperator) sæpè nouis maritis non modò res filiorum, sed & vitam addicunt [a]. Lex quippe maternum affectum fouet, sed vitrici, qui superinductus est, imperium iusta suspicione reformidat. Ideóque matri, quæ vitricum liberis asciuit, educationem denegat [b]. Vt & Iustinianus Nouella sua constitutione non alio casu matri liberorum educationem cõmittit, quàm si casto & perpetuo viduitatis voto semper insistat [c]. Apud Homerum, cùm Penelope à procis sollicitaretur, Minerua Telemacho, vt exinde sibi caueat suadet. Οἶδα γὰρ ἐνὶ θυμὸς ἐνὶ φρεσὶν ἥνδε γυναικὸς Κεῖνα φρονέειν ἅπερ ἔργα τελεῖν ὀπυίσω, Παίδων δὲ προτέρων καὶ κηδεύσειν ἑκὰς μάλιστα τεθνηότος ἠδὲ μετ' αὐτῆς [d]. Sic & apud Cassiodorum Archotonia nepotis sui calamitatem deflet; cuius mater Ætheria, defuncti mariti postposita dilectione, Liberio se iugali fœdere sociarat, & ditatas filij spoliis, prioris viri facultates studebat euertere [e]. Equidem non alia verè mater dici debet, nisi quæ non modò genuit, sed quæ partum officiosa sedulitate ac pietate perpetua fouet & conseruat. Quintilianus, *In multis* (inquit) *nihil matris vltra titulum est, nec nouerca omnes* [f]. Diuus Hieronymus eleganter ait, *superducit mater filiis non nutricium, sed hostem: non parentem, sed tyrannum: inflammata libidine obliuiscitur vteri sui, & inter paruulos suos miserias nescientes lugens dudum, noua nupta cõponitur* [g]. Septitia mater Trachalorum cùm Publio seni nupsisset, atque exinde vtrumque filium exhæredasset: Augustus & nuptias mulieris, & suprema eius iudicia improbauit [h]. At verò Meuia non educatione tantùm, sed & legati bonorum vsusfructus commodo priuari debet.

a L. lex quatuor. §. lex enim. Cod. de admin. tutorum.

b D. l. 1. Cod. vbi pupil. educari debeat.

c Nouell. 22. §. porrò & illud, & auth. si pater. Co. diuortio facto apud quem liberi morari vel educari debeant.

d Homer. Od. lib. 15.

e Cassiod. l. 4. variarum ep. 12.

f Quintil. decla. 388.

g D. Hieri ad Furiã. l. 2. ep. 19.

h Valer. Max. li. 7. cap. 7.



Source : BIU Cujas

Etenim Iurisconsultus ait, parentes amicissimos solere liberis tutores eligere, & ad suscipiendū onus tutelæ etiam honorem legati adiungere, quo tamē priuari eos oportet, si nec tutelam habeant [a]. Nam cùm legata illa fidei remunerandæ causſa tutoribus testamento relinquantur [b]: conueniens est honorem eis denegari, qui onus recusant. Metiæ maritus tutelam filij vnici commendauit. Hoc illa potuit, nisi eam ad secundas nuptias voluntaria libidinis titillatio impulisset. Itaque æquum est, Meuiā (quæ vidua potuit esse tutrix, & tamen superinducto vitrico tutela priuatur) simul etiam legati vsufructus honore priuari. Quin & antiquo iure mulier, quæ secūdò nupserat, vsumfructum quem maritus ei reliquerat, in pœnam secundarum nuptiarum amittebat [c].

[a] L. Nesennius. l. amicissimos. ff. de excusat. tut. l. penu. C. de legatis. l. potest legatum. §. amittere. ff. de his quibus ut indignis.

[b] l. tutor. §. quæ tutoribus. ff. de exc. tut.

[c] l. vnica. si secundò nupserit mulier. l. 2. tit. 9. Cod. Theodos.

*PRO MEVIA MATRE.* Mutua coniugum inter se benuolentia omnes omnium charitates facilè superat: At si quid naturalis obligatio benecuolentiæ potest adiicere, filij erga matrem charitas & veneratio affectum supra omnes alios affectus summum solet producere. In hac tamen cōtrouersia Sempronius tutor vtrumque benecuolentiæ & affectus vinculum violare contendit: Nam & pupilli sui matrem vexat, & ipsam Meuiā honore & vsufructu, qui à defuncto cōiuge legatus est, priuare nititur. Neque tamen aliud Meuiæ in hac causſa obiici posse agnoscit præter nuptias, quæ tamen & diuinis & humanis legibus sunt permissæ. Imò quis nescit Tertullianum ac cęteros, qui olim monogamiæ assertores bigamos Christiana communione repellebāt, dānatos fuisse? D. Hieronymus, *Damnamus* (inquit) *secunda*

*matri*

Source : BIU Cujas

*matrimonia minimè: sed prima laudamus* [a]. Itaque canones secundas nuptias non detestãtur [b]. Et Iustinianus sublata lege Iulia Miscella indictã testamento viduitatem spernere permittit [c]. Hinc etiam Nicenæ synodi canone octauo, statutũ est vt Nouatiani, qui se καθαροὺς dicebant, non aliter ordinari, aut in Ecclesia admitti deberent, quàm si promitterent se cum his communicaturos, qui secundas nuptias experti essent. Lex diuina parentibus filiorum charitatem commendat. Si liberorũ charitatem secundæ nuptiæ tollerent: non vtique diuino numini gratæ essent, neque vno omnium consensu permitterentur. Patres quidem liberos amant, sed nullus est affectus qui vincat maternũ: Eiúsque rei hanc Aristoteles adfert rationem, quòd ea magis impensè amamus, quæ multo labore obtinuimus [d]. Matres multo dolore multáque ægritudine filios in lucem edere solent, &, vt ait Diuus Gregorius, *filius matri ante partum oneroſus est, doloroſus in partu, & poſt partum laborioſus* [e]. *Quis enim* (inquit Iustinianus) *earum non misereatur propter obsequia quæ maritis præstant, propter partus periculum & ipsam liberorum procreationem, pro quibus multa nostris legibus inuenta sunt priuilegia* [f]? Ennius ex Euripide. *Ter malim sub armis vitam ducere quàm semel modo parere* [g]. Nonius Marcellus, *Enixæ* (inquit) *dicuntur fœminæ: nitendo, hoc est, conando & dolendi labore perfunctæ: vel quòd vinculis quibusdam periculi, quibus implicarentur, fuerint exolutæ* [h]. Quintilianus, *Alia est horum ratio quos breuis transitus voluptatis fecit parentes, quos liberis suis extra positæ voluptates conciliant: Aliter amat quæ peperit, quæ memoriam decem mensium, quæ tot periculorum, tot sollicitudinum recordationes ad vos iudices affert* [i].

Sidonius

a D. Hieri in lib. de monogam. ad Gerontiam.

b C. an. peniant. can. Deus masculum, & per totum 31. qu. 1.

c l. 2. Co. de indicta viduit. tollenda.

d Aristot. li. 9. ethic. c. 7. in fin.

e ca. ex literis. ext. de conuers. infidelium.

f l. assiduis. C. qui potiores in pignore.

g Varro li. 5. de lingua Latina.

h Nonius Marcell.

i Quintil. decl. 338.

Source : BIU Cujas

Sidonius Apollinaris: *Est quidem princeps in genere monstrando partis paternæ prærogatiua: Sed tamen multum est quod debemus & matribus. Pondera illarum, istorum semina sumus* a. Quærit ille, num cultori an telluri maior gratia frugum habenda sit: & quidem constat terram ipsam longè plus conferre quàm aratorem. Idem de parentibus dicendum, vt longè plus conferre censeatur mater, eíque maior, quàm patri; gratia habenda sit. φύσει γὰρ (inquit Aristoteles) ἀπὸ τῆς μητρὸς ἡ προφὴ πᾶσιν ἐστὶν, ὥστε καὶ τοῖς ἀνθρώποις ἀπὸ τῆς γῆς b. Quo factum vt legitimam coniugum coniunctionem matrimonium potius quàm patrimonium appellarent. Vnde & Lyciorum legem commendari videmus, qua cauebatur vt liberi à matribus, non autem à patribus nomina sumerent, familiæque suæ decus peterent c. Sic & Plutarchus scribit aput Xanthios cautum fuisse μὴ πάτροθεν, ἀλλ' ἀπὸ μητρῶν χρηματίζειν d. Vlpianus testatur Iliensibus, Ponticis, & Delphis iure singulari concessum fuisse, vt apud eos materna origo censeretur, & quisque maternæ originis esset municeps e. Itaque barbarum fuerit & inhumanum, si ex sola secundarum nuptiarum occasione Meuiam, quæ tanta ægritudine filiũ in lucẽ edidit, existimemus maternam pietatem καὶ στοργὴν φυσικὴν tam facilè abiecisse, vt præsumi debeat vnici filij immemor omnem parentis affectum deposuisse. Hoc solum ei restat defuncti mariti charissimum pignus. Ab illo, quàm à vita, diuelli grauius censet. Cur tu eius viscera tollere aut lacerare desideras? Notũ est Euripidis illud, ἅπασιν ἀνθρώποισιν ἡ ψυχὴ τέκνα. Crudelis es & inhumanus, *Qui natum possis complexu auellere matris, Complexu matris retinentem auellere*

a Sidonius Apol. lib. 4. epist. 21. ad Apum.

b Aristoteles li. 1. œconom. c. 2.

c Herodotus lib. 1.

d Plutarc. in libello de mulierum virtutibus.

e L. 1. ff. ad municipalem.

*uellere natam : Quid facient hostes capta crudelius vrbe* [a]? D. Hieronymus non dissimiliter ait ; *Inter hostium manus & captiuitatis duram necessitatem nihil crudelius est quàm parentes à liberis separari* [b]. *Virorum à coniugibus* (inquit Imperator, ) *fratrum à sororibus , & liberorum à parentibus dura est segregatio* [c]. Quintilianus: *Filium matri eripere conaris, & partẽ viscerum auellis , & contra maternos gemitus contentus alterius parentis negligentia* [d]. Dicam ingenuè: in dies mihi videor vltimam decedentis mariti commendationem audire his me verbis salutantem : *Nunc tibi commendo communia pignora natos, Hæc cura & cineri spirat inusta meo. Fungere maternis vicibus, pater: illa meorum Omnis erit collo turba ferenda tuo* [e]. Itaque cùm parenti nihil esse soleat liberorum suorum educatione gratius & iucundius: quisquis matri liberos auellere studet, simul eam suauissima iucundissimáque voluptate priuare nititur. Seneca dum matrem quæ filium amiserat, consolatur, *Prouenerunt* (inquit ) *satis magni fructus laborum tuorum ex ipsa educatione. Nisi fortè hi qui catulos auésque & friuola animorum oblectamenta summa diligentia nutriunt , fruuntur aliqua voluptate ex visu tactúque & blanda adulatione mutorum : Liberos nutrientibus non fructus educationis ipsa educatio est* [f]. Diui Chrysostomi mater filium his verbis cõpellabat : Σὺ ( inquit) καὶ ἔτι νήπιος ὢν καὶ μηδὲ φθέγγεσθαι πωμαθὼν , ὅτε μάλιστα τέρπουσι τοὺς τεκόντας οἱ παῖδες , πολλήν μοι παρεῖχες τὴν παράκλησιν [g]. Itaque multis sæpè Senatusconsultis iudicatum est, liberorum educationem matri auferri non debere , licèt ea ad secundas nuptias transierit [h]. Quod ergo Sempronius petit, contra ius contráque Senatusconsultorum authoritatem postulat.

a *Catullus in epithal.*
b *D. Hier. ad Eustochium lib. 2. epistolarũ epist. 8.*
c *L. possessionum. C. comm. vtriusque iudicij.*
d *Quintil. decl. 338.*
e *Propert. lib. 4. Elegia vltim.*
f *Seneca in consola. ad Martiã cap. 12.*
g *D. Chrysost. de Sacerdotio c. 2.*
h Arrest donné au profit de la Dame de Clermõ d'Entragues. Et autre arrest dõné le 3. ou 4. de Iuin 1585. plaidant F. Chauuelin pour Marthe de Culon appellante, contre Oliuier de Chastellus inthimé.

lat. Nam quod obiicit Alexandri Imperatoris constitutionem, quæ matri educationem committit, si modò vitricum non superinduxit: Illud Romanis legibus non sine aliquo rationis momento olim statutum dicere possumus: Nam Romano iure matres filiis ex Tertylliano succedebant, omnémque filiorum hæreditatem consequebantur a. Atque ideo, quemadmodum suspicio ex spe successionis procedēs efficiebat, ne pupilli educatio proximo substituto committeretur b: sic etiam leges cauendum existimauerunt, ne, si matri, quæ vitricum superinduxerat, educatio crederetur, vitricum hæreditatis locupletis cupiditas ad scelus aliquod impelleret. Adde quòd iure Romano pupilli educatio tota iudicis arbitrio ex rerum & personarum circunstantiis diiudicāda relinquebatur c. At verò apud nos ipso iure educatio matribus debetur. Matres autem nostris legibus, maximéque in iis locis, qui cōsuetudines legésque municipales habent, non in omnia liberorum bona succedunt, sed in mobilia tantùm, aut certè quibusdam in locis etiam bona quæsita consequuntur eorúmve vsumfructum. Successio hæc leuis est & minimi momenti, vt nefas sit tam modicam ob spem de maternis insidiis quidquam mali suspicari. Quinimò in secundis nuptiis non tam vitrici odium, quàm nouercales inimicitias metui oportet. Etenim mulier, licèt vitricum superinduxerit: tamen charitati maternæ tenaciter inhærens, liberis ex priore matrimonio procreatis etiam in priuignorum præiudicium & perniciem consulere solet. Aggripina à Claudio Cæsare superinducta hoc vnum cogitauit, vt filius Domitius Nero

a *l. fin. C. ad Senat. Tertullianum, toto titulo ad S.C. Tert. in institution.*

b *l. fin. & ibi gl. Codice, vbi pup. educ. debeat.*

c *Toto tit. Co. vbi pupillus educ. debeat.*

à Clau

à Claudio adoptaretur, ac deinde sublato per venenum Britannico, Nero imperij successor fieret [a]. Iurisconsulti multis in locis testantur patres nouercalibus delinimentis irretitos compelli iudicium ferre contra proprium sanguinem, filiósque exhæredare [b]. Plinius refert Acciam Variolam & dignitate personæ, & exempli raritate, & iudicij magnitudine insignem, exhæredatam fuisse ab octogenario patre intra vndecim dies quàm ille nouercam amore captus ei induxerat [c]. Hæc nos non ad laudem, sed ad exemplum proponimus, vt cuique constet quàm ab omni ratione alienum sit de materno affectu quidquam suspicari, quámque inhumanum ex solo insidiarum metu velle matri educationem controuertere. Vitricum superinduxit, sed quot vitricos commemorare possumus, qui priuignos non secus ac proprios liberos paterno amore fouerunt? Octauium qui postea Augustus fuit, Philippus vitricus dilexit & educauit vt suum [d]. Helenus cùm mortuo Pyrrho Achillis filio Andromachem vxorem duxisset, simul etiam commissa ei fuit liberorũ Pyrrhi tutela & educatio [e]. Antigonus Philippi impuberis & vitricus & tutor fuit: & Philippo, cùm ad virilem ætatem peruenisset, regnum Macedonum volens & vltrò restituit [f]. Plinius de Voconio Romano: *Pater ei* (inquit) *in equestri gradu clarus, clarior vitricus, imò pater alius: nam huic quoque nomine & pietate successit* [g]. Quin & ipsæ leges hoc approbãt, vt vitricus priuigni sui non educationem tantùm, sed & tutelam habere & bona administrare possit [h]. Quid ergò vanam de vitrico suspicionem mouetis, & educationem non ipsi

[a] *Dion. li. 60. Xiphil. in Nerone, Suetonius in Claudio & in Nerone.*

[b] *l. 4. ff. de inoffic. testam.*

[c] *Plinius li. 6. epi. 33.*

[d] *Velleius Paterculus lib. 2.*

[e] *Pausanias in Corinthiacis, lib. 2.*

[f] *Pausanias in Achaicis l. 7.*

[g] *Plinius li 2. epi. 13. ad Priscũ.*

[h] *l. fin. C. de contrario iudicio tutelæ.*

Source : BIU Cujas

ipsi vitrico, sed & amantissimæ atque charissimæ matri denegare vultis? Agrippina apud Tacitum: *Quæ liberos non habent matrum affectus scire non possunt*[a]. Seneca eleganter: *Maiores nostri viderunt, quàm effusa esset indulgentia pro suis timentium, quàm parata quicquid posceretur dare*[b], Quòd autem legati vsusfructus commodo matrem istam priuari volunt, hoc & iniustum & iniurium esset. Nam quòd mater tutelæ sibi à marito commendatæ onus dereliquit, id non ex eius voluntate fit. Lex illi tutelam aufert, nec matrem tutelam habere à tempore secundarum nuptiarum patitur. Non est ergo hoc illi imputandum, quæ libenter, si ei per legem liceret, tutelæ curam & sollicitudinem amplecteretur. Vt in non dissimili casu lex idem in milite statuit. *Neque enim* (inquit lex) *iustè miles ab ea petitione repelleretur, cùm etiam si velit tutelam administrare, prohibeatur*[c]. Deinde adhibenda est inter extraneas & coniunctas personas differentia. Si extraneo legatum cum onere tutelæ relictum sit, non potest legatarius repudiato onere postulare sibi legatum præstari: Sed cùm vxori aliquid relictum est, liberalitatem defuncti amor coniugalis, non autē tutelæ onus procurasse existimabitur. Illud enim potissimùm spectari oportet, cuiusnam rei intuitu, vel cuius personæ cōtemplatione defunctus reliquerit[d]. Quemadmodum autem Papinianus hāc eandem quæstionem in filij persona decidens rationem istam adhibet: *Quia* (inquit) *iudicium patris vt filius, non vt tutor, promeruit*[e]. Sic Meuia iudicium defuncti vt vxor charissima, non vt tutrix, promeruit. Itaque Meuiam matrem legati vsusfructus honore priuare iniquum esset: iniquius multò filiū à parentis

a Tacitus lib. 4. Annal.

b Seneca lib. 9. contr.

c L. ab administratione. Cod. de legatis.

d L. qui tutelam. in princ. ff. de testa. tutela.

e L. tutor. §. quæ tutoribus. ff. de excus. tutorum.

Source : BIU Cujas

parentis sinu auellere. Quis enim aut studio maiore, aut affectu benigniore filij educationis curam suscipiet? Non sunt ignota exempla matrum, quæ solæ absque aliis præceptoribus filios accurata institutione ad summũ virtutis fastigium, maximum. que laudis culmen excitarunt. Diuus Hieronymus, *Non est* (inquit) *parui apud Deum meriti, bene filios educare* [a]. Laudatur à Plutarcho Eurydice, quæ liberos multâ curâ erudierat [b]. Aristippus, Aristippi Magni nepos, ab Arete matre educatus & edoctus fuit, & ideo μητροδίδακτος appellatus [c]. Cornelia Gracchorum mater satis ostendit quantum materna cura in liberorum educatione & institutione posset. Sic & Eleutherius Episcopus Illyrici, vir pietate & martyrio insignis, matrem habuit Anthiã, quæ à Diuo Paulo instituta, filium Christianæ Religionis & integritatis hæredem reliquit [d]. Itaque in hac causa filij cura & educatio maternæ charitati cõmittatur. Vt enim mater naturali affectu quẽuis alium amorem superat; ita etiam potiore & accuratiore studio charissimam filij educationem fouebit.

a *D. Hier. ad Saluinã epistolarum lib. 3. epi. 5.*

b *Plutarc. περὶ παιδων ἀγωγῆς.*

c *Diog. Laert. in vita Aristippi.*

d *Nicephor. Callist. l. 3. histor. Eccleſta. 29.*

*SENATVS* Meuiæ matri & filij educationem & legati vsusfructus commodũ adiudicauit [e].

e Arrest du Ieudy dernier iour de May, 1587. entre Perrette Hugonin appellante, & Bonauenture Hugonin intimé.

---

*Vtrum mater educationem filiæ ex illegitimo coitu procreatæ habere debeat.*

## CAP. IX.

MEVIA ex illegitimo Seij cum Titia coitu procreata est. Post obitum Seij adiudicata fuit Meuiæ, quæ infans & spuria erat, pro alimentis certa pecuniæ quantitas annuatim ab



Source : BIU Cujas

hærede Seij patris illegitimi præstanda. De educatione orta est controuersia. Titia filiæ suæ educationem petit, Impedit hæres Seij: Iudex Turonensis Titiæ matri educationem filiæ adiudicauit, nō quidem perpetuò, sed quoad filia decennis esset: lapso autē decimo ætatis anno propinquos & affines Meuiæ conuocari voluit: tūncque ex eorū arbitrio de Meuiæ educatione pronūtiari. Appellat hęres Seij.

*PRO HÆREDE APPELLANTE.*

Educatio quantum ad virtutem verámque laudem conducat, satis ipsa rerum experientia docet: si adolescentes, qui turpiter & inter sordes educati vitiis assueuerunt, ab iis secernamus qui laudabili morum instituto commendantur. *Educatio* (inquit Seneca) *maximam diligentiam plurimúmque profuturam desiderat: facile est enim teneros adhuc animos componere. Difficulter reciduntur vitia, quæ nobiscū creuerūt* a. Diuus Cyprianus, *Quod semel imbibimus, difficulter deponimus: nec propositum nostrum facile mutamus* b. Educationem matri iure naturali competere multis Senatusconsultis iudicatū agnoscimus: sed æquum est de legitima matre Senatus iudicia intelligi: vt non ad alias, quàm castas parentes educationis fauor extendatur. Orator Messalla dū vitia sæculi sui insectatur, & causſas corruptæ eloquentiæ inquirit: multa eleganter de antiqua Romanorū circa mores seueritate, déque accurata circa educandos instituendósque liberos disciplina præfatur. *Im primum* (inquit) *suus cuique filius ex casta parēte natus, nō in cella emptæ nutricis, sed gremio ac sinu matris educabatur: cuius præcipua laus erat tueri domum & inseruire liberis. Eligebatur autem aliqua maior natu propinqua, cuius probatis spectatísque moribus, omnis cuiuspiam*

a Seneca li. 2. de ira.
b D. Cypr. li. 2. epist. 2.

*iuſpiam familiæ ſoboles committeretur, coram qua neq; dicere fas erat quod turpe dictu, neque facere quod inhoneſtum factu videretur. Ac non ſtudia modò curáſque, ſed remiſſiones etiam luſúſque puerorum ſanctitate quadam ac verecundia temperabat. Sic Corneliam Gracchorum, ſic Aureliam Cæſaris, ſic Attiam Auguſti matrem præfuiſſe educationibus, ac produxiſſe principes liberos accepimus. Quæ diſciplina, &c* [a]. Quòd ſi periculoſũ eſt mulieri impudicæ liberos, etiam nullo ſexus diſcrimine, committere: quantò magis virginem & puellam, cuius educatio maiorẽ & ſollicitiorem curam requirit? D. Hieronymus, *Inter hæc tantas illecebras voluptatum etiã ferreas mentes libido domat: quæ maiorem in virginibus patitur famem, dũ dulcius putat omne quod neſcit* [b]. Cicero, *facilius* (inquit) *mulieres incorruptã virginitatẽ conſeruant, quod multorum ſermonis expertes ea tenent ſemper quæ prima didicerunt* [c]. Matribus educationẽ tribuit fauor ille maternus, qui pia mente & legitimo amore cęteros omnes affectus lõgo excedit interuallo. At verò impudicæ mulieres, quæ ſe illegitimo coitu proſtituerũt, neque affectũ vllũ habẽt, nec aliquẽ merẽtur fauorẽ: Quinimò leges illegitimã earũ luxuriam multis pœnis ſunt proſecutæ. *Mulieri* (inquit Iuriſconſultus) *quæ luxuriosè viuit, bonis interdici ſolet* [d]. Domitianus Cæſar lege perpetua probroſis fœminis & mulieribus incontinenter viuentibus, ademit facultatẽ acceptãdi legata & hæreditates [e]. Olim lege Lætoria nõ niſi vel propter laſciuiam, vel propter dementiam dari ſolitos curatores ante Marci Antonini conſtitutionem refert Capitolinus [f]. *Lex non ſolùm contra tutores* (inquit Imperator Conſtantinus) *ſed etiã contra fœminas immoderatas atque intemperantes proſpexit*

a *In dialogo de oratore ſeu Taciti ſeu Quintiliani.*

b D. Hier. lib. 2. epiſt. 9. de viuendo ſuſpecto cõtubernio.

c Cicero lib. 3. de oratore.

d L. & mulieres. ff. de curatore furioſi.

e Sueton. in Domitiano ca. 8.

f Iul. Capitolinus in M. Antonino Philoſopho.



Source : BIU Cujas

minoribus a. Sic & alio loco: *De cæteris* ( inquiunt imperatores) *quæ portentosa vilitatis abiectaque pudicitiæ sũt, satis etiam tacitè cautum putamus* b. Quin & ipse pater tutor dari non debet, si vel libidini & vitiis addictus, vel aliqua prauitate corruptus sit c. Atque etiam Titius Senatori, qui petulanter & luxuriosè viuebat, curatorem dedit non secus ac pupillo d. Verũ si de muliebri laude agatur, castitas præcipuus est fœminarum ornatus: qui si deficiat, nulla vel materni fauoris vel alterius rei consideratio mulieres cõmendare potest. Hinc Iustinianus ait ingenuis mulieribus castitatis obseruationem præcipuum esse debitum, maximámque dignitatis muliebris venerationẽ d. Vt & filiam quæ luxuriosè & impudicè viuit, exhæredare leges permittunt e. Quinetiam si quæ mater vel tutelam vel educationem liberorum sibi cõmitti postulat, hoc lex ab ea requirit, vt pudicitiã suam intactam & illæsam conseruet: ídque iuramento solemni promittat f. Hinc est quod impudicæ matri, etiã si legitima sit, Senatus arrestis suis educationẽ filiæ auferre solet g. Neq; id mirũ. Nã ex puro fonte puri latices, ex impuro lutulentæ aquæ. Iuuenalis, *Scilicet expectas vt tradat mater honestos, Aut alios mores quã quos habet* i. Hoc autẽ præcipuè obtinet, quoties de puellis & virginibus agitur. Nam, vt ait Plinius, *non tã imperio illis opus est quàm exẽplo* k. Velleius, *Rectè facere mater filiam suam faciendo docet* l. Seneca, *Id agere debemus, vt irritamenta vitiorum quàm lõgissimè profugiamus, indurandus est animus & à blandimẽtis voluptatũ*

procul

a L. *quæ tutores.* §. *lex enim.* C. *de administr. tut.*
b L. *his sõtis.* C. *de reuoc. donat.*
c L. *fin.* §. *minores.* C. *de sent. passis.*
d *Xiphilinus & Dione in Tiberio.*
e L. *Si quæ illust.* C. *ad Senat. Orficianum.*
f L. 19. *si filiam.* C. *de inoff. testa. Nouella* 12. *vt cum de appell. cognos.* § *si verò.*
g L. *fin.* C. *quando mulier tutelæ officio fungi potest.*
h Arrest du Mardy 7. de Iuillet 1592. plaidant la Goutte pour Iacqueline Lego appellãte, & Martin pour l'inthimé.
i *Iuuenalis Sat.* 6.
k *Plinius in Panegyrico.*
l *Velleius lib.* 2.

Source : BIU Cujas

*procul abstrahendus* [a]. D. Hieronymus; *Nil te videat filia quod si fecerit peccet, mementote vos parentes virginis, eámq; magis exemplis doceri posse quàm voce. Citò flores pereunt, citò violas & lilium & crocum pestilens aura corrumpit* [b]. Iuuenalis, *Sic natura iubet, velocius & citius nos Corrumpunt vitiorum exempla domestica* [c]. At verò quænam vitiorum exempla propiora aut magis domestica esse possunt, quàm si Titiæ matri educatio filiæ committatur? An Titia, quæ filiam habet ex illegitimo & impudico coitu procreatã, tantum impudentia valebit, vt se castam & pudicã iactare audeat, siquidẽ filiã habet incontinentię & impudicitiæ suæ testẽ? Quid ergò aliud efficiet matris impudicæ consuetudo, quã vt filia natales indignos & spuriam suã originẽ sẽper præ oculis habere cogatur? Nihil est autem quod pueriles animos æquè demittat, quàm si natales suos sibi obiici vera impudicæ originis exprobratione erubescant. Δουλοῖ γὰρ ἄνδρα, κἂν θρασύσπλαγχνός τις ᾖ Οταν συνειδῆ πατρὸς ἢ μητρὸς κακά [d]. Vnum est ac præcipuum, quod in hac caussa potissimũ attendi oportet: nunc non de pueri aut adolescentis, sed de virginis educatione agi, quæ summa cura & sedula diligentia pudicã educationem requirit. *Quid enim salui esse potest mulieri amissa pudicitia?* vt dicebat apud Liuiũ Lucretia [e]. Nã quòd iudex videri voluit prouidè cauisse atque omni periculo prospexisse, cùm educationẽ filiæ non vlteriùs, quàm vsque ad decimũ ætatis annum, Titiæ concessit: hæc est non præsentis sæculi, sed priscæ simplicitatis prudentia. Nã corruptis moribus ridiculum, aut certè incautũ & imprudens fuerit, si quis nullã ante decenniũ castitati, pudicitiæ, & moribus labem afferri posse existimet.

a Seneca epistol. 52.

b D. Hier. epist. 15. ad Lætam.

c Iuuenalis Satyr. 14.

d Apud Plut. in libello περὶ παίδων ἀγωγῆς, in princ.

e Liuius lib. 1.

Notũ est illud apud Petronium libidinosæ Quartillæ dictũ, *Iunonem meã* (inquit) *iratam habeam, si me vnquã meminivirginem fuisse.* Arrianus refert in ea regione, in qua Pandæa Herculis filia imperauit, τὰς μὲν γυναῖκας ἑπταετεῖς ἐούσας ἐν ὥρῃ γάμου ἰέναι a. Testatur Plinius regiones quasdam esse, in quibus fœminę etiã septimo ætatis anno parere possunt b. Vlpianus de pupilli pupillęve educatione agens, *In causæ cognitione vitandi sunt* (inquit) *qui pudicitiæ impuberis possunt insidiari* c. Verùm demus in tã tenera ætate non esse diffidenter adeò virginitati prospiciendum: hoc tamen concedi oportet, vix esse vt impudicæ & lasciuę matris educatio castos mores possit producere. Non absurda est prouerbij sentẽtia, si cũ claudo habites, subclaudicare disces: εἰ χωλῷ παροικήσῃς ὑποσκάζειν μαθήσῃ. *Conuictor delicatus paulatim eneruat & emollit. Vicinus diues cupiditatem irritat: Malignus comes, quamuis candido & simplici, rubiginem suam affricuit* d. Theognis: Οἱ κακοὶ οὐ πάντως κακοὶ ἐκ γαστρὸς γεγόνασιν, Ἀλλ' ἄνδρεσσι κακοῖς συνθέμενοι φιλίην. *Malorum blandientium virus occultum est* (inquit D. Cyprianus) *& arridentis nequitiæ facies quidem læta, sed calamitatis abstrusæ illecebrosa fallacia, instar quoddam veneni, vbi in letales succos dulcedine aspersa, calliditate fallendi, sapore medicato, poculum videtur esse quod sumitur: vbi epota res est, pernicies hausta grassatur* e. D. Hieronymus, *Difficulter eraditur, quod rudes animi perbiberũt: Canarum conchylia quis in pristinum candorem reuocet* f. Atq; ideò Iuuenalis, *Nil dictu fœdum visúq; hæc limina tãgat, Intra quæ puer est, procul hinc, procul inde puellæ Lenonum, & cantus pernoctantis parasiti* g. Sen. *hærebit tibi auaritia quandiu auaro sordidóque conuixeris: Hærebit tumor quãdiu cũ superbo*

a *Arrianus in libro rerum Indicarum pa. 174.*

b *Plinius lib. 7. nat. histor. c. 2.*

c *L. si disceptetur. ff. vbi pupillus educari debeat.*

d *Seneca epist. 7.*

e *D. Cypr. ad Donatũ l. 2. epist. 2.*

f *D. Hier. epi. ad Lætam, 15. l. 2.*

g *Iuuenalis Satyra 14.*

*superbiò conuersaberis: Nunquã sauitiã in tortoris contubernio pones: Incẽdent libidines tuas adulterorũ sodalitia: si velis exitijs exui, longè à vitiorum exemplis recedẽdum est* a. D. Cyprianus, *Alta hæc & profunda penitus radice sederunt. Quando parsimoniam discit qui epularibus cœnis & largis dapibus assueuit* b. Nam cùm Tia, quæ ex illegitimo & lasciuo coitu Meuiã procreauit, pudicitiam suam iactare nequeat, matrísne impudicę assidua consuetudo & lasciui mores institutionem puellæ iuuare, eámque ad virtutis iter censura rigidiore deducere & dirigere poterunt? Rectè Iuuenalis, *Expectas vt non sit adultera Larga filia.* Addit statim, *Vna potens ratio est, ne crimina nostra sequantur* Ex *nobis geniti: quoniam dociles imitandis Turpibus ac prauis omnes sumus* c. Eleganter Seneca ait, *Ciò nequitia subrepit: virtus difficilis inuentu est, reclorem ducémque desideratzetiam sine magistro vitia discuntur* d. Itaque Cic. rectè monet habẽdã esse rationẽ diligenter quos imitemur, quorũ similes esse velimus, ne mala cõsuetudine ad aliquã deformitatẽ prauitatémq; veniamus e. D. Hieronymus, *Proclivius est malorũ æmulatio* (inquit) *& quorum virtutes assequi nequeas, citò imitaris vitia* f. Falluntur autẽ qui educationẽ affirmant nihil ad virtutẽ vel prodesse vel nocere: sed quenque iis moribus imbutum durare, qualis naturâ aut ad vitiũ aut ad virtutẽ propensus existat. Seneca: *Si præcepta nihil adiuuarent, omnis institutio tollẽda est: ipsa natura cõtenti esse debemus.* Addit idẽ Seneca: *Erras si existimas nobiscum vitia nasci: Superuenerũt: ingesta sũt* g. Quia autẽ ætas iudicio definita in prætextũ adducitur, nõ erit aliena, sed huic causæ maximè conueniens, controuersa quæstio, quæ à Gregorio Põtifice proponitur: Iudæus quidã

a Seneca epist. 104.
b D. Cypr. l. 2. epist. 2.
c Iuuenalis Satyra 14.
d Seneca natural. quæstionum in fin. lib. 3.
e Cicero 1 de oratore.
f D. Hier. epi. ad Lætam 13. l. 2.
g Seneca epist. 94.



Source : BIU Cujas

ad Christi fidem conuersus fuerat: vxor eius in Iudaïsmi errore perseuerabat: coniuges filium habebant quadriennem: Mater Iudæa dicebat puerum cùm adhuc infans esset, materno magis indigere solatio quàm paterno: atque ideò æquum esse, vt apud eam remaneret: cùm infans neque doli neque erroris capax esset. Gregorius decidit conuenientius esse vt apud patrem educetur, & fidei Catholicæ institutioni à teneris assuefiat [a]. Quemadmodum ergo nutrices tenera infantium corpuscula diligenti studio fouent, & sollicita cura constringunt, ne membra habeant aut mutila aut inflexa: Sic & à primis annis formandi sunt & dirigendi mores, ne tenella ætas lasciua disciplina & libidinosæ consuetudinis exemplo ad malos & perditos mores adducatur. *Altius præcepta descendunt, quæ teneris imprimuntur ætatibus*, inquit Seneca [b]. Quis verò morum seueritatem & castæ educationis disciplinã ab ea matre sperauerit, quam illegitimi coitus labes infamauit? & quę ruptis semel & violatis pudicitiæ legibus, omnem pudoris, famæ, & existimationis sollicitudinem abiecit? Annon decentius, & conuenientius fuerit, si quemadmodum defunctus hæredem bonorum successione honorare voluit: sic & eidem sobolis suæ, quantumuis illegitimæ, curam commisisse præsumatur?

a cap. 2. ex C. de conuers. infidelium.

b Seneca de consolat. ad Heluiã, ca. 16.

*PRO TITIA.* In quæstione de alendis & exhibendis liberis nemini educatio melius tutiúsve, quàm matri, committi & cõmendari potest. Quin & hæredis istius importuna postulatio non leue mouet amantissimæ matri suspicionem. Cur enim instanter adeò & obstinatè educationẽ flagitaris, qui nullo in puellam ducitur affectu? Credimus

Source : BIU Cujas

dimus facilè quicquid timemus, &, vt dicebat ille, facit nos ad suspicionem pronos nimia charitas. Hæres, qui annua alimentorum pẽsione obligatus est, neque ea aliter, quàm morte pupillæ absolui sperat, lubens forsitan præstatione illa sibi ingrata liberaretur. Prætorem id agere oportet (inquit Vlpianus) vt sine vlla maligna suspicione partus alatur & educetur [a]. Imò & ipsa successionis spes suspicionem satis [1]doneam præbet, cuius occasione educatio pupilli ei auferatur, qui aliquod ex morte pupilli emolumentum consequatur [b]. Vix est vt sinceri affectus & beneuolentiæ alicuius contemplatione hæres iste moueatur, siquidem spurios & naturales, quibus alimenta debentur, hæredibus legitimis, ac præcipuè collateralibus, odiosos esse, nemo est qui nesciat. At verò cùm maternus amor cæteros omnes affectus vincat, matrum in educationis quæstione fauor, præcipuus est, cæterósque omnes fauores superat. φιλόπαιδον πως πᾶν γυναικεῖον, γύναι, inquit Euripides [c]. Tacitus de moribus Germanorum, *Sua quemque mater* (inquit) *uberibus alit, nec ancillis nutricibus delegantur.* Lex nulli magis quàm matri, liberorum educationem cõuenire credidit [d]. Plato, καὶ παῖ ἀνὴρ ἀποθανὼν παῖδας ἐκτὸς λιπὼν, ἡ μήτηρ τοῖς παισὶν αὐτῆ μάρτυρα προφέρω [e]. Quod de liberis generaliter statuitur, hoc in educatione filiarum præcipuè locum habere debet. Ideóque iubet Imperator, vt in casu diuortij, liberorum inter parentes diuisio per sexum celebretur: vt filij scilicet patri cedant, filiæ verò matri [f]. Nihil esse tam naturale ait D. Ambrosius, quàm vt eadem necessitudo quæ fuit author vitæ, sit & eadem author salutis. Xenophon γὰρ ἀνδρείας καὶ ἀνανδρίας οὐκ εἶναι

[a] *l. 1. ff. vbi pupillus educari debeat.*

[b] *l. 2. Cod. vbi pupill. educ. debeat.*

[c] Euripid. *in Phœ iss.*

[d] *l. 1. vbi pup. educ. debeat.*

[e] *Plato li. 11. de legibus.*

[f] *l. vnica Cod. duortio facto liberi apud quem morari vel educ. debeãt*



Source : BIU Cujas

αὔξιμοι, τὸ δὲ τῶν μητέρων καὶ τὸ γάλα ἀγαθὸν, καὶ πνεῦμα, καὶ αἱ περιβολαὶ φίλαι a. Qui verò matribus liberorum educationem denegant, illi pugnant contra naturam ipsam, quæ matri ad liberos alendos vbera dedit, & affectum menti maternæ impressit cæteros omnes superantem. Denegata filia Chryseidi patri acerbam Apollinis iram aduersùs Græcos cõmouit: Túne filiam charissimam Titiæ matri denegabis? *Placitóne etiam pugnabis amori?* Parentes liberos infantes velut plantas tenellas summo studio colunt ac blanditiis suis rigant & fouent, *Iuuat & teneris incidere amores Arboribus, crescent illæ, crescetis amores.* Hæres iste natales puellæ & spuriam originem obiicit. Maleuoli certè animi argumentũ, quòd in obiicienda natalium turpitudine tam acriter insultat. Titiam tamen suspectæ pudicitiæ non alia ratione insimulat, nisi quòd Meuiam ex illegitimo coitu procreauit. Hoc sanè nulla eius culpa, nulla eius lasciuia, sed legitimo sperati coniugij voto euenit. Nam Seius fallaci nuptiarum pollicitatione Titiam sibi conciliauerat, ac deinde eius consuetudine abusus, subdolam sceleri suo perfidiam addidit: siquidem & promissæ fidei probationes omnes viuus reiecit, & moriens neque sobolem legitima vlla commendatione agnouit, neque miseram Titiam lasciuæ libidinis crimine, & incontinentiæ suspicione liberare curauit. Sed ne grauioribus verbis quiescentem defuncti memoriam violare, eiúsve cineres sepultos excitare contingat, hoc vnum dicere satis sit, Titiam post factã virginitatis iacturam alteri nupsisse, ab eóque tempore & castè & pudicè vitam fama ad hunc vsque diem integra exegisse. Itaque Titia sit quidem

a Xenophon in libello de venatione.

ma

mater illegitima, non tamen ei aut affectus ratione, aut pudicæ institutionis contemplatione, educationem controuerti æquum est. Primùm quidem si affectus rationem haberi oporteat, fallitur quisquis credit minorem esse in naturales, quàm erga legitimos amorem & affectũ. Mater enim semper certa est, nec filio magis licet illegitimam matrem, quàm legitimam in iudicium vocare[a]. Vna est enim omnibus parentibus seruanda reuerentia, inquit Paulus[b]. Et, vt rectè ait Iustinianus, ἡ μὲν φύσις γνησίας προτιμᾷ τὰς γονάς c. Naturales à legitimis sola ciuilis ratio distinguit. Naturalia autem iura nullo ciuili iure dissolui aut dirimi constat. Hinc est quòd iure Romano spurij matribus intestatis succedunt: nisi fortè mater sit fœmina illustris, cuius priuata insania in publicum dedecus ire videatur[d]. Quin & Senatus sæpè filij educationem matri etiam illegitimæ, si nihil aliud obiiciebatur, arrestis suis adiudicauit[e]. Hæres autem illegitimi coitus infamiam obiicit, & cùm maius sit periculum in filia, asserit matri illegitimæ educationem committi non debere. Qua in re illud primùm attendi oportet, iudicis sententiam huic periculo satis prouidisse, cùm Meuiæ infantis educationẽ matri ad decimum ætatis annum, non vlterius cõcessit: ætatísque residuæ curam ad propinquorum arbitriũ reseruauit. Si Meuia grandiuscula esset, nec certa videretur Titiæ castitas, suspicionem educationis timor fortassis neque alienus neq; illegitimus moueret: Sed imbecillis adhuc viribus & ętate tenellula renuẽte Cupido paruulus haud quaquã primis istis elementis enutritur, &, vt ait Virgilius,

*Primis & adhuc crescentibus annis Non mentem Venus*

ipsa

a *l. quique. §. fin. & l. quia sæper. ff. de in ius vocando.*

b *L. parentes. ff. de in ius vocando.*

c *Nou. 89. quibus modis natu. effic. legitimi.*

d *L. si suspectam §. 1. de inoffic. testam. §. nouissimè ad Senat. Orfic. in Inst. l. si qua illustris. Cõ. ad Senat. Orfic.*

e Arrest du Mardy matin 10. de Decẽbre 1591. plaidant le Feure pour l'appellant, & Cupif pour l'intimé.

Source : BIU Cujas

ipsa dedit. Rectè & eleganter Tertullianus: *Acerba res est immatura virgo: Et ideò penes Israel illicitum est ad virum tradere, nisi post contestatam sanguine maturitatem* a. Imperator Honorius cùm Thermantiam Stilichonis filiam sibi matrimonio iungi cuperet, Zozimus immaturam virginem maritali connubio tradere, nihil aliud esse ait, quàm iniuriam naturæ facere b. Παρθένων φθορὰ λέγεται (inquit Clemens) ὃ μόνον πορνεία, ἀλλὰ καὶ ἡ πρὸ καιροῦ ἔκδοσις· ὅταν, ὡς εἰπεῖν ἄωρος ἐκδωθῇ τοῦ ἀνδρί. Horatius: *Nondum subacta ferre iugum valet Ceruice, &c. Tolle cupidinem immitis uuæ* c. Nec est quòd de Titiæ matris aut amore aut cura diffidatis. Quinimò Titia olim coniugij spe & fidei datæ prætextu à Seio decepta, puellæ & curiosius & cautius prouidebit: suóque exemplo filiæ pudicitiam à perfidis fraudibus & mellitis virorum blanditiis arcebit, & tuebitur. *Impia sub dulci melle venena latent.* Theodora mulier multo laudum præconio insignis, furtim maláque fraude ad stuprum deducta & vitiata fuerat. Ea, cùm diuini numinis offensionem criménque suum lugere vellet, sumpto virili habitu in solitudinem secessit: atque ibi infantem (qui partus ei per calumniam obiiciebatur) multa cura multóque pietatis & integritatis studio, tanquam suum, erudiit & instituit d. Sic & Helena Constantini mater per stuprum à Constante cognita, Constantinum ex illegitimo illo coitu edidit: At mulier pietate & morum sanctimonia illustris, filium studiosè adeò instituit, vt primus, aut certè præcipuus inter Imperatores fuerit fidei Christianæ assertor, qui Ecclesiam profusa donorum largitione locupletauit e. Ergò amantissimæ matri charissimam filiam fo-

a Tertull. lib. de virgin. velandis.

b Zozimus lib. 5. hist.

c Horat. carminum li. 2. Od. 5.

d Niceph. Call. eccle. siast. hist. lib. 17. c. 5.

e Niceph. eccl. histo. lib. 7. c. 18. & 8. ca. 2.

uendam

Source : BIU Cujas

uendam & educandam Senatus adiudicet: nec crudeli sæuitia puellam à maternis viſceribus diuelli patiatur, *Si qua piis animis manet infœlicis Amatæ Gratia, ſi iuris materni cura remordet* a.

*SENATVS* Sententiam iudicis Turonenſis arreſto ſuo confirmauit b.

a *Virgil. lib. 7. Æneid.*

b Arreſt du Lundy 7. d'Octobre 1591. plaidant M. Iſaac Arnauld pour M. Hector Bourru Procureur en la Cour appellât, & Sainct Marthe pour l'inthimé.

## *De iudiciis aduersùs reos abſentes & contumaces.*

## CAPVT X.

REVS inſtituta criminis accuſatione, vel copiam ſui facit, vel contumax eſt. Si copiam ſui in iudicio facit, accuſatio ritè ſecundùm leges ita inſtrui & peragi debet, vt ab accuſatore probatio criminis deſideretur, reo autem innocentiam ſuam tueri liceat. Quomodo, quibúſque ſolemnibus id fieri oporteat, non eſt præſentis inſtituti tractare. At cùm abeſt reus, neque ſe legibus & iuſtitiæ præbet, ſolet is per contumaciam damnari. Sed quia durum videbatur contumaciam tantum poſſe, vt inauditus quis perpetuo iudicio condemnetur: conueniens fuit vt reo contumaciam præſentia ſua purgare & damnationem reuocare liceret. Quomodo & quibus caſibus hoc permittatur explicandum eſt. Contumax aut ſola primi iudicis ſententia, aut à Senatu arreſto damnatur. Quoties aliquis arreſto damnatus eſt, non antè ei contumaciam purgare licet, quàm mulctas pecuniarias omnes, quæ arreſto indictæ ſunt, exoluerit, eáſque in iudicio

Source : BIU Cujas

iudicio consignauerit, siue statim, siue aliquo pòst tempore iudicio se sistat: Sin verò reus non à Senatu, sed iudicis inferioris sententia damnatus fuerit, ita distingui solet: Aut reus intra quinquennium contumaciam purgare vult, aut is copiam sui facit, non quidem legitimo tempore, sed post lapsum quinquenniũ. Si statim aut certè intra quinquennium copiam sui faciat, nihil aliud exoluere tenetur præter sumptus & expensas processus contumacialis: atque tunc lis de nouo instruitur, reúsque ex vinculis, si ita iudici videatur, causam dicit. Si post quinquennium reus copiam sui faciat: antequam eius legitimæ defensiones in iudicio proponi possint, ísque ad purgandam contumaciam admittatur, tenetur non modò litis præteritæ expensas, sed & mulctas pecuniarias sententia contumaciali adiudicatas exoluere, eásve in iudicio consignare. Hæc supradicta omnia & constitutionibus regiis definiuntur, & Senatusconsultis pluribus confirmata apud nos pro iure certissimo habentur [a]. Sed quia nihil tam certa regula statui potest, vt non etiam controuersæ lites moueri soleant. QVÆSITVM est an constitutionum regiarum contra contumaces rigor & seueritas, sicut aduersùs ipsum reum sine dubio obseruatur: ita etiam defuncto post quinquennium reo locum habere debeat contra filios aliósve hæredes, si qui sint qui defuncti memoriam & contumaciam purgare & innocentiam eius probare velint. Idque sibi concedi postulent non exolutis mulctis pecuniariis, quæ iudicio contumaciali adiudicatæ fuerunt.

[a] Par l'ordonnance du Roy Charles 8. art. 57. Le contumax condamné par arrest doit cõsigner tant iés despẽs que les reparatiõs ciuiles: & cela pareillemẽt a esté iugé par plusieurs arrests cõformemẽt à l'ordonnance, & mesme par vn arrest du 11. de Feurier 1572. entre Dame Catherine de la Rochefoucault, & M. Louys de Pontenoy, comme aussi par l'Ordõnãce de Moulins art. 28. Si le contumax, &c.

*PRO FILIIS HÆREDIBVS.* Criminum

minum purgatio, quæ innocentiam ab omni calũnia asserit, longè fauorabilior est in hæredis aut filij, quàm in rei ipsius persona. Reus pœnæ metu accusationem refutat, & supplicij terrore crimen diluit. Hæres autem nullo pœnæ metu, sed solo veritatis studio, soláque erga mortuum reuerentia memoriam defuncti à calumniis & condemnationis nota vindicare studet. Hoc leges permittunt, siue reus ante sententiam & lite pendente decedat, seu post condemnationem, interposita, necdum decisa, appellatione mortuus fuerit a. Põpeio post patris Strabonis obitum paternam defũcti memoriam purgare, & obiectam olim viuo patri calumniam refellere populus Romanus concessit b. Hoc tamen neque absolutè neque generaliter post omnem cõdemnationem licet. Nam qui præsens cognita defensione ritè damnatus est, eius neque filiis neque hæredibus conceditur παλινδικίαν exercere. Sed cùm aliquis non tam plena criminis probatione, quàm in odium contumaciæ absens damnatus est: hæredibus permittitur defuncti contumaciam purgare. Sed & Athenis quoties aliquis per contumaciam condemnatus fuerat: si per iniuriam iudicatum queri vellet, liberum ei erat etiam ipsos magistratus aggredi, & aduersùs ipsos Archontas ἀντιλαχεῖν, adhibito sanè iureiurando se solo noscẽdæ veritatis affectu ad id impelli. ἔθος ἦ καταδικασθέντας, εἰ ἐρήμην νομίζοιεν ἀδικεῖσθαι, ἀντιλαχεῖν πρὸς τοὺς ἄρχοντας ὅιον αἰτιάσασθαι, τὴν κρίσιν καὶ φάσκειν ὡς αὖθις θέλουσι κρίνεσθαι. Οἱ δὲ τοῦτο ποιοῦντες καὶ ὄμνυταν ἦ μὴν ἐπεξιέναι ταῖς ἀληθείαις c. Quin & olim non in quouis crimine iudicia in absentes exerceri poterant: sed in atrocioribus delictis, quorum

a *l. finali. §. vlt. ff. de bonis eorũ, qui sibi mortẽ consciu. l. 3. C. si pendente appellat. l. vlt. in f. C. si reus vel accusator mort. l. 1. ff. si pendente appellat.*

b *Plutarc. in Põpeio.*

c *Vlpianus in Demost. orat. contra Midiam ad illa verba, τὴν διαίταν ἀντιλαχὼν οὐκ ἀμώσεν p. 34.*

rum pœna relegationem excederet, constitutionibus DD. Seueri & Antonini cautum fuerat, ne quis absens postulatus damnari aut mulctari posset a. Tertullianus ait non licere indefensos & inauditos omnino damnari b. Cicero inter cætera quæ Verri obiicit crimina, *Honestissimi* (inquit) *atque integerrimi absentes rei facti, indicta causa damnati & electi* c. Liberius Pontifex Romanus Constantio Imperatori dixit iudicem non posse absente reo scelera eius punire aut de crimine eius pronunciare: neque enim illud fieri solere, nisi ab iniquo iudice qui priuato odio sæuiat, aut domesticis simultatibus ad id impellatur d. Vetus est Caroli magni institutio, *In causa capitali absens nemo damnatur, neque absens per alium accusatorem accusari potest* e. Non enim absentia grauiter ab eo calumnianda est, vt quis ex sola contumacia criminis conscius censeatur, solâque absentia in sceleris cõscientiam arguatur. Sæpè enim contingit abesse reum suíque copiam non facere, aut quia ignorat diem sibi dictam, aut quia carceris horrore terretur, vel si calumnias timet, & accusatoris factiosi potentiam reformidat. Rectè Cicero, *Omnes quorum in alterius manu vita posita est, sapius illud cogitant, quod possit, cuius in ditione ac potestate sunt, quàm quid debeat facere* f. Prudenter Alcibiades, qui capitali accusatione prouocatus, vt obiecti criminis pœnam seu nocẽs seu innocens vitaret, iudicio abesse quàm saluti suæ deesse maluit: Huic cùm quidam diceret: Cur Alcibiades non fidis patriæ & ciuibus de innocentia tua iudicaturis? Cætera (inquit) omnia lubenter, sedde capite meo ne matri quidem, ne fortè pro albo atrum calculum imprudens

a L. 1. ff. de requi. reis. l. absentem. ff. de pœnis l. absẽtem. Co. de accusat.

b Tertull. in apolog. aduersus gentes.

c Cicero act. 2. in Verrem.

d Histor. Tripar. lib. 5. cap. 17.

e Capitul. Caroli magni lib. 7. ca. 145. & cap. 271.

f Cicero pro Quintio.

dens iniiciat [a]. Magnum certè & periculosum est incertam iudiciorum aleam experiri, & in cognitione criminali dubiis iudicum sententiis capitis sui fortunam committere. Seneca, *Quantum existimas tormentum, etiam si seruatus fuero, trepidasse: etiam si absolutus fuero, causam dixisse* [b]? Sic Demosthenes cùm veram ac legitimam absentiæ & cõtumaciæ suæ rationem reddere vellet: neque per contemptum, neque per sceleris contumaciam abesse se protestatur, sed & carceris infamiam ac dedecus formidasse, & corporis tormenta fugisse declarat, ἐ γὰ ἀπεληλακὼς ὑμᾶς, οὐδ' ἑτέρωσε βλέπων ἐδαμῆ μετέστην· ἀλλὰ πρῶτον μὲν τοιαῦτ' ἐστὶ τὰ ἐγκαλούμενα χλευασθῆναι τὸν λογισμὸν φέρω. εἶτα διὰ τὴν ἡλικίαν· οὐ γὰρ ἂν δυοῖν ὢν τοῖν σώμασιν τὸν καταπάθειαν ὑπενεγκεῖν [c]. Dicere audacter liceat vix quenquam salutis propriæ adeò securum & negligentem, esse, aut tam temerarium innocẽtiæ suæ assertorem cui carceris horror non pallorem, non mœstitiam, causet, & cui ex vinculis causam dicenti incertus iudicij euentus non assiduum tremorẽ & legitimũ metũ incutiat. Calpurnius Flaccus, *Video* (inquit) *carcerem publicum, saxis ingentibus structum, angustis foraminibus tenuem lucis vmbram recipientem. In hunc coniecti robur Tullianum prospiciunt: quoties iacentes ferrati postis stridor excitat, exanimantur, & alienum supplicium aspectando, suum discunt* [d]. Diuus Athanasius & adulterij & cædis in Synodo per contumaciam damnatus est: vir innocentissimus, nec minus probitate morũ quàm doctrinæ & eruditionis gloria insignis [e]. Non est itaque perpetuum, ac neque etiam iustitiæ conueniens, contumaciã semper in crimen verti vel in sceleris conscientiam imputari. Sunt quidam adeò meticulosi,

[a] *Plutarc. in Alcibiade.*

[b] *Seneca li. 6. de beneficiis, ca. 38.*

[c] *Demosth. in epist. ad senatum Athen.* ἀεὶ τ' ἰδίας κατ. δόξον.

[d] *Calpurnius Flaccus decl. 4.*

[e] *Niceph. Callist. Eccles. hist. li. 8. cap. 49.*



Source : BIU Cujas

vt iudicia pertimescant,& summum magistratus imperium etiam innocentes reformident. Condemnatio autem in contumaces ferri solita sæpè non criminis admissi & probati vindictam, sed solam contumaciæ pœnam continet, ac plerunque absens magis quia contumax,quàm quòd nocens sit,damnatur. Sic quum D. Ioannes Chrysostomus quater euocatus abfuisset, quia se factione ac potentia aduersariorum & calumniis præsentibus peti & vrgeri videbat, Synodus, contumaciâ viri condemnatâ,episcopatum ei abrogauit. Addit Niceph. historiæ Ecclesiasticæ author,iudices nihil in tanto viro reprehensione dignum inuenisse:sed eum non alia ratione damnasse, quàm quòd quater euocatus, se iudicio sistere per contumaciam neglexisset [a]. Hinc fit vt damnationes,quæ nō aliâ quàm solius contumaciæ rationem habent,facilè rescindātur:siue reus dum viuit,copiam sui faciat: siue hæres ad purgandam defuncti memoriam admitti postulet. In ea lite, quæ à Pausania inter Sicyonios & Athenienses memoratur, mulcta talentorum quingentorum per contumaciam irrogata & iudicata fuerat. Sed interposita ad Senatum Romanum prouocatione licuit contumaciâ purgare,eáque damnatio ad centum duntaxat talenta reducta fuit [b]. Apud Athenienses ἀντιγραφὴ erat παλινῳδίας genus quoddam, cùm quispiam in ius vocatus non respondebat, aut vadimonium promissum deseruerat. Tunc enim oportebat δικάζειν ἐρήμην, seu ἐρήμην κατακυνώσκειν, quod erat litem secundum præsentem aduersus eum qui iudicium deseruit dare : non tamen vt ea damnatio vim rei

[a] Niceph. lib. 13. cap. 15. in fin.

[b] Pausanias in Achaicis li. 7.

Source : BIU Cujas

rei iudicatæ perpetuam obtineret, sed intra duos menses licebat damnato litem instaurare ac renouare: atq; id iudicium ἀνάληψις dicebatur. Reus, cuius crimen arguitur, ferè dus est, si, vt ait Vlpianus, pudorem suum purgare velit a. Quanto magis hæres admitti debet, qui criminis nefarij inuidiam, nō propria contemplatione, sed ex defuncti persona sustinet? Nam si hæres necem defuncti vindicare tenetur, ac nisi legitimam hanc exequatur vltionē, iubet lex hæreditatem ei vt indigno auferri b. Cur non inustam defuncti memoriæ calumniosa accusatione notam & infamiam tenebitur hæres vindicare? Hæredem ad vindictam necis sæpè non tam iusta & legitima erga defuncti memoriam affectio, quàm vel spes mulctæ pecuniariæ, vel ciuilis (vt vocāt) reparationis lucrum inuitat. At cùm hæres defuncti innocentiæ assertorem se præstat, nulla est neque lucri neque commodi expectatio, sed hunc sola pietatis & sinceri affectus ratio excitat & impellit. Obiicitur lapsum quinquennij tempus. Vtique liceat hoc reo, quandiu viuit opponere in pœnam & odium admissi facinoris: At verò cùm ab hærede nullum sit perpetratum facinus, nulla aduersùs eum pœnalis constitutio locum habere potest. Constitutio contumacem lapso quinquennio excludit, nisi priùs consignata & exoluta mulcta pecuniaria. De hærede verbum nullum. Constitutio, quę pœnalis est & odiosa, & quæ de damnato, non de hærede loquitur, extendi non debet c. Vt nec generaliter actiones omnes ex maleficio descendentes, vel pœnales quæuis constitutiones aduersùs hæredes transire solent d.

a *l. 25. quæ omnia. §. 1. ff. de procurat.*

b *l. hæredē. ff. de his quæ vt indignis.*

c *Boerius decis. 64. d l. 1. ff. de priuatis delictis, l. III. pupillum. §. in hæredes. l. 124. pœnalia. ff. de regulis iur.*

*CONTRA HÆREDES.* Quisquis

delubrum Eumenidum sceleratus ἢ αἵματι ἢ ἄλλα τῶν μιάσματι ἔνοχος ἢ ἀσεβὴς, ingressus fuerat, ille, si Pausaniæ credimus, præ summo terrore amens animi & furore percitus concidere solebat [a]. Legum terror iustúsque pœnarũ metus sceleratos & nocentes ab hoc sanctissimo iustitiæ delubro excludit, vt neque nefarij homicidæ, neque latrones, neque sicarij præsentes in hoc Senatu caussam dicere audeant: imò absentes contumacia sua iudiciorum maiestatem eludere solent & aspernari. Contumacia à tumore dicta superbum & aduersùs iudicia rebellẽ animum indicat. Quis ferat reum qui vultu submisso humili voce, & sordida veste magistratuum misericordiam præsens implorare debet, hunc bis térve in ius vocatum superba fronte, animo tumido & peruicaci, iudiciorum vim absentia sua spernere & magistratuum authoritatem inexcusabili neglectu insuper habere? Huícne cùm libuerit permittetur legibus se præbere, & crimen nõ cùm oportuerit, sed cùm ei visũ fuerit, diluere & purgare? *Non sufficit* (inquit Plinius) *eum pœnæ suæ restitui quem cõtumacia elusit* [b]. Quòd si reus, qui nefarij facinoris conscientia profugit, absentiæ suæ præsidio elapsus est: cur non in hæredem commissi criminis odium & pecuniariæ pœnę damnatio extendetur? Eleganter Optatus Mileuitanus, *Vt terreatis viuos, malè tractetis & mortuos* [c]. Quemadmodum enim defunctus contumacia sua & voluntaria rebellione disciplinam publicam violauit: ita etiam iustitiæ vigor ac iudiciorum seueritas, ne morte quidem ipsius rei authoritatem suam sisti aut minui patiatur. Nam etsi mors sceleratorũ corpora iudicum sententiis & magistratuum censurę eximat:

a Pausanias lib. 7. in Achaicis, pa. 233.

b Plinius lib. 10. epi. 65.

c Optatus Mileuit. lib. 6.

eximat: nouerint tamen hæredes etiã defuncto reo superesse grauia seueritatis iudiciorũ vestigia, quibus posteritas doceatur legibus & magistratibus parendum: Ne ipsam quidem mortem sceleratos pœna liberare, sed omnia vbi iustitiæ perpetuo rationis & æquitatis tenore subiici: vt rei deinceps non armis, non vi, non fuga tueri se ac proripere studeant, sed non aliter sibi hæredibúsve suis consuli posse sperent, quàm si præsentes innocentiam suam capitis periculo asserant, & obiecti criminis suspiciones viui diluant & reliciant. Contumacia vtique non minùs odiosa videri debet quàm ipsũ crimen. Idque multis rationibus: Primùm enim absentia & iudicij fuga criminis participationem & iustum aliquem accusationis metum indicat. Scelera conspectum reformidant: fatetur facinus qui iudicium fugit. Seneca, *Bona conscientia prodere vult & conspici. Ipsas nequitia tenebras timet* [a]. D. Hieronymus, *Bona conscientia nullos oculos fugit* [b]. Qui iudicium refugit, de iustitia diffidere existimatur [c]. Quintilianus, *Per illas omnes moras iudiciorum longas nimium & pro nocentibus compositas* [d]. Rectè Quintus Calaber dixit fugam timoris sororẽ esse & comitem: φυγὴ δὲ φόβε κασίγνητος ἑταίρη. Iuuenalis: *Rubet cui frigida mens est Criminibus, tacita sudant præcordia culpa* [e]. Neque enim vllo temporis momento securi sunt, qui facinoris alicuius conscij, dum solẽ iustitiæ fugiunt, perpetuo metu agitantur, latebras quærunt, & magistratus potestatem criminũ vindicem & vltricẽ reformidant. Seneca, *Securitatis magnæ portio est, nihil iniqui facere*: Tutum *aliquã res in mala conscientia præstat, nulla securum* [f]. D. Hieronymus, *Tanta vis conscientiæ fuit vt absentes dam-*

a Seneca epist. 97.
b D. Hier. epist. 9. lib. 2. epistol.
c Can. Christianis 11. q. 1.
d Quintil. decla. 249.
e Iuuenalis Satyra 1.
f Seneca. epist. 105.



Source : BIU Cujas

*nari, quàm præsentes coargui maluerint* [a]. Quin etiam si iudiciorum dignitatem accuratiùs examinare licet, contumacia priuatos lædit, lædit & Rempublicā. Priuatus longa iudiciorum mora offenditur, & impēsarū magnitudine fatigatur. Pereūt interea probationes, testes corrumpuntur, sicque reorum absentia eludit iudicia & frustratur. Nam vbi semel accusationis æstus deferbuit, ipseque accusator nō eadem animi vehementia in criminis persecutione instat, facilè est reo etiam nocenti sese purgare, criménque diluere & refellere. Plinius: *Quum iam satis ille primus impetus deferbuisset, & languidior in dies ira ad iustitiam rediisset, &c* [b]. Symmachus, *facti audacis conscius* (inquit) *imminentem pœnam latebrarum vitauit effugio* [c]. Sic apud Tacitum post Germanici mortem populus ideò expostulabat, quòd Piso vagus per amœna Asiæ atque Achaiæ, *arroganti & subdola mora scelerum probationes subuerteret* [d]. Reorum quippè mos est ἐκκρούειν, & procrastinando accusationis tempus & iudicij moras terere: Vt Demosthenes de Midia dicebat, τοσαύτας τέχνας καὶ σκόψεις οὗτος ἐρίσκων ἐκκρούει [e]. Apud Tacitum Tullinus & Calpurnius Fabatus cōiurationis conscij accusantur, sed appellato Principe instantem damnationem frustrati euasêre [f]. Quintilianus, *Naturalis est* (inquit) *improbis hominib. dilationis cupiditas: Quæretur de adulterio, & quæretur diu, & extrahet iudicium sicut adhuc extrahit. Alij iudices & alia sortitionis fortuna. Interim vt nihil artes valeant, multùm facta possent. Multum citra scelus quoque impedimenti per se ipsa mortalitas affert* [g]. Accusationes aut ira aut priuatum odium prouocat: Ira etiam in eo, quē crimen offendit, sensim & temporis morâ mitigatur:

a D. Hier. epistola ad Principiam, li. 3. epist. 9.

b Plinius lib. 9. epist. 13. ad Quadratum.

c Symmachus lib. 4. epi. 48. ad Mineruium.

d Tacitus lib. 3. Annalium.

e Demost. contra Midiam.

f Tacitus li. 16. Annal.

g Quintil. decla. 319.

tur: Inimicitiæ tandem conciliantur. Sola disciplina publica lęditur & violatur, dum accusatoris & offensi querelæ satisfit, & omissa deinceps criminis persecutione, impuniti maleficij vindicta negligitur. Criminum autem pœnæ nõ priuatã tantùm, sed magis publicam vltionem respiciunt. Itaque mirum non est si contumacia punitur, quæ disciplinã publicam offendit, & tacitæ confessionis speciem quandam refert. Seneca, *Grauis malæ conscientiæ lux est* [a]: Vitiosi sunt oculi qui lucem reformidant. Seruus fugitiuus damnato comparatur, nec minùs quàm si nefarij criminis conuictus foret punitur [b]. Eius qui ad delectum vel ad edictum non respõderat, authoritate iudicis villæ diruebantur [c]. Reus (inquit Iustinianus) per fugã fit quodãmodo sui ipsius accusator [d]. Itaque & apud Græcos & apud Romanos pleraque referri possunt exempla virorum illustrium, qui, cùm seueritatem iudiciorum contumacia sua irritassent, etiam absentes dãnati sunt. Diogenes Laertius Demetrium Phaleteũ memorat absentem ab Athenienſibus fuisse condemnatum [e]. Alcibiades cùm audisset absentem se à ciuibus damnatum & morti destinatum, At ego (inquit) illis ostendã me viuere [f]. Vlpianus Demosthenis enarrator: Ἐρήμη (ait) ὄνομα δίκης, quæ in eos exercetur qui absentes iudicium detrectant, quique si ad statum diem non se iudicio sistant, indicta causa damnantur [g]. Apud Romanos frequens erat absentium condemnatio, ac si reus per præconem ex Rostris ab accusatore citatus nõ adfuisset, ante fores per cornicinem euocabatur [h]. Huius antiquę consuetudinis Plutarchus meminit. Moris est Romanis (inquit) si quis capitis in-

a Seneca epist. 122.

b Toto tit. de seruis fugitiuis. C.

c L. 20. si is cum quo. ff. communi diuidundo.

d Nouella 53. §. vbi verò semel.

e Diogen. Laertius in vita Demetrij Phalerei.

f Plutarc. in Alcibiade.

g Vlpianus ad Demosthenis orationẽ cõtra Midiam.

h Varro li 5. de lingua Latina.

quisitus nõ adsit, cornicinem summo mane ad fores eius venientem classico euocare, neque priùs de eo iudices sententiam ferre [a]. Sic Coriolanus quum ad statum diem non adesset, damnatus est [b]. Camillum nec absentia excusauit, neque virtus absta seueritate exemit, nec ingentium in Rẽpublicã meritorum ratio, quominus absens damnaretur, prohibuit [c]. Quinetiam Romæ vbi quis per contumaciam aberat, solemne fuit, vt ea absentia iustum esse exilium iudicaretur. Apud Liuium tribunis rogantibus plebs sciuit: *Si M. Posthumius ante Kalendas Maias non prodiisset, citatúsque eo die non respondisset, videri eum in exilio esse* [d]. Meminit idem Liuius Cnei Fuluij, cui cùm dies dicta esset absente fratre Q. Fuluio Consule, & se inimicitiis præsentibus peti & vrgeri videret, volens exulatũ abiit. Addit Liuius: *id et iustum exilium esse sciuit plebs* [e]. Sic etiam quum Senatusconsultum aduersùs eos factum est, qui Bacchanalia & sacra nocturna agitabant; *Consules indici præmium proposuerunt: Si quis quem ad se deduxisset, nomenque de absentibus detulisset: qui nominatus profugisset, diem certã finituros, ad quã nisi citatus respondisset, absens damnaretur* [f]. Augustus eodem Iulij Cæsaris vlturus, cùm percussores profugissent, indicia de absentibus constituit [g]. Sed neque etiam Christiana disciplina ac veterum Ecclesiæ patrum pietas absentium condemnationes reiecit, quoties tertia citatione vocati non responderent. Sic cũ Nestorius tribus Episcopis missis à Synodo citatus non venisset, absens damnatus est [h]. Eadem ratione Ioannes Antiochenus post tertiam citationem, vti mos est (inquit Nicephorus) condemnatus fuit [i]. Idem Nicephorus quum Dioscori

exau

a *Plutarc. in vitæ Gracchorum.*
b *Liuius li. 2.*
c *Liuius lib. 5.*
d *Liuius li. 25.*
e *Liuius li. 26.*
f *Liuius li. 39.*
g *Dio Cassius li. 46.*
h *Niceph. Eccl. histo. li. 14. cap. 34.*
i *Niceph. li. 14. c. 35.*

Source : BIU Cujas

exauthorationem refert: Synodus (inquit) canonē secuta, ter illum citauit [a]. Sic cùm Arsenius Patriarcha Constantinopolitanus in ius, vt accusationi responderet, vocatus se iudicio non sisteret, vt contumax condemnatus est [b]. His tot exemplis constat nō minus olim apud veteres, quàm nostro iure contumaces, si copiam sui non facerent, indicta causa solitos damnari: sed damnationis pœna alia erat, vt & pœnæ executio non eodem modo fieri consueuerat. Apud Athenienses mulctabatur absentis contumacia pecuniaria mille drachmarū pœna. Hæc enim sunt verba Vlpiani, Ἦν δὲ κατὰ τῶν τοιούτων ἐκ τῶν νόμων ὡρισμένον τὸ τίμημα χιλίαι δραχμαί [c]. Romani contumacis absentiam iustum esse exilium pronuntiabant, vt ex damnatione M. Posthumij & Cnei Fuluij liquet. Apud nos ex criminis qualitate & delicti grauitate irrogatur in absentes pœna. Requiritur enim aliqua probatio: non quidem exacta, qualis esse debet: cùm in reum præsentem animaduerti oportet: sed tamen necessaria est qualis qualis probatio. Si crimen capitale sit, fertur capitalis in absentem damnatio. Quia tamen in rei absentis corpus animaduerti nō potest, fit in damnati effigiem condemnationis executio: túncque publicè proponitur condemnati effigies, eadem executionis solemnitate, qua in reū, si præsens adesset, animaduerteretur. Effigies autem publicè in loco supplicij appēsa manet, vt quem pœnæ metus in latebras coniecit, eum ignominiæ pudorè latebris educat, & in ius protrahat. Hæ autem in damnati effigiem animaduersiones non passim apud veteres occurrunt. Nam alienum esset referre tyrannorum eorúmve, qui maiestatis vel perduel-

a Niceph. lib. 15. c. 4.

b Niceph. Gregorius lib. 4. pag. 44.

c Vlpianus ad Demosthenis orationem cōtra Midiā.

lionis damnabantur, statuas & imagines olim tolli solitas & deiici. Iuuenalis, *Descendunt statuæ restemque sequuntur*. Suetonius in Domitiano, *Senatus scalas inferri, clypeósque & imagines eius coram detrahi ibique solo affigi iussit* a. Capitolinus in Gordianis, *Statuas Maximini deiecerunt; imagines perfregerunt, nomen publicitus eraserunt*. Hæc tamen similiáque à proposito sermone videntur paulò remotiora. Sed lubet duo annotare exempla, quæ non aliena sunt ab ea, de qua agimus, in effigies damnatorum executione, quorum vnum Græcum est, alterum Romanũ. Lycurgus orator Hipparchũ Timarchi filiũ refert proditionis accusatũ fuisse. Ille autẽ cùm die iudicij cõstituto cõtumax abfuisset, morte eũ multari & dãnari iudicibus visum est. Cũ autẽ corpus cõtumacis, legitimũ sanè pœnæ pignus & idoneum supplicio subiectũ, prehendere per absentiam non licuisset, iudices effigiẽ eius atque imaginẽ, tanquã ipsummet Hipparchum, de summa arce deiici & præcipitari iusserũt: erectáque colũna suffragiis suis decreuerũt, Hipparchum, cæterósque sceleratos & proditores in ea inscribi. Verba Lycurgi oratoris hæc sunt; Ιππαρχον γὰρ τὸν Τιμάρχου οὐχ ὑπομείναντα τῆς προδοσίας ἐν τῷ δήμῳ κρίσιν, ἀλλ' ἔρημον τὸν ἀγῶνα ἐάσαντος, θανάτῳ τοῦτον ζημιώσαντες, ἐπειδὴ τῆς ἀδικίας οὐκ ἔλαβον τὸ σῶμα ὅμηρον, τὴν εἰκόνα αὐτοῦ ἐξ ἀκροπόλεως καθελόντες καὶ συγχωνεύσαντες καὶ ποιήσαντες στήλην, ἐψηφίσαντο εἰς ταύτην ἀναγράφειν τοὺς ἀλιτηρίους καὶ τοὺς προδότας, καὶ αὐτὸς ὁ Ιππάρχος ἐν ταύτῃ τῇ στήλῃ ἀναγέγραπται καὶ οἱ ἄλλοι δὲ προδόται b. Apud Romanos videtur id nouum fuisse ante Celsi tyranni condemnationẽ. Sic enim Trebellius Pollio, *Nouo iniuriæ genere imago in crucem sublata persultãte vulgo*

a Sueton. in Domi. cap. 23.

b Lycurgus orator in orat. contra Leocratem pag. 164.

vulgo quasi patibulo ipse Celsus videretur affixus[a]. Istæ autem in effigies damnatorum executiones apud veteres raro occurrunt, apud nos frequentes sunt & vsitatissimæ. Atque ab eo die damnatus pro ciuiliter mortuo habetur, vt neque contrahere, neque testari, aut de rebus suis disponere, ac neque etiam bonorum fructus, annuósque rerum suarum reditus percipere possit: sed fisco ea omnia applicantur, exoluto prius ære alieno. Itaque cùm peruicax adeo & perpetua contumacia fuit, vt neque iudiciorum authoritate, neque ignominia, neque bonorum publicatione defunctus adigi potuerit, vt se legibus præberet copiámque sui faceret: Æquúmne videbitur post tot moras & affectatam exquisitis dilationibus contumaciam, hæredi, qui defuncti personam quoad bona sustinet, faueri? Iure Romano licebat reo, si copiam sui tempestiuè faceret, & se iudicio sisteret, crimen refellere & innocentiam suam asserere[b], & id quidem intra annum. Annus autem ab eo tempore incipiebat, aut cùm primùm rei bona annotata fuerant, aut cùm damnatio palàm & publicè proposita edicto innotuerat[c]. Itaque olim si intra annum reus se iudicio sistebat, in possessione bonorum suorum remanebat[d]. At si continuò latitans, sui copiam in iudicio non faceret, lapso anno bona eius omnia fisco applicabantur[e]. Constitutiones regiæ apud nos æquiore temperaméto contumacem reorum absentiam puniunt. Nam cùm Romanis legibus annus tantùm à tempore adnotationis præscriberetur, constitutiones nostræ quinquennium à tempore damnationis indulgent: nisi Senatus authoritas condemnationi accesserit. Quoties autem lapso quinquen

a Trebell. Pollio in vita Celsi tyranni.

b l. Cod. de requ. reis.

c l. 1. §. prę. sides. l. pen. in pr. ff. de requ. reis. d l. fin. ff. de requi. reis.

e d. l. 1. §. sed & Papinianus. ff. de req. reis. l. quicunque. C. de requir. reis. l. absentem. ff. de pœnis. l. absentem. C. de accus.

Source : BIU Cujas

quinquennio aut interposita arresti authoritate mulctas pecuniarias necessariò exolui constitutione regia cauetur: quid esset iniustius, quàm si ius semel aliquando actori quæsitum, postea morte contumacis tolli aut reuocari posset? Illud quidem constat pœnalia iudicia in hæredem non transire, si de infligenda corporali pœna agatur. Hoc enim casu pœnâ suos tenet authores. Sed quoties mulcta ciuilis & pecuniaria, viuente eo, de cuius bonis agitur, quæsita est, & arresto adiudicata: non minus aduersùs hæredem quàm aduersùs defunctum executio condemnationis legitimo iudicio latæ locum habet: Idque etiam iure ciuili cauetur [a].

a lex iudiciorum. ff. de accusat.

SENATVS hæredes, qui ad purgandam mortui memoriam & diluendam criminis defuncto obiecti accusationem admitti postulabant, eodem iure eademque constitutionis seueritate teneri atque obligari iudicauit. Vt quemadmodum defunctus, sic & ipsi hæredes, antequam de calumnia accusationis defunctique innocentia quidquã proponere & allegare permittatur, mulctas pecuniarias arresto adiudicatas, simúlque litis expensas exoluere teneantur [b].

b Arrest donné à la tournelle le 3. de Iuin 1581. entre Charles Chauuet & Adrian du Bois, plaidans du Val & Monsieur Magot, qui depuis a esté Aduocat du Roy.

IN HOC de iudiciis aduersùs contumaces tractatu pleraque occurrunt, quæ decisione digna videntur. Ac primùm in ea, quam mox proposuimus regula, Constitutionis rigorem & seueritatem aduersùs hæredem eodem iure censeri, illud quidẽ ex Senatusconsulti authoritate nullam recipit dubitationem, reo post lapsum quinquennium mortuo: Veluti si reus damnatus est anno 1585. ac postea decessit anno 1591. post ius actori ex constitutionis beneficio quæsitum. Quid si reus ante quinquenni-

quennij lapsum decesserit? Exempli gratia, si Titius anno 1588. per contumaciam condemnatus fuerit, decesserit autē anno 1591. Hæres verò de purganda defūcti contumacia non antè experiri voluerit, neque priùs admitti postulauerit nisi anno 1594. An constitutionis pœna aduersùs hęredem locum habeat, quæsitum est. Primùm enim constat sententiam in vim contumaciæ latam per quinquennium durasse. At hoc solùm constitutio spectat, an continuo quinquennij silentio damnatio contumacialis locum habuerit. Deinde contumaciæ effectus non pœnam capitis aut corporis suppliciū & animaduersionem spectat, sed mulctas tantū, quæ pecuniariæ sunt & ciuiles. Itaque cùm ante defuncti mortem cœperit hæc quinquennij præscriptio, defunctus bona sua ipso cœptæ præscriptionis iure quodammodo affecta reliquit. Cùm verò defuncti bona ad hæredem cum caussa sua ciuili transeunt, cur nō idem cœptæ præscriptionis tenor aduersùs hæredes continuabitur a? Duplex defuncti crimen spectari & distingui debet: Primum est ipsum patrati facinoris delictum: Alterum ex ipsa contumacia pēdet, cùm reus se iudicio sistere per contumaciam spreuit. In hoc autem posterius contumaciæ crimen non minus hæres quàm defunctus incidit, Constitutionis autem, de qua agitur, pœna, non ex crimine, sed ex sola contumacia descendit. Nam quòd hæres facinoris à defuncto commissi innocentem se iactat; hoc efficit ne corporaliter in eum animaduerti debeat. At in iis quæ ad ciuiles & pecuniarias pœnas pertinent, hæres non minus contumaciæ, quàm bonorum successor est: siquidem intra quinquennij tempus agere ac defuncti contumaciam

a *l. vnica. ff. si pendēte appellatione mors interuenerit.*

tumaciam purgare neglexit. Quin & ipsa iuris atque æquitatis ratio suadet vt durior statuatur hæredis quàm defuncti conditio. Defunctus enim pendente quinquennio requiri potest, prehendi si fortè occurrat, & in ius ad causam dicendam trahi. At hæres neque prehendi potest, neque alio, nisi quo voluerit, tempore cogi ad agendum, & purgandam defuncti contumaciam. Itaque hæres callidus & versutus accusatoris obitum aut testium absentiam morientemve expectabit: per longas temporis moras dabitur aliqua testes corrumpendi occasio: facile erit viduam ac minores defuncti liberos dilationibus & iudiciorum tædio vexare: neque priùs hæres aget, quàm vbi corruptis testibus criminum probationes auertere & iudiciorum authoritatem eludere ac frustrari licebit. Hæc controuersa quæstio in Senatu tractata est, ac licèt supradictæ rationes omnes proponerentur, tamen in hæredum fauorem iudicata fuit, scilicet hæredes constitutionis pœna non teneri, si reum obiisse ante lapsum quinquennij constet. Neque tamen omittendum est solemne hoc Curiæ arrestum illud habuisse speciale, quòd hæres contumacis minor erat, atque ideo ætatis ratione aduersùs quinquennij præscriptionem restitui poterat. Idem tamen in hærede maiore ex iuris ciuilis regulis iudicandum crediderim. Sic enim Iurisconsultus ait, si reus intra annum decedat, bona eius ad successores integro iure transmitti [b]. Vt certè æquitati conuenions videtur minus indulgeri defuncto, cui veritatis cognitio nec dubia fuit nec incerta. Nam defunctus aut criminis conscius fuit, aut innocentiæ suæ certus. Hæres autem non modò crimi-

a Par arrest du Samedy 19. de Decembr. 1593. plaidant Gillot pour Machurin Flouier tuteur des enfans du S. de Courtenay appellant, & Martillie. re pour Guillaume Sauiõ intimé.

b *l. 1. in fin. ff. de requir.*



Source : BIU Cujas

minis incertus est, commissum sit, necne, sed & plerunque accusationis propositæ & sententiæ in eo tumacem latę ignarus est. Hinc fit vt in eiusmodi caussis lex hæredi longius, quàm defuncto, tẽpus indulgeat a. Deinde cùm cõstitutio quinquennium præscripsit, & addidit post lapsum quinquennij non aliter contumaciam purgari posse, quàm exolutis priùs pecuniariis mulctis: Hoc constitutio per modum pœnæ sanxit. Pœna crimen præcessisse indicat. Contumacia crimen est, non tamen aliter quàm si integro quinquennij spatio duraverit. Itaque defunctus, qui intra quinquennium decessit, morte sua criminis ac contumaciæ tempus præuenit. Ergo & pœnam constitutione irroga tam præueniſſe iudicandus est.

a *l. fi. Cod. si pendente appellat. mors interuenerit.*

*QVIN ET* in eodem Senatu disceptatum fuit, an quod in hærede simplici Cutia iudicauerat, idem etiam in eo qui hęres est sub beneficio inuentarij, locum haberet. TITIVS hæres, qui inuentarij beneficio tutus erat, dicebat, Non mirum esse si is, qui purè & absolutè hæres est, eodem adstringatur solutionis vinculo, quo & defunctus. Nam per aditionem hæreditatis fit vtriusque patrimonij ac bonorum confusio. At quoties aliquis non aliter hęres est, quàm sub beneficio inuẽtarij, nulla bonorũ inducitur confusio, sicque hoc casu constitutionis executio non aliam habere potest acerbitatem, quàm vt defuncti bona distrahantur. Quæ si sufficiant, accusator ex illis sibi satisfieri procuret. Si non omnino sufficiant, quid vltrà accusator vindictam suam exercere cogitauit? Neque enim inuentarij beneficium, quod iure ipso introductum est permittit bona hæredis propter defuncti

Source : BIU Cujas

functi crimen eiúsve æs alienum discuti aut renundari. Sed interea laudandus hæres, qui nulla lucri aut bonorum spe ægrè fert innocentem defuncti memoriam perpetua damnationis infamia notari. CONTRA TITIVM proponebantur eædem illæ, quæ aduersùs hæredem simplicem rationes. Iniquum sanè si dura constitutionis lege censeatur is, qui simpliciter & absolutè æs alienum defuncti suscepit, quique bona fide purum se ac sine conditione vlla hæredem prestitit: & tamen excusetur ille, qui cautus & callidus à defuncti ære alieno pedem refert, seque saluũ & indemnem præstat. Huic enim minus faueri debet, cùm sola aut certè præcipua æris alieni cótemplatione lex ignominiosum esse ducat aliquem sine hærede decedere [a]. Atque ideò Doctores iuris eum qui sub inuentarij beneficio hæreditatem adiit, non absolutè hæredem, sed quasi hæredem appellant [b]. Quòd si hæredem istum à constitutionis seuera sanctione excusaremus, nihil facilius esset, quàm fraudem legi facere: siquidem deinceps damnati hæreditas non aliter adiretur, quàm adhibita priùs inuentarij solemnitate, cuius prætextu constitutionis pœna eludi posset.

*SENATVS* idem in isto hærede quod in hærede simplici iudicauit [c].

CONSTITVTIONVM regiarum acerbam seueritatem hoc velle diximus, ne qui ipso post condemnationem quinquennio copia sui facit, aut qui arresto Curiæ absens damnatus exinde iudicio se sistit, ad probandam innocentiam priùs admittatur, quàm mulctas ciuiles & pecuniarias exoluerit. QVÆSITVM est an commissa con

a *l. prin. ff. quæ in fraudē credit. §. 1. quibus manumit. licet.* b *Doctores in l. fin. §. si verò post quàm. & glossa in §. in computatione. C. de iure deliberandi.* c par arrest donné à la tournelle le 18. d'Aoust 1584. cõtre Antoine Grenier. Et par autre arrest dõné aussi à la tournelle le Samedy 16. de Feurier 1585. entre Pierre Giraud appel. & Renee Bertrand inthimee, plaidant Dolet.

Source : BIU Cujas

ſa conſtitutionis pœna & ſeuerus ille rigor à Senatu remitti aliquando ex cauſarum circunſtantiis poſſet. Hæc quæſtio controuerſa diſputatione & dubiis hinc inde rationibus tractata & diſceptata fuit in iſta facti ſpecie. Plures arguebãtur Ioannem d'Arſac interfeciſſe. Abſentes capitali iudicio damnati ſunt, & mulcta decem mille aureorum viduæ ac liberis defuncti adiudicata. Damnatorum vnus (is Martiniere vocabatur) multo pòſt tempore deprehenſus eſt, & in carcerem cõiectus. Ille cùm innocentiam ſuam profiteretur, ingentem autem illam mulctam per inopiam præſtare & exoluere nõ poſſet: veniam pœnæ à Senatu deprecabatur, & à ſeueritate conſtitutionis excuſari volebat.

*PRO MARTINIERE REO.* Leges quaſvis & conſtitutiones recta æquitatis ratione ſubniti cõſtat. Neque enim verba captari oportet, ſed ad id quod fieri & præſtari poteſt ſanctiones omnes & Principum reſcripta referri cõueniẽs eſt. Quintilianus eleganter: *Adeone iniuſtos támque imprudentes exiſtimatis legumlatores fuiſſe, vt neceſsitate præſtringerẽt ea quæ præſtari non poſſent* [a]? Arnulphus Epiſcopus Lexouienſis: *Tunc* (inquit) *in poteſtate iudicis eſt, mollire ſententiam & mitius iudicare quàm leges, cùm rerum vel perſonarum merita poſtulant, aut inſtantia neceſsitatis exterquet* [b]. Imperator Claudius non ſemper preſcripta legũ ſecutus, duritiẽ, lenitatémve mulctarũ ex bono & æquo moderatus eſt [c]. Erat iſte mos Antonino Imperatori, vt omnia crimina, minore ſuppli cio, quàm legibus plecti ſolẽt, puniret [d]. Caſſiodor us, *Procliuior ad miſericordiam via bonis mentibus ſemper patet* [e]. Conſtitutio regia reum contumacem ad ſolutionem cogi permittit:

a *Quintil. decla. 429.*

b *Arnulph. epiſt. ad Papã Alexandrum, fo. 46.*

c *Sueto. in Claudio.*

d *Capitol. in M. Anto. Philoſopho.*

e *Caſſiod. lib. 1. var. epiſt.*



Source : BIU Cujas

sed si nulla solutionis spes est, æquúmne erit innocentem perpetuo carcere includi, & quia aliquãdo reus abfuit, nullum deinceps innocentiæ locũ superesse? Mulcta decem mille aureorũ iudicata fuit, non quidem miseri istius & inopis intuitu: siquidem vniuersi eius patrimonij valor ne quingentos quidem aureos exæquat. Sed cùm inter damnatos, quos suspicio criminis tangit, duo sint nobiles & magnates, horum contemplatione ingens ista decem mille aureorum summa, mulctæ pecuniariæ nomine, viduæ ac defunctis liberis adiudicata fuit. Iste & se cædis tempore abfuisse probabit, & innocentiam suam profiteri paratus est. Damnatus fuit, sed absens. Quis nescit absentium famam calumniis facilè posse opprimi? Quis etiam ignorat quàm leues sufficiant probationes, imò & falsa præsumptionum iudicia, vt absens aliquis & cõtumax damnetur? Ipse quidem fatetur vno eodémque contumaciali iudicio se atq; alios plures damnatos: agnoscit etiam in extraordinariis istis criminum iudiciis reos in solidum conueniri, nec fieri mulctarum in viriles diuisionem: Vt nec diffitetur præscriptum constitutione regia quinquennij tempus præteriisse. Sed si legem loquentem audire liceat, dicet ipsa voluisse ad solutionem reos quouis executionis bonorum rigore compelli. Innocẽtibus autem spem omnem purgandæ calumniæ in iudicio præcludi ne cogitasse quidem. Itaque si etiam quacunque executionis aut carceris acerbitate solutio ab eo exigi vel sperari non potest, qui ne vicesimam quidem indictę mulctæ partem in bonis habet, non debet censeri constitutio innocentiæ locum omnem, ne vllibi consistat, interdi

a *l. si ideo: ff. de cuict. Bart. in d. l. si ideò, & in l. Papinianus. §. meminisse. ff. de inoff. testamẽto.*

terdixisse. Neque enim æquum est vt absens calumniis falsísque testium assertionibus oppressus, perpetuò miser & damnatus continuo carcere detineatur, ídque eueniat non tam quòd sceleratus sit, sed quia nummos non habet. *Quid faciant leges vbi sola pecunia regnat, Aut vbi paupertas vincere nulla potest?* An diuitibus patebit iudiciorum aditus, illísque solis licebit innocentes esse: inopi, si pecunia destituatur, non permittetur in iudicio capitis innocentiam suam ab accusatione calumniosa vindicare?

*PRO VIDVA ET DEFVNCTI LIBERIS.* Quoties homicida magistratuũ misericordiã supplex implorat, iniquus est iudex qui pallẽtem ex metu supplicij faciem, carceris sordes, corporis squalorem & illuuiẽ miseratur. Quisquis enim de cæde iudicaturus sedet, non præsentẽ supplicis rei habitũ, sed perfusas cruore manus & anteactam furẽtis sicarij feritatem cogitet. Occurrat & obuersetur animo defuncti crudeliter interempti tristis imago: tãtúque sceleris memoria cadauer inultum diutiùs iacere non patiatur. Quid verò iniustius aut iniquius esse potest ista contumacis rei deprecatione? Ille inopiã suam allegat. At nõ solet paupertas facinorosos excusare. Sin verò deprecatio ista veniam consequatur, nulli non contumaces rei excusatione eâdem abutentur, dicéntque se per inopiam mulctarum solutioni satisfacere nõ posse: Sic deinceps constitutionis executio aperta fraude & mendaci allegatione eludetur. Quòd si votis ac desiderio locus esset, vtinam impurus iste manus haberet, quales asserit, cædis tam inhumanæ innocentes. Nam & vidua amantissimo coniuge frue-



Source : BIU Cujas

retur, & defunctum parentem chara soboles non desideraret. Nunc verò cùm & hi parẽte orbati iustum dolorem exequuntur, & illa marito viduata luctum & mœrorem legitima iudiciorum vltione profitetur: quis tam durus est & immisericors, qui tristes eorũ aduersùs sceleratum querelas reiiciat & aspernetur? Ille innocẽtem se affirmat: Cur ergò si cædis conscius non est, tandiu abfuit? Quæ enim alia absentiæ ratio afferri potest, præter criminis & facinoris admissi conscientiam vt non tam iudicũ sententiis, quàm suo ipsius, qui fugit, qui tandiu latitauit, iudicio damnatus dici debeat? Ille Senatus æquitatem & misericordiã inuocat, & cõstitutionis duritiem tẽperari debere asseuerat. At quoties iudex in scelerum vindicta æquiorem se legibus & mitiorem præstat, aut malè simulatam misericordiam affectat: quid hoc est aliud quàm legibus vim inferre, iustitiæ regulas prodere, & quidquid diuini humaníque iuris est violare? Nam cur scriptæ leges nisi vt obseruentur? Sceleratorum impunitas innocentes prodit: & improborum venia, sæuitia est, & acerba in probos crudelitas. *Sicut enim disciplina cautelam, sic insolentem pronior indulgentia creat audaciam* (inquit Arnulphus [a].) *Pietatis genus est in illos distringere qui se sceleratis docentur actionibus miscuisse*, ait Cassiodorus [b]. Iste plures eiusdem sceleris participes esse allegat. An ideo vniuscuiusque eorũ crimen minus est aut faciliore venia dignum? Vtinam omnes illi tam iniustæ cædis participes legibus se præberẽt. Latent, sed vindex Deus supplicio illos suo tempore destinat. Interea mulcta in absẽtes iudicata nec diuidi potest, nec pro parte exolui. Constat enim eos qui iudicio criminali damnati

[a] Arnulph. epistola ad Papã Alexandrum fol. 47.

[b] Cassiod. l. 2. ep. 14.

sunt,

Source : BIU Cujas

sunt, insolidum conueniri. Magna est mulctæ quãtitas. Sed & atrox est cædis tam inhumanæ crimen: Hoc idem facinus omnes tenet? Omnes ergo eãdem pœna, eodémque seueritatis vinculo obligentur.

*SENATVS* Martinietium ad purgandam contumaciam admitti noluit priusquam mulcta iudicio contumaciali adiudicata, exoluta ab eo fuisset a.

QVIN ET eo casu quo absens dãnatus post quinquẽnij lapsum à tẽpore damnationis decessit, ex eadẽ constitutionis regula Senatus sæpe iudicauit hæredẽ non amplius admitti ad quæstionẽ bonorum b. Quæ iuris seueritas magna est nec in omnibus causis perpetua. NON tamen ex illis Curiæ arrestis dixerim, nullo casu Senatum posse constitutionis Regiæ ἀκριβοδίκαιον temperare. Nam & ipsa cõstitutione Molinęis habita hęc Principi potestas expressè reseruatur, vt ei liceat ex variis rerum ac personarum circunstãtiis pœnarũ cõtumacialium duritiẽ & constitutioniis Regiæ seueritatẽ remittere. Hoc tamen non aliter à Senatu concedi solet, quàm si reus vel iustas absẽtiæ causas exprimat, vel calumnioſę accusationis prõpta & probabilia proferat indicia, simúlque Principis veniã & rescriptũ ac pœnæ cõtumacialis remissionem impetrauerit. Vt in ea ipsa supradicti Martinierij causa, cũ ille per bienniũ diuturno carcere clausus, nullã solutionis spem daret, sed & Principis rescriptum obtinuisset, quo cõstitutionis rigor ei remittebatur, multis absentiæ causis, multisque cõtumaciæ excusationibus

a Arrest donné au profit de Dam. Mathurine le Riche, le 6 Octob. 1574. à la tournelle, M. de Fleury rapporteur, la cause auoit esté appointée au cõseil, Chauuet plaidant pour Martiniere, & moy pour la Damoiselle.

b Par arrest dõné à la tournelle le 14. de Iuil. 1582 moy plaidant pour le Comte de Lude, auquel comme seigneur d'Illiers vne confiscation auoit esté adiugee. Et par autre arrest aussi donné à la tournelle le Samedy 16. de Mars 1585. entre Louys & Françoise Guerius appellans, & Iacques d'Anglure inthimé, plaidans M. de Beau & des Champs.



Source : BIU Cujas

adiectis: Senatus ei tandem causa plenissimè cognita permisit, etiam non exoluta mulcta pecuniaria, innocentiam suam à calumnia vindicare, eámque legitimis probationibus asserere. Hoc idem Senatus æquum iudicauit quoties de iis agebatur, quibus ciuilium bellorum tempore sistere se iudicio non licebat. Nam aduersùs illos etiam post quinquennij lapsum constitutionis regiæ rigor non obseruatur a.

a Iugé par arrest du 7. d'Octobre 1593. au profit d'Abel l'astoureau S. Dordieres, qui auoit esté absent à cause de la Religiõ pretenduë reformee.

HVIC TRACTATVI postremam hanc adiiciemus disputationem. Titius criminis accusatus post citationes ritè peractas absens & cõtumax à Senatu damnatus est: Post damnationẽ arrestum in scripta redigi à Senatore relatore debet, & apud acta curiæ deponi. Titius, cùm resciret Senatusconsultum ad acta curiæ à Senatore deferri, ea ipsa die, imò aliquo antè temporis momento copiam sui facit, & carcerem volens subit: vt constat oportere reos ex vinculis causam dicere. Contendit accusator reum, qui arresto damnatus fuerat, non antè ad sui defensionem admittendum, nisi priùs exoluta mulcta.

*PRO ACCVSATORE.* Nemo inficiari potest Titium & contumacem fuisse & arresto damnatum. Nam quis adeò impudens qui arrestum esse neget, cùm & Senatores sententiam dixerunt, & reus omnium iudiciis damnatus fuit, & Senator ille, qui de damnatione Titij ad Senatum retulit, condemnationem in scripta redactam, Præsidísque manu, vt moris est, subsignatam apud acta Curiæ deposuit? Dicam quod Seneca, *Index quam tulit de reo tabellam reuocare non potest* b. Nouum Senatoribus Romanis & insolens visum est,

b Seneca lib. 7. contro.

Source : BIU Cujas

est, quòd post legem de iure magistratuũ, quæ absentes summouebat, ne Cæsare quidem per obliuionem excepto, Pompeius, lege iam in æs incisa & in ærarium condita, correxit errorem [a]. At verò quò spectabit res ista pessimi exempli nisi vt deinceps reis impunè liceat accusatorum diligẽtiam eludere, & moratoriis ambagibus spem solutionis mulctarum excludere? Arrestum Curiæ ab eo die censeri debet, quo Senatus de contumacia Titij cognouit, licèt Relator damnationem scriptam nondum apud acta consignauerit. Solent quidem contumaces criminũ conuicti, effigie publicè proposita sub falsa veritatis imagine puniri, ac tunc quasi præsentes essent, Senatusconsultum palàm & publicè pronuntiari solet. Sed quis nescit solemnitates illas in damnatorum odiũ, dedecus, & infamiã obseruari? Etenim arresti vis & authoritas non ab executione pendet, sed executio authoritate arresti & Senatus imperio continetur. Post longã & diuturnã fugam, post multas dilationes & exquisitas absentiæ latebras, euicit tãdem contumacia patientiã iudicum. Damnatus est Titius vniuersi Senatus iudicio. Senator, qui relatoris munere fungebatur, arrestum non eâdem, sed sequenti die conscripsit, illúdque apud acta deposuit. Quis post tot affectatæ cõtumaciæ moras Titiũ nõ verè dãnatum, ac solẽni arresto iudicatũ audeat dicere? Damnatus autẽ cur nõ cõstitutionis pœnæ & seueritati satisfacere cogetur?

[a] Suet. in Iulio, c. 28.

*PRO TITIO REO.* Leges seueras & odiosas non extẽdi, sed restringi & terminis suis cõcludi iura volũt. Cõstitutionis rigor aduersùs eos est, qui verè atque absolutè arresto dãnati sunt. At verò in sententiis ac damnationibus solitas iudicio-

rum formas exactè ac præcisè obseruandas certissimi iuris est [a]. Quoties de capitali iudicio agitur, solet aut in reum præsẽtem, aut, si contumax sit, in eius effigiem fieri condemnationis executio : Sed priùs damnatur contumax Senatorum sententiis: arrestum apud acta Curiæ à Senatore, qui retulit, consignatur, publicè ac palàm in loco suppliciis destinato damnationis iudicium pronuntiatur à carnifice, antequam vel in præsentem reum, vel in eius effigiem animaduerti soleat : Atque hæc quidem publica pronuntiatio etiam apud antiquos solemniter obseruata fuit. Apud Heliodorum Chariclea ad supplicium ducitur, κήρυκος ὅτι ἐπὶ φαρμάκοις πυρὰν ἄγεται, σωφρονοῦσι ἐκδοῶντος [b]. Sic etiã Nicetas Pupacis condemnationem refert, quia Andronicum fugientem exceperat: Pupaces Imperatoris iussu (inquit Niceras) publicè multis verberibus flagellatur præcone magna voce proclamãte, ὅστις τὸν ἐχθρὸν τοῦ Καισαρέως προστίνται οἱ εἰσαεὶ ζῆται, καὶ δυσὶν ἡμέραις ἐκπέμπει, ἅτω καὶ μαστίγωται καὶ ἀποκεφαλίζεται [c]. Sic & apud Nicephorum Sapores Persarum Rex Vthazanem propter pietatem Christianam occidi, eíque caput amputari imperat. Præco autẽ publicè promulgare iubetur, Vthazanem morte mulctari, non quòd in Regiã maiestatem quidquam sceleratè commisisset, sed quia sacra Christianorum professus Regi parere nollet [d]. Iustinianus in Rusticum & Ioannem animaduerti iussit, præcone magna voce proclamante, atque singulos monente, vt legibus parerent, & ab iniusta cæde abstinerẽt [e]. Apud Lampridium Turinus iussu Imperatoris Alexandri Seueri necatur, præcone dicente, Fumo pereat qui fumum vendidit [f]. Vt & apud Vlpianum & in Gordiani

a L. prolatam. C. de sentent. & interlocut. iudicum.

b Heliodo. histor. Æthiop. li. 2.

c Nicetas lib. 4. imperij Manuelis Cõmeni, p. 66.

d Niceph. hist. Eccles. li. 8. ca. 36.

e Agathius li. 4. historiarũ.

f Lamprid. in Alexãdri Seueri vita.

Source : BIU Cujas

Gordiani Imperatoris rescripto extrāt huius antiqui moris vestigia. a. In hac autem caussa damnatio in æs incisa, h.e. apud acta Curiæ consignata nō fuit: nulla palàm ac publicè facta est damnationis pronunciatio. Apuleius, *Proconsulis tabella* (inquit) *sententia est, quæ semel lecta neque augeri litera vna, neque minui potest* b. Semel lecta (inquit). Ergo & lectam & pronunciatam oportuit. Sic olim caussæ graues, ac potissimùm capitales & extraordinariæ non statim iudicabantur: sed per multas dies exercebantur adhibitio multo consilio & velo interposito: deinde iudicia pronuntiabantur leuato velo. Diuus Basilius, Οἱ τοῦ κόσμου τούτου ἄρχοντες ὅτ' ἄντινα τῶν κακούργων θανάτῳ καταδικάζειν μέλλωσιν, ἐφέλκον ταὶ τὰ περιπετάσματα. Καλοῦσι δὲ τοὺς ἐμπειροτάτους πρὸς τὴν ὑπὲρ τῶν ὑποκειμένων σκέψιν c. Marcellus velis forum inumbrasse dicitur vt salubriùs litigantes cōsisterēt d. Sed alia ratione tribunalibus vela prætendi solebant, vt in causis grauioribus tēpus deliberandi iudicibus daretur, & dubias rationes vtrinque propositas examinandi commoditas semota turba concederetur. Voluerunt Imperatores Honorius & Theodosius, vt de submersis nauibus quæstiones leuato velo cognoscerentur e. Sed apud Marcellum Iurisconsultum in quæstione testamēti, quod testator inciderat & nomina hæredum deleuerat, Antonius Cæsar remotis omnibus deliberauit, & admitti rursus eosdem iussit, túmque sententiam suam pronuntiauit f. Plura autem de solemni ista pronuntiationis forma dicere non est necesse, ne ex publica hac arrestorum pronuntiatione & solita in effigiem damnati executione causæ istius decisio pendêre existimetur. Ideò

a *l. Si duo patroni. §. vlt. ff. de iureiur. l. fustib. Cod. ex quib. causs. infam. irrogatur.*

b *Apul. li. 1. Floridorum.*

c *D. Basilius epist. ad Eusebium.*

d *Plin. lib. 19. ca. 1.*

e *l. de submersis, de naufragiis li. 11. Cod.*

f *l. penult. ff. de his quæ in testamēt. delentur.*

enim constitutionis pœna in hac caussa locum nõ habet, quia audacter asserere possumus Titium, eo tempore, quo copiam sui fecit, nondum tamen arresto verè damnatum dici debuisse. Constat autem ex iuris dispositione contumaces, si quidem ante damnationem iudicio se sistant, pristinæ famæ restitui, atque illis licere innocentiam suam purgare, eámque ab omni calumnia vindicare [a]. Titius autem copiam sui fecit, & carcere legitimo volens sese concluſit, non modò eâdem die, sed & eodẽ matutini temporis momento, antequã arrestum à Senatore apud acta referretur. Senatus quidem præcedenti die de crimine cognouerat, sed arrestũ nõ priùs censeri debet, quàm & in scripta redactum & apud acta Curiæ depositum fuerit: Vt Romæ leges & Senatusconsulta statim atq; in æs incisa & in ærarium recondita fuerant, mutari aut infirmari ampliùs non licebat: sed leges quæcũque promulgatæ quidem, nõdum autem in æs incisæ erant, intercessione aboleri, aut alia ratione reuocari potuerunt. Vnde est quod sub Augusto, cùm Senatus censuisset, ne quis illo anno genitus educaretur: Suetonius refert eos, qui grauidas vxores habebant, curasse, ne Senatusconsultum ad ærarium deferretur [b]. Quia nempè antequam in æs incisum foret, & reuocari poterat, & vim atque authoritatem Senatusconsulti non habebat. Sub Tiberio factum est Senatusconsultum, ne decreta patrum ante diẽ ad ærarium deferrentur, idque vitæ spatium damnatis prorogaretur. Addit de tyrannide & crudelitate Tiberij Tacitus. *Sed non Senatui libertas ad pœnitendum erat, neque Tiberius interiectu temporis mitigabatur* [c]. Ergo Tiberianæ crudelitatis instar esset Titium ad mo-

[a] *Cap. ex literis, de constitut. l. 2. §. si frater. vers. & si quidem per contumaciam. ff. de collat. bonorum.*

[b] *Suetonius in Augusto c. 94.*

[c] *Tacitus li. 3. Annalium.*

tam

ram & contumaciam purgandam non admittere, & Senatui libertatem ad pœnitendum auferre, reo copiam sui ante scriptum & incisum Senatusconsultum faciente. Quinetiam si æquitatis ratio aliqua habenda est, nihil durius aut iniquius proponi posset, quàm si ille, quem nemo negat pridie contumaciam potuisse purgare, tam modico temporis interuallo omni purgãdæ moræ facultate excluderetur. In conuentionalibus Doctores iuris ambigua disceptatione torquentur vtrum moræ purgationi locus sit nécne a. At in iis quæ iudicia spectant, nemo vnquam dubitauit, quin mora vel cõtumacia purgari posset: ac maximè rebus integris, cùm temporis tam modici dilatio nondum actori præiudicium vllum attulit. Sic enim Caius Iurisconsultus, *Et si post tres aut quinque, pluréſve dies, quam in iudicio sisti se reus promiserit, secum agendi potestatem fecerit, nec actoris ius ex mora deterius factum sit, consequens est dici, defendi eum debere per exceptionem* b.

a L. Magnam. Cod. de contrah. & cõmitt. stipul.

b L. & si post tres. ff. quis cautionibus.

*SENATVS* Titium nulla mulctæ solutione, nullaque constitutionis pœna aut seueritate obligari iudicauit c.

c Arrest donné au profit du Sieur de la Rochebõne, contre le Sieur de Rebele 5. ou 6. d'Octob. 1583. Martin & moy plaidãs à huis clos en temps de vacatiõs.

---

*Iurisiurandi forma, cui superstitiosæ cæremoniæ ascribuntur, non est præcisè ac necessariò obseruanda.*

## CAP. XI.

ITEM pecuniaria inter Titiũ & Meuium mota, cùm probationes vtrinq; dubiæ & obscuræ essent, Titius iusiurãdũ litis decisoriũ Meuio defert. Formam autem, solemnitates

ac

ac cæremonias præscribit, quibus adhibitis, nec aliter iusiurandum à Meuio præstari postulat. Petit autem Meuiũ præsente sacerdote infulis sacerdotalibus insignito, tedis ardentibus, iurare in Ecclesia, manu sacris libris admota ad ea solẽnia verba, *Te igitur clementissime, &c.* Meuius iurare paratum se dicit per Dei viui nomen, coram iudice, tactis etiam sacrosanctis Euangeliis. Alias autem iuramenti conditiones, tanquam aut superstitiosas, aut superfluas, refutat & reiicit.

*PRO TITIO.* Religio iurisiurandi priscis temporibus ad dirimendas quaslibet controuersias interponi consueuerat. Nam & Rhadamanthus olim, vt refert Plato [a], lites interposito iureiurando finiebat, cùm diuinum numen magna veneratione homines religiosi colerent, & periuria pietas nesciret, Ορκός ἐστι μετὰ θείας παραλήψεως φάσις ἀναπόδεικτος, inquit Aristoteles [b]. Numa Pompilius tanto religionis cultu omnium pectora imbuerat, *vt fides ac iusiurandum* (inquit Liuius) *propulso legum ac pœnarum metu ciuitatem regerent* [c]. Verùm licentiosa sequentis sęculi impietas effecit tandem vt iusiurãdum à quibusdã dictum sit emplastrum æris alieni [d]. *Nemo* (inquit Petronius) *cœlum putat, nemo iusiurandum seruat, nemo Iouem pluris facit.* Itaque antiqui quò maior esset iurisiurandi religio, plerasque adinuenerunt cæremonias, quæ iurantibus terrorem ac formidinem incuterent. Solemnis apud Romanos iuramenti formula hæc fuit: *Si sciens fallo, tum me Diespiter salua vrbe arcéque bonis deiiciat, vt ego hunc lapidem deiicio* [e]. Pausanias refert simulachrum quoddam & effigiem Iouis, qui ὅρκιος tanquam iurisiurãdi vindex dicebatur. Ante simulachri

a *Plato li. 12. de legibus.*

b *Aristot. lib. 1. Rhetor. ad Alex. cap. 18.*

c *Liuius lib. 1.*

d *Gellius lib. 16. cap. 7. in fin.*

e *Gellius lib. ca. 21.*

Iachri illius pedes ænea tabula fuit, in qua inciſi elegi ad peierantium terrorem compoſiti [a]. Apud Arrianum Ὅρκος Bithyniæ fluuius eſt, qui periuros vorticibus ſuis inuolutos rapere & mergere dicebatur. Nec diſſimile eſt quod de Thyana aqua tradit Philoſtratus [b]. Inter Syracuſanos is qui ſanctè iuraturus erat, templum Cereris & Proſerpinæ ingreſſus, ſacris quibuſdam peractis, veſtem Deæ purpuream induebat, ſumptáque ardenti teda iurabat [c]. Nota eſt hiſtoria Glauci Lacedæmonij, qui depoſitum interpoſito iureiurando inficiari paratus, Pythiæ minis abſtertitus fuit [d]. Iuſiurandum Deorum fuiſſe per aquam Stygis tradit Ariſtoteles, quia (inquit) aqua eſt antiquiſſimum rerum omnium principium. πιμώτατον γὰ τὸ πρεσβύτατον. Ὅρκος δὲ τὸ πιμώτατον ἐστιν [e]. Poſt Cæſaris necẽplebs cõtrouerſias pleraſque interpoſito per Cæſarem iuramento terminabat [f]. Quin & Claudius nullum aliud eſſe credidit ſanctius iuſiurandum quàm per numen Auguſti [g]. Brutus apud Liuium per caſtiſſimum Lucretiæ ſanguinem iurat [h]. Iuramento, quod propria ſuperſtitione præſtitũ eſt, ſtãdum eſſe Diuus Pius reſcripſit [i]. Conceptum iuſiurandum, ſiue ἔπακτος ὅρκος dicebatur, quoties adiecta verborũ formula, is qui iurabat, aut caput ſuum, aut domum ſuam, ſi ſcienter fefelliſſet, deorum iræ conſecrabat [k]. *Audiat hæc genitor qui fœdera fulmine ſancit.* Olim milites vel ſuper frameas iurabant, vel iuſiurandum verbis ſolemnibus concepturi gladios ceruicibus ſuis admouebãt [l]. Nam & L. Papyrius Curſor diro carmine & noua inauditi ſacramẽti religione milites ſuos, ne fugerẽt, adegit [m]. Pauſanias meminit cuiuſdã aquæ, in qua Deum

Portunum

a *Pauſanias in Eliacis lib. 5.*

b *Philoſt. de vita Apollonij, l. 1.*

c *Plutarc. in vita Dionis circa finem.*

d *Herodot. lib. 6.*

e *Ariſtot. lib. 1. Metaph. ca. 3.*

f *Suetonius in Iulio c. 15.*

g *Suetonius in Claudio c. 21.*

h *Liuius lib. 1.*

i *l. non eris. ff. de iurei.*

k *Plinius in Paneg.*

l *Ammian. Marcell. lib. 21.*

m *Liuius lib. 10.*

Source : BIU Cujas

Portunum latere credebant, cuius numen id efficeret, vt si quis illo in loco peieraſſet, diras periurij pœnas non effugeret [a]. Sic & in Sicilia profundi lacus erant Palicis Diis dicati: iuxta quos olim præſtari conſueuerant ſolemnia iuramenta. Quiſquis autem fideliter & ex animo iurauerat, illæſus recedebat. Quòd ſi fraus, dolus, maláve conſcientia iuramento ſubeſſet, mox periurus eodem in lacu perire ſolebat [b]. Cicero teſtatur Græcorum ſolemnem fuiſſe morem iurandi cauſa ad aras accedere [c]. Virgilius: *Tango aras medioſque ignes & numina teſtor* [d]. Agathocles cùm vellet ſocietatem cum Carthaginenſibus inire, eámque ſacramento firmare, Amilcari expoſitis ignibus cereis tactíſque in obſequia Pœnorum iurat [e]. Sed ne videamur Ethnicis exemplis ſuperſtitioſas iurandi ſolemnitates tueri velle, plurima in ſacris ſcripturis paſſim exempla occurrunt, in quibus certæ iuramentis formulæ & cæremoniæ adhibitæ proponuntur: veluti Patriarcharum Abraham & Iacob: quorum hic à filio Ioſeph, ille à ſeruo ſuo iuſiurandum poſtulans, exigit vt manu femori ſuo appoſita iuret [f]. Quemadmodum autem Romani per ſalutem Principis iurabant: ſic & Ioſeph nunc per timorem patris ſui, nunc per ſalutem Pharaonis iurat [g]. Solemne iuſiurandum cum imprecatione Iuſtinianus in nouella ſua conſtitutione proponit [h]. Vetuit quidem Deus per externos Deos iurari [i], ne vlla vllo modo falſis Diis veneratio præſtetur, quaſi ſit quoddam defectionis argumentum, quoties aliquis per Deos alienos iurat. Sed cùm ita iuratur vt nihil diuino cultui ſit contrarium, ſed illæ tantummodò adhibentur cæremoniæ, quæ ad terrorem proſunt, vt iuran-

[a] Pauſanias in Corinth. li. 2.

[b] Macrob. lib. 5. c. 19.

[c] Cicero in ora. pro L. Cornelio Balbo.

[d] Virgil. lib. 12. Æneid.

[e] Iuſtinus lib. 22.

[f] Geneſ. c. 34. & c. 47.

[g] Geneſ. c. 31. in f. & cap. 42.

[h] Nouella 9.

[i] Exod. ca. 23.

tes

Source : BIU Cujas

tes Deum periurij vindicem formident, ac præsẽtem religionem colant & venerentur, nihil est quod improbari aut reprehendi possit. *Iurare enim malum non est, sed peierare peccatum*, inquit Diuus Augustinus [a]. Hinc fit vt iuramentum super altari & reliquiis sanctorum præstitum à canonibus approbetur [b]. Gregorius formam solemnis iurisiurandi proponit [c]. *Honestum videtur* (inquit Cornelius Papa) *vt qui in sanctis audet iurare, hoc ieiunus faciat, cum omni honestate & timore Dei* [d]. Locus autem venerationẽ addit, si in Ecclesia iuretur. Salomon, cùm templum dedicaret, *Si peccauerit homo in proximum suum* (inquit) *& habuerit aliquod iuramentum, quo teneatur adstrictus, & venerit propter iuramentum coram altari tuo in domum tuam, tu exaudies in cœlo, & iudicabis seruos tuos, condemnãs impiũ & reddens viam suã super caput eius* [e]. Gregorius Turonẽsis de quodã refert qui cũ iuramentũ mẽdax in Ecclesia præstitisset, mox, inquit, rigente lingua mutus effectus est [f]. Hinc fit vt maior statuatur pœnitentia pœnáque eius, qui in loco sacro, quàm eius qui in profano peierat [g]. Nicetas refert Rogerium Siciliæ tyrannum, eiúsque milites, cùm Bœotiam vastarent, solitos fuisse, vt incolæ reuelárent quidquid auri argentíque absconsum celabatur, exigere ab incolis, vt solemniter in Ecclesia iurare cogerentur, cinctis lumbis ingre ſſi & tactis sacris libris [h]. Plurimùm certè valet iurisiurandi solemnitas: Ideóque Essæi solebant sectatores suos graui nec ordinario iuramento obligare, ὅρκως φρικώδεις ἀπὸ τῶν, inquit Cedrenus [i]. Sub Imperatore Manuele Comneno Michaël Branas per imperatoris caput iurare iussus, sibi nefas esse dixit in tam solemni iureiurando

a D. Aug. epist. 254. ad Publicolam.
b Can. habemus 22. quæst. 1.
c Greg. li. 5. epist. 33.
d Can. honestum. 21. quæst. 5.
e Regum li. 3. c. 8.
f Greg. Turon. in lib. de gloria cõfessorum cap. 29.
g Can. qui peierat. 22. quæst. 5.
h Nicetas li. 2. rerum à Manuele Comneno gestarum, p. 38.
i Cedrenus pag. 146.

veritatem

veritatem celare & dissimulare [a]. Regnante Tiberio nemini licebat per fortunam eius iurare [b]. Constantinus Andronici filius secretum silentij promisit, præterquam si per Deum & Imperatoris vitam iurare cogeretur. Neque enim tam sacri iurisiurandi religio quidquam tacere eum permittebat [c]. At verò quæ ratio Meuium excusare potest, cur aut non iuret aut non referat iusiurandum? Iurare autem non potest nisi si forma delata & præscripta obseruetur [d]. Certè manifestæ turpitudinis esse leges crediderunt, nolle aut iurare aut iusiurandum referre. Titius conscientiam Meuij testem ac iudicem controuersiæ constituit: Si iuste litigat, si verè se quidquam debere denegat, cur timet iurare? Iurabit in Ecclesia: sacer est locus Deóque consecratus. Adhibebuntur cæremoniæ, sed sanctæ. Verba illa sacra super quæ iurare cogetur, horrorem & formidinem peieranti adferent: pietatem autem & veneratione eius cõfirmabũt, qui innocens corde, manibus puris, & ore probo veritatem iuramento firmare voluerit. *Omnia quidem* (vt ait Symmachus) *Deo plena sunt, nec vllus perfidis tutus est locus, sed plurimum valet ad metum delinquendi etiam præsentia religionis vrgeri* [e]. Quin & aliquando in Ecclesia factitatum legimus, vt qui innocentiam suam probare, & se aliquo crimine purgare vellet; ille aut ferrum candens gestaret, aut se in feruentẽ frigidámve aquam immitteret [f]. Quin & Abbas Vrspergensis Episcopi cuiusdam Albanensis meminit, qui igneus est appellatus, quòd in probationem pietatis Christianæ illæsus per flammam absque vlla exustionis nota pertransisset. Quod & idem in celebri de fide Christiana concertatione

factum

[a] Nicetas, pag. 67.
[b] Xiphil. & Dione in Tiberio.
[c] Cedrenus pag. 494.
[d] l. 3. §. vlt. d. qui per salutem. ff. de iureiur.
[e] Symmachus li. 10. epist. 54.
[f] Cap. ex tuarũ, extra, de purgat. canonica, cap. fin. ext. de purgat. vulgari.

Source : BIU Cujas

factum fuisse refert Nicephorus. Nam cùm duo Episcopi, quorum vnus Orthodoxus erat, alter Arrianus, de religione & recta fide disputarent, Orthodoxus conditionem obtulit, vt rogo ingenti accenso, ambo se in ignem coniicerent. Hoc Arrianus facere recusauit. Orthodoxus autem intrepidus igni se commisit: atque cùm ibi aliquandiu mansisset, per medium ignem illæso corpore, imò & intactis vestibus transiuit [a]. Apud Sophoclem insignes hi versus, in quorum explicatione vetus interpres antiquum morem tradit eorum, qui iuramentum aut ferri candentis gestatione aut per ignem transitione confirmabant. Η μὲν δ' ἕτοιμοι καὶ μύδρους αἴρειν χεροῖν, καὶ πῦρ διέρπειν, καὶ θεοὺς ὁρκωμοτεῖν Τὸ μήτε δρᾶται μητέτω ξυνειδέναι Τὸ πρᾶγμα βουλεύσαντι, μήτ' εἰργασμένῳ [b]. At te, ô delicate mendax, non ad ignem aut ferri candentis gestationem vrgemus: Hoc solùm petimus, vt solemniter iures. Peierare vis, sed non solemniter. Apud Turonensem Quintinus Episcopus Aruenus Eulalium, vt se innocentem purgaret, sacram accipere Eucharistiam coram populo inter missæ solemnia voluit [c]. Si vir pius & sãctus, nullo impietatis aut superstitionis metu, sacrosanctum illud mysterium adhibere ad probãdam innocentiam non recusauit: quid aliud te terrere dicemus, nisi quòd vir probus & innocens solemniter asserere non timet, & ex animo iurare semper paratus est: tu peierare tanto adhibito mysterio vereris & reformidas?

*PRO MEVIO.* Vlpianus eleganter dixit nonnullos faciles esse ad iurandum contemptu religionis: alios perquàm timidos metu diuini numinis vsque ad superstitionem [d]. Nam quemadmodũ

a *Niceph. Callist. lib. 15. histor. eccles. cap. 23.*

b *Sophocles in Antigone, pa. 225.*

c *Gregorius Turon. li. 10. ca. 8.*

d *L. 8. quæsub conditione. ff. de cõdit. inst.*

in tormentorum cruciatu, *mentietur*( ait ille) *qui tormenta ferre potest : mentietur etiam qui non potest : quia aliis patientia facile mendacium facit, aliis infirmitas necessarium*, inquit Quintilianus [a]. Sic & ipsa iurisiurandi religio non semper tutam ac certam veritatis probationem continet. Sunt qui veritatem vltrò ac non coacti fateantur: Sunt quos nec ipsa iurisiurandi religio, nec diuini numinis metus à periurio auocare queat. De quibus Iuuenalis, *Sunt qui in fortunæ iam casibus omnia ponunt, Et nullo credunt mundum rectore moueri, Atque ideò intrepidi quæcunque altaria tangunt* [b]. Aristoteles eleganter : ὅστις κακουργῶν οἴεται λανθάνειν τοὺς θεοὺς, οὗτος οὐδὲ ἐπιορκῶν τιμωρίας οἴεται τεύξεσθαι [c]. Viri probi assertio vera est, seu testem Deum inuocet, seu aliquid nullo adhibito iuramento asseueret: Quòd si aliquando solemnis assertio ab eo requiratur, nullum aliud iusiurandum erit, nisi per summum Iouem: cùm sit (vt dicebat ille) summi deorum proprius hic honos. Nam & iusiurandum dicitur quasi Iouis iurandum, vt ait Ennius [d]. Quis autem miretur Ethnicos olim pleraque impia, superstitiosa, & ridicula iuramentis adhibuisse: cùm periurij vindictam ad Deos referrent, Deos autem sibi ad libitum confingerent? Sic cùm in Arcadia prope fanũ Eleusynæ lapides duo prægrandes eminerent: ad eam lapidum compagem, incolarum & externorum multitudo de maximis quibusque rebus iusiurandum concipere solebat: quasi eo in loco præsens numen vindex periurij adesset [e]. Nos, qui pietatem Christianam profitemur, hæc omnia tanquam inepta, fabulosa, ridicula, ac

a Quintil. lib. 5. Insti. orat. cap. 4.

b Iuuenal. Satyra 13.

c Aristot. Rhet. ad Alex. c. 18.

d Apuleius in libello de Deo Socratis.

e Pausanias in Arcadicis lib. 8.

la, ac superstitionis & impietatis plena aspernamur. Olim philosophi quidam per canem, per platanum, per anserem: Pythagorei per quaternionem iurabant [a]. Scythæ per ventum & acinacem iuramenta sua concipere solebant [b]. Post obitum Hephæstionis, quem Alexander tãquam Deum coli voluit, iusiurandum supra cætera religiosissimũ existimabatur esse per nomen Hephæstionis [c]. Græci in caput alterius iurare consueuerant. Vnde Iuuenalis, *Græcis nondum iurare paratis In caput alterius.* Caius Caligula nullum sanctius iramentum, quàm per nomen Drusillæ credidit [d]. Quin & ipso Augusto viuente iurabant Romani per nomen & numen Augusti. Horatius, *Præsenti tibi maturos largimur honores, Iurandasque tuum per nomen ponimus aras.* Tertullianus, *Maiore formidine* (inquit) *& callidiore timiditate Cæsarem obseruatis quàm ipsum de Olympo Iouem: Citius denique apud vos per omnes Deos, quàm per vnum genium Cæsaris peieratur* [e]. Minutius Felix in Octauio, *Tutius eis est Iouis genium peierare quàm Regis.* Ideóque quoties per genium Principis iuratum fuerat, periurium acriter puniri solebat [f]. At verò Christianos testatur Tertullianus nunquam adigi potuisse, vt per genium Imperatoris iurarent [g]. Inter leges Caroli magni ita statuitur, *vt nullus præsumat per vitam regis & filiorum eius iurare* [h]. Neque enim admittenda est quælibet iurisiurandi formula, si quid aut paganismum aut superstitionem redoleat: Vtrumque enim pietati contrarium est. Superstitionem Græci

[a] *Lucianus in dialogo vitarum auctio. circa princip. Et circa medium, & in libello pro lapsis mier salutandum.*

[b] *Luc. in Toxari.*

[c] *Luc. in libello, Calumnis non temerè credendum.*

[d] *Sueto. in Caligula, cap. 24.*

[e] *Tertull. in apolog. aduersgentes.*

[f] *L. si duo patroni. §. fin. ff. de iureiur.*

[g] *Tertul. in apolog.*

[h] *Capitul. Caroli magni lib. 2. c. 42.*

*deuitan-*



Source : BIU Cujas

μοῦσαν vocant, quasi diuini numinis formidinem & horrorem: Viri pij Deum cum amore timent, & quasi amabile numen venerantur : Impij & ἄθεοι nullos esse Deos existimant. Superstitiosi diuinum numen formidant, non quia illud aut ament aut venerẽtur, sed quia diuinas pœnas tremunt, & cœleste numen, ne quod malum immittat, horrent. *Religio Deos colit, superstitio violat*, inquit Seneca a. Varro dicebat Deos à religioso vereri, à superstitioso timeri b. Hinc est quod apud Petronium ἄθεος ille dixit, *Primus in orbe Deos fecit timor*. Itaq; quodcunque in cęremoniis ad horrorem adhibetur, superstitiosum est & à pietate alienum. Atque huiusmodi superstitiosas execrationes plerunque aut ad scelera, aut ad conspirationes adhiberi videmus. Sic apud Liuium Abydeni præeuntibus execrabile carmen sacerdotibus iurarunt c. Nicephorus Compenus solitus erat milites suos obligare scripto libello, in quo diriſſimis sese deuouebant imprecationibus, nisi fortiter in pugna starent, & ad mortem vsque cum duce perseuerarent: atque hæ imprecationes & extraordinarij iuramẽti vincula suspicionem affectati imperij mouerunt, vt ideò Nicephorus apud Imperatorem Constantinum Romani filium maiestatis accusaretur & dãnaretur d. Sic etiam quoties sacramenta aut in magnis fœderibus, aut in conspirationibus ad certius secretæ coniurationis vinculum adhibebãtur, sanguinem humanum degustare nonnunquã moris erat. Tertullianus, *De sanguinis pabulo* (inquit) *& eiusmodi tragicis ferculis legite, nec vbi relatum sit diffusum brachijs sanguinem ex alterutro degustatum, nationes quasdã fœderi comparasse, nescio quid & sub Catilina*

a Seneca l. 2. de Clementia.

b Varro apud D. August. l. 4 de ciuit. Dei.

c Liuius li. 31.

d Cedreni annales pag. 595. in princ.

Source : BIU Cujas

*tilina degustatum est* [a]. Salustius Catilinariæ coniurationis sacramentum proponit execrationem habés, capútque iurantis si contra faxit, deuouens, ídque epoto sanguine humano [b]. Tacitus de Armeniis: *Mos est regib.* (inquit) *quoties in societatẽ coeant, implicare dextras, pollicésque inter se vincire, nodóque perstringere. Mox vbi sanguis in artus extremos se effuderit, leui ictu cruorem eliciunt atque inuicẽ lambunt. Id fœdus arcanum habetur quasi mutuo cruore sacratũ* [c]. Sic & apud Nicetam Isaacus Angelus Imperator malè audiebat, quia cum Principe Sarracenorum pacem iniisset: & ex eorum more vterque vena in pectore incisa suum alteri sanguinẽ propinasset [d]. Itaque existimandum est iuramenta omnia, quæ execrationes aliquas continent, impia esse: vt & quæuis alia, in quibus cęremonię adhorrorẽ & formidinem adhibentur, meritò superstitiosa esse asserimus. Superstitio autẽ quantũ à simplicitate Christiana distet, & δεισιδαιμονία quantũ aliena sit à vera pietate, nemo probus ignorat. Modestinus, *Si quis aliquid fecerit quo leues hominũ animi superstitione numinis terrerentur, Diuus Marcus huiusmodi homines in insula relegari rescripsit* [e]. Lex non quidem generaliter dicit omne iusiurandũ, per quod sibi quis voluit iurari, idoneum esse & necessariò præstari debere: sed ait, *omne licitum iusiurandum* [f]. Volunt canones iurari, *Viuit Dominus.* Nolunt iurari vel per capillũ Dei, vel per caput. Hæc enim omnia blasphemiæ sũt, & idololatrarũ superstitiosa cõmẽtas. Extat quoque decretum Synodi Constantinopolitanæ in Trullo, τοὺς ὀμνύοντας ὅρκους ἑλληνικοὺς ὁ κανὼν ἐπιτιμίοις καθυποβάλλει καὶ ἡμεῖς τούτοις τὸν ἀφορισμὸν ὁρίζομεν [g]. Ergo cõueniẽs est, vt vanas omnes & impias superstitiones

a *Tertull. in apologet.*

b *Salust. in Catilin. coniurat.*

c *Tacitus li. 12. ann. circa med.*

d *Nicetæ annal. lib. 22. de imperio Isaaci Angeli, pag. 202.*

e *L. 30. si quis aliquid. ff. de pœnis.*

f *L. non erit. ff. de iureiur.*

g *Can. & iurabunt, & can. si quis per capillum 22. quæst. 1.*

h *Can. 14. Syn. Constant. in Trull.*

abiiciamus, quæ terrorem magis quàm religionem iureiurando adferunt. Ideóque & candentis ferri & feruentis aquæ iudicium scribunt Stephanus & Honorius Pontifices à sacris canonibus esse alienum [a]. Neque verò ea, quæ nunc à Meuio fit, insoliti iurisiurandi recusatio exemplis, & quidem illustribus, deficitur. Ludouicum vndecimũ Francorum regem ferunt postulasse à Luxemburgio vt in colloquium descenderet. Non aliter Luxemburgius Comestabilis (quem quidam Comitem stabuli dicunt) id facturum se promisit, nisi priùs Rex Ludouicus iureiurando fidem daret fraudem vímque abfuturam, iuramentum à Rege prestari postulauit tacta sancti Laudi cruce. Ea crux in vrbe Andensi summa colitur religione, & peruetus habetur opinio, quicunque ad eã crucem conceptis verbis peierarit, eũ infœlici letho ante annum deficere. Noluit Rex conditionem iurisiurandi, qualis delata fuerat, sequi, nec ad eam crucẽ iurãdi caussa accedere [b]. Inter Vladislaũ Vngariæ Regẽ & Turcas fœdus sanciri conuenerat. Petierunt illi vt cõfirmandas pacis conditiones prolata in mediũ Eucharistia Vladislaus iuraret. Ille autem tale iusiurandũ præstare recusauit [c]. Guichardinus aliquid nõ dissimile de Hieronymo Sauonorola refert. Is inter seculi sui monachos præstantissimus tantũ potuit, vt & propheta crederetur, & Rempubl. Florentinã aliquo tempore ad nutum gubernaret. Sed cùm exinde velut impostor argueretur, pietatem suam transitione per ignem probare voluit: dummodo simul sacram Eucharistiam per medium ignem deferre liceret. Indignũ id, superstitiosum, & impium visum est, nec permissum [d]. Etenim assertiones omnes

a Can. consuluisti. 2. quæst. 5. c. fin. extr. de vulg. purg.

b Paulus Æmilius in vita Ludouici 11.

c Publ. Callimachus lib. 92. de clade Varnensi.

d Guichardinus lib. 3. circa fin.

nes seu ad innocentiam probandam, seu ad sanciẽdam fœderum fidem, seu ad controuersias dirimẽdas, fieri debent inuocato Dei nomine, non autem accitis cæremoniis insolitis & extraordinariis. Multa enim ex seipsis proba sunt, quæ si illicitè fiant, meritò reprobantur. Quinetiam illud experimentis constat, nunquam perfidiosiùs agi solere, quàm vbi cautiones fidei tot támque scrupulosæ adhibentur. Quò plus superstitionis & cęrimoniarum accedit, eò minus est securitatis. Καλοκαγαθίαν ὅρκου πιστοτέραν ἔχει, inquiebat Solon [a]. Fides syncera non scrupulis, sed integritate & probitate firmatur. Meritam fraudis & fallaciarum suspicionem mouent quęsitę extrinsecus solemnitates. Sub imperio Michaelis Paphlagonis cùm Constantinus Dalassenus, qui sibi ab Imperatore metuebat, neque eius iurijurando credere, neque in aulam Imperatoriam venire vellet; mittitur ad Dalassenum Constantinus Phagitzes Eunuchus, secum ferens veneranda crucis ligna, & linteum Christi imaginem habens expressam, & epistolã Senatoris manu ad Augarum scriptam, ac simulachrum virginis Deiparæ, quibus tactis solemniter de securitate iuratum fuit. Magna erat & solemnis præstiti iurisiurandi fides, non tamen ideò minus violata fuit, & Dalassenus in Platã insulam relegatus [b]. Basiliscus cùm in fanum quoddã confugisset, Zeno imperator, vt illũ inde extraheret, iuramẽtis se plurimis & grauissimis obligauit: μετὰ μυρίους ὅρκους φρικωδεστάτους, salutem Basilisco fide data pollicitus. Eum tamen statim in Cucusum Cappadociæ oppidum relegat [c]. Romanus Lacapenes, cùm imperij affectati suspectus esset, seipsum sacramento religioso

a Diogenes Laertius in Solone.

b Cedreni Annales, pag. 607. in princip. & 608. circa medium.

c Cedrenus pag. 289.

obstrinxerat, séque diris deuouerat, si vnquàm Imperium affectaret, φρίβοιδεστάταις ὁρκωμοσίαις ἑαυτὸν καταδεσμήσας. Neglecta tamen iurisiurandi religione perfidus effecit vt per vim Imperator crearetur [a]. Muzalo curator Imperij à Theodoro Lascari relictus non priùs Imperij administrationem suscipere voluit, quàm proceres ei obsequium & securitatem iurassent. Deinde cùm ex insidiarum metu vellet imperij curam deponere, vt priuatus omni inuidia liberaretur, non prius Imperij administrationem resumpsit, quàm omnes, tam ex nobilitate quàm ex militari plebe, homines sanctius multóque solemnius sacramentum præstarent, sibi & familiæ exitium imprecantes, si in Muzalonem insidias vllas struerent, ἐπαρώμενοι πανωλεθρίαν ἅπαντι τῷ γένει σφῶν ἕκαστος εἰ μὴ τοῖς ὅρκοις ἐμμένοιεν ἀσφαλῶς. Sed ô infidam iurisiurandi securitatē! Nondum elapsis nouem à sacramento diebus, illi ipsi qui iurauerant, Muzalonem interfecerunt [b]. Constantinus Despota Imperator à Syrgianne iusiurandum perpetuæ fidelitatis exegerat, verbis conceptis scriptum & coram sacrosancta imagine Dei genitricis τῆς ὁδηγητρίας. Syrgiannes tamen postea fidē violauit, ausúque temerario perfidus arma aduersùs Imperatorem mouit [c]. Sed Deus tantæ improbitatis vindex post ruptam & violatam iurisiurandi fidem, Syrgiannem eodem perfidiæ genere deceptum merita vltione oppressit. Nam cùm Syrgiannes vndique literis amicorum moneretur, vt sibi à Sphanze Palæologo caueret, non alia securitate sibi consulere voluit, contentus ab eo exigere sanctissimum iusiurandum solemniter & conceptis verbis scriptum, quod ante sacram mensam

a Cedrenus pag. 521.

b Nicephorus Gregoras lib. 3. pag. 30.

c Nicephorus Gregoras lib. 8. pag. 135.

mensam ab eo pronuntiari volebat ἐνώπιον τῆς θείας καὶ ἱερᾶς τραπέζης, ἱερέων τὴν θείαν τελεύντων μυσταγωγίαν. Non tamen religio vetuit, quominus Sphanzes Syrgiannem perfidè interficeret [a]. Hoc posterius exemplum ideò lubentius proposuimus, quòd iusiurandum Syrgiannes conceperat & exegerat non dissimile ab eo, quod Titius in hac causa præstari postulat. Vt inde & vanitatem & imprudentiam Titij agnoscatis, cùm tam ex isto quàm ex superioribus exemplis constet fidem & iurisiurandi religionem non cæremoniis, non conceptis verborum formulis, non externa superstitione, sed pietate, sed probitate & mentis synceritate firmari. At verò apud probos non ita leuiter subeundæ sunt quælibet iurandi conditiones & formulæ, quæ, si vel impietatis vel externæ superstitionis speciem aliquam habeant, reiiciendæ sunt & improbandę. Atque id illustri Principis piissimi & Christianissimi exemplo comprobare iubet. Diuus Ludouicus Francorum Rex in expeditione aduersùs Sarracenos captus est. Cùm de redemptione eius ageretur, & iam pars nummorum λύτρου ἕνεκα exoluta esset: placuit Sarracenis Regem liberari adiecta hac conditione, si modò solemniter iuraret se reliquum redemptionis pretium intra certum tempus soluturum. Hoc inter eos conuenit. Sarraceni sacramentum ita concipi requirunt, vt iuret Rex se, nisi stato & dicto tempore pretium exoluat, indignum fore paradiso, tanquam si Christũ abnegasset. Placebat quidem Regi conditiones redemptionis suæ iureiurando confirmare, séque paratum dicebat inuocato Dei omnipotentis nomine iurare: sed dira illa verba pronunciare recusauit: malle se dicens, capti-

a Niceph. Gregoras lib. 10. pag. 227.

a Ioinuilla in Chronico D. Ludouici Regis cap. 46.

uum interire, quàm tale iusiurandũ præstare? Principem illum Christianissimum & piissimũ de perfidia cogitasse nemo præsumet. Nam & quãdiu vixit, promissis suis nũquã defuit: & post obitum inter diuos est relatus. Quin & à Sarracenis tandem liberatus pretium omne stato die bona fide exoluit. Sed Princeps optimus extraordinaria eiusmodi iuramenta cum imprecatione, impia esse & illicita credidit. Non est ergo quòd tu me accuses, si superstitiosum hoc iusiurandum nec suscipere nec referre volo. Nam quid necesse est adhiberi sacra illa verba, & venerandæ consecrationis mysteria? Quid sacerdotem præsentem requiris & tedas vis accendi? Si pietatem colo, si diuinum numen veneror, si denique Christianus sum, Deum periurij vindicem formidabo, satisque erit inuocare Dei nomine tactisque sacrosanctis Euangeliis iurasse. Decet Christianum cæremonias superstitiosas & paganismo similimas execrari. Quòd si pietatem omnem abieci, nec periurij pœnas cogito, non terrent virum impium sacræ cæremoniæ, & audacem periurum externa superstitio non retinet. Deinde cur tu in publicum prodis, præsente sacerdote, cum insulis sacerdotalibus, tectisque accensis? Cur alias illas cæremonias requiris nisi vt confluat multitudo ad rem insolitam spectandam, & plebs ignara eum me esse existimet, de cuius fide ac probitate suspicio tanta sit, vt solita iurisiurandi forma ad veritatem ab eo eliciendam non sufficiat? Iusiurandum detulisti: iurabo, sed ea forma qua cæteri omnes in iudicio, & quam leges nostræ sacrique canones approbant.

SENATVS insolitas illas cæremonias tanquam

quam superstitiosas & abusiuas reiecit: Satisque esse iudicauit, si Meuius inuocato Dei nomine & tactis sacrosanctis Euangeliis iurare paratus esset a.

a Arrest donné le ieudy 28. de Mars 1585. entre M. Beraud de la Roche appellant, & M. Anthoine Iullien intimé. Plaidans Mes Chauuelin, & Deschamps.

*De bonis eorum qui sibi mortem consciuerunt.*

## CAP. XII.

IN Andegauensi prouincia lex municipalis confiscationes duobus tantùm casibus admittit, hæresi, & crimine læsæ maiestatis. Titius cuius bona immobilia in Prouincia Andegauensi sita erant, vltrò sibi mortem conscisciuit. Meuius bonorum Titij confiscationem Regia liberalitate obtinet. Seius legitimus ab intestato hæres contendit confiscationi locum non esse. Controuersiæ status erat, an is, qui sibi mortem conscisciuit, in hæresim & crimen læsæ maiestatis diuinæ incidat, vt ex lege municipali confiscationi locus sit. Quæstio in Senatu magna contentione agitatur.

*PRO MEVIO QVI CONFISCATIONIS DONATARIVS ERAT.*

Corpus hoc mortale quo animus retinetur, authorem & conditorem habet Deum, qui admirandæ diuinitatis suæ imaginem in hac membrorum compage expressit. Quisquis ergo scelerata & impia manu remplum hoc sacrosanctum destruit, sacrilegus est, & diuinam offendit conditoris & authoris maiestatem. Sacrilegus enim meritò dicitur quisquis rem sacram impia manu temerare audet. Sancta quidem est depositi fides, & nefarius quisquis deponenti domino fidem fallit.

At

At humano corpori Deus custodiendam animam commisit & deposuit. Túne hanc aut alij quàm domino, aut alio, quàm quo ille eam reposcit, tempore restitues? Stigmata seruis fugitiuis olim inurebantur. Annon seruus est fugitiuus, qui præmatura morte compagem animæ & corporis tentat soluere & violare? Deus nos in hoc mundo tanquam in statione constituit. Quemadmodum ergo miles, qui stationis munus relinquit, plusquam emansor est, ait Modestinus [a], Sic & iniussu summi Imperatoris de præsidio & statione vitę istius nefas est decedere. ζωὴ vitæ author καὶ ζωῆς dictus vitam hac lege tribuit, vt eam statuto tempore repetat, nec antè, quàm libuerit, recipiat. Cicero hæc refert verbà Pauli Scipionem alloquentis, *Nisi Deus is, cuius hoc templum est omne quod conspicis, istis te corporis custodiis liberauerit, in cœlum aditus tibi patere non potest* [b]. *Est* (inquit Plinius) *luctuosissimum genus mortis, quæ non ex natura nec fatalis videtur* [c]. Virgilius Didonis animā vix ac ne vix quidem egredi potuisse dicit, quoúsque Iuno *Irim demisit Olympo, Quæ luctantem animam nexósque resolueret artus* [d]. Luctantem animam ait, quia præpropere & iniussu summi Imperatoris non tam egrediebatur, quàm vi eiiciebatur, cùm eius esset educere, cuius fuerat introducere: & hoc idem poeta satis declarat. *Nam quia nec fato merita nec morte peribat, Sed misera ante diem subitóque accensa furore, Nondum illi flauum Proserpina vertice crinem Abstulerat, Stygióque caput damnauerat orco.* Nulla quidem sunt crimina delictáve, quæ nō Deo inuisa, hominibus odiosa sint: Hoc verò crimen supra cætera alia scelestissimum est. Nam delicta plerunque aut voluptatis, aut iræ, subi

[a] L. 3. §. qui stationis. ff. de re militari.

[b] Cicero in Somnio Scipionis.

[c] Plinius lib. 1. epist. 22.

[d] Virgil. lib. 2. Æneid.

Source : BIU Cujas

subitique furoris præcipiti ardore committuntur. At quisquis sibi mortem consciuit, nulla voluptate, nullo humano impetu ad id incitatus dici potest. Cæteri facinorum rei impunitatis & effugij spem aliquam habent: At in isto crimine delinquentem statim pœna obtorto collo prehendit, nec sinit effugere. Quis non impiam istam desperationem & præceps mortis desiderium execretur? Nam & actiones & cogitationes ita institui debent, vt nobis nec amor vitæ nec odium sit. Si quid infœliciter cedat, si curæ, si morbi, si molestiæ nos excrucient, magnum est fortitudinis & constantiæ argumentum, doloribus & vitæ angustijs resistere. Plotius Firmus præfectus prætorij Othonem sibi manus afferre volentem his verbis dissuadebat: *Maiore animo tolerari aduersa, quàm relinqui: fortes & strenuos etiam contra fortunam, insistere spei: timidos & ignauos ad desperationem formidine properare*[a]. Molles eos censet Aristoteles[b], qui viuere abnuũt, nisi fortuna voluptates inconcussas præstet, vitam securam, otiúmque dulce sine vllis aduersitatum incursionibus. Turpe est cedere dolori: laborioſa fugere, mollities est: non est strenuus qui certamen detrectat, nec fortis, qui dum mortem contemnit, dolorem vitæq; cruciatus reformidat: omnium est ignauissimus, qui vel tædij vel molestiarum causâ moritur. *Non afferam mihi manus* (inquit Senecac) *propter doloremsic mori vinci est. Nunquid vltrà quidquam corpori timendum est, quàm vt pereat*[d]? Martialis: *Hic, rogo, num furor est ne moriare mori?* Quintilianus. *Credibile non est* (inquit) *quenquam perire mortis metu. Quid enim timuit vlterius*[e]? Expectare mortem alacri & intrepido animo conuenit, fatúmque

a *Tacitus lib. 2. hist.*
b *Aristo. li. 2. Ethic. c. 7. in fin.*
c *Seneca epist. 58.*
d *Seneca epist. 24.*
e *Quintil. decla. 276.*

non

non modò patienter, sed etiam libenter excipere: ita tamen vt nec properemus ante tempus, nec cessemus in tempore. *Æquo iudicio* (inquiebat Iulianus Imperator moriens) *iuxta timidus est & ignauus qui cum non oportet, mori desiderat, & qui refugiat quum sit opportunum* a. Vera constantia certáque animi firmitas non illorum est qui in mortis tela, belluarum more, præcipites irruunt: sed eorum qui animum suum confirmant & ad vitæ & ad mortis patientiam. *Illud* (ait Seneca) *ex rabie interdum & repentina indignatione fit: hoc ex iudicio certo tranquillitas est* b. Sed quid tot rationum argumentis nostra progreditur oratio, quasi de forti aliquo heroe agatur, qui præclarum ediderit inuictæ fortitudinis exemplum: aut qui egregij alicuius facinoris causâ cogitationē mortis voluntariæ habuerit? Titius vir fuit sceleratus, qui criminis & vsurariæ improbitatis reus ideò sibi mortē consciuit, vt seueritatem iudiciorum voluntariâ pœnâ præueniret. *Quasi euasisse pœnam, sit præuenisse sententiam*, inquit D. Cyprianus c. Itaque infamē Titij exitum infamis criminum causa notat, & maculosæ conscientiæ turpitudinē inhonestę mortis dedecus adauget. Nā si calumnioſa fuit accusatio, cur non iudicio innocētiam suam tutari maluit? & vt ait D. Augustinus, *tanto fit nocentior cùm se occiderit, quanto innocentior in ea causa fuit qua se occidendum putauit* d. Plinius de Cæcilio Classico, *Ille* (inquit) *accusationem vel fortuita vel voluntaria morte præuertit. Nam fuit mors eius infamis, ambigua tamen. Vt enim credibile videbatur voluisse exire de vita, cùm defendi non posset: ita (mirum) pudorem damnationis morte fugisse, quē non puduisset damnanda committere* e. Ac ne quid eorū, quæ

a Ammianus Marcellinus li. 25.

b Seneca epist. 30.

c Diuus Cyprianus li. 2. epist. 8.

d D. Augustin. libro 1. de Ciuitate Dei c. 17.

e Plin. lib. 3. epist. ad Minucianum.

non ad con

Source : BIU Cujas

ad controuersiæ istius hypothesim attinet, omittatur, constat in eo cubiculo, vbi pendebat Titij cadauer, repertam fuisse chartulam, in qua defunctus hæc verba scripserat, *Dissoluor vt sim cum Christo, nec vana fides.* Quæ verba satis ostendunt, non furiosa & præcipiti mentis alienatione, sed falso errore & hæretica salutis confidentia attentatam αὐτοχειρίαν. Voluntarias mortes ethnici olim non semper nec promiscua laude probauerunt. Si quis Catonis Romani exemplo, vt se tyrannide liberaret, aut alia egregia de causa, animo forti ac generoso sibi manus intulerat, hunc demum laudibus etiam immodicis celebrarunt. At quisquis post admissa scelera supplicij metu sibi mortem conscisuisset, hunc non tãtùm probroso exitu infamem habuere, sed & sub Imperatoribus statutum fuit, ne crimen morte extingueretur. Tiberium noluisse refert Tacitus præmia accusatorũ aboleri, si quis maiestatis postulatus ante perfectum iudicium sese ipsum vita priuasset a. Quò pertinet illud Senecæ, *Magna res erat in quæstione, an morte rei perderentur* b. Sic & apud eundem Tacitũ, cùm Libo Drusus sibi manus attulisset: non ideò minus tamen accusatio peracta est, & bona inter accusatores diuisa c. Vlpianus, *Eorũ* (inquit) *qui mori magis quam damnari maluerint ob conscientiam criminis, testamenta irrita constitutiones sanciunt. Quod si quis tædio vitæ, vel valetudinis aduersæ impatientia, vel iactatione, vt quidam philosophi, in ea causa sunt vt testamenta eorum valeant* d. Vt Plinius Silium Italicum memorat insanabilis claui tædio ad mortem irreuocabili constantia decurrisse e. Christianis nullo animi aut metus discrimine, nulla reatus distinctione, sed omnino nefas est sibi

a Tacitus lib. 4. Annal.
b Seneca in Consolat. ad Marc. cap. 22.
c Tacitus lib. 2. Annal.
d L. si quis filio. §. eius qui deportatur. ff. de iniusto rupto & irrito testam. l. 38. si quis aliquid. §. fin. de pœnis. l. 6. omne delictũ. §. qui se vulnerauit. ff. de re militari.
e Plinius l. 1. ep. 7. ad Caninium.

Source : BIU Cujas

sibi manus afferre, & iniussu diuini numinis de statione vitæ istius præpropera morte decedere. Canone 17. Concilij Antisiodorensis ita statutum est; *Quicunque se propria voluntate in aquam iactauerit, aut collo ligato se suspenderit, aut de arbore præcipitauerit, aut ferro percusserit, aut qualibet occasione voluntariæ se morti tradiderit, istorum oblata non recipiantur.* Diuus Ioannes Chrysostomus censet Deum non alia ratione statuisse, vt mors dolores & cruciatus haberet, quàm ne homines molestiis vitæ fessi & mœrore aliquo anxij in vecors moriendi desiderium præcipites facili impetu ruerent [a]. Antiqua lege Caroli magni his verbis statuitur; *De eo, qui semetipsum occidit, aut laqueo suspendit, consideratum est, vt si quis compatiens velit eleemosynam dare, tribuat, & orationes in psalmodiis faciat: Oblationibus tamen & missis ipsi careant* [b]. Ipse etiam poëta animas eorum qui sibi mortem consciuerant, miserè haberi tradit: *Proxima deinde tenent mœsti loca, qui sibi lethum Insontes peperere manu, luménque perosi Proiecere animas* [c]. Itaque olim cùm eum qui mori vellet, ne mortis quidem dolores à furioso & improbo hoc impetu retinerent, nihil vtilius aut cómodius visum est, quàm vt insignis aliqua ignominiæ nota hoc genus mortis infamaret. Nam, vt ait Tertullianus, *omnibus ferè ingenita est famæ post mortem cupido* [d]. Quintilianus, *Non satis putauerunt maiores eas pœnas constituere, quas possit aliquis excipere in vita: Multos magis tangit sepultura: Ad cogitationem post se futurorum plerique grauius mouentur* [e]. Sic enim sola post mortem infamia ab hoc præcipiti mortis voluntariæ desiderio Romanos sub Tarquinio Prisco, atque etiam olim antea virgines

a D. Chrysost. homil. final.

b Capitul. Caroli magni lib. 6. cap. 70.

c Virgilius lib. 6. Æneid.

d Tertull. lib. de testimonio animæ.

e Quintil. decla. 274.

gines Milesias deterruit a. Diuus Augustinus nefariũ & præceps hoc mortis voluntariæ votũ multis pœnarum contumeliis coerceri iubet b. Præcipua olim post mortem pœna fuit, vt cadauera eorum insepulta abiicerentur. Plato communi sepulturæ honore priuari illos voluit c. Lex lugeri eos vetat d. Cedrenus in vrbe Cõstantinopolitana locum fuisse refert vbi cadauera τῶν αὐτοφόνων iacebant e. *Aliquis* (inquit vetus orator) *metu iudicij mori vult: Dignus est qui insepultus abijciatur. Aliquis conscientia turpis alicuius flagitij admissi priusquam prodatur, mori vult: Dignus est qui insepultus abiciatur* f. Ideò autem qui sibi homicidas manus intulerant, insepulti proiiciebantur, quia (inquit Egesippus) dignũ est, vt qui patris imperium non expectauerũt, priuentur, quasi matris gremiò, terræ sepulchro g. Dicam ne hoc quidem alieno loco, mirum non esse confiscationum iudicia criminum animaduersioni accessisse, cùm plerique sint, quos nec supplicíorũ tormenta moueant, nec mortis ignominiosæ infamia vel sepulturæ priuatio tangat: Immò neque etiam tremendi illius post mortem iudicij cogitatio à sceleribus deterreat. Sed illi animum vilẽ adeò & terrenis ita addictum gerunt, vt bonorũ amissione magis quàm vlla alia vel honoris vel vitæ iactura perturbẽtur. *Sunt plerique* (inquit Quintilianus) *qui mortem potiorẽ quàm egestatem putent* h. Sunt quidam qui si egeant, illis & mors solatiũ est & vita supplicium i. Hoc indicat mors C. Licinij, qui repetundarum reus cùm Ciceronem Prætorem videret prætextam ponere (id signũ proximæ damnationis fuit) misit qui Ciceroni diceret, se non damnatum, sed reum periisse, nec sua bona

a Plinius li. 36. c. 15. Gellius li. 15. cap. 10.
b D. Aug. in libris de Ciuitate Dei.
c Plato li. 9. de legib.
d L. liberorum. §. non solent. ff. de his qui notantur infam.
e Cedrenus p. 602. circa medium, & p. 607. circa medium.
f Quintil. decla. 237.
g Egesippus li. 3. c. 17.
h Quintil. decla. 296.
i L. quisquis. §. fin. C. ad leg. Iul. maiestatis.



Source : BIU Cujas

hastæ posse subiici. Ac protinus sudario, quod fortè in manu habebat, ore & faucibus coarctatis, incluso spiritu pœnam morte præcurrit [a]. Itaque leges, quæ accurato pœnarum remedio homines à maleficiis arcere voluerunt, non sine magno publicæ vtilitatis exemplo confiscationes bonorum introduxere, vt quos vitę & existimationis periculum in officio continere non poterat, amissionis bonorum metus terreret. Huc spectat Iurisconsulti sententia, Malè meritus (inquit) publicè, vt exemplo aliis ad deterrenda maleficia sit, etiam egestate laborare debet [b]. Iulius Cæsar pœnas facinorum auxit, & criminum reos bonis mulctauit, quum antea locupletes (inquit Suetonius) eò faciliùs scelere se obligarent, quòd integris patrimoniis exulabant [c]. Et hic quidem legitimus confiscationis timor parentes vt plurimùm mouere consueuit: atque ideò ex Ciceronis sententia charitas filiorum amiciores parentes Reipubl. reddit. Parentes (inquit lex) pro affectu magis in liberis terrentur [d]. Nam quum liberis bona paterna naturę simul ac parentum commune votum addicat [e], durum parentibus videtur, si ex criminis sui occasione filij & à materna, & ab auita, & omnium proximorũ successione habeantur alieni. Quod in quibusdam criminibus iudicari solet [f]. Confiscationes stante Repub. cœperãt, sed tunc in crimine læsæ maiestatis præcipuè locũ habuere. Valerius Publicola legẽ tulit de sacrando cum bonis capite eius qui regni occupãdi consilia iniisset [g]. Expulsis Regibus ager, Tarquiniorum quõdam, Marti dicatus fuit, & campus Martius nuncupatus. Sic eiecta Decemuirorum tyrannide bona eorum publicata sunt [h]. Spurio

[a] Valerius Max. l. 9. cap. 12.

[b] l. bona fide. ff. de possiti.

[c] Sueton. in Iulio, capite 42.

[d] l. Isti quidem, §. fin. ff. de eo quod metus causa.

[e] l. scripto, in fi. ff. vnde liberi.

[f] d. l. quisquis. C. ad l. Iul. maiestatis.

[g] Liuius lib. 2.

[h] Liuius lib. 3.

Source : BIU Cujas

rio Melio tyrannidis affectatæ damnato bona eius quæstores vendidere & in publicum redegere [a]. Post Seiani cædem Tacitus bona eius in fiscum redacta fuisse testatur [b]. Auidij Cassij aduersùs M. Antoninum rebellantis, & ideò à Senatu hostis iudicati bona ærario publico addicta & proscripta fuerunt [c]. Hæc cùm in crimine maiestatis locum habuerint, cur in tam fœdo desperationis & impietatis crimine non idem statui dicemus: vt aliquid post mortem timeant qui nec mortẽ timent? *Nihil non ausurus fuit qui se potuit occidere*, ait Seneca [d]. *Quæ sibi non pepercit* (inquit lex) *nihil non in alium fuisset ausurus* [e]. Deus cùm homicidium fieri vetuit, non tantùm alios, sed multo magis seipsum necare prohibuit [f]. Itaque etsi legis municipalis dispositio obscura videretur, tamen statuti verba ex verisimili consuetudinis mente interpretari oportet, vt hæreseos nomine impietas tanta contineatur. Eleganter ille: *In omnibus legibus* (inquit) *solam spectari oportet scribentis voluntatem. Verba enim ambigua & in plures intellectus ducta sunt. Scribendarum legum causa voluntas fuit* [g]. Quid autem æquitati & menti legis conuenientius est, quàm vt grauia & infanda maleficia amissione bonorum mulctentur, & volũtariæ necis impietas cõfiscationis pœna coërceatur? *Salutaris seueritas* (inquit Cicero) *vincit inanẽ speciem clementiæ* [h]. Et vt dicebat Sextus Cæcilius, *Acerbitas vlciscendi maleficij, bene atque cautè viuendi disciplina est* [i]. Quòd si verborũ proprietatem strictissima interpretatione egredi nõ liceat, volũtariæ mortis cogitationem, genus quoddam hæreseos esse nõ absurdè quis dixerit. Hæc enim tristis & nefaria cogitatio ex desperatione procedit. Desperatio

a *Liuius lib. 4.*

b *Tacit. l. 5. Annal.*

c *Capitolinus in Marco Antonino.*

d *Seneca li. 8. contr. 4.*

e *l. fin. sic autem, in fin. ff. de bonis eorum qui ante sent. mortem sibi consciuerunt.*

f *can. de occidendis & can. tu dixisti 23. quæst. 5.*

g *Quintil. decla. 317.*

h *Cicero in epist. ad Brutum.*

i *Gellius lib. 12. c. 1.*



Source : BIU Cujas

impietatis & atheismi speciem refert. D. Hieronymus: *Nihil ita offendit Deum, quàm desperatione meliorum hærere peioribus. Licèt & ipsa desperatio incredulitatis indicium sit* [a]. *Non est nostrum* (inquit D. Hieronymus) *mortem arripere, sed illatam ab aliis libenter accipere* [b]. Hinc Canones quod in hæreticis, idē & in iis qui sibi mortem conſciuerunt, ſtatuēdum exiſtimauēre: vt neque in cœmeteriis ſepelirentur, neq; pro illis Eccleſia oraret [c]. Quòd ſi exactè adeò ac præcisè hæreſim, vt confiſcationi locus ſit, requirimus, Donatiſtarum errores & hæreſes recenſere liceat. Sic enim, teſte Diuo Auguſtino, cōſtabit inter Donatiſtarum hæreſes hanc fuiſſe, quòd voluntarias & ſpontaneas mortes non modò permittebant, ſed & laudabant. Hæc enim ſunt D. Auguſtini verba aduersùs Petilianum Donatiſtam. *Vellem mihi diceres* (inquit) *Confeſſores illi veſtri quando ſeipſos præcipitant, cui dicant martyrium? Vtrum Chriſto qui talia ſuggerentem diabolum repulit? An potius diabolo qui talia Chriſto faciendā ſuggeſſit.* Addit poſtea: *Spontaneas enim mortes ab vno magiſtro vtrique didicerunt, ille laqueum, iſti præcipitium* [d]. Hæc ergo ſpontaneæ mortis aſſertio hæreſis eſt, & quidem pertinaciſſima hæreſis. Quæ enim maior pertinacia eſſe poteſt, quàm ea, cuius idem qui & vitæ finis eſt? Quæ peſtilentior hæreſis, quàm quæ pœnitentiæ ſpatium & expectationem nullam poſt ſe relinquit? Itaque cōfiſcationē in crimine hæreſeos à conſuetudine ſtatutam nefas eſſet in, tam nefario ſpontaneæ mortis ſcelere reiicere.

*PRO HÆREDIBVS.* Non mirum ſi Titius mori deſiderauit, cùm tot inimicitiis laboraret, tāta aduerſariorum maleuolentia vrgeretur, tam

[a] D. Hier. ad Ruſticū lib. 2. epiſt. 10.
[b] can. non eſt noſtrum. 23. quæſt. 5.
[c] can. placuit 23. q. 5.
[d] D. Aug. lib. 2. contra literas Petiliani Donatiſtæ.

Source : BIU Cujas

tàm acresset eorum odium, vt nunc etiam supersint qui mortuum persequantur,& defuncti memoriam infament, támque obstinata confiscationis postulatione in eius bona sæuire non desistãt. Confiscationes consuetudo Andegauensis reiecit, nec ex lege municipali quocũque ex delicto bona ad fiscum pertinent,nisi aut Titius perduellionis reus in crimen læsę maiestatis inciderit,aut in hæresim lapsus ab Ecclesia & fide Catholica recessisse arguatur.Quòd si criminis hæreseos appellatio vel dubia, vel nimium generalis ambiguam controuersiæ istius decisionem reddere videatur: dicam tamen cum Modestino, *Non puto* ( inquit Modestinus) *delinquere eum qui in dubiis quæstionibus contra fiscum facile responderit* [a].Et meritò Capitolinus cõmendat M.Antoninum Imperatorẽ quòd in causis iudicandis fisco non faueret.Etenim fisci causa mala debet esse sub bono Principe [b]. Nihil in Decemuiris grauius visum est,quàm quod bonorum damnatio & confiscatio domini supplicium sequebatur,ait Liuius [c]. Cur enim aduersùs bona extendi oportet criminum pœnas? Nam, vt rectè ait Iustinianus,non res ipsæ, sed rerum possessores deliquêre [d].Hinc apud Persas ne in crimine quidem læsæ maiestatis bona filiis adimebantur [e].Ac plerunque Principes non alia mente confiscationibus indulgent,quàm vt eis in bona subditorum & in tenuiorum fortunas legitimo aliquo prætextu grassari liceat.Sylla dictator,& mox Iulius Cæsar de bonis proscriptorum publicandis leges tulêre,quæ Iulia & Cornelia dictæ, sectoribus & quadruplatoribus deinceps accusandi & calũniandi occasionẽ præbuerunt. Suetonius Augusto

a *l.10. non puto. ff. de iure fisc. l. penult.ff.de his quæ in testam.delentur.*

b *l.2 .de aduoc.fisci. in C.Theo.*

c *Liuius lib.3.*

d *Nouell. 17.§.12. oportet.*

e *Herod. lib.3.*



Source : BIU Cujas

non ingratum fuisse L. Antonij tumultum refert, vt bonis eorum, qui Antonium secuti fuerant, confiscatis promissa veteranis præmia soluere posset [a]. Inter rapinas Tiberij illud inter cætera ei obiectum est, quòd etiam ob leues calumnias ditissimorum hominum bona in fiscũ redegerit [b]. Quid de Caio Cæsare Caligula dicemus, qui cùm aliquando alea infeliciter luderet, proximo collusori demandata vice sua, progressus in atrium domus, cùm prætereũtes duos equites Romanos locupletes sine mora corripi confiscaríque iussisset, exultans rediit, gloriánsque nunquam se prosperiore alea lusum [c]. Claudius Imperator cùm post tantam Caligulæ sæuitiam & rapinas in Imperio succederet, constituit, vt bona quæ sub Tiberio & Caio publicata fuerant, aut antiquis possessoribus, si superstites essent, aut eorum liberis restituerentur [d]. Imperator Aurelianus cùm quendam maiestatis reum puniri iussisset, confiscationem bonorum nõ admisit, Ne quis (inquit) me causa pecuniæ locupletem hominem occidi passum esse calumnietur [e]. Zeno Imperator cùm ad publicationes bonorum animum adiecisset, plerosque quo iure quáque iniuria damnari & interfici iussit. πάντα ἄνθρωπον αἰτιώμενος, διὰ τῆς οἰασοῦν αἰτίας ἀνῄρει, ait Cedrenus [f]. Hæc de confiscationum odio præmisisse non fuit absurdum, vt dubiam legis interpretationem agnatorum fauor & legitimæ successionis consideratio adiuuet. Quòd si causę huius merita ad certã verborum consuetudinis explicationem referri oporteat, non est ambiguum statuto municipali confiscationis ius ad crimen illius, qui sibi mortem consciuit, extendi non posse. Voluntariæ mortis cogita

a *Sueton. in Augusto cap. 15.*
b *Sueton. in Tiberio ca. 49.*
c *Sueton. in Caligula cap. 41.*
d *Zonaras tom. 2.*
e *Flauius Vopiscus in Aurell.*
f *Cedrenus pag. 291.*

cogitatio aut ex furore & insania procedit, aut ex proximo pœnę suppliciique metu, aut ex certo animi proposito & mortis contemptu. Si furorem arguimus, & insanus aliquis per propria viscera ferrum adegit, voluntaria & spontanea mors dici non potest, quã furiosus ἀπρόοπτος alienatã mẽte, quid agat nescius, sibi intulit. Furiosos autem & ex Iurisconsultorum responsis & Principalibus rescriptis statuitur, non pœnam, sed commiserationem mereri. *Quid enim miserius in vita quàm velle mori* [a]? Satis furore ipso puniri eos lex respõdet [b]. Furor autem his casibus facilè præsumi solet. Seneca, *Quæritis insaniæ argumentum & se ipse voluit occidere* [c]. Alteram voluntariæ mortis considerationem supplicij metum diximus. Lex enim spectari vult, cuius criminis metu aliquis sibi mortem conscierit [d]. Defunctus nullius criminis reus fuit, cuius damnationem confiscatio bonorum sequeretur: sed quum vsurarius pecuniam sub fœnore illegitimo collocasset, à Seio debitore solutionis morandæ gratia accusatus fuit. Meræ calumniæ: testes tamẽ in probatione auditi: sed accusatione nõdum peracta ipse quidem reus occubuit: At non conuictus, non dãnatus. Quin & si plena probatione conuictum fateremur, non tamen potest pœna crimen egredi, nec metus supplicij plus operari quàm ipsũmet supplicium. Vsurarũ autẽ condemnatio capitalis non est, nec si crimen capitale esset, consuetudo Andegauensis in omnibus capitalibus criminibus promiscuè confiscationem admittit. In hæresi tantùm & crimine læsæ maiestatis confiscationi bonorum locum esse disponit. Hoc casu læsæ maiestatis humanæ suspicio nulla est. Itaque an hę-

a *Seneca lib. 1. controu. 4.*
b *l. Diuus. ff. de offic. præsidis.*
c *Seneca lib. 3. controu. 9.*
d *l. fin. de bonis eorũ qui ante sent. sibi mortem consc. l. omne delictũ §. qui se vulnerauit. ff. de re mili. l. 1. & 2. C. de bonis eorum qui sibi mortem consc.*



Source : BIU Cujas

reseos argumentum aliquod in morte defuncti deprehendi queat examinandum est. Nihil est autem absurdius, quàm quòd Meuius supplicij metum aduersùs memoriam defuncti allegauit. Nã si ille supplicij metu sibi manus attulisset, non vtique hæreseos cogitationem vllam habuisse, sed solas vltrices iustitię manus, & supplicij pœnas formidasse censeretur. Ergo de cogitatione illa mortis voluntariæ agamus, quæ ex certo animi proposito mortis contemptum causante descendit. Quintilianus, *Aduersùs mala, & iniurias fortunæ, & grauem plerisque vitam, vnum natura inuenerat remedium, mortem* [a]. D. Cyprianus, *Eius est in mundo diu velle manere, quem mundus oblectat, quem sæculum blandiens atque decipiens illecebris terrenæ voluptatis inuitat* [b]. *Vita si moriendi virtus abest, seruitus est* [c]. *Qui mori didicit* (inquit Seneca) *seruire dedidicit: Quid ad illum carcer & custodia & claustra? liberum ostium habet* [d]. Arctissimos vitæ istius laqueos, si soluere negatur, abrumpere liceat. Cato inuictum Romanæ fortitudinis exemplar, dum cruorẽ suum interritus spectat, vulneráque obligari prohibet, generosæ mortis admirabile specimen præstitit. Facere aliquid fœlicius potuit, nihil fortius. Nam cùm fortuna Cæsarẽ vincere vellet, Cato moriẽs & fortunã simul & mortẽ superauit. *Neque verò* (inquit Cicero) *turpis mors forti viro potest accidere, neque immatura consulari, nec mira sapienti* [e]. Fortitudinẽ & animi excelsi magnitudinẽ mortis contẽptus testatur, cùm quis certa inuicti animi constãtia statuit aut vincere mala aut finire. Seneca, *Annon præstat ceruicẽ semel incidi, quàm semper premi? Quis tam timidus est, vt malit sẽper pendere, quã semel cadere? Quid autẽ fortius & laudabilius*

quàm

a Quintil. decla. 355.
b D. Cypr. Serm. 4. de Mortalitate.
c Seneca epist. 77.
d Seneca epist. 26.
e Cicero orat. 4. in Catilinam & Seneca lib. 7. controu. 2. circa fin.

Source : BIU Cujas

quàm ſoluto vultu & hilari oculo mortem deſpicere? Contemptus corporis ſui certa libertas eſt: Nihil enim ei clauſum eſt, cui mors aperta eſt [a]. Diuus Cyprianus, Lucrum maximum computans (inquit) iam ſaculi laqueis non teneri, iam nullis peccatis & vitiis carnis obnoxium fieri, exemptum preſſuris angentibus [b]. Sub Tiberio Imperatore ſi qui maieſtatis damnarentur, eorum bona publicabantur, & cadauerum ſepultura prohibebatur. Illorum autem, qui ſibi mortem conſciuerant, teſtamenta remanebant & corpora humabantur [c]. Paganum id & à Catholicæ ſynceritatis puritate alienũ videretur, ni plerũque Chriſtiana fides eiuſmodi mortes non improbaret, etiam eccleſiaſticæ hiſtoriæ authoribus talia exempla cum laude referentibus. Cedrenus narrat Adaucto martyre ob Chriſtianam religionem cæſo, vxorem illius & filias, ne pudicitia earum violaretur, in amnem ſeſe abieciſſe. Addit Cedrenus, dubitatum fuiſſe an inter martyres annumerandæ eſſent. Ζωτικὸν εἰ ἀριθμεῖται εἰς μάρτυρας [d]. Euſebius de nobili & Chriſtiana muliere refert, quæ quum ad Maxentium tyrannum deduci ſe videret, vt libidini eius proſtitueretur, ſeipſam interemit [e]. Nicephorus graues ſub Diocletiano perſecutiones, & diuerſa Chriſtianorum martyria enumerans, pleroſque Chriſtianos teſtatur, cùm tormenta vitare, & cruciatus præuenire vellent, ſeſe in mare aut obuium flumen præcipites dediſſe [f]. Quin & Euphraſia ex conſilio Anthimi Antiſtitis ſubtili arte militẽ vim pudicitiæ inferre volentem eluſit. Perſuadet enim eſſe ſe veneficam, & φάρμακον noſſe, cuius remedio miles fieret inuulnerabilis: atque vt hoc ei certo experimento conſtaret, ceram oleo liquefactam,

a Seneca epi. 19. 22. 23. 65. 66.

b D. Cypr. Serm. 4. de mortalitate.

c Tacit. li. 5. Annal.

d Cedren. pag. 220.

e Euſeb. li. 8. eccl. hiſt. cap. 17. & Zonar. to. 2. pag. 245.

f Niceph. eccleſ. hiſt. li. 7. ca. 11. 12. & 13.



Source : BIU Cujas

tanquam medicatum esset adiuncta magia remedium, collo suo imponens hortata est militem vt ense fortiter feriret: Quo facto miles caput eius vno ictu amputauit[a]. Sic apud Procopium mulieres duæ Antiochenæ capta vrbe, ne quid à victoribus turpe paterentur, sese in flumen præcipitauere[b]. Hæc exempla licèt satis ostendant non semper eos qui sibi mortem consciuerunt, impios dici posse: non tamen ideo proponuntur, quòd asserere velimus licere Christiano manus sibi quacũque de caussa afferre. Neque enim Ecclesia mortes voluntarias, aut desperatione vllo casu probat. Fatemur αὐτοχειρίαν crimen esse: sed & adulterari, & furari, & aliquem occidere crimen est: Non tamen in adulterio, in furto, in homicidio, bonorum confiscatio ex consuetudine Andegauensi locũ habet. Itaq; id vnũ in hac disputatione tractari debet, an quod lex municipalis bonorum confiscationem in crimine hæreseos statuit, idé etiam in eius, qui sibi mortem consciuit, delicto locum habeat. Hæreticorum bona publicari & in fiscum redigi tam consuetudo quàm iuris communis dispositio constituit[c]. Sed an is, qui sibi mortem volens consciuit, in crimen hæreseos incidisse dici debeat, hæc demum propria veráque controuersiæ istius tractatio examinanda proponitur. Hæresis (inquit D. Hieronymus) Græcè ab electione dicitur, quòd scilicet eam sibi vnusquisque eligat disciplinam, quam putat esse meliorem[d]. Atque ideò hæresis rectè definietur dogma falsum fidei orthodoxæ cõtrarium: Vel etiam dici & definiri poterit, Error catholicæ veritati cõtrarius. Illud quidé constat, aliquando hæreseos nomen generali appellatione ad pleraque alia extendi:

[a] Cedren. pa. 218. & Niceph. li. 7. cap. 13.
[b] Procopius li. 2. de bel. Persic.
[c] li. 2. C. de hæreticis. ca. vergentis, de hæreticis.
[d] can. hæresis 24. quæst. 3.

Source : BIU Cujas

di:vt cùm Gregorius dicit, Quisquis per pecuniam ordinatur, ad hoc vt fiat hæreticus promouetur [a]. Vt & omnis excommunicatus aliqua cõsideratione hæreticus appellatur [b]. Sed hæ sunt generales & impropriæ appellationes. Propriè autem hæreticus is dicitur, qui dogma falsum fidei orthodoxæ contrarium pertinaciter asserit, aut ei pertinaciter adhæret. Atque vt id fiat, requiritur αἵρεσις, quum quis ex electione & pertinacia, nõ autem simplici ignorantia ab Ecclesia diuiditur, seque à fide Catholica separat. Quin & is qui dubius est in fide, si pertinaciter dubitet, hæreticus est [c]. Quidam definitione ista vtuntur. Hæreticus est qui profitetur Christum, & eius dogmata corrũpit, ac tum maximè si errori annexa est pertinacia: &, vt Diui Bonauenturæ [d] definitione vtamur: Is est qui inuentor proprij erroris, aut alieni sectator, Catholicæ veritati mauult aduersari, quàm subiici. Sic etiam cùm de puniendis hæreticis tractant Imperatores, eos dicunt plectendos, qui hostili animo & pertinaci ausu fidem Catholicam turbant, & populũ commouent [e]. Hæreticos Valentinianus & Martianus appellant eos, qui non credunt quæ in Synodis Nicena, Constantinopolitana, Ephesina, & Chalcedonensi decreta sunt [f]. Hæreticos (inquit Iustinianus) dicimus omnes, qui non sunt membrum sanctæ Dei Catholicæ & Apostolicæ Ecclesiæ [g]. Hæ autem definitiones omnes quid habent commune cum eius crimine qui sibi mortẽ conscíuit? Hæresis electionẽ animi & in errore pertinaciam requirit. Nam (vt ait D. Augustinus) pertinacia, non error, in his quæ fidei sunt, facit hæreticum [h]. At verò is qui sibi mortem conscíuit, neque dogma falsum asserit, neque

a Can. quisquis 1. q. 1.

b can. quod autẽ hi. 4. quæst. 1.

c cap. 1. de hæreticis.

d distinct. 13. lib. 4.

e l. 1. & l. 3. de iis, qui super relig. contendũt. li. 16. Cod. Theod.

f l. quicunque. Cod. de hæret.

g No. 109. §. 1. versic. hæreticos autem.

h D. Aug. lib. 18. de Ciuitate Dei ca. 51. & in epist. 162.

vlli

Source : BIU Cujas

vlli errori pertinaciter adhæret, nec turbat Ecclesiam, sed sibi soli nocet, sibi soli est infestus & inimicus. Idque non electione animi, nec certo benè aut malè faciendi voto, nec quòd velit mortis voluntariæ asserrorem se etiam cum pertinacia præstare. Nam pœna, quæ in cæteris laneos habet pedes & lento gradu aduenire solet, hunc confestim ac derepentè prehendit, statímque iugulum petit, nec morienti relinquit aut eligendi arbitrium aut pœnitendi facultatem. Nam quòd Titius dissolui se cum Christo dixit, hoc fecit, solito eorum more, qui dum crimen scelúsve audent, nequitiam facinúsque suum laudabili aliquo prætextu tegere & dissimulare student. Sed neque αὐτοχειρίας dogma viuus asseruit, neque alios vllos in hunc errorem inducere vnquam tentauit. Obiicit Meuius, defunctum diuinam maiestatem læsisse & offendisse. At verò parricidium, incestus, ac pleraque alia crimina grauia, atrocia, horrenda, lædunt diuini numinis maiestatem. *Omnis siquidem Christianorum omnium culpa diuinitatis iniuria est*, inquit Saluianus [a]. Non tamen lege Andegauensi ex parricidij damnatione sequi dicetur bonorum confiscatio. Consuetudo enim duo tantùm crimina specialiter expressit, hæresim & crimen læsæ maiestatis. Sunt & alia forsitan delicta æquè, nec minùs grauia: consuetudo tamen ea crimina non pariter puniri voluit. Pœnalia statuta restringi oportet, suísque limitibus ac terminis retineri & concludi. Hæreseos crimen suas habet speciales leges. Iudæi plerisque in locis tolerantur, nec inuiti baptismum suscipere aut fidem Christianam agnoscere cogi debent [b]. Hæretici autem, nisi resipiscat, erroremque suum deposita pertinacia

[a] *Saluian. lib. 4. de guber. Dei.*

[b] *cap. Iudæi extra de Iudæis. cap. sicut. Iudæi extra de hæreticis.*

tinacia fateantur, tolerari non debent: sed ex Pontificiis sanctionibus aut eiiciuntur aut etiam grauibus pœnis torquentur. Sortilegi non magis ab impietate & atheismo distant quàm hæretici. Et tamen canonico iure diuersos habent iudices, hæretici ecclesiasticos, sortilegi sæculares [a]. Magnum sanè & atrox crimen est eius qui sibi mortem conscinuit: sed parricidium nec minùs odiosum est nec minùs puniendum: Non omne crimen aut quæuis impietas hæresis est: crimina autem omnia Dei numen offendunt, & quisquis atrox aliquod delictum commisit, ille irreligiosus est, & diuinæ maiestatis oblitus pietatem læsit. Rectè Saluianus, *Fornicatoribus* (inquit) *dicere licet, non se hoc animo fornicari quòd Deum spernant, quia calore corporis atque infirmitate vincantur. Et homicidæ id affirmare possunt, non se contemptu Dei humanum sanguinem fundere. Vel odio enim se vel cupiditati tantùm scelera præstare. Sed quid prodest malis hæc excusatio, cùm scilicet nil interfit, qua se quispiam dicat peccare causa, cùm sit omne peccatum diuinitatis iniuria* [b]? Itaque licèt omnia generaliter delicta maiestatem Dei offendant, consuetudo tamen confiscationis pœna duo tantùm crimina coerceri voluit. Odiosa est bonorum publicatio. Lex municipalis, quæ confiscationem statuit & decernit, pœnalis est. Non vtique amplianda videtur nec extendenda, sed propria verborum interpretatione coarctãda, vt apta significatione restringatur, & suis ipsa terminis contineatur.

*SENATVS* nulla habita confiscationis ratione defuncti bona legitimis hæredibus adiudicauit [c].

a *Ca. accusatus. §. sanè, de hæreticis, in 6.*

b *Saluian. li. 4. ad Eccl. Cathol. pag.* 439.

c Arr. dõné à la tournelle le Samedy 3. iour de Feurier 1588. plaidant I. Arnauld, pour l'heritier appellant, & M. le Beau pour l'inthimé, qui estoit conataire de la confiscation.

*Vidua*

Source : BIU Cujas

*Vidua, quæ ipso luctus anno impudicè vixit, priuatur dotalitio seu doario.*

## CAP. XIII.

TITIA defuncti mariti hæredes in iudicio persequitur, vt dotalitium seu doarium sibi ex contractu matrimonij debitum exoluere & assignare teneantur. Hæredes obiiciunt, Titiam post mariti obitum ipso anno luctus, stupro & scortationibus deditam minùs castè vixisse, atque ideo tanquam indignam priuari debere doario. Vidua ipsum quidem crimen non inficiatur, sed hæredes neque ad accusationem neque ad probationem admittendos esse dicit. Asserebat enim crimen adulterij ab hæredibus mariti obiici viduæ non posse, neque accusationem stupri per leges hæredibus concedi. Hæredes publicè interesse contendunt, ne tantum crimen aut sine accusatore, aut sine pœna inultum maneat.

*PRO TITIA.* Luctus Titiæ & ex amissi coniugis morte dolor nimia hæredum istorum acerbitate grauior exsurgit. Vidua charissimi coniugis consortio priuata, hæredum solatium & benignitatem requirit. Titia tamen in hæredes incidit, qui dolorem eius & mœstitiam non modò non lenire, sed & miseram litibus & calumniis vexare nituntur. Crimen autem opponunt non veritatis studio, sed auara rapacitate, vt eâ doarij fructu & lucris dotalibus exturbent. Doarium viduis solatij loco, atque in honorem transacti matrimonij debetur, & in alimentorum causam assignatur. Sed & in remu

in remunerationem amissæ virginitatis præmium hoc tribui & rependi leges voluerunt, cùm flos ipse virginitatis nec satis dignè æstimari, nec commodè restitui posset. *Sola virginitas* (inquit Apuleius) *cum semel accepta est, reddi nequit, sola apud maritum ex rebus dotalibus remanet* [a]. *Nulla reparabilis arte Læsa pudicitia est*, ait ille. Æquum est ei faueri, quæ, vt Quintilianus inquit, *virginitatem perdidit, florem ætatis amisit, & cui prima illa gratia apud maritum futura, prærepta est* [b]. Flos ille virginitatis illibatus mirabiles sui amores concitare solet. Tertullianus, *Vt non ad virgines potius exarserint, quarum flos etiam humanam libidinem excusat* [c]. Ipsa autem doarii assignatio propriè Franciei iuris est, seu spectes antiquos Gallorum, seu etiam veterum Germanorum mores, ritus, legésque perspexeris. De Gallis Cæsar ait, *Viri quantas pecunias ab vxoribus dotis nomine acceperunt, tantam ex suis bonis æstimatione facta cum dotibus communicant. Huius omnis pecuniæ coniunctim ratio habetur fructúsque seruantur: Vter eorum vita superarit, ad eum pars vtriusque cum fructibus superiorum temporum peruenit* [d]. Dotalitij seu doarij ratio non est eadem, sed tamen non dissimili cõditione in superstitis mulieris commodum cedit. At si quis attendat leges veterum Germanorum, ad quos primam Francorum originem plerique referunt, Tacitus de moribus Germanorum, *Dotem* (inquit) *non vxor marito, sed vxori maritus affert*. Quod enim ibi de dote dicitur, fortassis nõ adeò absurdè ad dotalitiũ seu doarium referre possumus. Vt & cùm Franci olim leges Salicam & Ripuariam præcipuè colerent & obseruarent: Ripuariam nempe quæ à Ripuaria regione

[a] *Apulei. Apolog. 2.*

[b] *Quintil. decl. 276. in fin.*

[c] *Tertull. li. de virg. veland.*

[d] *Cæsar li. 6. commet. de bello Gall.*

Source : BIU Cujas

regione Rheno proxima nomen accepit: inter capita legum Ripuariarum constitutio ista recensetur: *Si quis mulierem desponsauerit, quicquid ei per tabularum seu chartarum instrumenta conscripserit, perpetualiter inconuulsum permaneat. Si autem per seriem scripturarum ei nihil contulerit, si virum superuixerit, 50. solidos in dotem recipiat, & tertiam partem de omni re, quam simul collaborauerunt, sibi studeat euendicare* [a]. Atque inde forsan originem sumpsit differentia, quæ inter doarium statutarium assignatur, & doarium conuentionale, quod præfixum vocant. Conuentionalis doarij quantitas pendet ex contractu, ac tale præstari debet, quale conuenit. Statutarium autem illud est, quod præfinitur lege municipali, vel consuetudine, quæ communis omnium pactio κοινὴ συνθήκη censeri potest. Veteribus autem Francorum moribus mulieres nuptiarum contemplatione multas habuerunt donationes, sed à doario diuersas. Etenim maritale donum Gregorius Turonensis in pactione inter Gunthranum & Childebertum reges inita refert [b]. Æqua certè est & laudabilis doarij introducendi ratio. Nam quemadmodum Iustinianus coniugi superstiti, si laboret inopia, certam aliquam bonorum ptæmortui partem assignat: idque etiam Longobardorum legibus ad tertiam quartamve bonorum partem reductum fuerat [d]: sic & eadem ratione veteres Francorum leges, quum olim mulieribus aut nullum cum masculis, aut certè non æquum succedendi ius tribuerent, conueniens esse crediderunt viduarum inopiam aliquo remedio & alimentorum beneficio subleuari. Nuptæ à maritis solatia & vitæ subsidia recipiunt. At cùm viduæ relictæ

a *In l. Ripuariorũ, tit. 39. de dot. mulierum.*

b *Gregor. Turon. lib. 9. cap. 20. & 21.*

c *auth. præterea. Cod. vnde vir & vxor.*

d *tit. de inuestit. de re aliena facta. §. finali, li. 2. feudorum.*

Source : BIU Cujas

relictæ sunt, æquissimum videtur illis tum maximè prouideri, cùm amico coniugum subsidio destitutæ, externa legum ope & alieno auxilio indigent. Hæc autem doarij seu dotalitij assignatio propriè Francorum ius esse passim & vbique Doctores iuris tradiderunt [a]. Vt & Siculis constitutionibus expressa sit doarij & dotalitij mentio inter eos nobiles, qui iure Francorum viuunt [b]. Licet autè Romanis Imperatoribus iura doarij siue dotalitij incognita fuerint, nouis tamen posteriorum Imperatorum constitutionibus introductum fuit, vt vxor quæ viro superstes erat, hypoboli consequeretur.

a Ioh. Andreæ in addit. ad Specul. tit. de inst. edi. §. compendiosè in vers. de Gallic. cõsuetudine. Gulielmus Cuneus in l. 1. C. de summa Trinitate.

πρόβολον καλοῦσι τὸ ἐπὶ τῇ προικὶ τῇ φερούσῃ ὑπὸ τοῦ ἀνδρὸς τῇ γυναικὶ ἢ φερούσῃ ἄλλῃ τινὶ ἀντὶ τῆς ἀνδρὸς παύτῃ ὑποτιθέμενον ἀργύριον καὶ ὑποκάτω τῆς εἰς αὐτὴν προικὸς ἀναφερόμενος φερούσης ὡς ἐλευθέρων ἀφορᾶ ταύτῃ πλεῖστον.

b In constitut. mulier quæ doarium de dota. const. tit. 16. & Andreas de Isernia ad §. donazione. tit. qual. olim feud. pot. alien.

Licebat autem liberè hypoboli quantitatem pactione definire. At si nihil tabulis dotalibus dictum aut conuentum esset, præter dotem præstabatur hypoboli gratia triens eius summæ, in quam dotis eius æstimatio redigebatur. Sic enim Harmenopolus,

ἀπαιτεῖται ὁ τῶν προικῶν σύνδικος σύνδικάζει καὶ χρέων ὑποκόλπου καὶ πρώτου τῆς ποσότητος ὅλως εἰς ἣν ἡ προὶξ πλεῖστα τάσσεται.

c Harmenop. lib. 4. tit. 10.

Leo autem Imperator nouella sua constitutione hypoboli regulas æquissima lege temperauit [d]. Quamuis autem dotalitium seu doarium in multis ad hypoboli naturam accedat, non tamen eadem est vtriusque ratio, sed in plerisque differunt. Primum enim vxori superstiti doarium tribuimus nulla adhibita distinctione, an tempore contracti matrimonij virgo esset necne. In hypobolo Harmenopolus indicat aliquod fuisse discrimen,

d Nouella 20. Leonis.

P

ἡ παρθένος ἔχει τὸ διωρητὸν διὰ τὴν τιμὴν τῆ παρθενίας. ἡ δὲ χήρα οὐκ ἔχει αὐτὸ, ἀλλὰ τὸ συμφωνηθὲν ὑπόβολον καὶ τὴν ἀρραβῶνα.

Deinde non quemadmodum antiqui hypobolum, ita & nos doarium ex dotis quantitate metimur: sed vel ex conuentione dotali, vel ex nuptiali cuiusque loci statuto & consuetudine. Consuetudines autem nostræ doarium habita non dotis, sed bonorum mariti ratione definiunt. Quin & illud addere possumus, doarium apud nos, ni aliter conuenit, nudum esse & simplicem vsumfructum, qui morte vxoris finitur & extinguitur. At quodcunque aut hypoboli aut donationis propter nuptias titulo vxori superstiti Romanis legibus tribuebatur, id omne illi proprietatis iure & in perpetuum competebat. Et hæc quidem omnia non sine graui magnáque ratione à Titia proponũtur, vt in tanta doarij commendatione, in isto alimentorum viduæ fauore, in hac nudi & simplicis vsusfructus petitione, vnusquisque rapacem & maleuolam hæredum mentem agnoscat, qui crimen impudicitiæ obiiciunt non vlla memoriæ defuncti reuerentia, sed auaro animo, & vt debita doarij præstatione sese per lites & calumniam eximere & liberare possint. Titia autem hæredes non ideo ab accusatione reiicere aut remouere studet, quòd vllius sceleris sibi sit conscia: sed quia nimiam eorum acerbitatem, calumnias, & improbam testium facilitatem reformidat. Hoc enim sæculo tanta est falsorum & corruptorum testiũ frequentia, vt multò tutius sit non accusari, quàm innocentiam suam dubio probationum & iudiciorum euentui committere. Liceat ergo illæsa nominis & honoris fama securitatem Titiæ, reiecta hæredum

accusa

accusatione, ab omni periculo vindicare. *Hæres mariti* (inquit Paulus Iurisconsultus) *morum coercitionem non habet* [a]. Atque hæc est frequentior Iuris Doctorum sententia, ne post mortem mariti ex accusatione hæredum, vidua vel dote vel lucris ex cõtractu causáve coiugij veniẽtibus priuari debeat [b]. Sic etiam ea lege quæ vassallum, qui cum vxore domini sui concubuit, feudo priuat, expressè continetur, *si hoc domino viuente commissum fuerit* [c]. Hinc fit vt cùm lex Iulia promiscuè adulterij & stupri vocabulis vteretur, tamẽ ne viduæ virginísque impudicitia eadẽ pœnę seueritate, qua & adulteriũ puniri existimaretur: Ideò Papinianus, *Lex* (inquit) *stuprum & adulterium promiscuè & καταχρηστικώτερον appellat: sed propriè adulterium in nupta committitur propter partum ex altero conceptum composito nomine. Stuprum verò in virgine viduáve, cõmittitur* [d]. Non satis fuit Papiniano diceret καταχρηστικὼς, nisi etiam diceret καταχρηστικώτερον comparatiua & expressiore improprietatis designatione, vt leges de adulteriis in simplici fornicatione locum non habere ostenderet. Dixit Papinianus, *propter partum ex altero conceptum composito nomine*. Hoc Festus explicat, *adulter & adultera dicuntur* (inquit) *quia & ille ad alteram, & hæc ad alterum se conferunt*. Adulterij crimen & graue esse & odiosum constat: sed cũ solius mariti pudorem & existimationem lędat, ideò soli marito legitima eius vindicta & persecutio datur. Vnde Horatius postquam dixit, *fuit hæc sapientia quondam Cõcubitu prohibere vago*: addit, *Dare iura maritis*. Hæredi autẽ ius nõ est morũ quęstionẽ mouere. *De moribus actio* (inquit lex) *vltra personã extendi non potest, nec in hæredem dabitur, nec tribuetur hæredi* [e]. Marito

a *l. rei iudicatæ. §. 1. ff. soluto matrim.*

b *Alexander in l. sororem. ff. de his quæ vt indignis. Iason in l. fideicõmissum. C. de fideicomm.*

c *cap. 2. & ibi. Baldus de feudo sine causa non amitt. tit. 21. li. 1. feud.*

d *l. inter liberas. §. lex stuprũ. ff. ad l. Iul. de adult. l. inter stuprum. ff. de verb. sign.*

e *l. 1. tit. de dotibus. C. Theod.*

quidem licèt pro modo culpæ vxorem aliqua parte dotis mulctare. Vlpianus, *Morum nomine, grauiorum quidem, sextæ retinentur: Leuiorum autem octauæ. Graviores mores sunt adulteria, tantùm: Leuiores, omnes reliqui* a. Valerius de Caio Ticinio refert, qui Fanniâ mulierem impudicâ de industria duxerat, non alia mente, quàm vt eo crimine repudiatam, dote spoliaret b. Seneca, *Illud mihi tormentũ est* (inquit) *quòd notata iudicio vestro, vt multiplicata dotem perdat, plus tamen ex quæstu habet, plus habitura est, quàm quàtum damnata perdendum est* c. Horatius, *Cruribus hæc metuat, dotì deprensa* d. Imò nec passim omnique casu licuit marito dotem auferre in pœnam adulterij, M. Antoninus Philosophus illis qui suadebant, vt Faustinam mulierem impudicissimâ repudiaret, dixisse fertur, si vxorem dimittimus, reddamus & dotẽ. Dos autẽ erat imperium, quod ille à socero volente Adriano adoptatus acceperat e. Quibus verò casibus adultera vel dote vel donatione propter nuptias mulctatur, lex de adulterio loquitur, quod cõstante matrimonio fuerit cõmissum f. Leges autẽ istæ non debent odiosa interpretatione ad alios casus extendi, tum quia pœnalis est earum dispositio g, tum quòd illarum mens meritò & magna ratione maritum ab hæredibus distinguat. Primùm enim maritus, cuius pudor versatur, non temerè vxorem adulterij accusare solet: cùm etiam plerunque satis sit marito adulteram domo expellere, missa hac diuortij tabella, *Quia fidem communémque amicitiam scelere violasti: res tuas ocyus tolle, & alium locum, quem polluas, quære* h. Itaque tũ diuortij mittẽdi licẽtia, tũ etiã adulterij accusatio cõcessa est marito, quem scilicet verus dolor, nulla calumniæ suspicione,

a Vlpianus in Fragmẽtis. tit. de dotibus.
b Valer. Max. lib. 8. cap. 2.
c Seneca 2. controu. 8.
d Horat. li. 1. Serm. Sat. 2.
e Iul. Capito. in M. Ant. Philosopho.
f l. cõsensu. C. de repud. plerunque. ext. de dona. inter virum & vxorem.
g l. fin. C. de interd. matr.
h Petron. iun.

ſpicione, ad accuſationem impelleret [a]. Vlpianus in adulterij accuſatione maritum patri præferendum cenſet: *Quia* (inquit) *propenſiori iure & maiori dolore ſit executurus accuſationem* [b]. Quintilian. de adulteræ pœna agens, *Loquatur* (inquit) *maritus cum animo ſuo, loquatur cum affectu ſuo, cum propria animi ſui natura* [c]. Deinde mulier adultera videtur mariti pudorẽ lædere. Vnde & praua vulgi opinione vxoris impudicitia in virum quadantenus reflectitur. Viduæ ſtuprum mortui memoriam non infamat, ſed ipſam tantùm impudicæ mulieris exiſtimationem offendit. Diuus Bernardus ait, *Qui fornicatur, peccat in corpus ſuum: qui iniurioſus eſt, in proximum* [d]. Hæredes autem quemadmodum viduæ luxuriosè viuentis incontinentia non afficit: ita neque etiam dolor ad veram accuſationem impellet, neque pudor aut affectus à calumnia auertet & deterrebit. Ac deinceps ſi accuſare poſt mariti mortem liceat, hæredes temerè & paſſim crimen iſtud viduis obiiciẽt, vnáque hæc erit hæredum vox & criminatio aduersùs viduas, quæcunque vel dotem repetent, vel doarium ſibi præſtari poſtulabunt. Mulierum infirmitas miſerationem potiùs, quàm acerbitatem tantam meretur. Columbæ, ſi Æliano credimus, ſolos mares perimunt, quoties alienam contra pudicitiæ leges Venerem appetunt. Fœminarum autem miſerentur, eáſque illæſas & inoffenſas in viduitate degere permittunt. Τὸν μὲν ἄρρενα ἀναιροῦσι, τὴν δὲ θῆλυν ᾤκτειραν καὶ εἴασαν ἀπαθῆ, καὶ περιεῖσι χήρος [e]. Quin & alio reſpectu in accuſatione adulterij lex perſonã mariti nõ vana cõſideratione ſpectat & attendit. *Iudex adulterij* (inquit Vlpianus) *ante oculos habere debet & inquirere, an maritus pudicè vi-*

a *l. 30. quãuis, ad leg. Iul. de adult.*

b *l. 2. §. vlt. ff. ad leg. Iul. de adult.*

c *Quintil. decl. 279.*

d *D. Bern. Serm. 4. in natali Domini.*

e *Ælianus li. 3. ca. 44. de animal.*

*uens, mulieri quoque bonos mores colendi auctor fuerit. Periniquum enim videtur vt pudicitiam vir ab vxore exigat, quam ipse non exhibeat* [a]. Seneca ait, *Scis improbum esse, qui ab vxore pudicitiã exigit ipse alienarũ corruptor vxorum. Scis vt illi nil cum adultero, sic nihil tibi esse debere cũ pellice* [b]. At si mulier hæredẽ habeat accusatorẽ, tollitur ei conditione iniqua & inæquali replicatio, quã aduersus maritũ mores arguentẽ lex vxori etiã minus pudicæ cõcedit. Tollitur ea legis benignitas, quæ voluit, vt quoties ambo pudorem contẽpserũt, neuter vindicetur, pariaq; delicta mutua pẽsatione dissoluãtur [c]. Et tamẽ multo grauius est delictũ mulieris nuptæ quæ virum habet, cuius legitimo amplexu feruens naturæ pruriẽtis desiderium restingui & tẽperari potest. Vidua autẽ soluta est legibus vici, & (vt dicebat Labeo) vidua dicitur quasi sine duitate [d]. Itaque si viduæ mores nihil ad mariti cineres attinẽt, si superstitis impudicitia memoriam præmortui nõ maculat, si denique hæredibus vidua neque affectum debet, neque cultum & obseruantiam præstare tenetur absurdum erit & iniquum viduitatis mores ab hæredibus istis calumniosa accusatione vexari & exagitari.

a *l. ſi vxor. §. iudex. ff. ad leg. Iul. de adult.*
b *Seneca. epiſt. 94.*
c *l. viro. ff. ſoluto. matrim.*
d *l. malum. §. viduam. ff. de verb. ſignifi.*

*PRO HÆREDIBVS.* Castitatis & pudicitiæ cultus vnica est & vera fœminarum commendatio, & insigne muliebris laudis monumentum. Itaque quoties de coercenda viduarum incontinentia agitur, mulierum maximè interest, vt castæ ab impudicis secernantur, & morum iudiciũ sincera & seuera cognitio ne exerceatur. Quẽadmodum autem cùm de solemni militaris testamenti probatione agitur, iurisconsultus nulloruin magis interesse ait, quàm ipsorum militum, ne

supremis

ſupremis eorum voluntatibus fraus fiat, néve ex probationum facilitate falſa militis voluntas pro vera ſupponatur [a]. Sic etiam cùm caſtitas propria fœminei ſexus laus ſit & prærogatiua, hoc ipſæ etiam mulieres magno ſtudio procurare debẽt, impudicos luxuriosè viuentium mores ſeuera lege reprimi & coerceri. *Diſciplinæ intereſt* (inquit Tertullianus) *iniuriam vindicari. Metu enim vltionis omnis iniquitas refrænatur* [b]. Mulieres cùm & corpore debiles ſint, & ingenio fragiles, à ciuilibus officiis remoueri lex voluit, eáſque à muniis tam bellicis quàm cæteris perſonalibus excuſari. Hoc vnũ natura eis attributâ formæ pulchritudine conceſſit, vt ſola caſtitatis & continentiæ prærogatiua ſuperbiãt, & in vero virtutis ac modeſtiæ certamine victrices triumphum ſupra viros reportent. Viri faſtidioſo vxorum cõtemptu nouitatis amantes, turpem cupiditatum ſuarum procacitatem fouent, & impuræ libidini audacius indulgent. Mulieribus hunc triumphum virtus reſeruauit, vt modeſtiæ & pudoris ſtudioſæ tenacius incorruptã antiquæ caſtitatis integritatem retinerent. Halcyones aues nidos ex piſciculorum oſſiculis & ſpinulis tanto támque admirabili artificio ſtruunt & contexunt, vt ſoli Halcyoni pateat ingreſſus: cæteris animalibus interdicatur, ac neque etiam mare ipſum influat. Pudicã mulier lectũ ſuũ ita adornet & componat, vt ſoli marito pateat aditus: ſoli accedere permittatur: illicitos aliorum amplexus fugiat & execretur. Quintilianus eleganter, *Nõ eſtis* (inquit) *exhortandi mihi ad tuendã caſtitatem, ciuitati ante omnia neceſſariã. Matrimoniis ſcitis contineri ciuitatem, his populos, his liberos & ſucceſſionem patrimoniorũ & g-a-*

[a] *l. Diuus. ff. de teſta. milit.*

[b] *Tertull. lib. 4. adu. Marcio.*



Source : BIU Cujas

*dum hæreditatum, his securitatem domesticam* [a]. Itaque vno gentium omnium consensu adulterium stuprúmque multa pœnarum & infamiæ seueritate coerceri placuit, & seuera lege mulieres prostratæ impudicitiæ reas castigari & puniri cóueniens visum est. Lege Mosaica adulteræ lapidabantur [b]. Antea ignis fuerat pœna adulteriis præstituta [c]. Vt nec dissimiliter Macrinus Imperator adulterij reos viuos incendi iussit [d]. Apud Ægyptios deprehẽsus in adulterio virgis cædebatur ad mille plagas, mulier naso mutilabatur [e]. Saluianus de Vandalis, *Addiderunt quoque ad libidinem comprimendam* (inquit) *seueras pudicitiæ sanctiones, gladio impudicitiam coercentes: vt puritatem scilicet vtriusque sexus & domi connubio reseruaret affectus, & in publico metus legum: Ac sic duplici præsidio castimonia niteretur, cùm & intus esset, quod amaretur, & foris quod timeretur* [f]. Parthos scribit Iustinus nulla delicta adulterio grauius aut seuerius vindicasse [g]. Sunt qui asserant Lycurgũ nullam de adulteriis legem tulisse, quòd nullũ Spartæ adulterium fore speraret. Apud Atheniẽses primus Draco graui pœna in adulteros & adulteras animaduerti voluit [h]. Licèt autem postea temperata fuisset legibus mitioribus pœnarũ seueritas: adulteræ tamen omni mũdo ornamentóque muliebri detracto ingressu templorum arcebantur: huiúsque legis verba à Demosthene recitantur [i]. Scholiastes Aristophanis aliud pœnæ genus in mœchos deprehensos memorat: ῥαφανίδας λαμβάνοντες καθίεσαν εἰς τοὺς πρωκτοὺς τούτων καὶ παρατίλλοντες αὐτοὺς τέφραν στερμὴν ἐπέπασσον [k]. Templorum ingressum non soli Athenienses, sed & aliquando Christiani mulieribus impudicis præcluserunt, scientes immoderatam & indo

a Quintil. decla. 249.

b Leuitic. cap. 20. & Deut. c. 22.

c Gen. ca. 28.

d Capitolinus in Macrino.

e Diodor. Sicul. li. 2. Biblioth.

f Saluian. li. 7. de gubernat. Dei pag. 265.

g Iustin. li. 41.

h Pausanias lib. 9. in Bœotic.

i Demosth. in Neærã.

k Scholia. Aristoph. in Nub.

indomitam fœminei sexus ambitionem à libidine & voluptatibus nō tam seueritate pœnarum, quàm infamia deterreri. Refert Nicephorus Gregoras Marcesinam mulierem impudicam, cum qua Ioannes Ducas Imperator luxuriosè viuebat, voluisse aliquando templum Blemmydæ sumptibus extructum ingredi. Blemmydas vir pius & morum grauitate spectabilis, templi fores aduenienti Marcesinæ per monachos suos occludi præcepit: Nefas existimans (inquit Nicephorus) nefariam & impudicam mulierem impuris & profanis pedibus suis sacrum pauimentum calcare. ἐ γδ ἐκεῖνο δίκαιον ὁ θεῖος ἐκεῖνος ἀνὴρ ἐνόμιζεν καὶ ἀθεμίτους ποσὶν ἱερὸν πατεῖν ἔδαφος τὸ ἀνόσιον ἐκεῖνο καὶ ἀνοσιώτατον γύναιον a. Cumæi deprehensam in adulterio mulierem in forum producebant, deinde asino impositam per vrbē circunducebant, atque exinde ὀνοβάτις dicta, infamis habebatur b. Aliquando adulterium in viris castratione & virilium abscissione punitum est. Vnde illud Diogenis de Didymone mœcho, ἄξιος (ἔφη) ἐκ τῦ ὀνόματος κρεμασθῆναι c. Nam Græca διδύμων appellatione testiculi intelliguntur. Apud Romanos variæ fuerunt pro diuersitate temporum adulterij pœnæ. Romulus adulterij cōuictam permisit viro & cognatis vti vellent necare. Lex Numæ Pompilij hæc fuit: *Pellex aram Iunonis ne tangito: si tanget, crinibus dimissis agnam fœminam cædito* d. Ante leges Iulias verisimile est adulterij pœnas in Romana Republica non capitales certa lege statutas, sed potius arbitrio iudicum relictas fuisse. *Lusus erat sacræ connubia fallere tedæ* e. Iuuenalis, *Antiquum & vetus est alienum, Posthume, lectum Concutere, atque sacri genium contemnere fulcri.* Liuius Q. Fabium

a Nicepho. Gregoras hist. lib. 2. pag. 21. in fin. & pag. 22.

b Plutarc. in Ellinicis quæst.

c Diogenes Laertius in vita Diog.

d Festus in 14. de verb. signif.

e Martial. lib. 6.



Source : BIU Cujas

refert matronas aliquot ſtupri damnatas pecuniã mulctaſſe, ex qua Veneris ædem faciendã curauit[a]: At verò leges Iuliæ maiorẽ in adulteras pœnarum ſeueritatem ſanxerunt, vt earum metu mulieres in officio & caſtitate morum continerẽtur. Horatius, *Nullis polluitur caſta domus ſtupris, Mos & lex maculoſum edomuit nefas, Laudantur ſimili prole puerperæ, Culpam pœna premit comes.* Dubiũ tamen & controuerſũ eſt, an legis Iuliæ pœna capitalis eſſet, & temeratores alienarũ nuptiarũ gladio puniret. Quod pleriſq; locis cõfirmare videtur[b]: Cethegus Senator adulterij reus delatus ceruice periit abſciſſa, vt eſt apud Ammianũ Marcellinũ[c]. Apul. *Ac ne iuris quidem ſeueritate lege de adulteriis ad diſcrimen vocabo capitis tam venuſtum ac pulchellũ puellũ*[d]. Scribit Tacitus Apuleiã Variliã & maieſtatis & adulterij fuiſſe acculatã. *Et de adulterio* (inquit) *ſatis cautum lege Iulia viſum eſt: Sed Tiberius adulterij grauiorem pœnam deprecatus, vt exemplo maiorum adultera à propinquis ſuis vltra ducenteſimum lapidem remoueretur ſuaſit*[e]. An verò adulteriũ ſolã relegationis pœnam legibus Iuliis haberet, incertum. Quod plerique exiſtimauerunt, tum ex Martiani Iuriſcõſulti teſtimonio[f], tum etiam ex eo quòd lex Iulia damnatas adulterij vxores duci & teſtimoniũ dicere vetat[g]. Vt & Diuus Auguſtinus ſcripſit antiquos Romanos, licèt aliqua damnatione, nulla tamen mortis pœna fœminas adulteras puniuiſſe[h]. Ac certè paſſim & apud Tacitum, & apud alios Romanę hiſtoriæ authores, pleraſque mulieres referri comperias, quæ adulterij damnatæ, aut in exilium actæ aut relegatæ fuerunt. Ac forſitan exilium & relegatio apud Romanos capitalis pœna cẽſeri debuit.

a Liuius li. 10.

b §. itẽ lex Iulia. de pub. iud. in Inſt. & l. 30. quãuis. C. ad leg. Iul. de adult. l. 4. C. Theod. quæ. appell. non recip.

c Ammia. Marc. l. 28.

d. Apuleius l. 9. metam.

e Tacit. li. 2. Anna.

f d. l. ſi quis vidua. ff. de quæſt.

g l. 29. mariti. ff. ad l. Iul. de adul. l. Claudius. ff. de his quæ vt indig. l. ex eo. ff. de teſt.

h D. Aug. lib. 3. c. 35. de ciuit. Dei.

Vt

Source : BIU Cujas

Vt quemadmodum Syllanus Consul designatus, cùm Lentulum, Cethegum, cæterósque eóiurationis Catilinariæ conscios censuisset vltimo supplicio afficiendos: exinde audita Cæsaris oratione, sententiam suam moderata interpretatione ita temperauit, vt diceret carcerem Senatori Romano vltimum esse supplicium [a]. Sic etiam fieri potest, vt qui capitalem fuisse legis Iuliæ pœnam scripserût, non de vltimo mortis naturalis supplicio cogitarent, sed vel exilium, vel relegationem capitalem fuisse ciuibus Romanis pœnam censerent [b]. Nam licèt Plinius multa oratione doceat, quantum relegationis pœna à capitis mortisve damnatione differat [c]: Indicia tamen, quibus inferebatur maxima capitis diminutio, promiscuè vltimi supplicij & capitis pœnæ appellatione designabant. Paulus, *Hæc omnia facinora* (inquit) *in honestiores pœna capitis vindicari placuit: Humiliores verò in crucem tolluntur aut bestiis obiiciuntur* [d]. Idem Paulus summa supplicia appellat crucem, crematione, decollationem [e]. Quin etiam, si Iurisconsultorum locos propius attendamus, videntur vltimum supplicium à supremo supplicio distinguere: Vt ad bestias damnatio vltimum est, non tamen summum aut supremum supplicium [f]. Sed vt de adulterio agamus, forsan conuenientius fuerit, si dixerimus magistratus arbitrio suo pœnarum & damnationum iudicia ex variis rerum circunstantiis, ac plerunque etiam ex Principis voluntate, reseruasse, vt in hac nostra Frãcia tam adulterij quàm cæterorum criminum pœna arbitrio iudicum permittitur. Imperator tamé Constantinus seuera sanctione adulterium gladio puniuit [g]. Iustinianus adulteras in monasterium detrudi

a. *Plutarch. in Ciceron.*

b. *l. sed & si quis. in princip. ff. si quis caution.*

c. *Plin. lib. 8. epist. 14.*

d. *Iu. Paul. l. 5. recept. sent. ti. 23.*

e. *Iul. Paul. li. 5. recept. sent. tit. 17. §. 2. & tit. 21. §. vlt.*

f. *L qui vltimo. ff. de pen. l. quicunque. ff. ad leg. Cornel. de falsis. Iu. Paulus tit. 23. §. 1. lib. 5.*

g. *l. quamuis. Cod. ad leg. Iul. de adult.*

Source : BIU Cujas

trudi voluit a. Leo Imperator tam adultero, quàm adulteræ nasum præcidi sanxit : maritum verò dotem lucrari b. Et hæc quidem adulterij accusatio adeò censetur fauorabilis vt etiam sponso aduersùs sponsam concedatur c. Imò etiam licuit repudiatam accusare stupri d. Sed quemadmodum infame adulterij crimen non modò publicum pudorem lædit, sed & priuatam mariti existimationem offendit : ita etiam non sola adulterij pœna in corpus adulteræ eiúsve in famam infertur: sed & aliquod pecuniariæ adiudicationis commodum, siue ex dotis lucro, aut alia ratione, marito in solatium tribui solet. De hæredibus mariti an dotem lucrentur controuersum fuit. Quibus iuris Doctores viduam luxuriosè & impudicè viuentem etiam ex accusatione hæredum, tam dote quàm cæteris lucris nuptialibus priuari asserunt e. Lex enim multis pœnis turpes & impudicas fœminas coercere desiderauit. Nam cùm de matribus ageretur, quæ donationes filiis factas ex causa ingratitudinis reuocare volunt, Constantinus Imperator his verbis vtitur, *De cæteris, quæ portentosæ vilitatis abiectæque pudicitiæ sunt, satis etiam tacitè cautum putamus: Quis est enim qui his aliquid arbitretur tribuendum esse* f ? Sic quemadmodum vidua ad secunda vota transeũdo, tutelam amittit, ita etiam si lasciuè & impudicè viuat g. Nam si Iustinianus viduam, quæ ad secundas nuptias transiuit, dixit, tum defuncti memoriam, tum etiam charitatem liberorum offendere h. Quãtò potiùs id de ea vidua dicetur, quæ non legitimis nuptiis, sed infami libidine cupiditatem suam satiauit ? Lex enim (inquit Imper. Constantinus) *non solum contra tutores, sed etiam contra fœminas immoderatas*

a Nouella 134. ca. 10.

b Nouella Leonis 32.

c l. si vxor. §. diuus. ff. ad leg. Iul. de adult. l. prop. Co. eod.

d l. penul. ad leg. Iul. de adult.

e Paulus Castrensis ad l. sorores. ff. de his quæ vt indign. & tõsil. 147.

f l. his solis. §. actionẽ. Cod. de reuoc. donat.

g l. fin. Co. quãdo mulier tutelæ offic.

h authent. de nupt. §. sin autem.

Source : BIU Cujas

*ratas atque intemperantes prospexit minoribus* a. Hæ quidem omnes rationes suadere videntur, vt etiam marito mortuo vidua luxuriosè viuens possit ab hæredibus non minùs dote, quàm cæteris lucris nuptialibus priuari. Tamen inter iuris Doctores, illi, qui iudiciorum nostrorũ regulas norunt, doris causam à doario secernunt. Mulier enim dotem à se, non à marito habet, neque dos ex viduitate, sed ex cõiugij causa procedit: vt iniquum videatur hæredes dotem lucrari ex causa adulterij, siue constante matrimonio, siue soluto coniugio admissi b. At verò diuersa est doarij ratio. Nam cùm sola viduitas doarij ius tribuat, vidua, nisi pudicè viduitatem exhibeat, præmiis & lucris, quæ ex viduitate procedunt, indigna censeri debet. Certè insolens esset mulierum petulãtia, si vidua, quæ corpus suum addixit turpissimæ cupiditati, non modò id impunè ferret, sed & insuper doarij præmio & emolumento donaretur: Dicebat Marcus Cato, *Date frænos impotenti naturæ & indomito animali, nec sperate ipsas modum licentiæ facturas, nisi vos feceritis* c. Quin & adulterij quæstio hæredi potius, quàm ipsi marito concedenda est. Hæres moderato dolore ad vindictam accingitur. At verò (ait Papinianus) *Mariti facilè decernentis calor & impetus fuit refrenandus* d. Cauendum esse lex voluit, ne mulier stupri procacitate viduitatem commaculet e. Vxor enim præsenti viro honorem & castitatem exhibere, mortui memoriam colere tenetur. At vidua, quæ ipso luctus anno deliquit, ea demũ in cineres mariti peccat, & defuncti existimationem lædit. Vidua defuncti mariti priuilegia consequitur f. Itaque sicut defuncti priuilegiis & honore gaudet, ita etiam

a l. lex qua. §. lexenim. C. de adm. tutorum.

b Boerius decis. 338.

c Liuius lib. 34.

d L. nec in ff. ad leg. Iul. de adulter.

e l. si mulier. Cod. ad leg. Iul. de adult.

f L. Fœmina. ff. de Senator. l. filij libertorum. §. viduæ. ff. ad municipalem.

ejus

eius memoriam colere debet & reuereri. Stuprum autem adeo recēs & ipso luctus anno commissum tùm cineribus manibúsque sepultis, tùm etiam nomini & honori totius familiæ notam & ignominiā inurit. Deinde vitia suos progressus habent, nec verisimile est quemquam repentè fieri turpissimū. Vnde fit vt quæ tā recens post mariti obitum statímque ipso soluti matrimonij momento turpiter se & libidinosè prostituit, vix est vt non etiam constante matrimonio, lasciuos & lubricos mores, aut certè impudicas cogitationes habuerit, vt non tam vidua peccasse quàm coniux adultera deliquisse intelligatur. Hæc enim Imperatoris verba sunt in ista eadem præsumptione, καὶ ἔτι πρεόντος ἀνδρὸς τὸ μὴ σωφρονεῖν ἐννοοῦσα a. Quin etiam cùm Iustinianus nouella sua constitutione graues pœnas sancire voluerit aduersùs illam quæ vndecimo mēse etiam legitimè parit b: quis non eam maiore & grauiore pœna dignam existimauerit, quæ ipso anno luctus illegitimè & impudicè vixit? Lex eam quæ defūcto maledixit, & infaustas voces aduersùs testatorem iactauit, priuari debere existimat omnibus illis quæ à defūcto testatore ei relicta fuerāt c. Hæ enim omnes propter nuptias donationes, & hæc omnia lucra, pudicitiæ præmio cedunt d. Cur non idem ille iuris rigor aduersùs viduam locum habebit, quæ non modò voce infausta & maledica, sed & turpi facto ac fœdissima sua libidine defuncti memoriam offendit & violauit? Quis enim impuris adeo moribus viduarum procacitatem tuebitur, vt ei quæ maritum non habet, impunè scortari permittat? *Quàm melius Vandali* (inquit Saluianus) *qui sic inhibuerunt scorta, vt adulteria! Qui & fœminas*

a *Nouella 39. de restit. rerum dotal. & de ea quæ parit vndecimo mēse.*

b *Nouella 39.*

c *l. 9. si inimicitiæ. ff. de his quæ vt indignis.*

d *l. res vxoris. Cod. de donat. inter vir. & vxor.*

*nas nullis voluat esse fœminas nisi maritis suis: & viros volunt nullis mulieribus esse masculos nisi vxoribus suis. Qui euagari obscœnas libidines extra legitimum thorum non sinunt* [a]. Nam quod obiicitur, hæredes morum coercitionem non habere, neque adulterij accusationem eis concedi, hoc quidem obtineat, quoties maritus adulteriũ resciuit, vt viduæ prosit dissimulatio mariti, qui cùm posset, cõqueri noluit. Hoc autem casu de eo adulterio stupróve agitur, quod nec maritus resciuit, nec per rerum naturam nosse potuit: cùm post eius obitum crimen commissum arguatur. Nam cùm mulier ex caussa adulterij donatione propter nuptias cæteríque lucris ex iuris dispositione priuetur [b]: Quantò magis eam odio & pœnis prosequi debemus, quæ non quouis tempore, sed ipso anno luctus viduitatem turpi & obscœno prostratæ pudicitiæ scelere cõtaminauit: quódque tempus ad lacrymas tristéque amissi coniugis desiderium antiquitas introduxit, ista in delicias & illicitas corporis libidines venereósque ac furtiuos amplexus impendit? Quòd si punitur vidua, quæ intra annum luctus etiam solemniter nupsit, si infamis est [c], si omnibus lucris nuptialibus cæteríque à marito donatis priuatur [d]: quanto potius illa quæ non palàm & legitimè nubit, sed clandestino stupro & furtiuo coitu corpus suum maculat? *Neque enim* (inquit Iustinianus) *aliquid habebit amplius castitate luxuria, sed ipsa pœnis & quidem grauioribus subiicietur* [e].

[a] Saluianus lib. 7. de gubern. Dei pag. 266.

[b] Capitulo plerunque extra. de donat. propter nupt.

[c] L. liberorum. ff. de his qui notantur infam. l. decreto. Cod. ex quibus causis infamia irrog. l. 1. de secundis nuptiis.

[d] Authent. de restitut. & ea quæ parit 11. mense. Nouella 39. in fin.

[e] SENATVS primo arresto hæredes ad probationem stupri, quod ipso luctus anno commissum arguebatur, admisit. DEINDE facta stupri probatione aliud subsecutum est arrestum quo

Senatus

Senatus viduam à petitione doarij relecit hæredes. que ab illa doarij præstatione absoluit a.

a Arr. du 11. d'Aur. 1571. donné en la 3. chambre des Enquestes au profit des heritiers d'vn nommé le Royer.

## *De vidua, quam hæredes mariti arguunt & adulteram, & cædis mariti participem fuisse.*

## CAP. XIV.

TITIA Meuio nupserat. Aliquo post nuptias contractas tempore Meuius vxorem probri insimulat, & adulterij accusationem aduersus eam instituit: sed iudicio vix dum cœpto nullisque adhuc probationibus, fit inter coniuges mutua animorum reconciliatio. Aliquo post tempore maritus interficitur incerto sceleris authore. Homicida prehendi non potest: Defunctus Sempronium fratrem hæredem bonorum omnium reliquit. Hunc vidua in iudicio persequitur, vt ab eo dotem & doarium consequeretur, eodemque iudicio cætera sibi à marito donata præstari postulat. Sempronius hæres litem multis dilationibus protrahit, multasque moras nectit: atque interea Titia ad secunda vota transiens Seio nubit. Cùm tandem Titia Seiusque nouus maritus cœptam litem post tot moras persequi vellent, eámque aliquo iudicio terminari sturderent, Sempronius hæres per modũ exceptionis duplex crimen opponit, séque ad vtrumque probationem admitti desiderat. Asserit enim Titiam tam constante, quàm soluto matrimonio adulteram fuisse: Quin & eam cædis mariti Meuij participem & conscium arguit, atque ideo & doario,

Source : BIU Cujas

rio,& cæteris tam donationibus quàm lucris nuptialibus priuari debere Quod ad adulterij accusationem attinet,Titia & temporis diuturnitatem & hæredis persónam allegat.Alterũ autem crimen obiectum,quasi cędis mariti particeps esset, Titia alia ratione refellit.Neque enim satis esse dicebat hæredem per modum exceptionis tam atrox & nefarium facinus allegare.Sed tantum crimen aliter in iudicio proponi non posse contẽdebat,quàm accusatione ritè & secundùm leges inscripta & instituta,vt vel crimine probato in ream animaduertatur,vel si probatum non fuerit , Sempronius calumniator iudicetur & seuerè ex legum acerbitate plectatur. In eo autem versabatur præcipua causſæ huius disputatio. An criminis obiecti probatio per modum exceptionis admitti posset: An verò non aliter quàm facta inscriptione & accusatione ex præscripto legum instituta. Huic autem causſæ etiam volens Seius secundus maritus accessit,séque Titiæ vxoris defensióni adiunxit.

*PRO SEMPRONIO HÆREDE.*

Causſa hæc agitur aduersùs mulierem & adulterio & cęde mariti insignem.Titia non modò constante matrimonio thori genialis calcato fœdere turpiter se prostituit,sed & intra annum luctus impudica libidine peccauit in cineres mariti. De adulterio post secundas nuptias commisso agnoscit Sẽpronius sibi non esse curiosè inquirendũ,nec quicquam ad se pertinere,si nouus hic maritus turpiter vxoris impudicitiam dissimulat,eámque vindicare negligit. Atque vt verbis Senecæ vtamur, *cùm ita prolapsi mores iã sint,vt nemo ad suspicanda adulteria nimium credulus videri possit,mirari licet istius,aut ex-*



Source : BIU Cujas

[a] Seneca l. 2. cõtrou. 8. *miam patientiam aut nimium stuporem* [a]. At verò cùm & Titia viuente Meuio impudicè vixerit, & illo mortuo cineres defuncti offẽdisse probetur, nõ est quòd impudicitiam tantam impunè ferat, siquidem nulla lugendi cura, nullo mortui desiderio, memoriam defuncti infami stupro violauit. Commissum olim adulterium velamento sequentis matrimonij nõ extingui rescribunt Imperatores [b]. Nec est quòd vlla calumniæ suspicio obtẽdatur, quippè defunctus Meuius primus de adulterio conquestus est. Sed, vt insignis est frontis impudicæ nequitia, Titia non innocentiam, sed ex sceleris conscientia mariti veniã & reconciliationem prætendit. Non tamen ad criminis purgationem sola sufficit mariti taciturnitas. Maritus enim aut inepto pudore propriã ignominiam & familiæ dedecus dissimulatione tegit & occultat, aut fœminæ blanditiis vel poculis amatoriis euinci potest, aut incredulitate criminis veritatem ipsam pertinacia sua oppugnat. Eleganter Ouidius, *Viderit ipse licèt, credet tamen ille neganti, Damnabitque oculos, & sibi verba dabi* [c]. Verùm leges maritis licere noluerunt impudicos mulierum mores turpi patientia perpeti, si semel aliquando aut damnatæ aut etiam accusatæ fuerint. Plinius de Gallita adulterij rea refert, quæ Tribuno militũ nupta suam & mariti dignitatẽ Centurionis amore maculauerat: Maritus post damnatum adulterũ vxorem domi retinebat: Admonitus vt perageret accusationem, peregit inuitus: sed (inquit Plinius) illam damnari etiam inuito accusatore necesse erat. Dãnata & Iuliæ legis pœnis relicta est [d]. At verò accusatione nondum cœpta, Vlpianus maritum excusat, si velit adumbrare

[b] L. compertum. C. ad leg. Iul. de adult.

[c] Ouid. li. 4. de rem. Eleg. 2.

[d] Plin. lib. 6. epist. 31.

parien

patientiam prætextu incredulitatis [a]. Sed diuortio ex causa adulterij semel facto aut adulterij accusatione in iudicio instituta, legis ratio & honestatis publicæ disciplina ab eo tempore reconciliationi coniugum refragatur, & ex Arelatensi concilio, vir qui retinet adulteram, particeps est criminis. Patronus est turpitudinis qui celat crimẽ vxoris [b]. Domitianus equitem Romanum ob reductam in matrimonium vxorem, cui dimissæ adulterij crimen intenderat, erasit iudicum albo [c]. Laonicus Chalchondilas refert apud gentes quasdã diram esse & infamem imprecationem illam, vt quis repudiatam vxorem iterum recipiat [d]. Paulus qui inter priscos monachos vitæ sanctitate & morũ austeritate claruit, non aliam instituti sui & solitarij voti occasionem habuisse fertur, quàm quòd vxorem in adulterio deprehensam retinere nolens, in solitudinem & deserta monasticam vitam professus abiit [e]. Diuus Hieronymus, *Illa* (inquit) *quæ vnam carnem diuisit in alium vel alios, retineri non debet, ne maritus fiat sub maledicto* [f]. Sic & ex iuris ciuilis dispositione, qui vxorem adulterij damnatam reduxit, incurrit crimen lenocinij [g]. Solonis lex maritum infamia notabat. ἐπειδὰν δὲ ἕλοι τὸν μοιχὸν, μὴ ἐξέστω τῷ ἑλόντι συνοικεῖν τῇ γυναικὶ. ἐὰν δὲ συνοικεῖ, ἄτιμος ἔστω [h]. Institutam fuisse à defuncto, sed non peractam accusationem constat. Hæres autem cœptam à defuncto adulterij accusationem & renouare & prosequi potest [i]. Sic enim quando dicimus donatoris hæredem ex donatarij ingratitudine donationem reuocare non posse, lex nominatim adiicit, hæredi adimi querimoniæ primordium, vt ostenderet hæredem ab accusationis quidem

a *l.26. mariti. ff. ad leg. Iul. de adult.*

b *cap. quẽadmodum §.1. ext. de iureiur.*

c *Suet. in Domitiano cap.8.*

d *Laonicus Calchondilas li.1. de rebus Turcicis.*

e *Niceph. Eccles. hist. lib.8. cap. 40. Hist. Tripart. li. 1. cap. 11.*

f *D. Hiero. in cap. 19. D. Matthæi.*

g *l. castita. C. ad leg. Iul. de adult. l.2. §. vnde. ff. eo.*

h *Demost. in orat. contra Neæram.*

i *l. Posthumus. §. vlt. ff. de inoff. test. l. si pater. C. eod. tit. Guido Pap. quæ.*



Source : BIU Cujas

primordio repelli & excludi, sed querimoniam à defuncto cœptam licere pœnali iudicio persequi. Titia non innocentiam præscribit & allegat, sed tempus obiicit. Quasi verò vlla sit temporis præscriptio, quæ dedecus tantum & nefarij criminis infamiam & tegere & abolere queat: Maximè cùm in hac causa obiiciatur adulterij crimen non capitali accusatione, sed ad eum præcipuè finem, vt à petitione dotis, doarij ac cæterorum, quę à marito donata sunt, Titia quasi indignitatis iure repellatur. At petitionis illius respectu integra res est & causa illæsa. Neque enim adhuc quicquam Titiæ vel præstitum, vel solutum, vel etiam adiudicatum fuit. Deinde aduersùs Titiam non sola proponitur adulterij querela, sed simul etiam matrimonium & atrocius parricidij crimen obiicitur. Accusatur enim Titia quasi cædis mariti particeps fuerit & conscia. Illa post coniugium adulterio pollutum, crudele parricidium aduersùs maritum machinata, homicidam intromisit, nutantem confirmauit, irruentem iuuit, & hortatu suo ad cædem cruentam & nefariam impulit. Dicebat Marcus Cato, *Nullum tantum scelus aut tam magnum facinus esse ad quod suscipiendum libido voluptatis, violatæque pudicitiæ audacia non impellat.* Crimen autem istud quàm nefarium sit, inde satis patet, quòd ipsa etiam sola machinatio Pontificiis constitutionibus coercetur, & seueriſſimè punitur. Leges autem ciuiles crimen hoc adeò horrendum & nefarium existimauerunt, vt ob atrocitatem sceleris parricidium appellauerint. Danai filias Horatius ita detestatur. *Impiæ nam quid potuere maius? Impiæ sponsos potuere duro Perdere ferro.* Hoc sæuissimum parricidij

a *d.l. fin. C. de reuoc. donat.*

b *ea. super hoc, extr. de eo qui duxit in mat. quam polluit per ad. cap. 1. de uxori. can. admouere. 33. quæst. 2. can. si qua mul. 31. quæst. 1. can. interfectores 35. que. 2. c l. 11. ff. ad leg. Pompeiam, de parric. l. 1. C. de his qui parentes vel lib. occid. l. fin. C. ad leg. Cor. de sicar. d Horat. li. 2. carm. ode 3.*

dij ab adultera coniuge in maritum perpetrati crimen multa quidem habet exempla, sed scelerata. Nam & Candaules dira vxoris machinatione cæsus est [a]. Et Alexander magnus Regis Spitamenis, quanquam hostis & aduersarij vxorē, quæ trucidati mariti caput gestabat, auersatus est, atque illam è castris excedere iussit [b]. In quadam Indię regione cùm aliquando contigisset virum vxoris dolo interiisse, vt deinceps omnis cessaret criminis suspicio, constitutum fuit vxores cum viris in funere cremari. τὰς γυναῖκας τοῖς ἀνδράσι συγκαταικίζειν. Idq; Diodorus statutum refert διὰ μίαν γυναῖκα φαρμακίδα ἀπολέσαν τὸν ἄνδρα [c]. Cæsar de Galliis agens, *Cùm paterfamilias* (inquit) *illustriore loco natus decessit, eius propinqui conueniunt, & de morte, si res in suspicionem venit, de vxoribus in seruilem modum quæstionem habent: & si compertum est, igni atque omnibus tormentis excruciatas interficiunt* [d]. *Non aegrè ferret mulier* (inquit Imperator) *si torqueatur, quæ venenis suis viscera hominis extinguit* [e]. Hinc fit vt diuinum numen seuera vltione scelus hoc adeò nefarium vindicare soleat. Vipera in coitu masculū enecat, sed postea partus exeso matris vtero in lucem editur: Idque natura videtur voluisse, vt in vindictam necati parentis proles parricidio gigneretur [f]. Sic etiam frequenter contingit, vt nefariæ illæ mulieres, quæ fraude mala aut venenis in maritos sæuiunt, filios habeant tanti sceleris vltores. Fabricianū Plutarchus memorat vxoris adulteræ machinatione trucidatum: Huius infantē filiū Fabia defuncti soror seruauit: Ille cū adultus matrē interemisset, à Senatu absolutus est [g]. Cur non etiam Sēpronio licebit, vt quemadmodum bonorum Meuij fratris hæres

a *Herod. l. 1.*

b *Quintus Curtius li. 8.*

c *Diodorus Siculus li. 19.*

d *Cæsar l. 6. commēt.*

e *l. 3. C. de quæstionibus.*

f *Herodotus in Thalia lib. 3.*

g *Plutarc. in Parallelis.*



Source : BIU Cujas

est, sic etiam tanti parricidij vindictam in iudicio persequi possit? Antiqui mulierem quæ impudica & adultera esset, eandem quoque veneficam facilè præsumebant [a]. Sicut enim mulier casta, dicitur socia rei humanę & diuinæ domus [b]: ita etiam cùm impudica est, omnia diuini & humani iuris vincula, quantumuis arctissima, commissò adulterio reuellit. Titiam adulterã fuisse facilè Sępronius probabit. Quid ergo mirum si in necem mariti conspirauit? Ausonius, *Toxica zelotypo dedit vxor mœcha marito* [c]. Diuus Hieronymus de muliere loquens, *In odium verteretur ac iurgia* (inquit) *& nisi citò consulueris, parabit venena* [d]. Solent autem (inquiunt canones) nuptarum mulierum corruptores vitę maritorum insidiari [e]. Sed Titia veritate obiecti criminis oppressa ad argutias cõfugit, eiúsque vna hæc defensio est, non satis esse crimen istud per modũ exceptionis proponi & obiici, sed accusationẽ ritè & secundùm leges facta inscriptione institui oportere. Itaque vnum istud examinemus. Iudiciũ hoc non criminale est & extraordinarium, sed ciuilis est actio, per quam Titia sibi dotem, doarium, cæteráque sibi à defuncto marito donata præstari & exolui petit. Hæres vt petitio ista reiiciatur, & adulterij crimen, & mariti necem opponit, quæ crimina viduam omni petitione priuant [f]. Opponit autẽ, non tam vt in hoc iudicio vindictã exerceat, sed tuendi iuris sui causa, & vt ipse à petitione Titiæ absolui possit. Hoc non minùs rectè & ritè per modum exceptionis fieri potest; quàm si facta inscriptione accusatio institueretur [g]. Sic falsi quæstio proponi potest aut criminaliter accusatione instituta, aut ciuiliter per exceptionem [h]. Si testis

reii

a *Quintil. li. 5. tit. de exemplis.*
b *l. aduers. C. de crimine expilatæ hær.*
c *Auson. epigram. 10. in Eunapinam.*
d *D. Hier. in lib. aduersùs Iouinianum.*
e *can. si quis viuẽte 31. quæst. 1.*
f *Boer. dec. 261.*
g *ca. 2. ext. de ord. cognit. l. interdũ. ff. de pub. iudic.*
h *l. Damus licentiã. C. ad l. Corn. de falsis.*

Source : BIU Cujas

reiiciatur quasi homicida adulter, aut alio infamiæ genere notatus, non est necesse accusationē aduersus eum instituí[a]. Si pater exhæredet filium quasi impiū, aut quia violentas manus in patrē intulerit, non cogitur hæres institutus accusatione proposita filiū criminaliter persequi, verùm satis est ciuiliter agendo exhæredationis causas probet. Pomponia Curianum filiū exhæredauerat, Plinióque, & quosdam alios hæredes instituerat: Cùm Curianus de inofficiosa exhæredatione cōquereretur, Plinius Corellium & Frontinum in consilium adhibuit, ex quorum sententia, *Videtur, Curiane* (inquit Plinius) *mater tua iustas habuisse causas irascendi tibi*[b]. Vlpianus eleganter, *Si quis* (inquit) *actiones, quæ ex maleficio oriuntur, velit exequi, si quidem pecuniariter agere velit, ad ius ordinarium remittendus est, nec cogendus erit in crimine subscribere: Enimuerò si extra ordinē eius pœnam exercere velit, tunc subscribere eum in crimine oportebit*[c]. At verò non Vlpiani aut Iurisconsultorum authoritas, sed Titiam sola sceleris conscientia mouet: Nam si se innocentem sciret, illa nec calumnias timeret, nec libidinum suarum turpitudines in suspicionem adduci, vel probationes vllas admitti indignaretur, sed aperta fronte & vultu imperterrito coniugij castè & pudicè exacti fidem probationibus legitimis fieri vltrò desideraret.

[a] *l. Liuius. ff. de his qui notant. infamia.*

[b] *Plin. lib. 5. epist. 1.*

[c] *l. fin. ff. de priuat. delictis.*

*PRO TITIA.* Nihil est facilius quàm vitia verbis insectari: nihil speciosius quàm crimina dānare. Nam cùm nobis hoc à natura sit insitum, vt virtutē laudemus & admiremur, vitia execremur & abhorreamus: imò & ipsos sceleratos nequitiæ suæ pudeat: nulla potest proponi gratior & plausibilior oratio, quàm eius qui crimina, improbitatē,



Source : BIU Cujas

& scelera verbis detestatur. Adulterium vituperasti: quis laudat? Adulteras lucris nuptialibus priuari debere dicis, quis hoc non fatetur? Vxores quę vel maritos ipsę trucidarunt, vel cædis eorum participes & consciæ fuerunt, tam dote quàm cæteris à marito relictis indignas asseris: imò quis illas non modò bonis, sed & luce ipsa priuari debere inficiatur? Quid ergo necesse fuit tot sententiis, tot exemplis rem apertè nefandam tam prolixa oratione, tanta contentione, nullo contradicente execrari? Vitia criminari & vituperare nemini nõ facilè est: sed reum qui in iudicio accusatur, certis rationibus, verisque probationum argumentis conuincere, hoc opus, hic labor est, hæc demùm vera propriáq; oratoris laus erit. Accusatur Titia: Nouúmne videbitur pudicam esse, & integræ famæ mulierem, cuius innocentia calumniis, maledictis, & mẽdaciis petita & lacessita fuerit? In tanta tamen testium facilitate imprudentiæ esset & temeritatis, probationes aut accusationes alias admittere, quàm eas quæ secundùm leges & iura sunt. Itaque si hìc primùm de adulterio illo agamus, quod constante matrimonio cõmissum arguitur: eius probationem nullo casu recipi & admitti debere constat. Indignũ enim est criminali iudicio vexare & persequi eam, cuius non modò famæ maritus pepercit, sed & quã donationibus & liberalitate sua ornauit. Maritus quidem ipse vindex est thori genialis [a]: Hæres autem iudicium morum habere non debet. *De moribus actio* (inquit lex) *vltra personam extendi non potest* [b]. Quintilianus, *Mariti mores exeutiant* (inquit) *mariti seueritatẽ desiderẽt, liberis satis est quòd nati sũt* [c]. Quid verò tã absurdũ, quàm vxoris mores qui defuncto

a L. 30. quamuis. C. ad legẽ Iul. de adult.
b L. 1. tit. de decurionibus. Cod. Theod.
c Quintil. decl. 339.

Source : BIU Cujas

functo placuerũt, ab eius hæredibus tanquam grauiores accusari & reprehendi: cùm maximè adulterij crimen & impudicitię iniuria solam mariti personã respiciat? *Iniuriarũ actio* (inquit Cicer.) *imminuta existimationis dolorẽ continet.* Licuit ergo defuncto iniuriã, si quæ fuerat, dissimulatione sua abolere. *Iniuriarũ remediũ est obliuio*, inquit Seneca a. Vt & generaliter vnusquisque iniuriã sibi illatã dissimulationis voluntariæ patientia condonare & remittere potest b. Seruus, qui nimis dissoluta incuria custodiam domini neglexit, punitur ex Sillaniano, sed domini venia ex dissimulatione facilè præsumitur c. Sic etiã si felonia à vassallo cõmissa arguatur, nec de ea dominus conquestus est, vel si querelã semel aliquãdo institutã omiserit, non possunt hæredes domini noua accusatione feudũ ex causa felo-niæ in defunctum commissæ repetere d. Eadémque ratione si testator nullam filiorum quasi ingratorũ mentionẽ fecerit, nõ licebit hæredi filios ingratitudinis arguere e. Si donatari ingratus probetur, agẽte donatore reuocabitur donatio: sed si donator, quem iniuria tangit, non est conquestus, perpetuũ hæredi imponetur silentium: neque ei querimoniæ primordium licebit f. Ingrati actio moueri potest à filiis hæredibus patroni ob iniuriã ipsis, non autem defuncto illatam g. Meuius quidem olim conquestus est, sed statim destitit, cùm agnouisset se ab initio vana & falsa indignatione incitatũ ad accusandum descendisse Lex autem maritum laudat, qui magna prudentiæ moderatione crimina vxori obiecta remittit h. Imò etiam adulterij damnatam potest maritus reducere, & Iustinianus adulteram

a Seneca epist. 94.
b L. non solum. §. 1. ff. de iniurijs. §. fi. de iniuriis, in Instit.
c l. 1. §. fin. ff. ad Sena. Sillan.
d cap. 1. §. insuper. & ibi glos. in verb. non succedat. & ibidem Baldus de prohibita feud. alien.
e L. omnimodo, & ibi glossa, in verb. non licebit. Co. de inoffi. test.
f l. 2. fin. C. de reuoca. donat. gl. quia manumittuntur. Cod. de operis libert. l. libert. Cod. de libert. & eorum liberis.
g L. siue meum. Co. ad l. Iul. de adul. l. mariti, in pr. ff. eodem.



Source : BIU Cujas

quidem iubet verberari & in monasterium detrudi: viro tamen potestatem facit eam repetendi, si velit, intra biennium [a]. Non ergo prohibetur reconciliatio etiam in ea quæ adulterij non modò accusata, sed & damnata est. Diuus Augustinus coniugum reconciliationem multis verbis commendat, *An tu pollutam existimas* (inquit) *quam baptismus & pœnitentia purgauit? Quam Deus emẽdauit, ea tibi non debet videri polluta* [b]. Arelatensis Cõcilij canones non tam reconciliationem prohibẽt, quàm à muliere adultera pœnitentiam exigunt. Quinimò sicut maritus qui adulterã non acta pœnitẽtia retinet, particeps criminis dicitur: Ita etiam canones adulterã, quæ pœnitentiam egit, recipi debere suadent [c]. Hæc autem omnia proponit Titia, non quòd crimen fateatur, vel de innocentia sua diffidat, aut ex sola mariti venia impunitatem quærat, sed vt reiecta accusatione calumniis & testium corruptelæ vim omnem præcludat. Quòd autem attinet ad adulterium pendente anno luctus commissum: adulterij accusationem leges quinquennio finiri voluerunt [d]. Tutius est ergo & prudentius vt corruptissimo hoc sęculo excludatur, & secundùm leges reiiciatur omnis calumniandi accusatio. Itaque in hac causa considerandum videtur, quo tandem tempore hæres iste ad accusandum processit. Ciuilis de dote, doario, & donationibus cõtrouersia longo tempore exagitata est. Hæres litem per decennium multis exquisitis suffugiis protraxit, nulla facta adulterij mentione. Tandem Sempronius cùm paratam videret post multas moras condemnationem, calumniam istam mala mente post decennium excogitauit. Quid verò iniquius esset quàm

a *Nouella 134. ca. 10.*

b *D. Aug. lib. 2. ad Pollentiũ.*

c *Cã. de bigamo. Cã. quod autẽ 32. quæst. 1. cap. si vir scies. ext. de adult. & stupr.*

d *L. adulter. Cõ. ad leg. Iul. de adult. l. maxim. §. præterea. l. quinquennium. ff. eo. tit.*

quàm accusationem hanc post quinquennij, imò decennij lapsum admitti, siquidem finiri tanto tempore accusandi licentiã leges voluerunt? Nunc verò illud vnum supereſt atrox & nefandum facinus, cuius suspicione miseræ istius conditio vexatur. Arguitur fuisse cædis mariti & conscia & particeps. Hoc tamen hæres non legitimo vindictæ desiderio incitatus allegat, sed vt dotis, doarij, & donationum præstatione liberetur. *Non iniquè is repelletur* (inquit Papinianus) *qui turpissimo exemplo commodum dotis vindictæ domus suæ præponere non erubuit* [a]. Sempronius ad criminis obiecti probationem admitti desiderat. Hoc Titia non modò non recusat, sed & ipsa postulat legitimis probationibus calumniæ veritatem exquiri. Sed vnum est in quo vterque hæret: Sempronius ciuiliter & per modum exceptionis crimen istud obiicit. Titia non aliter Sempronium debere ad crimen probandum admitti contendit, quàm si accusationem ritè & solemniter instituat, & se accusatorem apud acta inscribat, vt scilicet crimine non probato ille tanquam calumniator puniatur. Hoc ergo vnum in controuersia est, quòd Sempronius vult impunè calumniari: Titia impedit ne Sempronio liceat in tanto crimine impunè calumniari. Eleganter sanè Vlpianus, *Si cui crimen obijciatur* (inquit) *præcedere debet in crimen subscriptio. Quæ res ad id inuenta est, ne facilè quis prosiliat ad accusationem, cùm sciat multam sibi accusationem non futurã* [b]. Illud quidem constat, tam atrox crimen, si probetur, satis esse, nec aliud quidquã requiri, vt Titia à dotis & doarij petitione repellatur [c]. Sed hoc Semproni respectu nõ sufficit. Neque enim ei licet defuncti fratris, cuius hæreditatem

a L. *miles*: §. *socer. ff. ad leg. Iu. de adult.*

b L. *sicut crimen. ff. de accusat.*

c *l. Sororẽ. ff. de his quæ vt indignis. l. Lucius Titius. ff. de iure fisci. Boerius de. cis.* 338.

Source : BIU Cujas

hæreditatem & bona consecutus est, necem inultam relinquere. Hoc si ille facit, indignus fraterna hæreditate iudicabitur, eique tanquam indigno bona auferentur [a]. Cogitur ergo Sempronius accusationem instituere, & Titiam pœnali iudicio persequi. Sic etiam Titia hoc iustè postulat, ne absque legitima accusatione pudor eius & existimatio calumnioſè arguatur, nullo legum respectu, nullo metu pœnarum, quæ aduersùs calumniatores statutæ sunt. Accusatores Cicero canibus illis cõparat, qui in Capitolio alebantur, vt significarent, si fures venissent. Nam quemadmodum iis si luce latrẽt, cùm deos salutatum aliqui venerint, crura suffringuntur, quòd acres sint tunc cùm suspicio nulla est: Sic etiam puniendos ait Cicero accusatores, qui sine ratione latrant & calumniantur [b]. Lex inscriptionem accusationis requirit ad temeritatem agentium extraordinaria animaduersione coercendam [c]. Eadémque ratione imperatores his verbis rescribunt, *Quisquis crimen intendit, non impunitam fore nouerit licentiam mentiendi, cùm calumniantes ad vindictam poscat similitudo supplicij* [d].

*PRO SEIO (Qui secundus maritus Titiæ erat)* Tres sunt in Republica magistratus, quorum dignitati & imperio parere conueniens est [e]. Ecclesiastici magistratus, quales sunt Episcopi cæteríque Antistites, debent Ecclesiæ & clero præesse. Politici magistratus sunt præsides, præfecti, cæteríque iudices, qui potestatem habent iuris dicundi, criminum coercendorum, litium & controuersiarum dirimendarum. Oeconomicus magistratus est ipse paterfamilias, qui domum regit, liberos castigat, vxoris mores censura legitima corripit & mode

a L. hæredem. ff. de his quæ vt indignis.

b Cicero pro Roscio. cl. final. ff. de furtis.

c Can. duo ista, 23. qu. 4.

d l. fin. Co. de calumniat.

Source : BIU Cujas

moderatur. Olim apud Gallos viri in vxores ius vitæ & necis habebãt [a]. *Omnis maritus castitatis ex actor est* (inquit Tertullianus [b].) *Mulieribus ratio castitatem persuadet, pœna legis imponit, terror maritalis extorquet.* Sic enim apud Cassiodorum rescribit rex Theodoricus [c]. *Apud Germanos* (inquit Tacitus) *adulterarum pœna quidẽ præsens erat, sed maritis permissa. Accisis crinibus nudatam coram propinquis expellit domo maritus, ac per omnem vicum verbere agit* [d]. Inter antiquas Romuli leges hæc recitatur à Dionysio Halicarn. ἁμαρτάνουσα δὲ τι γυνὴ δικαίως τὸν ἀδικηθέντα ἐλάμβανε, καὶ τοῦ μεγέθους τ' τιμωρίας κύριον. Ταῦτα δὲ οἱ συγγραφεῖς μετὰ τοῦ ἀνδρὸς ἐδίκαζον, ἐπ' ἴσης ὧν φθορὰ σώματος [e]. Olim ergo nupta quæ in manum conuenerat, viri iudicio: innupta propinquorum coercitioni permittebatur. Nam imperante Tiberio matronas prostratæ pudicitiæ propinqui more maiorum coercebant, inquit Suetonius [f]. Affirmare possemus viguisse domestici pudoris disciplinam & obseruantiæ maritalis reuerentiam, quandiu adulterarum animaduersio & pœna maritis ac propinquorum iudicio relicta est. Sed simulatque potestas hæc maritis erepta, ad tribunalia, forum, & iudices protracta est, cœpit morum licentia corrumpi parata impunitatis spe. Matronæ, vbi maritos quasi seueros nimium impudicitiæ suæ censores, amouerunt: audacter præcipites in omne nefas & dissolutos mores prorupêre: Nunc iudices habẽt & cẽsores, quos corruptæ castitatis iniuria non offendit, qui prece vel pretio, aut etiam forma corrumpi possunt, qui suam in alieno dedecore infamiam non cauent, apud quos impunè licet probationes subdola mora eludere,

a *Cæsar lib. 6.*
b *Tertull. lib. de cultu fœminarũ.*
c *Cassiodorus l. 5. variarum epist. 33.*
d *Tacitus de moribus Germanorum.*
e *Dionisius Halicarn. lib. 2.*
f *Suetonius in Tiberio, ca. 35.*

Source : BIU Cujas

eludere, testes criminis refellere, crimen ipsum dissimulatione & pragmaticorum versutiis excusare. Sub Seuero Imperatore memorat Dio, mœchos ter mille accusatos adulterij, & in ius vocatos, sed cùm per moras negligenter accusatores ea iudicia exequerentur, secuta est omnium impunitas [a]. Melius certè ac prudentius prisci illi iuris Romani cõditores, qui in criminis istius pœna potissimas esse mariti partes censebant. Aderant quidem propinqui testes cognitionis habitæ, sed iudex erat maritus: Idque non in adulterij tantùm crimine, sed & quibuscunque aliis. Tacitus, *Pomponia Græcina* (inquit) *insignis fœmina Plancio, qui ouans se de Britannis retulit, nupta ac superstitionis externæ rea, mariti iudicio permissa: Vsque prisco instituto, propinquis coram, de capite famáque coniugis cognouit* [b]. Sic & idem Tacitus de Apuleia Varilia, *Adulterij grauiorem pœnam de precatus Tiberius, vt exemplo maiorum à propinquis suis vltra ducentesimum lapidem remoueretur, suasit* [c]. Eadem ratione cùm de nocturnis Bacchanalium sacris quæstio haberetur, Liuius refert mulieres damnatas cognatis, aut in quorum manu essent, traditas, vt ipsi in priuato animaduerterẽt in eas [d]. At verò in Francia nullum adulterio frequentius crimen est, quia nullius delicti impudentior venia est, nulliús rarior pœna, adempta maritis in vxores animaduersione. Vnde Faber ac nonnulli alij scribunt adulterium in Francia non puniri [e]. Hæc autem omnia non ideo referuntur, vt vel crimen tantum tueri & excusare, vel vxorem ad delinquendum proposita impunitate Seius inuitare velit: sed quia hæredem videt nõ tam dolore vllius iniuriæ quàm auara lucri cupiditate impulsum, id

vnum

[a] *Xiphilinus à Dione in vita Seueri.*

[b] *Tacitus lib. 13.*

[c] *Tacit. lib. 2.*

[d] *Liuius lib. 39.*

[e] *Faber in §. ex non scripto, de iure naturali gentiũ & ciuili, & §. item lex. de publicis iudicijs, in Inst. & in l. 1. Co. quæ sit longa consuetudo.*

Source : BIU Cujas

vnum cogitare, non vt defuncti iniurias vindicet, ſed vt defuncti liberalitatem inſigni aliqua calumnia euertere & oppugnare contendat. Vt certè paſſim in iure videas hæredes ſæpè, vt viduas donis & liberalitate defuncti coniugis ſpolient, illis adulteria, maleficia, cædes cruentas calumnioſè obiicere[a]. Itaque conueniens eſt ſoli marito adulterij ab vxore comiſſi acculationem & cognitionem committi: Tũ quia ſolus iniuria afficitur, ideóque mulier ex Romuli lege habebat δικαστὴν τὸ ἀδικούμενον. Tum quia ex ſententia Vlpiani, probatam à marito vxorem & quieſcens matrimonium nõ debet alius quiſquam turbare atque inquietare[b]. Mulier quæ poſt diſſolutas primas nuptias ad ſecũda vota tranſiit, antequam adulterij accuſari queat, hoc priùs requiritur, vt adulter conuincatur, ac tum demum mulier de integro poteſt accuſari. Neque enim antea admittendus eſt accuſator, ſi quis ſequẽs matrimonium benè concordatũ (vt ait Papinianus) diri-mere velit[c]. Aut certè dicere poſſumus cum D. Ambroſio, ſæpè maius eſt in ipſo iudicio peccati peccatum, quàm in ipſo peccato. Itaque cùm Titia per ſeptẽ annos vidua fuerit, nulla aut criminis aut adulterij ſuſpicione, pudor ſecundarum nuptiarum ferre non poteſt, vt lapſo decennio, & Seio ſecũdo marito non conquerente, poſſit hæres Meuij eam adulterij quæſtionem mouere, quam leges quinquennio finiri voluerũt. Quòd autem Titia cædis mariti prioris cõſcia & particeps fuiſſe arguitur: accuſatio hæc adeò grauis eſt, vt non ciuiliter & per modum exceptionis admitti & recipi debeat, ſed facta ſolemniter inſcriptione de veritate inquiri oporteat. Quemadmodum autẽ Cæſar vxorẽ voluit

non

a *l. 10. ſi. maritus. Co. de don. inter virũ & vxor. d. l. Sororẽ, de his quæ vt indign. d. l. Lucius de iure fiſci. l. miles. §. ſocer. ff. ad leg. Iul. de adult.*

b *l. Cõſtãte. ff. ad leg. Iul. de adult.*

c *l. 2. in pr. l. nuptam. l. miles, §. licet. l. denuntiaſſe §. 1. ff. ad leg. Iul. de adult.*

Source : BIU Cujas

nõ modò crimine, sed & criminis suspicione liberã esse, sic etiam Seij interest vt veritas certis probationibus eruatur, non autem vt leui inquisitione ciuiliter de tam nefario crimine per modum exceptionis cognoscatur. Deinde in ciuili iudicio nulla fiet criminis dãnatio, sed hoc maximum & grauissimum erit, si Titia à petitione dotis, & doarij, & omnis lucri nuptialis persecutione repellatur. Quo casu relinquetur Seio vxor tanti criminis cõuicta, quæ si olim perfidiosa conspiratione in priorem maritum conspirauit, non minus poterit etiam nunc vitæ secundi mariti insidiari. At si accusatio criminaliter & extra ordinem instituatur. Aut de innocentia Titiæ constabit, quo casu punietur Sempronius calumniator: Aut si Titia certis plenísque probationibus criminis conuincatur, capitali supplicio affecta Seium omni deinceps suspicione liberabit.

*SENATVS* reiecta adulterij quæstione hæredem agentem nõ admittendum iudicauit. At de cæde prioris mariti, Senatus censuit non licere ciuiliter tantùm & per modum exceptionis tam atrox crimen proponere: sed hęredi non aliter quàm extra ordinem & instituta accusatione, criminis vindictam persequi concessit[a].

[a] Arr. dõné le Ieudy 9. iour de May 1585. plaidant Mornac pour la Damoiselle Buisson pour le second mary, & A. Arnault pour Ioachin Iacques heritier du premier mary

## *De æqualitate inter liberos ex pacto seruanda.*

## CAP. XV.

PATER qui Seium & duas filias habebat, generos sibi Titium & Meuium asciuit. Pactis dotalibus inter cæteras de dote conuentiones promittit pater omnes liberos suos æqualiter

Source : BIU Cujas

qualiter sibi succeſſuros, nec se filio Seio in hæreditate sua præcipuum quidquam in filiarum præiudicium donaturum. Exinde tamen pater aut filij vnici blanditiis, aut consueta patrum in filios masculos prædilectione, donat Seio præceptionis & prælegati iure fundum Sempronianum, adiecta voluntatis suæ declaratione, qua iubebat, vt in cæteris suis bonis æqualiter filius & filię succederent. Lex municipalis patri aliquid vni ex liberis prælegare non vetabat. Huic paternæ voluntati subscribunt generi eorúmque vxores non vltrò, sed quia soceri iram & offensam verebantur, atque hunc suum iustissimum metum generi ipsæque filiæ tacita declaratione coram notario habita affirmant & protestantur. Donationem illam pater testamento confirmat. Post patris obitum filius fundum Sempronianum iure præceptionis petit.

*PRO FILIO.* Nulla sanè ciuilis & ascititiæ affinitatis iura tantum apud nos valent, quantum ingenui sanguinis affectus, & veræ ac naturalis proximitatis vincula efficere solent. Hoc multa oratione & grauibus argumentis Alexius Comnenus Imperator apud Nicetam disserit aduersùs Irenem vxorem, quæ importuno persuasionis studio obtinere volebat, vt Alexius spreto Ioanne filio Imperium Bryennio genero resignaret[a]. Hoc idem causæ istius experientia inter filium & generos cohæredes satis ostendit. Nam & Seius filius meritis officioſáque sedulitate beneficam in se defuncti liberalitatem prouocauit, & pater filium generis naturali propensione & beneuolentia prætulit. Generi autem affinitatem defuncti, non amica volũtate aut affectu legitimo, sed auara cupiditate & ex-

[a] *Nicetas initio hiſtoriæ ſuæ, pag. 3.*



Source : BIU Cujas

quisita de bonis pactione captauerũt, & amisso demùm socero supremum eius iudicium aspernantur & oppugnant. Aduersùs hoc Senecæ dictum vsurpari potest. *Hæc tot millia ad forum prima luce properantia, quàm turpes lites, quantò turpiores aduocatos habent. Alius iudicia patris accusat, quæ mereri satius fuit, &c* [a]. At verò in hac caussa defuncti patris voluntas omni captatoriæ fraudis suspicione vacat; Donationem inter viuos factam defunctus testamento confirmauit. Confirmatio & repetita dispositio certissimum est enixæ volũtatis indicium. Constat aliquando ab ægrotis iam iámque morituris captatorias voluntates fraudibus, blanditiis, malísque artibus extorqueri. Seneca de illis agens, qui ægri testamenta ordinant, & res sibi non ampliùs profuturas diuidunt, *Nunquam* (inquit) *diligentius damus, nunquam magis iudicia nostra torquemus* [b]. Quis enim verisimile crediderit testatorem ægrum, doloribus oppressum, vicino mortis timore anxium, καὶ ὑπὸ τῆς ἐν τῷ θανάτῳ ταραχῆς ςενεχωρούμενον (vt ait Iustinianus [c]) quieto mentis iudicio frui, & animo benè composito de rebus suis disponere? Solent vt plurimùm habitus animi, corporis temperamenta sequi. ἀνόητως δὴ (inquit Plato) καὶ διατεθριμμένως τινὰ τρόπον ἔχομεν οἱ πλεῖςοι ὅταν ἤδη μέλλειν ἡγώμεθα τελευτᾶν [d]. Verùm si quis sanus voluntatem suam donatione inter viuos testatus est, eámque supremo elogio moriens cõsignauit: magnus certè eiusmodi dispositionis fauor est, ingens boni hęredis cómendatio, cui nosse defuncti patris voluntatem magnæ obligationis instar est. Hic enim verus dicetur pietatis honos, verum paternæ reuerentiæ monumentum, memoriam defuncti parentis supremám

a Seneca l. 2. de Ira.

b Seneca li. 4. de benef. cap. 11.

c Nouella 18. de triente & semisse.

d Plato li. 11. de legibus.

premámque eius voluntatem officioſè colere. Philoſophus quidam Stoicæ ſchola de vltimis voluntatibus agens Tullium Marcellinum his verbis admonebat, *Non eſſe inhumanum quemadmodum cœna peracta reliquiæ circunſtantibus diuiduntur, ſic peracta vita aliquid porrigi his, qui totius vitæ miniſtri fuiſſet* a. At ſi licere, imò & honeſtum eſſe credimus extraneis teſtamento donare, cur parentibus id, quod cæteris omnibus conceditur, inuidioſè denegabimus? Cur patrem iniqua bonorum interdictione conſtringi volumus, vt ei de rebus ſuis libere diſponere, & filiorum, pro meritis, amori & beneuolentiæ indulgere non liceat? *Parentum conditionem ſacrauimus* (inquit ille) *quia expediebat liberos tolli: Sollicitandi ad hunc laborem erant incerta aduituri fortunam* b. Miſera tamen & arctis adſtricta vinculis parentum conditio, ſi cuiuis inter extraneos plus iuris, quàm patri inter liberos conceditur. Hoc leges Romanæ noluerunt, ſed teſtamentum patris etiam imperfectum, ſi inter liberos fiat, teneri hæredes agnoſcere ſáxerunt c. Et ſi quid patre authore & præſente, omnem reſtitutionis ſpem excludi d. Certè Reipub. intereſt filios obſequiis & officiorum meritis paternum in ſe amorem, beneuolentiã, & liberalitatẽ (quod lex in marito & aliis laudat e) prouocare. Domeſtica familiarum œconomia rerum publicarũ adminiſtrationi meritò cõparatur, vnde & ex Homeri ſẽtẽtia Ariſtoteles parẽtes veluti domeſticos eſſe magiſtratus ait f. Plinius, *Seruis* (inquit) *reſpublica quadam & quaſi ciuitas, domus eſt* g. Seneca, *Quia vtile eſt inuẽtuti regi, impoſuimus illi quaſi domeſticos magiſtratus, ſub quorũ cuſtodia contineatur* h. Quẽadmodũ autẽ in Republica publicíſq; iudiciis

a *Seneca epiſt. 77.*

b *Seneca li. 3. de benef. cap. 10.*

c *L. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto. C. de teſtament.*

d *L. fin. C. qui & aduersùs quos in integrũ reſtit. non poſſunt.*

e *L. fin. ſi quis aliquẽ teſtari. ff. & Cod.*

f *Ariſtoteles li. 1. ca. 8. de Republica.*

g *Plinius li. 18. epiſt. 16.*

h *Seneca li. 3. de benef. ca. 11.*



Source : BIU Cujas

honores, præmia & dignitates his quidem conceduntur, aliis verò aut in totum denegantur, aut certè pro meritis distribuuntur: pœnas autē diuersas statui videmus, variáque esse delinquentium supplicia & animaduersiones: his vita capitali supplicio demitur, illis verò bona duntaxat auferuntur: Sic etiam in domestica familiarum disciplina exhæredatio, quæ summum est patriæ potestatis fulmen, parentibus aduersùs solos liberos ingratos, δυσκόλους, & peruicaces concessa est: Vnde & lege diuina filius, quem pater proteruum & contumacem apud seniores ciuitatis accusabat, lapidibus obruebatur [a]. Pater Cassij Consulis, causa filij domi cognita, eum verberauit ac necauit [b]. At si quis liberos habet non omnes omnino perditos & flagitiosos, sed tamen officiis & meritis distantes, dū eorum alij officiosissimi sunt, alij minus feruenti obsequio patris beneuolentiam conciliant: cur non liberis permittetur laudabili honestáque officiorum & obsequij contentione certare? Parentibus autem, qui magistratus familiares sunt & domestici, præmia moderato iudicio distribuere liceat, & in bonorum prærogatiuā his quidem portionē maiorem, illis autem pro officiorum modicitate minorem relinquere, vt ista parentum στοργὴ φυσικὴ proportionem amet non arithmeticam, sed eam, quæ meritis expenditur, geometricam: ne vsurpetur illud Homericum: Ἐνδ' ἰῇ τιμῇ ἠμὲν κακὸς, ἢ δὲ καὶ ἐσθλός, [c]. Rectè Plinius, *Si omnia cōfusa, turbata, permista sint, nihil est ipsa æqualitate inæqualius* [d]. Laudandi autem liberi qui parentum cineres quietos esse patiuntur, nec paternas voluntates in rerum hæreditariarum diuisione rescindi procurant. Sic enim Aphro

a *Deutero. cap. 21.*
b *Liuius li. 2.*
c *Homerus Iliad. 1.*
d *Plinius l. 9. epist. 5.*

Aphronia matris testamentum, quamuis iniustum, patientia honorare, quàm iudicio conuellere satius esse duxit [a]. Eleganter Seneca, *Nulla vi verborum, nulla ingenij facultate exprimi potest, quantum opus sit, quàm laudabile, quámque nunquam à memoria hominum exiturum, posse hoc dicere, Parentibus meis parui, cessi imperio eorum, siue æquum siue iniquum fuit, obsequentem submissúmque me præbui* [b]. Cõtumeliosum autem est quòd generi isti, quibus & præsentibus & consentientibus donatio facta est, clãdestinam contrarię voluntatis protestationem allegant. Quæ ista calliditas est, quæve deinceps secura contractuum firmitas sperari potest, si aliud palàm, aliud clàm velle permittatur: liceátque clandestina fraude & astuta protestatione suspensam retinere conuentionum omnium, quæ incuntur validitatem? Verùm omittamus fauorẽ paternæ voluntatis, liberorum obsequium, hæredum obseruantiam, generorum consensum: ac summo iure causæ istius merita excutiamus. Donatione nihil aliud contineri constat, nisi quod lege municipali donari permittitur. Nihil ergo aliud obiici potest, nisi ea pactio quę filiarum tabulis dotalibus continetur, quibus defunctus promisisse dicitur omnes liberos ex æquis portionibus in bonis suis sine vlla prærogatiua aut præceptione successuros. Hoc autem vt rectius examinetur, duo exquiri oportet: Prius, an pactio illa ex iuris dispositione valeat & subsistat: Posterius, an defuncto patre conuentionem illam contraria voluntate reuocare licuerit. Quò ad prius, generali iuris regula definitur pactiones omnes reiici, quibus hæredẽ aliquem instituere obligamur, siue ex asse, siue ex certis por-

a Valer. Max. li. 8. ca. 8.

b Seneca li. 3. de benef. in fine.



Source : BIU Cujas

tionibus. Imò omnes, qualescunq; sint, de viuentis hæreditate conuentiones videri nullas. Sunt enim eiusmodi pacta contra bonos mores. Nã & captandæ mortis & alienæ desiderium iniiciunt, & habent expectationem tristis euentus [a]. Hæreditas ergo pactis neque dari neque adimi potest, nec aliis modis transmitti, præterquàm testamento vel ab intestato [b]. Conuentiones autẽ omnes quacũq; forma & quibuscunque modis conceptæ, siue dotali instrumento contineantur, siue alia quauis pactione viuentis hæreditatẽ diuidant, aut quauis ratione distribuant, valere & subsistere nõ possunt [c]. Sed enim, vt posterior quæstio excutiatur, demus pactionẽ à defuncto patre de bonis suis inter liberos partiẽdis & æquali rerũ diuisione initã valere: lex tamen nõ aliter eas cõuentiones probat & admittit, quàm si is, de cuius successione agitur, in eadẽ voluntate ad extremũ vsque vitæ spiritũ perstiterit [d]. Talis ergo volũtas ambulatoria cẽsetur; nec perpetuũ est & necessariũ præstiti consensus vinculũ: sed ab eo, quandiu viuit, volũtas illa quocunque tẽpore reuocari liberè potest [e]. Neque enim tã donatio aut pactio, quàm supremi iudicij diuisio, quæ reuocabilis sit, censeri debet [f]. Ergo suprema voluntas, si quæ alia fiat, potior habeatur. *Nemo enim* (inquit Iurisconsultus) *eam sibi potest legem dicere, vt à priore decedere non liceat* [g]. Et ex Nouellis Iustiniani constitutionibus paterna dispositio de bonorũ siue æquali, siue inæquali diuisione, non aliter locum habet, quàm si pater vsque ad extremũ vitæ spiritum in ea perseuerauerit [h]. Defunctus itaq; prima pactione de rerum suarũ diuisione egit: Non tamẽ eã sibi legẽ aut dixit aut dicere potuit,

vt

a L. *fin.* C. *de pactis. l. ex eo.* C. *de inutil. stip. l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verb. obligat.*

b L. *fin. ff. de suis & legit. hære. l. 1. ff. si tabula testa. non extabunt.*

c L. *pactũ quod.* C. *de pactis. l. si quis mihi. §. sed vtrũ. ff. de acquir. hære.*

d *d. l. fin.* C. *de pactis.*

e *l. 1.* C. *de sacros. Eccl. cùm hic status, in princ. ff. de don. inter virum & vxor.*

f L. *si filia. §. si pater. ff. fam. ercis. l. cogitatione.* C. *eod. tit.*

g L. 22. *si quis, in principio. ff. de leg. 3.*

h *Nouella 18. de triẽte & semisse. c. 7. & Nouella 107. de test. pat.*

vt non postea pœnitentiæ locus esset. Sed licuit posteriore vel etiam contraria voluntate aliter de rebus suis disponere: ac præsertim in fauorem filij, qui non suasionibus aut blanditiis, sed meritis & officiis patris in se beneuolentiam prouocauit.

*PRO GENERIS.* Conuentiones illæ præcipuo inter cæteras fauore cõmendantur, quas pactis dotalibus cõtineri videmus. Æqualitatis fidem & promissionem defunctus pater volens dictauit & subsignauit, filiásque collocando legem familiæ rebúsque diuidundis dixit. Si quæ voluntas priori contraria exinde subsecuta est, illa non modò æqualitati ac potiùs æquitati aduersa censeri, sed & malis artibus & fallacibus blanditiis extorta præsumi debet. Prudentissimus Solon testamentorum iura primus Athenis constituit: testandi tamen licentiam non quibusvis, sed iis tantùm concessit, qui liberos non haberent [a]. Hoc enim requirit liberorum procreationis vinculum, vt qui liberos habet, bona filiis, familiæ, & legitimæ posteritati reseruare teneatur. Plato non alias testantium volũtates ratas haberi volebat, quàm eas quæ iuri communi consentaneę essent, vt publica ciuitatis lex ciuium omnium testamenta contineret. νόμῳ γὰρ τῷ ἄρχοντι τῶν οἰκῶν ὅπως ἂν μὴ ἐξερημῶνται τὸ κοινὸν τῆς πόλεως προστάττει ἐπιμέλειαν, vt eleganter ait Isæus [b]. Romæ vetus lex 12. tabularũ iubebat, vti quisque rei suæ legassit, ita ius esto: sed & vsus & sequentis sæculi experientia docuit nimiam illam testantium licentiam adhibito aliquo moderamine, & æquitatis regula retineri & coerceri debere. Hinc Legitimę detractio: hinc Falcidiæ ratio originem & initiũ habuêre. Ac pleræque huius regni cõsuetudi-

a Plutarc. in Solone.

b Isæus in orat. de Apollod. hæred.

nes ſuprema teſtantium iudicia ſeueritate ſumma vel reſcindunt, vel aliquo voluntatis temperamento limitant & reſtringunt. At verò hoc vnum Generi iſti poſtulant, vt vel ex lege municipali bona ab inteſtato diuidantur, vel primæ patris voluntati ſtetur, ac ſolemnis illa diſpoſitio pactis dotalibus inita obſeruetur. Nec eſt quòd in hac cauſſa filius naturalem parentum in liberos propenſionẽ proponat, & paternos iactet affectus. Neque enim in hac lite de extraneis agitur. Generi quippe loco filiorum ſunt. Philo Iudæus, γαμβροὶ γὰρ ἀντὶ υἱῶν πενθερεῖς, καὶ ἀντὶ πατέρων γαμβρῶν πενθεροί a. Imò nequidem de ipſis generis agitur. Hæc enim filiarũ cauſa eſt, quarum intuitu legitima patris hæreditas controuertitur. Illæ patrem non minus piè & obſequioſè veneratæ ſunt, neque in obſequij aut obſeruantiæ gloria filio vnquam ceſſerunt. Tigranes Artabani filius cùm audiſſet præmia eorum, qui Olympicis certaminibus viciſſent, eſſe oleaginã coronã, Græcos præſente Xerxe admiratus eſt, quòd non lucri aut pecuniarum ſpe, ſed virtutis cauſa certarent b. Seius inter liberos laudabilem fore æmulationem dixit, ſi in patrem officiorum meritis contendant. Hæc ſanè honeſta videatur contentio, ſi modò virtutis cauſa fiat, ſitque præmium oleagina pietatis corona, neque aut lucri aut hæreditatis captandæ occaſio ſperetur. Recte Cicero, *mihi quidem etiam veræ hæreditates non honeſtæ videntur, ſi ſint malitioſis blanditiis officiorũ, non veritate, ſed ſimulatione quæſitæ* c. Ipſa quidem natura in filias nõ minus, quã in maſculos, ſuam τὸ φυσικὸν ſolet impertire. Timenus Argiuorum Rex filiam Hyrnethonẽ poſthabitis filiis prædilexit: ſed cũ regni ſucceſſionem

a Philo Iudæus lib. 2. de monarc.

b Herodot. lib. 8.

c Cicero l. 3 offic.

Source : BIU Cujas

nem ei & Deiphonti genero destinaret, infelicem fuisse inæqualis illius affectus exitum Pausanias memorat a. Hesiodus vt conseruetur familiarum amplitudo, vnico filio bona paterna relinqui suadet, μονογενῆ παῖδα τῆς πατρῴων ἐπίκληρον εἶναι, ne si hæreditas in frusta & partes plures secetur & diuidatur, idem accidat quod in Gynde fluuio Cyrus effecit, vt cùm in plures riuos eum diuisisset, deinceps imbecilliore alueo flueret & decurreret b. Hãc Hesiodi sententiam Plutarchus reprehendens existimat liberorum concordiam, quæ potissimum ex æqualitate procedere solet, familiæ vires & amplitudinem non minus, quàm bona, conseruare c. Attica lege cauebatur ἅπαντας τὺς γνησίους ἰσομοίρους εἶναι τῆς πατρῴων d. In hac autem controuersia illud vnum disquiri debet an pactio illa prima, quæ instrumentis dotalibus continebatur, patris voluntatẽ perpetuo obligationis nexu ita deuinxerit, vt is exinde contraria pactione de rebus suis disponere nõ posset. Dotalium conuentionum magnam esse authoritatem & commendationem cõstat, ac præcipuè in hoc Galliæ regno, in quo inualuit quascunque pactiones in contractu matrimonij initas valere, & sine vlla pœnitẽtiæ aut reuocationis spe approbari. Idque Ioannes Faber & plerique alij iuris nostri Doctores testantur e. Hoc enim priscæ Francorum leges volunt, vt quicquid pactis dotalibus conuenit, *perpetualiter inconuulsum permaneat* f. Itaque qualiscunque pactio, & quæuis in contrahẽdo matrimonio promissa fides seruari debet, siue de hæreditatis futuræ diuisione, siue de præsenti bonorum dispositione agatur. Hinc fit vt in isto Franciæ regno, ac maximè in iis Franciæ regioni-

a *Pausanias li. 2. in Corint.*

b *Herodot. lib. 1.*

c *Plutarc. περὶ φιλαδέλφ.*

d *Iæus de Philoctet. hæred.*

e *Faber ad l. de fideicõmiss. Cod. de trãsact.*

f *In legibus Ripuariorum. tit. 39. de dot. mulierum.*



Source : BIU Cujas

bus, quæ iure scripto legibúsque Romanis vti dicuntur, futuri coniuges in contractu matrimonij vnum ex filiis nascituris frequentissimè eligant, quem sibi aut in dimidiã bonorum partem, aut etiam in vniuersum patrimonium, legitima cæteris reseruata, hæredem instituere & destinare solent, eáque hæredis institutio per contractum matrimonij facta mutari exinde aut reuocari nequeat. Idque Boerius, Guido Pape, aliíque Francici iuris doctores asserunt & confirmant [a]. Quin & ex iure feudorum, quod quidem à nostris hominibus primam originem sumpsit, non dissimile est quod dicimus ita contrahi posse matrimonium, vt existentibus ex priore matrimonio liberis, si qui postea ex secundo matrimonio nascantur, patri non succedant [b]. Hæ autem pactiones omnes non aliter validæ & legitimæ censeri nostro iure possunt, quàm si simul admittamus, nulla dispositione contraria reuocari, neque vllo aut fideicommissi, aut prælegati, aut præceptionis iure grauari [c]. Neque enim valere dicimus nisi quod durat [d]: & quæcunque ab initio liberę voluntatis fuerunt, si semel aliquando promissa sint, fiunt ex postfacto necessitatis [e]. Quinetiam dotalium conuentionum commendationi alius fauor & generorum consideratio accedit. Nam cùm illi promissæ æqualitatis fiducia, dote modica contenti, vxores duxerint: iniquum esset nunc demùm contractis nuptiis legitima successionis expectatione priuari eos & decipi. Quod autem generorum filiarúmque consensus donationi paternæ adhibitus obiicitur, hoc leue est, nec attendi debet. Coactam voluntatem non esse respondet Iurisconsultus. Quis verò iustum metum

a Boerius decis. 204. Aufrerius quæst. 452. Guido Pape quæst. 105.

b cap. inico. in titulo de filiis naturis exmatr. ad morgã. contractu. & §. filij. nati. in tit. si de feudo cõtentio sit. e l. cohæredi. §. cũ filiæ. ff. de vulg. & pup. substitut. d l. si pro parte. §. versum. ff. de in rem verso. e l. sicut. C. de act. & oblig.

Source : BIU Cujas

metum non appellauerit, paterni reſpectus obſeruantiam, & abiectas exhæredandi minas? Velle non creditur qui obſequitur imperio patris vel domini [a]. Seneca, *Non eſt vnum imperandi genus. Imperat princeps ciuibus ſuis, pater liberis, præceptor diſcipulis, tribunus vel centurio militibus* [b]. Non eſt probabile quenquam ſine vi aut alio metu iuri ſuo renũtiare [c]. Vis autem exiſtimari debet, non modò ſi homines vulnerentur, ſed & ſi quid contra legem, contra ius æquitatémque fiat [d]. Filius autem paret, non aſſentitur [e]. Blando vis latet imperio, ac tum maximè ſi paternus iuſſus in bonorum diuiſione interueniat, túncque non ſolet liberorum conſenſus attendi [f]. Quòd ſi lex iuſtum eſſe metum iudicat illius, qui amiſſione patrimonij ſui mouetur [g]: quis negabit legitimum fuiſſe filiarum & generorum timorem, dum patris irati offenſam eiúſque minas metuerunt [h]. Quintilianus, *Non ſunt preces vbi negandi libertas non eſt* [i]. Minabatur autem pater, ídque probationibus factis conſtat, ſe, niſi filiæ vltro donationi conſentire vellent, bona ſua alienaturum & clandeſtina liberalitate pecunias ex venditione coactas filio donaturum. *Suaſio ab eo qui iubere poteſt vim neceſſitatis affert*, inquit Tacitus [k]. Sed quid tã lõgè petitas timoris cauſas exquirimus, cùm ſola paterni reſpectus, debitæq; obſeruantiæ cõſideratio ſatis eſſe debeat? Nõ eſt alienum quod Liuius de Tarquinio ſuperbo refert, qui cùm abſentiæ & moræ ſuæ excuſationes allegans diceret diſceptatorem ſe ſumptum inter patrem & filium: Huic Turnius Herdonius, nullam breuiorem eſſe cognitionem ait, quàm inter patrem & filium, paucíſque tranſigi verbis poſſe. Ni pareat patri,

a *l. velle. ff. de reg. iur.*
b *Seneca lib. 1. de Clementia.*
c *cap. ſuper hoc. ext. de renunt.*
d *l. exact. ff. de eo quod met. cauſ.*
e *l. in fraudem, in fin. ff. de his quæ vi indign.*
f *l. ſi quando. Cod. de inoff. teſt.*
g *l. iuſta. ff. de manumiſſis vindicta. c. ab. bas de eo quòd metus cauſa.*
h *l. 1. §. qua onerande. ff. quarum rerum act. Doctores ad l. interpoſitas. C. de tranſact.*
i *Quintil. decla. 281.*
k *Tacitus lib. 14. Annal.*

patri,

Source : BIU Cujas

patri, habiturum infortunium esse a. Non ergo necesse videtur alias iustiores timoris causas exquirere, quàm paterni nominis minas: Vt neque alia plenior filiarum dissensus probatio esse potest, quàm illa quæ ex protestatione facta procedit b. POSTREMO filij donatio non æquam inæqualitatis causam continet. Filiæ autem paternæ voluntatis commendationi magnum æqualitatis fauorem opponunt. Æqualitatis (inquam) quę inter liberos coli summo studio, & obseruari debet c. *Subueniendũ est liberis,* (inquit Iurisconsultus,) *quorum portio in vnum filium donationibus collatis imminuta est* d. Hinc est quod pleræque ac ferè omnes Franciæ cõsuetudines parentibus inhibent, ne filiis ad successionem venientibus quicquam prælegare aut præceptionis iure donare liceat. Tantus enim est æqualitatis fauor, vt si testatoris verba quocunque modo obscura sint, ea aut ampliari aut restringi oporteat prout æqualitas suadet e. *Prima pars æquitatis est æqualitas*, ait Seneca f. τὸ γὰρ ἴσον νόμιμον ἀνθρώποις ἔφυ vt ait Euripides. Iustitia (inquit Orpheus) ἐξ ἰσότητος ἀληθείας σωμάτων ἀνομία g. Eleganter Diuus Ambrosius, *Iungat liberos æqualis gratia, quos æqualis tinxit natura* h. Euclydes inter communes suas regulas hanc proponit, τὰ τῷ αὐτῷ ἴσα, ἴσα ἐστὶ ἀλλήλοις ἐίσιν i. Vt nec alienum est quod Aristoteles ait, ἡ ἀφ' ἑκάστου ἐξ ἀνάγκης ἐκείνοις τοιαύτη πρὸς ἄλλους οἵα καὶ αὐτὸς ποιεῖ, δίκαιον εἶναι καὶ ἀξιοῦν ταῦτα k. Liberi tam masculi quã filiæ ab vno eodemq; patre descendentes æquali distãtia deriuãtur ab eo velut cõmuni omnium stipite, & sunt tanquã linreæ;

a Liuius dib. 1.

b Il a esté iugé que le respect & crainte paternelle suffit, par arr. prononcé en robbe rouge le 14. iour d'Aouſt. 1565. par feu M. le President de Harlay, cõme i'ay entendu.

c *l. inter filios. Cod. fam. ercis.* d *l. 87. Titia. §. Lucius. ff. de legat. 2.* e *l. cùm pater. §. cuidam filio. ff. de legat. 2. l. quæsitũ. §. sed & ipse. ff. de fundo instructo. l. iam hoc iure. & l. Lucius. ff. de vulg. & pup. substit.*

f Seneca epist. 30.

g Orpheus in hymno iustitiæ.

h D. Ambros. lib. de Ioseph Patriarcha cap. 2.

i Euclydes lib. 1. vbi sunt κοιναὶ ἔννοιαι.

k Arist. lib. 8. Ethicorum. 14.

Source : BIU Cujas

lineæ, quæ ab eodem cẽtro æqualiter ductæ eadem distantia censeri & æquales haberi debent. Itaque æquissima est illa Leonis Imperatoris constitutio, vt quemadmodum parentes omnibus liberis ex æquo vitam impertiti sunt, ita etiam æqualiter vitæ ipsorum prospiciant; non autem, velut ancipiti libra, his leuius quiddam, illis verò grauius pro inæquabilitate animi sui attribuant[a]. *SENATVS* omnes liberos æquo iure ad paternam successionem admitti, nullâque habita donationis, præceptionis, aut prælegati ratione, bona hæreditaria inter Seium & sorores æqualiter diuidi voluit[b].

a *Nouell. Leo. 19.*

b Arr. du 14. iour d'Auril. 1579. au profit de M. Iean Bernard, & Iean Bordat appellãs, pour lesquels i'auois escrit contre Iean Turquie intimé.

---

*De numerorum varia æstimatione, & vtrum in solutione debeat inspici nummorum valor, qui fuit tempore contractus.*

## CAP. XVI.

TITIVS acceptis à Meuio 600. aureis reditum 50. aureorum ei constituit, & soluturum se quotannis 50. aureos spondet. Constat autem apud nos ex Pontificij iuris authoritate hanc redituum constitutionem legitimam esse, quoties duodecimæ sortis ratio habetur. Hoc enim in debitoris gratiam fit, siquidem inuitus debitor sortem luere & exoluere, nisi cùm libuerit, cogi non potest[c]. Titius cùm longo pòst tempore vellet sortem 600. aureorum Meuio debitam exoluere, vt reditu illo annuo & legitima 50. aureorum vsura annuatim

c *De redit. bus constitutis, vide infr. li. 2. c. 8.*

Source : BIU Cujas

annuatim præstanda liberaretur : Orta est inter creditorem & debitorem super valore nummorũ controuersia. Nam aurei pretium à tempore contractus creuerat, siquidem ipso contractus tempore vniuscuiusque aurei valor erat 50. solidorum: At eo tempore, quo Titius de luẽdo debito cogitauit, vniuscuiusque nummi pretium erat 60. solidorum. Titius debitor spectandum dicebat aureorum pretium, quod tempore contractus obtinebat. Creditor alteruttrum fieri debere cõtendebat, vt aut sexcenti aurei in eadem aureorum specie numerarentur, aut si debitor alterius generis nummos exoluere vellet, fieret solutio ratione præsentis pretij, eiúsque æstimationis quæ nunc est, non quæ olim fuit.

*PRO TITIO DEBITORE.* Quoties nummi publici pretium augetur, vel minuitur & vilescit, id omne ex sola Principis voluntate, nutu, & authoritate pendet. Subditus in Principis iussa, eiúsve qui præest, voluntatem inquirere non debet. Neque enim ad priuatos hæc cognitio pertinet, vtrum præsens aurei materia præstet, viliórne an pretiosior sit antiquo aureo : vtrum in solidis veteribus minus æris admixtum sit, quàm in iis qui nunc in vsu & commercio sunt. Nam Princeps materiam ipsam nummorum potest infusione & metallorum mixtione non modò meliorem reddere, sed & deteriorem si visum fuerit [a]. Itaque cùm populus Romanus secundo bello Punico vrgeretur, factus est as sextentarius, ac deinde factus est etiam vncialis, ea lege, vt non minor esset assis noui & imminuti, quàm prioris veterísque assis valor [b]. Hoc ergo vnum priuati attendere & intueri debẽt, quód

a *cap. 18. quãto ext. de iureiu.*

b *Plinius lib. 33. ca. 3.*

Source : BIU Cujas

quódnam sit pretium illud, quod publica Principis authoritate vnicuique nummo impositum est. Nicephorus Imperator, ἀλλάττοσι τὸ νόμισμα, inquit Cedrenus, & cùm omnes nummi imagine alicuius Imperatoris notati, idem valerent: ipse nummos, qui sua imagine insignes essent, præferri, depressis aliorũ pretiis, voluit [a]. Itaq; pretia vnicuiq; nũmo ab Imperatore assignata obseruari oportuit. Solus enim valor, qui à Principe dictus est, nec aliud quid quam spectari debet. Vnde & nummos ex corio, si publica authoritate cõfirmentur, nõ licet reiicere. Seneca, *Æs alienum habere dicitur, & qui aureos debet & qui corium forma publica percussum. Quale apud Lacedæmonios fuit, quod vsum numerata pecuniæ præstat: Quo genere obligatus es, hoc fidem exolue* [b]. Imperator Fridericus 2. post exhaustã diuturnitate Italici belli pecuniã omnẽ, iussit coriaceam monetã cudi, eíq; valorem aurei Augustalis assignauit, simúlque per prẽconẽ edici voluit, se bello finito pro singulis coriaceis nũmis aureũ Augustalẽ restituturũ. Quod cùm bona fide præstitisset, coriaceæ monetæ vsus, qui interea in commercio fuerat, satis docuit in pecunia non ipsam materiã, sed valorẽ & pretiũ à Principe assignatũ spectari, & nũmos non materia, sed publica lege æstimari. Itaque sola pretij ratio haberi & attendi debet. Hoc si obtinet, quænã æquitatis regula ferre póteſt, vt debitor pro aureo 50. solidorum reddere teneatur aureum, cuius pretium præsens, valor & æstimatio est 60. solidorũ? Nã si hoc fieri oporteat, debitor multò plus reddit quàm acceperat. In mutuo autẽ, siue eadẽ similẽ ve, siue diuersas & diuersi generis species reddi in debiti luitione contingat, eadem bonitas, idémque valor

[a] Cedrenus pag. 542. Zonaras tom. 3. pag. 162.

[b] Seneca lib. 5. de benef. ca. 14.

Source : BIU Cujas

valor sufficit, nec maior requiritur, nisi eas omnes iuris regulas reiiciamus, quibus ex Iurisconsultorum sententia statutum est in mutuo æquè bonum ex eodem genere restitui oportere, nec amplius quidquam desiderari[a]. DEINDE contractuum alij vnius tantùm gratia & contemplatione celebrantur, alij vtriusque cõtrahentium respectu ineuntur. Mutuum gratuitum est, atque ideò fit gratiâ solius accipientis. Nam qui mutuam dat pecuniam nullum inde fœnus recepturus, is demùm liberalis creditor & beneficus habetur. Quo casu iniquũ esset in mutui restitutione seueram interpretationem aduersùs benignum creditorem facere. At verò hic, de quo agitur, contractus fœneratitius est, cuius occasione vsuras quotannis exolui oportuit: legitimas quidem, sed tamẽ vsuras. Quid enim aliud est reditus 50. aureorum pro 600. aureis, nisi vsura ad legitimum duodecimæ modum reducta, quæ sanè infra centesimã est, at non multum à cẽtesima distans? Itaque creditor iste duplicem ex eadem pecunia fructum nititur percipere, vsuram ipsam, & in sortis restitutione vult ratione cuiusque nummi pro 50. solidis sexaginta exigere. Lucrum ergo duplex creditor consequi postulat, quod neque lex neque æquitatis ratio pati potest, TERTIO in eiusmodi omnibus, in quibus de pretio aut æstimatione agitur, semper tempus cõtractus inspici debet[b]. *Cùm de re euicta agitur, bonitatis æstimatio ea facienda est* (inquit Paulus) *quæ fuit tempore contractus, non euictionis tempore.*[c] Sic etiam si de rescindendo contractu agatur, spectari debet valor, qui tempore contractus fuit, non is qui postea accessit[d]. Cur non idem in hac controuersia statuo

a L. *cùm quid. ff. si certum petatur.*

b L. *fundũ Corneliano. ff. de noxat. l. Rutilia. Pola. ff. de contrahen. empt.*

c L. *bonitatis. ff. de euictionib.*

d L. *si voluntate. C. de rescind. vẽditione.*

Source : BIU Cujas

statuetur? Nam & ipsa æquitas canonica in census exactione, si nummorum valor mutatus fuerit, antiquę monetæ precium & valorem spectari iubet[a]. QVARTO generalis est iuris regula, vt quem spectat commodum, is etiam incommodum sentire debeat, & vicissim eadem sit vtriusque ratio. At si nummi, qui tempore obligationis præstiti sunt, reprobi postea facti essent, solutio in alio nummorum genere fieri debuisset[b]. Cur non etiam debitoris commodo cedet, si exinde aliquid nummorum precio adiectum est? Alexius Comnenus Imperator, cùm monetam à decessoribus suis adulteratam reperisset, æneam cudi iussit, qua in Imperij expensis vteretur: In vectigalibus verò probos aureos exigebat[c]. Rectius & magnificentius antea fecerat Aurelianus Imperator, qui nouam monetam publicè distribuit, & plebem quicquid haberet adulterinæ monetæ tradere iussit. Quo facto commercia ab omni confusione vindicauit[d]. Quid si edicto regio post obligationem contractam vetereș aurei reiecti & reprobi facti essent, nonne hoc debitoris incommodo cederet, qui in alio nummorum genere æs alienum luere reneretur? Cur quemadmodum debitori casus ille & damnum imputaretur, non etiam si quid emolumenti & accessionis in valore contigit, hoc ille lucrum sentiet & consequetur? QVINTO valor ipse & precium nummi, verè est intrinseca nummi bonitas, siquidem in pecunia non corpus aut materia, sed precium & quantitas spectari solet[e]. Lex requirit in eadē bonitate solui aut restitui[f]. Satis est ergo si idem valor restituatur. Neque enim inter priuatos tantùm vbi de solutione agi-

a *Cap. olim causa, & ca. cum canonicis extr. de censibus.*

b *L. creditor in prin. ff. de solutionibus.*

c *Zonaras tom. 3. pag. 237.*

d *Zosimus li. 1. histor.*

e *L. si iscus nummos ff. de solutionibus.*

f *L. cùm qui d. ff. si certum pet.*



Source : BIU Cujas

tur, sed & in tributorum exactione potest aurum pro ære, possunt ærei nummi pro aureis exolui, dũmodo eundem valorem exæquent [a]. Sic si Meuio stipulanti denarios, alter eiusdem quantitatis aureos spondeat & promittat, congrua est responsio [b]. Nam & qui pecuniam qualemcunque, modò ea publicè approbetur, reiicit & recusat, legis Corneliæ pœna tenetur [c]. Seneca, *Non est malus nummus* (inquit) *quem barbarus & ignarus formæ publicæ reiecit* [d]. Inter veteres Caroli magni leges ita statuitur, *Quicunque liber homo denarium merum & bene pensantem recipere noluerit, bannũ nostram 60. solid. cõponat* [e]. Licet autem in obligatione fiat aureorum mentio, sæpe tamẽ lex demõstrationis tantùm gratia quantitatem exprimi interpretatur [f]: atque etiam si quid obscurius videtur, hoc omne debitoris voluntati permittit, vt etiam in debitoris gratiam exiguiores tantùm deberi Iuriscõsultus existimet [g]. In hac autem controuersia ideò debitoris caussa iudicij fauorem meretur, quòd si in creditoris gratiã pronũtiari contingat, creditor duplicem ex eadem pecunia fructum percipiet, annuas videlicet vsuras pro fructu pecuniæ legitimo, & insuper creditor sextã sortis principalis partem lucrabitur. Duplex autem hæc iactura debitorem prægrauabit. Quãto æquius fuerit debitorem, si modò pecuniam reddat eiusdẽ valoris qualis in contrahendo præstita fuit, liberari? Quo casu creditori satis idoneè cõsultum videbitur, si tantundem ei reddatur quantum debitori credidit, neque tamen interea pecuniam creditoris otiosam aut inutilem debitor retinuerit.

*PRO CREDITORE.* Creditorem non esse cogẽdum in aliam formam nummos accipere, si ex ea

a L. *vnica de collat. æris lib. 10. C. & l. 1. & 2. de põderat lib. 10. C. & Nouella Leonis 52.*

b L. *quę extrinsecus. ff. de verb. oblig.*

c *Paulus lib. 5. sent. tit. ad leg. Cor. de test.*

d *Seneca lib. 5. de benef. c. 20.*

e *Capitul. Carolimagni lib. 4. cap. 32.*

f L. *quidã testamenti, in prin. ff. de legat. 2.*

g L. *nũmis. ff. de legat. 3.*

ea damnum aliquod passurus sit, Paulus respõdet [a]. Sed quid sit in aliam formam nummos accipere, & quomodo creditor ex ea re damnum sentire intelligatur, hoc altiùs repeti & fusiùs explicari debet, vt facilis sit quæstionis huius decisio. Itaque illud præmittendum est, in pecunia & nũmis duo potissimum spectari, characterem & precium. Nam ipsa materia priuatis in vsu promiscuo est, aurum nempè, argentum, cæteráque metalla quiuis liberè in commercio habet, preciúmque ex animi sententia, quale voluerit, dicere & assignare potest. At cùm character publicus semel nummis impressus est, precium ex priuatorum arbitrio & voluntate non pendet, sed ipsum cudendæ & æstimandæ monetæ ius regiũ est, & suprema refert Principis potestatem. Ideóque Darius Aryadnem præfectum Ægypti capite plecti iussit, quòd effigiem suam nummis impresserat [b]. Sic & Imperator Cõmodus non dissimili seueritatis pœna, eadémque criminis occasione coercuit Perennem præfectum prætorio, cùm tamen ei antea acceptissimus fuisset [c]. Carolus magnus alibi monetam cudi, nisi in palatio, noluit [d]. Iustinianus Bellisarium tanto in honore habuit, vt percusso nummo Iustinianus in altera parte se, in altera Bellisarium armatum cum elogio effingi & signari voluerit [e]. Itaque cùm in ipso charactere nummis publicis impresso insignis Regiæ maiestatis splendor eluceat, Vespasiano statim atque Imperator salutatus est, primã hanc fuisse curã refert Tacitus, vt Antiochię aurum & argentum impressa Vespasiani imagine signaretur [f]. Idemque cùm Antoninus declaratus est Augustus, Romæ factum fuisse tradit Lam-

[a] L. 99. Paulus ad l. creditorẽ. ff. de solu.

[b] Herodotus lib. 4. Melpomene.

[c] Herodianus in Commodo.

[d] Capitul. Carolimagni lib. 3. cap. 11.

[e] Cedrenus pa. 304.

[f] Tacitus li. 2. histor.



Source : BIU Cujas

a Lampridius in vita Antonini Diadu.

pridius [a]. Sic etiam cùm Gallienus Odenatum imperij consortem asciuisset, monetam, cuius effigies Persas ab Odenato captos & in vinculis ductos repræsentabat, cudi & signari iussit [b]. Nam cùm character ille publicus summi Imperij authoritatem regiæque potestatis maiestatem & dignitatem referat, frequenter euenit, vt Principes, si quid eis vnquam gratissimum aut acceptissimum fuerit, eius imaginẽ nummis insculptam proponi, & monetæ publicæ adiecta forma imprimi curauerint. Augustus postquam summam rerum obtinuit, nummum argẽteum nota syderis Capricorni, quo natus erat, percussit [c]. Iulianus Imperator cùm assiduis taurorum sacrificiis sese iactaret, aram & taurum nummo suo imprimi voluit [d]. Sic etiam cùm Althepia Trœzeniorum regio in tutela Neptuni & Mineruæ esset, testatur Pausanias vetustum populi illius nummum, Tridentis nota & Mineruæ capite fuisse signatum [e]. Nã & Romæ Rex Seruius primus nũmo characterem bouis insculpi mãdauit, imitatus Athenienses, qui eundem bouis ac simul noctuæ characterem monetæ suæ impresserant. Ante pecuniam signatam nummus æstimabatur μνᾶσι καὶ σταθμῷ, ait Aristoteles [f]. Signata pecunia Principis imaginem præfert, & qui in illam peccat, Principis maiestatem lædere censetur [g]. Apud Cassiodorum, *Omnino* (inquit) *moneta debet integritas quæri, vbi & vultus noster imprimitur, & generalis vtilitas inuenitur. Quidnam erit tutum, si in nostra peccetur effigie* [h]? Hinc falsarius dicitur, non modò qui ex falsa materia, sed & qui ex bona nummos cudit, si sine Principis authoritate [i]. Eadémque ratione bonorum confiscatio eius qui falsarius est in moneta cuden-

b Pollio in Gallieno.

c Suetonius in Augusto cap. 94. in fin.

d Niceph. Call. li. 10. cap. 27.

e Pausanias lib. 2. in Corinth.

f Aristoteles li. 1. polit. cap. 6.

g Cap. 1. quæ sint regalia in vsibus feudorum.

h Cassiodorus li. 7. in formula qua moneta committitur.

i L. 3. C. de falsa moneta, l. sacrilegij. §. qui cùm in moneta. ff. ad leg. Iul. peculatus.

da,

da, non ad dominos loci, etsi iurisdictionem habeant, sed ad ipsum Regem supremo quodam Regiæ maiestatis iure pertinet. Solus enim Princeps & formam nummo dat & precium. Ideóque Aristoteles nummi etymologiam ἀπὸ τοῦ νόμου deducit, ὅτι οὐ φύσει, ἀλλὰ τῷ νόμῳ ἐστὶν a. *Electa materia est* (inquit Paulus) *cuius publica ac perpetua æstimatio difficultatibus permutationum æqualitate quantitatis subueniret* b. Hinc fit vt quoties de nummis agitur, iure iurando in litē locus non sit c. Iubent enim Imperatores nummorū omnium vniforme preciū esse, adeò vt in eo variare crimen sit capitale d. Quæret aliquis, nec sine ratione, cur quod Romanis legibus fixum certúmq; esse debuit, id nostro iure nostróque vsu varium sit, incertū & mutabile, maximè cū vereres Gallos pecunię signatę adeò studiosos fuisse constet, vt & ipsum pecuniæ etymum à Gallis deriuetur, si Cassiodoro credimus, *Pecunia* (inquit) *à pecudis tergo nominata Gallis authoribus* e. Vnde & ab Vlpiano peculij dictio, quæ item à pecudibus nuncupata est, à Gallis originem habuisse perhibetur f. Sed obuia est & præsens ratio, quæ huic obiectioni satisfaciat. Romani Imperatores cùm totius orbis domini essent, nummos forma sua percussos cæteris gentibus imperare potuerunt, ac ne quid in iis eorúmve precio immutaretur, pœnis terrere. Nā & ipse Carolus magnus cùm Imperator esset, vnam monetam in vsu esse, cæteras cessare iussit g. At nos in hoc rerum statu vndique prouinciis cingimur, quæ Reges Principésque suos habent, quibus & ius monetæ cudendæ competit, & præcia nummis suis imponere licet. Commercij ratio & commoda negotiationis necessitas postulat,

a *Aristi li 5. cap. 5. ethic.*
b *L. 1. ff. de contrahen. empt.*
c *L. in nūmis. ff. de in litem iurando.*
d *L. final. C. de veteris numis. potestate.*
e *Cassiodorus li. 7. in formula qua moneta committitur.*
f *L. si eget ff. de iure dotium.*
g *Capitul. Carolimagni lib. 2. cap. 18.*



Source : BIU Cujas

vt cùm illi legem pretiúmque nummis suis dixerunt, nos item nostris dicere cogamur. Et quoties illi monetæ suæ materiam æris aliáve mixtione miscent, corrumpunt, & alterant: nobis quoque aut idem in pecunia nostra faciendum sit, aut certè valor nummorum in Francia edicto publico augeatur. Nam si in eadem materiæ bonitate eodémque precij valore nummos, quales sunt, maximéque aureos perpetuò relinquamus, Hispani, Itali, cæterique exteri aureos Franciæ argenteósque nummos fundent, corrumpent, & miscebunt. Licèt enim posteriore hoc sæculo fraudibus istis sedulò cautũ & prospectum voluerimus, tamen cùm exteri Francicos nummos seu aureos seu argenteos tam materiæ puritate & bonitate, quàm precij vilitate præstare & prævalere agnouissent, fraudes eorum, dolos & artificiosa commenta vitare non potuimus. Illud equidem fateri necesse est, non posse certum constans & perpetuum nummis precium ab vllo Christiano Principe assignari, nisi hoc communi omnium Europę Principum consensu decernatur. Verùm omisso isto tractatu, qui ad vniuersũ Christiani orbis statum pertinet, controuersam facti huius hypothesim excutiamus. Quoties in contractuum & conuentionum executione & interpretatione varius est, anceps & ambiguus nũmorũ valor, generalis hæc est & recepta distinctio: Aut enim nũmi æstimati dati sunt, aut in contractu nulla fuit nummorũ æstimatio. Primo casu si expressa fuit æstimatio, huic stari oportet. Nã cùm æstimatio venditionis species quædam sit, maneátq; res æstimata eius cõmodo & periculo, qui eam æstimatam accepit [a], verisimile est contrahentes futuram præuidisse

[a] L. plerũque. §. state ff. de iure dotium. l. l. §. æstimatarum, & §. æstimatas, C. de rei vxoriæ actione.

Source : BIU Cujas

disse precij nummorum mutationem. Atque hoc casu dubium non est, quin æstimatione facta incertitudinis ratio cesset, túncque siue augeatur siue diminuatur nummorum valor, semper æstimatio conuentione partium inita sequenda est. Itaque alterum illum casum examinemus, quo æstimatione cessante asserimus aut eiusdem generis nũmos præstari debere, aut præsentem & quæ solutionis tempore locum habet, nummorum valorem intueri æquum esse. Hoc multis & ex iure petitis rationibus probari conueniens est. PRIMVM enim constat nõ debere quenquam ex beneficio damnũ pati. Est autem beneficium creditoris egentem fortè debitorem pecunia sua iuuantis. At si creditor nummos in arca asseruasset, solus ipse incrementũ precij superueniens perciperet & consequeretur: At verò (obiicit debitor) fœneratitij contractus duplex esset lucrum: annuus vsuræ legitimæ fructus, & ipsum valoris increm ntum. Proponamus ergo creditorem pecunia sua fundum aliámve rem comparasse. Nemo negauerit rerum omnium, etiã immobilium precia in dies augeri & crescere. Seneca, *Pretium cuiusque rei pro tempore est* [a]. Marius villam habebat in agro Misenensi amœnam & iucundam: Eam Cornelia 75. millibus denariorum emisse fertur, nec multo interlapso spacio L. Lucullus quingentis millibus & ducentis illam est licitatus, ἕτως ταχέως ἀνέβαινεν ἡ πολυτέλεια (inquit Plutarchus [b].) Non est ergò quòd in hac causa pecuniæ reditus & annua secundùm leges vsura obiiciatur, siquidem fundo comparato creditor & annuos fructus percepisset, & fundus ipse precioſior tanto temporis tractu factus esset. DEINDE

a *Seneca lib. 6 de benef. ca. 15.*

b *Plutarc. in vita C. Marij.*



Source : BIU Cujas

contractus ex conuentione & consensu, si de mercibus aut preciis agatur, legem accipiunt [a]. Consensus autem ex verbis & mente contrahentiū declaratur. Cōtractus de nummis aureis creditis & reddendis agit, annuúmque reditum in aureis nummis præstandum designat. Itaque ex conuentionis lege non aliter sortis solutio fieri debet, quàm si aurei eiusdémque generis nummi præstētur. Quòd si in aliam formam nummos creditorem accipere velit debitor, videndum est ex Pauli sententia, ne aliquod ex ea re damnum creditor passurus sit. Dānum autem euidēs esset, si pro sexcētis aureis quingenti tantū soluantur: Quod eueniret inspecta valoris 50. solidorum quantitate. *In auro & argento legato non materia* (inquit Modestinus) *sed pretium præsentis temporis præstari debet* [b]. TERTIO hæc est mutui siue gratuiti siue non gratuiti lex, vt tantundem reddi oporteat. Seneca, *Reddere est rem pro re dare. Quidni? cùm omnis solutio non idem reddat, sed tātundem. Nam & pecuniam dicimus reddidisse, quamuis numerauimus pro argenteis aureos* [c]. Vt & in tessera frumentaria dicimus non corpus, sed quantitatē spectari [d]. In pecunia autē satis esse ait lex, si cadē æstimatio fuerit [e]. In collybo & pecunię permutatione eadem censetur æstimatio, velut cùm P. Scapula C. Quintio pecuniā credidit nummis scilicet Gallicis, quā Quintius Romę & Romanis nūmis curare debebat [f]. At non præstatur eadē æstimatio, neque eadem quantitas, cùm de precio aliquid diminuitur. Vt cùm apud Salustium argētum ære solutum est [g]. In hac autem causa cùm debitor pro aureo, cuius valor præsens est sexaginta solidorū, obtrudere nititur quinquaginta solidos, quid hoc

[a] *L. impe. rator. ff. de contrah. empt.*

[b] *l. cū certum. ff. de auro & arg. legato.*

[c] *Senec. l. 6. de benef. cap. 5.*

[d] *l. Titia. 87. ff. de leg. 2.*

[e] *L. in fine. ff. de auro & arg. leg.*

[f] *Cicero in orat. pro Quintio.*

[g] *Salust. in Catilin.*

Source : BIU Cujas

hoc est aliud quàm fidem crediti fallere? Nã Clemens Põtifex in solutione iubet præsentis precij & monetæ currentis æstimationem inspici [a]. *POSTREMO* in mutuo cæteríque contractibus, qui ad mutui naturam accedunt, in quibus præstitæ fuerunt res quæ pondere, numero, mensura consistunt, quæque functionem in suo genere recipiunt: constat ex Iurisconsultorum respõsis æquè bonum reddi oportere. Itaque illud potissimum examinari & exeuti necesse est, in quo consistat intrinseca nummorum bonitas. Consistit autem in materia, aut in charactere, aut in precio. At qualisaunque proponatur nummi bonitas, iusta semper & æqua iudicabitur creditoris in hac causa petitio. Bonitatem nummi intrinsecam verè in ipsa materia spectari & consistere vix crediderim. Multa tamen suadent nummorum dignitatem & pecuniæ signatæ rationem plerunque ex materiæ qualitate æstimari. Procopius testatur non aliis quàm Imperatori Romano & Francorum regibus licuisse aureo nummo effigiem suam imprimere [b]. Zonaras soli Imperatori Romano hoc ius tribuit [c]. Helena Constantini mater simulatque renũtiata est Augusta nũmos aureos sub effigie sua procudi iussit [d]. Lex Langobardica. *Si quis aurũ sine iussione regis figurauerit, manus ei incidatur* [e]. Sic & Imperatores Romani vetuerant ne in auro effigies priuati hominis insculperetur [f]. Hęc auri prærogatiua, etiam cùm de regio charactere imprimẽdo & signanda aurea moneta agitur, satis docet pecuniæ signatæ vsum & nummorum bonitatem plerunque ex auri præstãtia & materiæ qualitate æstimari legémque accipere. Quis est autem adeò rerum

[a] *Clement. fin. de decimis in Clement.*

[b] *Procop. li. 3. de bello Gotho.*

[c] *Zonaras tom. 3. pag. 75.*

[d] *Niceph. lib. 8. c. 31.*

[e] *l. 1. tit. de eo qui falsam monet. fecit, lib. 1. leg. Langob.*

[f] *l. quicquid ex auro de falsi. monet. Co. Th.*



Source : BIU Cujas

ignatus, qui neſciat in quibuſvis nummis materiæ bonitatem ab hinc centum annis valde imminutam & in deterius paulatim iuiſſe, ſiue aurum ſpectemus, ſiue argentum, ſiue æs, vt certiſſima veritate liceat dicere quinquaginta ſolidos veteres præſtantiores eſſe, & meliores ſexaginta ſolidis qui nunc in vſu & commercio habentur? Nam à tempore Regis Ludouici duodecimi bonitas materiæ ipsáque mixtionis lex, quam vulgo vocant *aloy*, paulatim decreuit & imminuta fuit, ac procedente tempore continuò deterior eſt effecta, maximéque ſi monetæ albæ ratio habeatur. Hinc fit vt cùm Itali, Hiſpani cæteríque exteri nobiſcum negotiantur, non ſoleant aut in ſolidis aut in libris Turonenſibus contrahere, ſed nummos auri pōderíſque legitimi ſtipulétur. Quin & ipſe quoque aureus in materiæ bonitate valdè eſt imminutus. Atque ideo quoties vel de pacis conditionibus, vel de fœdere ineundo, vel de Principis alicuius, aut magnatis captiui redemptione actum eſt, Hiſpani nō modò in aureis nummis contrahi & ſolutionem promitti, ſed & materiæ aureorum bonitatem exprimi voluerunt, expreſſo nummorum pondere, & adiecta quantitate aureorū, quæ in vnaquaque auri libra eſſe deberet. Itaque ſi bonitatem ex materiæ valore conſideres non erit aut iniquum, aut acerbum pro aureo 50. ſolidorum, nunc à debitore præſtari aureum 60. ſolidorum. Neque enim aliter tantundem reddi videbitur, cùm ſatis conſtet 50. veteres ſolidos præſtantiores eſſe, & in materiæ bonitate præualere ſexaginta ſolidis, qui nunc vulgaris commercij habentur. Quòd ſi in charactere nummi bonitatem conſtituamus, idem manet

chara

character Regius. Itaque vt tantundem reddatur, exoluendi sunt 600. aurei. Neque enim ex sententia Pauli solutio in alio genere nummorum creditore inuito fieri potest, si eius intersit [a]. At notabilis esset & euidens creditoris iactura, si pro 1800. libris Turonensibus mille quingentas tantùm reciperet. Vlpianus & Scæuola solutionem in ærosa pecunia & reprobis nummis fieri non debere responderunt [b]. Non esset autem diuersa ratio damni, si pro sexcentis creditor quingentos tantùm aureos accipere teneretur. Itaque cùm idem nummorum character Regius remãserit, eadem etiam aureorum quantitas in solutione requiritur, si intrinsecam nummi bonitatem in ipso charactere constituamus: vt certè forma & character trahit ad se materiam. Pecunia enim, vbi signata est, nõ iam merx dicitur, sed precium, quod cæterarum rerum omnium æstimationem constituit & definit [c]. Nam in charactere omnia ex Principis arbitrio sũt, ipséque character nummis impressus summi Imperij argumentum est. Seuerus Imperator vt Clodium Albinum aliqua imperij spe irretiret, multa ex Senatus authoritate concessit, καὶ νομίσματα αὐτοῦ κοπῆναι ἐπέτρεψε [d]. Tamberlanes, quem Græci Temirem vocant, cùm de pacis conditionibus victor & ferox cum Baiazete Turcarum Imperatore ageret, postulauit vt in Baiazetis ditione numisma Tamberlanis admitteretur, eóque solo vti liceret. Hoc insigne subiectionis vinculum Baiazeti visum est intolerabile [e]. Ioannes Tzimiscas Imperator vt magnum ederet pietatis & venerationis argumentum, Saluatoris nostri imaginem

a l. Paulus ff. de solut.

b l. 102. creditor. ff. de solut. l. eleganter. §. qui reprobos. ff. de pignorat. actione.

c l. 1. ff. de cõtr. empt.

d Herodianus in Seuero.

e Laconic. Chalcõdilas li. 2. circa f. & lib. 3. de rebus Turcicis.

nem primus in nummo insculpi iussit, μὴ φθειρῃς τοῦτου γενομένῳ, inquit Cedrenus[a]. Itaque character & publica authoritas bonitatem nummi æstimat & constituit, non autem ipsa materiæ consideratio. Hinc est quod Aristophanes Athenienses reprehendit, qui nouos nummos, licèt deteriores essent & æroſi, præferebant veteribus nummis, μᾶλλον ὁρῶντες κεκοπευμένους καὶ κεκαλλιγραμμένους[b]. Lampridius in Alexandro Imperatore, *Vectigalia publica ita constituit* (inquit) *vt qui decem aureos sub Heliogabalo præstiterant, tertiam partem aurei præstarent, hoc est, tricesimam partem: tunc què primùm semisses aureorum formati sunt*[c]. Verùm omissa authoritatis publicæ & characteris nummo impressi consideratione, intrinsecam nummi bonitatem in ipso precio constituamus. Lex precij & valoris rationem ad tempus contractus referre solet, sed hoc demum quoties æstimatio aut ex reipsa procedit, aut ex facto priuatorum pendet[d]. Sed in nummis precium voluntate Principis æstimatur, quæ semel iussa & promulgata conuentiones priuatas ipsásque conuentionum executiones regit, definit, & moderatur. Nam regia potestas est velut vis maior, cuius, vt nec casus fortuiti, nulla debetur euictio[e]. Itaque si contigisset aureorum valorem à tempore obligationis decreuisse, tamen debitor 600. aureos exoluendo liberaretur. Eadem ratione qualecunque euenit incrementum, non aliter obligationi satisfiet, nisi 600. aurei numerentur, eorumve præsens valor præstetur. At verò ratione incertitudinis si quod lucrum accedit, non potest illegitimum dici[f]. Fallitur autem quisquis in æstimatione aurei,

[a] Cedrenus pag. 562. in fin.

[b] Aristop. in Cantzar.

[c] Lampr. in Alex.

[d] *ff. si veltigate. Co. de resci. vēd. & l. Lucius. ff. de euictionibus. l. item si verberatū. §. item si fortè. ff. de rei vindicat.*

[e] *§ L. quamuis. & l. olei. Cod. de vsuris. l. si pater puella. Cod. de inoffi. test. l. de fideicommisso. Cod. de transact.*

Source : BIU Cujas

rei, cuius valor nunc decem solidis auctus est, lucrum aliquod ingens accedere creditori existimat. Vt & vulgus falli solet, dum se ditari credit, quoties crescit aurei valor. Sicut enim nummi precium augetur, ita etiam crescunt & augentur tam mercium quàm cæterarum rerum precia [a]. Vnde fit vt generali & publico cuiusque nummi incremento priuatis neque accedat neque decedat quidquam. Nam primo contractæ obligationis tempore sexcenti aurei valebant quidem mille quingentas libras Turonenses: nunc autem mille octingentis libris Turonensibus æstimantur. At verò nullum in eo lucrum est, nulláque accedit euidens adiecti emolumenti vtilitas. Quæcunque enim aliquis tempore contractus mille quingentis libris comparare poterat, vix hoc tempore mille octingentis libris emere & consequi liceret: atque ideo seu ius seu æquitatem spectes, potior est creditoris caussa. Itaque intrinsecam nummorum bonitatem siuein charactere, siue in precio, siue in ipsa materia constituas, consequens est non posse tantundem reddi, neque eandem bonitatem præstari & exolui, nisi vel sexcenti aurei eodem nummorum genere eodémque numero soluantur, vel debitor, vt creditori consulat, tantundem in aliis nummis præstare velit, quantus est præsens æstimatæ aureorum quantitatis valor [b].

[a] *l. 2. de veteris numis. potest. li. 11. Cod.*

[b] *Boerius decis. 327.*

*SENATVS* pro creditore pronuntiauit, æquúmque esse iudicauit, vt aut solutio 600. aureorum in eadem nummorum specie fieret, aut si alterius generis nummi exoluerentur, haberetur ratio

ratio eius valoris qui nunc est, non qui tempore Arrest contractus fuit [a].

donné au profit des Doyen, Chanoines & Chapitre de l'Eglise d'Angiers inthimez, moy plaidant pour eux: Contre René Errault sieur de Chemans appellant, pour lequel Choart plaidoit, ledit arrest du 26. de Iuillet 1594.

Autres semblables arrests, l'vn du Ieudy premier iour d'Aoust 1560. entre Messire Michel de Champrond & Damoiselle Ieanne Parent sa femme appellans, & Monsieur Hennequin & Consors inthimez.

Autre arrest donné aux grands Iours de Poictiers le 6. de Septembre 1567.

Autre arrest entre Marguerite Des-champs demanderesse, & Iean Quelin deffendeur le 17. de Ianuier 1568.

Semblable arrest au profit de Dame Anthoinette le Clerc le 18. d'Aoust 1576.

ANNÆI



Source : BIU Cujas

# ANNÆI ROBERTI AVRELII RERVM IVDICATARVM LIBER Secundus.

*De Consuetudinibus Franciæ: Et à quo tempore noua consuetudo vim & effectum habere incipiat.*

## CAPVT I.

REGIAS constitutiones vim legis habere indubitati iuris est. Quis enim sacras iussiones, edicta regia & Principum rescripta à subditis impunè contemni aut violari dixerit? Nã cùm suprema legum authoritas à Principe pẽdeat, ius summum, cui nulla lege derogari potest, edictis regiis continetur. Sed cùm omnia Principalibus constitutionibus non fuissent definita, sunt quædam prouinciæ sub Francica ditione, velut Tholosana regio, Delphinatus, aliæque nõnullæ, quæ aut ex speciali priuilegio, aut ex cõuentione cum Regibus olim inita, ciuili Romanorum iure pro legibus vtuntur, & hæ quidem prouinciæ iuris scripti nuncupari solent. Verùm pleræque aliæ, & quidem potiores Galliarum

Galliarum prouinciæ consuetudinario iure vti dicuntur: siquidem vnaquæque prouincia consuetudines, legésq; municipales habet, quas vel vsus inuexit, vel populus ipse solemniter sibi sáxit, & quæ non minùs prouinciales ligant, quàm quævis aliæ. Imò non minùs apud nos authoritatis quàm ipsæ etiam regiæ constitutiones habent. Mirari lubet benignam Regum nostrorum humanitatem, qui, dum municipibus concedunt ex vsu & arbitrio suo sibi leges condere, meritò dici possunt subditos in partem potentiæ regiæque dignitatis asciuisse. Romani olim sociis & fœderatis hoc idē, sed summi beneficij loco tribuerūt, maximúmque fuit beneuolentiæ publicæ testimonium, si vel priuatos ciuitate donassent, vel alicui genti, ciuitati, municipióve, vt suis legibus viuere liceret, concessissent. Liuius his exemplis passim abundat, vt cùm Senatus Locrensibus libertatem legésque suas restituit [a]. Sic Gellius orationis de Italicensibus ab Adriano habitæ meminit, cuius verba satis indicant municipia à coloniis differre, quòd antiqua municipia suis moribus, legibus ac magistratibus vterentur [b]. Sic & Pausanias Traianum Imperatorem refert Mothoneis concessisse, ἐν αὐτονομίᾳ πολιτεύεσθαι [c]. Plinius, *Amisenorū ciuitas* (inquit) *& libera & fœderata beneficio indulgentiæ tuæ legibus suis vtitur* [d]. Agathias de Dilimnitarum gente agens, Non (inquit) subditi sunt, nimirum qui suis legibus viuant & libertate fruantur, ἀυτόνομοί τε γὰρ εἰσι καὶ ἐλεύθεροι [e]. Hoc etiam satis testantur leges Romanæ, quæ consuetudinis & legum cuiusque municipij mentionem faciunt [f]. Consuetudines autem subditis neque graues sunt neque odiosæ, sed leges

a Liuius lib. 29.
b Gellius li. 16. c. 13.
c Pausanias in Messeniciis li. 4.
d Plinius li. 10. epist. 93.
e Agathias lib. 3.
f L. item eorum. ff. quod cuiusque vniuers. nomine. l. 1. C. de emancipat. libe.

Source : BIU Cujas

istæ municipibus videri solet supra cæteras omnes acceptissimæ, cùm tolerabilius sit consuetudinis vinculo quàm legum necessitate adstringi. Rationem si quis exquirit Dionem Chrysostomum cõsulat, qui consuetudinem regiæ, legem tyrannicæ comparat potestati [a]. Quintilianus, *Quoties* (inquit) *de iure populi agitur apud populum, cui mutare, cui abrogare, cui ferre quas velit leges, accipere quas velit regationes liceat, nunquam se ipse diminuet.* Nicetas historicus dum Christianos quosdam memorat lõgo vicinitatis vsu Turcicis quibusdam institutis & legibus assuefactos: Consuetudo (inquit) tempore confirmata rationem vincit & ipsam etiam religionem, ἅτω χρόνῳ κρατιωθὲν ἔτος γένος καὶ θρησκείας ἰσχυρότερον [c]. *Consuetudo* (inquit Tertullianus) *initium ab aliqua ignorantia vel simplicitate sortita, in vsum per successionem corroboratur* [d]. Agathias eleganter, Εὐδύναον μὲν ὅτι δὴ τὸ ἀνθρωπίνων ἤθων ὡς ἔπος εἰπεῖν ὑπὸ νόμῳ ἐκπλεῖσε νενικηκὸς ἐμβιοτεύσαιμι, τοῦτο δὲ ἄμεσον ἡγοῦμαι καὶ θεσπέσιον [e]. Consuetudinem itaque vsus & cõmunis incolarum consensus firmauit. Quàm dulce, quàm gratum est voluntariæ subiici necessitati, & illo iuris vinculo adstringi, cuius cùm authores simus, puderet iniquitatem aut seueritatẽ accusare. At regia edicta non ratio, sed sola dominantis voluntas, iusta sint an iniusta, sancit & moderatur. Hinc fit vt si quando contingat Imperialia rescripta legi municipali aduersari, dubium faciat Vlpianus, quẽnam potior haberi debeat, lexne municipalis, an regia & principalis constitutio [f]. Itaq; eadem æquitatis ratione statutum est omnes, imò etiam pupillos, furiosos, & quosvis alios prouinciali lege teneri [g]. Quin & in ipsis quoque iudiciis seu

[a] D. Chrys. orat. 76. περὶ βίου, & Suidas in dict. βίος.
[b] Quintil. decl. 254.
[c] Nicetas pag. 19.
[d] Tertull. lib. de virgin. velandis in pri.
[e] Agathias lib. 2.
[f] l. 3. §. diuus. ff. de sepul. viol.
[g] l. sine here. de. 1. Lucius. ff. de admi. tut. l. 2. §. furiosus, de iure codicill. l. fin. de decretis ab ord. faciendis.

T

Source : BIU Cujas

de controuersiarum decisione, siue de iis quæ ad formulas & cognitionum ordinem attinẽt, agatur, spectandus est mos & habenda ratio consuetudinis, cuius æquitas vsúsque in ea prouincia obtinuit [a]. Tertullianus, *Consuetudo etiam in ciuilibus rebus pro lege suscipitur cùm deficit lex, nec differt scriptura an ratione consistat, quando & legem ratio commendet* [b]. Ciuile Romanorum ius in Senatu & tribunalibus Franciæ citare licet, non quòd Romanis legibus parere necesse habeamus, sed vt æquitatis ratio ex tot clarissimorum & prudentissimorum Iurisconsultorũ responsis attendi & inspici queat. Cur enim Francos dixerimus Latiis legibus & Imperatorum rescriptis attineri, cùm etiam inter Romanos Imperatores non defuerunt, qui ius illud Romanorum ciuile destruere & funditus euertere in animo haberent? Iulius Cæsar ius ciuile ad certum modum redigere destinabat, atque ex immensa diffusaque legum copia, optima quæque & necessaria in paucissimos conferre libros [c]. Caius Cæsar Caligula Iurisconsultorum responsa tollere voluit. Suetonius, *De Iurisconsultis* (inquit) *quasi scientiæ eorum omnem vsum aboliturus sæpè iactauit, se mehercule effecturum, ne quid respondere possent præter æquum* [d]. Sic etiam Iul. Capitolinus de Imperatore Opilio Macrino: *Fuit* (inquit) *in iure non incallidus; adeò vt statuisset omnia rescripta veterum Principum tollere, vt iure non rescriptis ageretur, nefas esse dicens leges videri Cõmodi & Caracallæ & hominũ imperitorum voluntates, quum Traianus nunquã libellis responderit, ne ad alias causas facta præferrẽtur, quæ ad gratiam cõposita viderentur* [e]. Quid verò quod exinde Iustinianus, vel per gratiã, vel per Triboniani sordes, ius ciuile non

[a] *l. 1. in totum. C. de ædific. priuatis. l. 2. & ibi Bartholl. ff. quemadm. testam. aper.*

[b] *Tertull. li. 1. de corona militis.*

[c] *Suet. in Iulio c. 44.*

[d] *Sueton. in Caligula cap. 34. in fin.*

[e] *Capitol. in Opilio Macrin.*

non tam compilauit quàm corrupit: Itaque Alaricus Gothorum Rex multa pœna vetuit leges Romanas in iudiciis proponi: sed Gothicas ipse leges condidit, quas Theodoricus postea auxit & in meliorem redegit ordinem. Ipsa quidem iuris Romani scientia per aliquot sæcula in tenebris iacuit, quoad tandem Lotharius Cæsar eius nominis secũdus, qui circa annum 1127. imperare cœpit, collapsa iuris illius studia rursus erexit, suadente Irnerio seu Vvernero Iurisconsulto. Ita tamen vt leges in scholis proponerentur, sed vt non deinceps vbique in iudiciis necesse esset ex iure Romano causas diiudicare. Hispanos cõstat armis multoties à Romanis deuictos vastata & in prouinciã redacta eorũ regione. Apud illos tamen nulla legibus Romanis parendi necessitas est, nec litiũ & cõtrouersiarum decisionem ad Imperatorum rescripta necessario iuris vinculo referri patiuntur [a]. Quantò magis Francos Romanas leges impunè asperhari conuenit, qui feroces & magnanimi Latiis armis sæper restitêre, & Romano imperio nullo vnquam tempore subiecti libertatem suam inuicti asseruerũt? Hinc Baldus & plerique alij iuris Doctores testantur Francos legum Romanarum æquitatẽ mirari: Non tamen eis parendi necessitatem vllam sibi imponere [b]. Hinc etiam refert Procopius, nõ aliis quàm Imperatori Romano & Francorũ Regibus licuisse aureo nummo effigiem suam imprimere: cæteris interdictũ, ac ne Persarũ quidem Regibus permissũ [c]. Reges nostri multis factionibus vetuere Imperialia rescripta in iudiciis proponi & citari, ac potissimùm si vel Regiis constitutionibus vel priuãtis cuiusque loci consuetudinibus repugnare &

a *Oldrad. consil. 69. Polycrates li. 8. c. 22. Et constit. Alphonsi li. 1. tit. 3.*

b *Bal. in l. nemo. C. de sentent. & interlo. iudicum, & in cap. fin. de consuet. Pet. Cyn. & doctor. in l. 1. C. de sum. trinit.*

c *Procopi li. 4. de bello Goth.*



Source : BIU Cujas

aduersari comperiantur a. Neque enim Francos ab exteris leges mutuari aut ab iis iura sumere cõueniens est: cùm ipsi iustissimis legibus & æquissimo consuetudinum iure non deficiãtur. Iactare illud lubet quod de Republica sua Athenienſi gloriatur Pericles, χρώμεθα πολιτείᾳ & ζηλοῦμεν τὰς τῶν πέλας νόμους, αὐτοὶ δὲ μᾶλλον ὄντες πρὸς μιμούμενοι ἑτέρους b. Olim apud nos consuetudines non erant scriptæ. Sed post Anglos è Galliis pulsos Rex Carolus septimus, cùm omnia ritè & ex legum statutis componere vellet, comperit bellorum occasione formulas iudiciorum, leges, consuetudines non certo vllo iuris municipalis vsu extare, sed incertas, dubias, obscura etiam consuetudinum veritate, vt sæpè iudices earum probationem cogerentur ad testes referre, quorum hi per gratiam, illi per odium & sordes diuersa ex animi arbitrio confingebant. Ideóque circa annum 1452. Rex Carolus septimus constitutionem promulgauit, qua sãxit vt consuetudines municipales cuiusque prouinciæ, pagi vel præsidatus in scripta redigerentur, nec deinceps liceret vllã consuetudinem non scriptam allegare. Consuetudinum autem nostrarum, quæ conuocatis prouincialibus vniuscuiusque ordinis hominibus in scripta redactæ fuerũt, authoritas in plerisque non conuenit consuetudinibus illis, de quibus Iurisconsulti nostri loquuntur, quæ licèt diuturno vtentium consensu comprobatæ legem imitarentur, tamen νόμοι erant ἄγραφοι. Consuetudines autem nostræ, si generales essent, atque vbiuis in regno eodem iuris tenore locum haberent non malè quisquis eas ius ciuile Frãcorũ nuncuparet. Verùm cùm pro diuersocuiusque municipij

a Ordonnance du Roy Philippes 1. publiee en Parlemẽt le lendemain des Rois en l'an 1577. & par autre ordonnance du Roy Philippes 4. de l'an 1304.

b Thucydides lib. 2.

Source : BIU Cujas

nicipij vsu variæ sint, dissimiles ac plerunque contrariæ, meritò vocamus ius municipale, quod legis vigorem habet. Consuetudinum autem vis & authoritas apud nos tanta est, vt non facilè conuelli queat. Aliquando tamen ex longa diuturni tẽporis mora, & (vt ait Gellius [a]) ex tacito illiteratóque cõsẽsu quædam statuta in desuetudinem abire & exolescere contingit, siue incommoda ea esse, siue etiam nociua ex morum mutatione deprehendantur: Nam, vt ait Tacitus, *rebus cunctis inest quidam velut orbis, vt quemadmodum temporum vices, ita morũ vertantur* [b]. Itaque quoties consuetudinis & legis scriptę vsus vetustate nimia obsoletus proponitur, magna iudicantem dubitandi occasio torquet. Sic cùm lex Pompeia Bithynicis ciuitatibus non alios ciues sibi adscribere permitteret, quàm si eiusdem essent prouinciæ: multi autem alieni in Senatum cuiusque ciuitatis allecti reperirentur, vnde legis authoritas tacito quodam consensu exoluisse videbatur: Plinius ipsum Traianum super ea re consulendum credidit [c]. Nos tamen in Francia alia ratione huic incommodo obuiam ire solemus. Nã si prouinciæ alicuius vetus consuetudo correctione indiget, reformatur: & accedente Regia authoritate indici solet prouincialium hominum cõuentus: quibus conuocatis reuisuntur statuta municipalia, vt si quid in iis successu temporis aut iniquũ apparuerit, aut vtilitati publicæ contrarium, videatur, id corrigatur & reformetur. Claudianus, *Priscámque resumunt Cunitiem leges, emendantúrque vetusta, Accedúntque nouæ. De his quæ primò constituuntur* (inquit Iurisconsultus) *aut interpretatione aut constitutione optimi Principis certius statuendũ est* [d]. Postulat

[a] *Gell. li. 11. cap. 18.*

[b] *Tacitus lib. 3. Annal.*

[c] *Plinius li. 10. epi. & ep. 116.*

[d] *L. & ideò. ff. de legibus.*



FACULTE DE MEDECINE DE PARIS BIBLIOTHÈQUE

Source : BIU Cujas

enim interdum, vel temporum ratio, vel recens, & noua morũ regula, vt antiquæ leges temperentur, immutentur, abrogentur. *Consuetudo* (inquit D. Cyprianus) *sine veritate vetustas erroris est* a. Difficile est tanta concilij moderatione aut tanta iudicij prudentia leges statuere, vt non aliquando rescindi eas oporteat. Vix vllæ sunt de quibus dicere liceat quod ait Symmachus, *Leges in commune bonum procedentes nunquam occasum pati* b. Paulus Æmilius (inquit Liuius) *leges Macedoniæ dedit cum tanta cura, vt non hostibus victis, sed sociis benemeritis dare videretur, & quas ne vsus quidem longo tempore, qui vnus est legum corrector, experiendo argueret* c. Solõ legibus suis in centum annos non vlterius vim & authoritatem decreto publico tribui & sanciri voluit d. Athenis erant νομοθέται, quibus cura commissa erat, vt leges recognoscerent, ne aut situ, aut senio, aut desuetudine fierent nociuæ, & inutiles e. Plato nomophylacas creari & instituj iubebat, & post bina lustra leges examinari & clarioribus ad interpretationem verbis explicari f. Alexander Seuerus leges in annos firmauit g. Canuleius tribunus his verbis apud Liuium vtitur, *Quis dubitat quin in æternũ vrbe condita & in immensum crescente, noua imperia, sacerdotia, iura gentium, hominúmque instituãtur* h. Lucius Valerius de lege Oppia abroganda, *Quemadmodũ* (inquit) *ex his legibus, quæ non in tempus aliquod, sed perpetuæ vtilitatis causa in æternum latæ sunt, nullam abrogari debere fateor, nisi quã aut vsus coarguit aut status aliquis Reip. inutilem fecit: Sic quas tempora aliqua desiderarunt, leges mortales, vt ita dicã, & tẽporibus ipsis mutabiles esse video* i. Tertullianus in apologetico, *Nónne & vos quotidie experimentis illuminantibus tenebras anti*

a D. Cypr. ad Pompeium contra epist. Steph.

b Symmach. lib. 10. epistol.

c T. Liu. li. 45.

d Plutarc. in Solone.

e Suidas in dict. Θεσμοθέται

f Plato li. 6. de legib.

g Lampri. in Alex. Seuero.

h Liuius lib. 4.

i Liu. l. 34.

Source : BIU Cujas

*antiquitatis, totam illam veterem & squalentem syluam legum; nouis principalium rescriptorum & edictorum securibus truncatis & caeditis?* Basilius Imperator teste Cedreno cùm videret πολλὰς ἐκ νόμους πολλὴν ἀσαφείαν καὶ σύγχυσιν ἔχοντας, statuit leges inutiles abrogare: Vtiles autem & necessarias repurgare atque eas de integro sanctire [a]. Hoc idem antea de Imperatore Constantino Nazarius, *Nouae lege* (inquit) *gerẽdis moribus & frangendis vitiis constituta: Veterum calumniosa ambages recisa, captandae simplicitatis laqueos perdiderunt* [b]. Hæc de consuetudinum nostrarum origine, earumque emendatione & reformatione dixisse forsan sufficeret. Sed præstat reformationis ritus, solemnitates & formas adhiberi solitas referre. Tres sunt in Frãcia diuersi ordines. Vnus Ecclesiasticorum: Alter Nobiliũ: Est & Popularis, qui tertius status dicitur, reliquos omnes ordines complectẽs. Hi omnes in vnaquaque prouincia aliquot ex primoribus sui ordinis eligũt, qui simul conuocati veteris consuetudinis statuta recensent, sitne aliquid olim iniquè statutum, quid in desuetudinẽ abierit, quid deinceps obseruari expediat, quídve prouincialibus illius regionis hominibus vtile sit aut nociuum: atque hæc vno omniũ consensu statui oportet; aut si dissenserint, maior pars minorem vincit. Huic consilio & cõuentui authoritate Regia præsunt quatuor aut quinque viri pluresve, qui plerũque à Senatu delegari solẽt. Discussa consuetudine & emendata, Iudices illi delegati authoritatẽ Regiã interponunt prolata sententia, per quã prouinciales regionis illi homines scripta illa consuetudine deinceps adstringi pronũtiãt. Exinde cõsuetudo ad Senatũ refertur, & apud acta

[a] Cedren. pag. 468.

[b] Nazarius in Panegyrico.



Source : BIU Cujas

Curiæ deponitur. His omnibus solemniter peractis statuta illa cõsuetudinis municipalia Typographo traduntur, qui ea typis impressa in lucem edit, vt publicentur & cunctis innotescant. Vt certè consuetudo omnis authoritatem Principis vel Senatus requirit a. Editio cunctos prouinciales ad obseruationem eius monet. Hos ritus solemnes in reformatione consuetudinum obseruari solitos memorasse oportuit ad faciliorem sequentis controuersiæ intellectum.

a l. *siquod extraordinarium de legat. lib. 10. C. l. humanum de legibus.*

*ANNO* 1580. cùm vetus Parisiensis consuetudo in multis emendationem desideraret, ac pleraque essent quæ & mutari & corrigi expediret: Prouinciales omnis ordinis, & dignitatis homines regia authoritate conuocati sunt, eæque adhibitæ solemnitates, quas fieri & obseruari in reformatione & emendatione consuetudinũ memorauimus. Pleraque consuetudinis capitula immutata sunt, & additæ testamentorum solemnitates plures quàm antea. Contigit vt circa idem tempus quidam decedens testamentum condiderit, quod legitimi hæredes minùs solemne arguebant. Si veterẽ spectes consuetudinem, erat testamentum ritè ac solẽniter factum. Si nouam, non item. Deerant enim earum solemnitatum nonnullæ, quas noua cõsuetudo addiderat. Itaque id vnum quærebatur quo tempore censeri deberet consuetudo vim legis habuisse. Cõsuetudinis statuta mense Martio emendata & in mundum redacta liquebat: eodemque tempore iudices à Rege delegati sententia palàm prouincialibus probata consuetudinem nouam deinceps obseruari iusserant. Testamentum autẽ conditum fuerat mense Iulio, notariis solemnitates vetere consuetu

suetudine præscriptas obseruantibus. Constabat autem nouam consuetudinem non ante, sed circa mensem Septembrem promulgatam fuisse, editam, & typis expressam. Itaque controuersia omnis hinc pendebat, à quo tempore lex noua municipalis vim, robur & effectum habere censeretur: Vtrúmne ex mense Martio, an ab eo tantùm tempore quo edita, promulgata & typis publicis expressa fuerat.

*PRO HÆREDE.* Regiæ constitutiones ab eo, qui plus potest, subditis etiam inuitis & recusantibus præscribûtur. Ideóque nescios & ignorantes non ligant, nisi priùs plena & notoria publicatione rescitæ fuerint. Consuetudinum diuersa est ratio. Iurisconsultus consuetudine & legibus municipalibus teneri nos & obligari dicit, quòd populi iudicio recipi eas cõstet [a]. Quis autem ignorare in prouincia potuit, quod omnes vno cõsensu constituisse liquet? Quòd si consuetudinem, quia nondum edita, nondum typis impressa fuit, negligere & insuper habere permittatur: Sit deinceps Typographus cõsuetudinum legitimus author: Sit ille publicus legislator, si quidem ex publicatione, ex typis, & editione omnis pendet legum authoritas. Defuncti voluntatem corruere nullámque & irritam haberi graue durúmque videtur. Sed non aliter vlt imas defunctorum voluntates veras censeri ratásque haberi iura volunt, nisi etiam solemnes sint. Nec frustra legum authores, vt frequentissimæ testamentorum captationi prospicerent, solemnitates in testamentis multo plures quàm in contractibus requirunt. Itaque non immeritò consuetudo solemnitates testamentis alias & plures

[a] *l. de quibus. ff. de legibus.*



Source : BIU Cujas

quàm antea, præscribi necesse existimauit. Scripta lex est & communi prouincialium cõsensu discussa, emendata, & tandem in mundum redacta, & à delegatis iudicibus obseruari iussa: Cur eam violare, spernere, & irritam habere permittetur?

*PRO LEGATARIIS.* Leges, rescripta & consuetudines non alia mente sanciri & constitui solent, nisi vt obseruentur. Quod vt fiat, rescire leges oportet, & cùm iuris sint positiui, promulgari eas, proponi, & in lucem edi necesse est. Adhibenda tamen distinctio, quæ ex vsu fori & Senatusconsultis inualuit. Nam lex & consuetudo omnis aut circa ea versatur quæ factũ hominis requirunt, aut circa ea in quibus factum legis, hoc est, sola legis dispositio sufficit. Exemplis res ista explicari & planior faciliórque reddi potest, quoties cõsuetudo redhibitioni gentilitiæ hanc vel illam formam præscribit, aut cùm in donationis contractu certas aliquas solemnitates adiici requirit: Pendet hoc omne aut ex facto contrahẽtis, aut ex notarij officio, aut ex prudentia eorum qui adhibitis iurisperitis actus illos celebrant. Sic cùm cõsuetudo nostra statuit testamentum non aliter cẽseri solemne, quàm si non modò semel prælectum testatori à notario, sed & relectum fuerit. Hæc testamenti repetita lectio si omittatur, nullum quidem est & minus solemne testamentum. Illud verò pendet vel ex facto ipsius testatoris, vel ex officio notarij eiúsque peritia. Ipsa consuetudo nec subsignationem vel repetitam lectionem, nec alia istiusmodi, quæ ex facto pendent, aut procurat, aut ipsa per se præstare potest: Hæc & similia in facto hominis consistere dicimus: Verùm quædam alia iuris sunt, quæ lex per se

sola

sola sufficit. Veluti Lex primogenito potiorem feudalis prædij partem tribuit: Defuncto patre statim ex ipso tempore mortis, prærogatiua feudi primogenito acquiritur: Atque hoc feudi præcipuum lex ei adiudicat absque vllo hominis facto, nulla traditionis aut adeundæ hæreditatis necessitate: Eadem ratione proponamus, consuetudinē statuere, vt fratres ex vtroque latere coniuncti eos excludant qui ex vno tantùm latere iunguntur. Lex ipsa sola nullo accedente hominis facto efficit, vt statim à tempore mortis defuncti fratres iisdem parentibus progeniti excludant, ὅτινες ἐξ ἑνὸς γονέως συνάπτουσι τῷ τελευτήσαντι. In his & similibus quæ iuris sunt, & ex lege sola pendent, Senatusconsulta voluerunt consuetudinis vim & robur incipere statim atque consuetudo vno prouincialium consensu decreta & examinata est: Ac tum maximè cùm accessit iudicum regia authoritate delegatorum sententia, quæ prouinciæ illius homines consuetudinis nouæ vinculo teneri & obligari pronuntiarunt. Túncque nec Senatus confirmatio, nec ipsa expectatur editio [a]. Quid enim necesse est illis casibus consuetudinem prouincialibus innotescere, quandoquidem nullo facto suo prouinciales dispositionem legis mutare, reuocare vel corrigere possent? At verò priore illo casu, in quo lex nihil ex se disponit, sed ad legis dispositionem accedere hominis factum debet, diuersum statui conueniens est. Nam quoties solemnitates lege requiruntur, vt adhibeantur, priùs resciri legem necesse est. Veluti in hac causæ controuersia, qua ratione solemnitatum testamenti omissio culpæ notarij imputaretur, siquidem

a Arr. par lequel pour vne representation en la succession de Pecquigny, a été iugé, que la coustume d'Amyēs auroit lieu du iour qu'elle auroit esté redigee & arrestee par les cōmissaires, et iam auparauant qu'elle eust esté rapportee à la Cour: Par arrest du 7. de Septēbr. 1571.

Source : BIU Cujas

quidem ille non modò priuatam ſuam, ſed & publicam legis ignorationem proponere & allegare poteſt? Nam exceptis iis qui à ſingulis prouinciæ ordinibus delegati præſentes emendationi interfuerunt, cæteri legem ignorauerunt. Inde eſt quòd ſemper & vbique nouarum conſtitutionum publicatio neceſſaria fuit, vt ex legum ſcriptarũ editione & promulgatione vſus earum innoteſceret. Leges Solonis axibus ligneis inciſæ erant & propalàm editæ [a]. Notæ ſunt decem virorum duodecim tabulæ. Edicta prætorum, vt ab omnibus ſcirentur in albo palàm edita & publicè propoſita fuiſſe cõſtat [b]. λεύκωμα (inquit Suidas) τοιχός ἐστι γύψῳ ἀλειμμένος, ἐφ' οὗ γράφουσι πολιτικῶν πραγμάτων ἐπιτηδεῖοι. Quin & inter Solonis leges ſtatutum fuerat, vt ſi conſtitutionem aut rogationem ferri populo videretur, ea in loco celebri ac conſpicuo proponeretur [c]. Meritò Cæſar Caligula malè audiuit quod minutiſſimis literis & anguſtiſſimo loco legem de vectigalibus propoſuiſſet, vt ne cui deſcribere liceret [d]. Iuſtinianus autem conſtitutiones ſuas vim legis non priùs habere voluit, quàm & editæ & publicatæ & Præſidi prouinciæ inſinuatæ eſſent. Hoc autem Iuſtinianus ſtatuit de teſtamentorum ſolemnitate agens: Quæ propria eſt cauſæ iſtius diſputatio. Itaque iniquiſſimum foret, teſtamentum pro irrito haberi ex defectu omiſſæ ſolemnitatis quæ ignorabatur. Neque enim priùs reſciri potuit conſuetudo noua, quàm publicata, edita & adiecto authoritatis Regiæ vinculo typis publicis expreſſa fuiſſet.

[a] Gellius lib. 2. ca. 12.

[b] L. 7. ſi quis id quod. ff. de iuriſdict. omnium iudicum. l. 2. §. edere. ff. de edendo. l. 203. in deg. ff. de verb. ſign.

[c] Demoſt. in orat. cõtra Leptinem.

[d] Sueton. in Caligula cap. 41.

[e] Nouella 66. vt facta noua conſtit. & Nou. 152.

*SENATVS* confirmauit ſententiam, præfecti Pariſienſis, qui teſtamentum, de quo agebatur,

tur, ritè ac solemniter factum pronuntiauerat [a].

[a] Arr. du 7. de Mars 1581. entre Anthoine Cheulin, & Loyse Guymond appellans, & Iean Gautier inthimé, plaidant Chauuelin pour les appellans, & M. P. du Lac pour l'inthimé.

## *De Carthusianis, & an immunitas Ecclesiastica ad prædia recèns à monasteriis acquisita extendatur.*

## CAP. II.

CARTHVSIANI monasterium habent circa pagum Diui Dionysij Dorques in prouincia Cenomanèsi. Illi (vt omnium Carthusianorum magna est & prouida œconomia) in ea regione reditus suos quotidie multiplicantes, pleroſque fundos suis vicinos acquirebant. Incolæ indignantur Carthusianos frequentibus prædiorum emptionibus potiora regionis illius prædia occupare; habere tamen publicorum munerum & regiarum indictionum vacationem, cùm interea incolæ soli tributis & fiscalibus pensitationibus vexentur. Itaque immunitatem non inuidere se antiquo monasterij patrimonio allegant, sed pro cæteris prædiis recèns ac nouiter quæsitis Carthusianos tributa exoluere teneri asserunt, simúlque cum incolis contribuere, nisi fortè Carthusiani velint prædia incolis locare. Carthusiani immunitatem suam & Ecclesiæ priuilegia opponunt.

*PRO INCOLIS.* Cùm prisca monachorũ veneratio ex seuera paupertatis regula & inopiæ voto processerit, fœdum est & indignum monachos diuitias sub gloria egestatis possidere. Itaque vel incorruptam priscæ integritatis regulam colant, vel si redituum abundantia affluentes cæteris

præstare

præstare nolint, fiscales tributorum pensitationes simul cum ipsa plebe tot bellis attrita tótque miseriis afflicta pendere & soluere teneantur. *Multis nomen pauperum occasio auaritiæ est*, inquiebat Diuus Hilarion a. Saluianus eleganter, *Sub religionis titulo à religione dissentiunt, & habitu magis reliquere sæculum quàm sensu* b. Indigni sunt hoc tam pio & sancto nomine μοναχολόγοι καὶ φανάται ἀ χριστιανοὶ, ἀλλὰ χριστέμποροι, inquit Diuus Ignatius c. Damnemus illos habitus, qui, vt ait Tertullianus, nouitate vestitus religionem mentiuntur d. Quid enim indignius est, & à professione sancta & solitaria magis alienũ, quàm monachos contra paupertatis votum reditus eximios possidere: atque ita possidere, vt neglecto Christianę charitatis affectu prouentuũ suorum reliquias non pauperibus alendis, sed augẽdo patrimonio & nouis prædiorum emptionibus destinare præsumant? *Aliena à vobis sunt* (ait Diuus Hieronymus) *auri argentique pondera: vestra possessio spiritualis est* e. At non ita prisci illi monachi gratiæ immortalis famã, & gloriæ apud posteros sempiternæ laudem sunt consecuti: sed eorum paupertas sacerdotio, & sacerdotium volũtario paupertatis voto ornabatur: Laudabiles, qui ex Diui Cypriani præcepto, ad cœlestes thesauros terrena patrimonia transferebant f. *En quales diuitias Deus diligit* (inquit Saluianus) *en quas pignoribus recondi exigit opes, en quas parari imperat facultates, scilicet fidem ac timorem Dei, modestiã, sanctimoniam: non terrena, non vilia, non pereuntia, non caduca* g. D. Ambrosius, *Nihil Ecclesia sibi, nisi fidem, possidet: hos reditus præbet, hos fructus: Possessio Ecclesiæ sumptus est egenorum* h. Primis fidei Christianæ nascentis temporibus Ecclesia

a D. Hier. in vita sancti Hilarionis.
b Saluian. li. 1. ad eccles. Cath.
c D. Ignat. epist. 2. ad Trallienses.
d Tertull. lib. de Pall. cap. 4.
e D. Hier. epist. ad Eustochiũ, li. 2. epist. 17.
f D. Cypr. serm. 4. de mortal. in fin.
g Saluian. lib. ad eccles. Cath. pag. 324.
h D. Amb. ad Valent. epist. 2.

Source : BIU Cujas

clesia non alios reditus habebat præter voluntarias Christianorum eleemosynas: quas Prælati & Antistites, quibus credebatur ærarij Ecclesiastici administratio, piè ac prouidè dispensabant, pauperes & egenos alèdo, captiuis & peregrinis necessaria submini-strando: veram esse opulẽtiam rati, quæ in multitudine eleemosynarum, non pecuniarum cumulo consistit. Lucianus ἄθεος testatur tantam fuisse olim Christianorum erga pios homines liberalitatem, vt si quis impostor & præstigiator, pietatem simulans, Christiana simplicitate abuti vellet, πτωχίτης ἄνθρωπος καὶ πραγμάτι χρῆσθαι δυνάμενος, αὐτίκα μάλα πλάσιος ἐν βραχεῖ ἐγίνετο a. Verùm Prælati & Ecclesiæ Antistites olim largitionibus factis piè vtebantur, & quicquid eis ex tenui & necessario clericorum victu supererat, illud omne egentibus erogabant. Idque ab authoribus historiæ ecclesiasticæ memoratur b. Epiphanius Episcopus Cypri opes Ecclesiis relictas pauperibus largiebatur. Narrat Diuus Chrysostomus, suo sæculo Ecclesiam Antiochenam non modò sacerdotes & clericos suos aluisse, sed & singulis diebus tria viduarum, virginum, pauperumque millia sustentasse d. Nota est Diui Laurentij historia, à quo cùm repeterentur Ecclesię thesauri quos in eleemosynas piásque causas impenderat: ille pauperes & egenos ostendens, Hi sunt (inquit) Ecclesiæ meæ thesauri. *Aurum Ecclesia habet* (ait D. Ambrosius) *non vt seruet, sed vt eroget & subueniat* e. Sed cùm tandem aliquando nõ modicæ tantùm eleemosynæ sed & latifundia donarentur, opes sub Christianis Principibus profusa nimis largitione creuerunt. Diuitiæ luxum excitauere, prælatique opibus affluentes & deliciis corrupti

a Luciani de morte Peregrini.

b Sozome. lib. 7. c. 16. & passim alibi. D. Chrysostomus homilia 8. ad 2. caput D. Matthæi, & homil. 69. in 21. c. D. Matthæi.

c Sozome. lib. 7. c. 26.

d D. Chrysost. homil. 67. in c. 21. D. Matthæi.

e Can. aurum 12. qu. 2.

Source : BIU Cujas

corrupti à prisca integritate recesserunt, vt exinde quotidianæ eleemosynæ à diuite clero sperni & per contemptum omitti inciperent. Saluianus de diuitiis Ecclesiæ ita loquitur, *Impedimenta hæc, non adiumenta: onera, non subsidia: Possessione enim & vsu opum non suffulcitur religio, sed enervitur*[a]. *Sanctius est* (inquiebat Imperator Pertinax) *inopem Rempublicam obtinere, quàm ad diuitiarum cumulum per criminum ac dedecorum vestigia peruenire*[b]. Itaque multa adhiberi cœperunt remedia, vt prisca Ecclesiæ integritas & laudabilis paupertas quasi postliminio rediret. Ac primùm clericis legare & donare interdictum[c]. Huc pertinet illa Diui Hieronymi expostulatio, *Pudet dicere* (inquit) *sacerdotes idolorum, mimi, aurigæ, & scorta hæreditates capiunt: solis clericis & monachis hoc lege prohibetur, & prohibetur non à persecutoribus, sed Principibus Christianis*[d]. Sed & Imperator Nicephorus Phocas edicto veruit, ne Ecclesiarum fundi & reditus augerentur[e]. Quin & tandem Ecclesias immobilium incapaces esse constitutum fuit[f]. Quemadmodum autem prisca Prælatorum frugalitas morúmque seueritas pias Christianorum mentes ad liberalitatem accenderat: sic & sequens Ecclesiasticorum luxus liberalem largiendi affectum, feruidámque olim piorum charitatem & frequentes in Ecclesiã donationes restinxit & auertit. Clericis itaque perditè viuentibus, luxúque nimio & opulentia solutis, monachi in multam nominis famam & ingentem vitæ morúmque admirationem venerunt. Monachi olim persecutionis metu, sub tyrãnis, deinde etiam solo pietatis studio sub Principibus Christianis in mõtes & solitudines diuertebant, & nulla opum ac diuitiarum

a Saluian. li. 2. ad Eccles. Cath. pag. 379.

b Iul. Capitol. in vita Pertinacis.

c l. nulla de epiſcop. & cler. lib. 16. tit. 2. C. Theod.

d D. Hier. epiſt. ad Nepotianũ, li. 2. ep. 12.

e Zonaras tom. 3. Annal. p. 162.

f Nouella 120.

Source : BIU Cujas

ultiarum cura, secretissimi ab omnium hominum conspectu desertissimas terras quærebant, vt libero animo, & nulla curarum solicitudine auocato, totos se feruenti contemplationis studio dederẽt. Itaque continuis precibus & hymnis addicti assiduam colebant diuini numinis recordationem. Quòd si aliquando fames premeret, non obsoniis aut delicato pane vesci curabant, sed falce accepta mõtes circumire, herbísque, quasi cibo suauissimo & gratissimo, pasci solebãt [a]. Basilius magnus (qui circa Pontum monasteria primus instituisse fertur [b]) hanc monasticæ professioni legem præscripsit, vt nihil læta possidentes paupertate exultarent, & ante monasterij ingressum bona, si quæ priùs habuerant, distribuere tenerentur [c], ne terrenis possessionibus intenti cœlestes aspernari viderentur. D. Bernardus, *Affectanti cœlestia, terrena non sapiuni: æternis inhianti fastidio sunt transitoria* [d]. Nazarius in Panegyrico, *Humanorum terminos non curant, qui semper diuina meditantur.* Animus vt luxu soluitur, ita frugalitate firmatur, nec vnquam eget aut pauper est qui desideriis mundanis non alligatur. Vt verè de monachis dictum existimetur, nihil habentes, omnia possidentes. Itaque prisci illi monachi seueris austeræ vitæ regulis assueti magnam de se apud omnes admirationẽ concitauere, & præsentibus piorum eleemosynis contẽti, prædia, reditus, résque immobiles possidere nefas credebant. At quantò magis inopię voto delectabantur, tantòardentiùs Christiani opes & dona inuitis etiam ac renuentibus certatim ingerere studebãt, & Christiana charitas, quæ tùm erga clericos frigebat, magno pietatis stimulo in monachos ac-

a Niceph. lib. 11. hist. Eccles. cap. 40. in prin. & Sozom. lib. 6. cap. 33.

b Rufinus lib. 2. ca. 9.

c Basilius in Ascetic.

d D. Bernard. epist. 111.



Source : BIU Cujas

cendi & ferueré cœpit. Quoad tandem gliſcentis auaritiæ cupiditas neglecto rigido illo priſcæ paupertatis voto, paulatim monachos, vt & cæteros clericos, perdidit & inuaſit, *Creuerunt & opes & opum furioſa cupido* [a]. Nemo repentè fit turpiſſimus: vitia progreſſus ſuos habent. Primùm enim monachi vilia tuguria deſerentes, monaſteria ſibi & domos magnificè extrui fracta humilitate tolerarũt, *Quæ nunc ære nitent, ſtipula tunc tecta virebant*, *Et paries lento vimine textus erat* [b]. Ac tùm eremi ſolitudine relicta plerique vrbes & pagos in monaſteriis ſplẽdidè & ornatè ſtructis habitare cœperunt. D. Bernardus, *Fulget Eccleſia in parietibus, & in pauperibus eget: ſuos lapides induit auro, & ſuos filios nudos deſeritc.* Deinde cùm prædia & res immobiles accipere recuſarent, certos tamen & annuos reditus ſibi donari permiſerunt. Meminit Gregorius Turonenſis Lupicini Abbatis, eiúſq; monachorum: quibus cùm Rex Chilpericus vellet agros & vineas donare, *Nõ decet* (inquit) *monachos facultatibus mũdanis extolli: ſed in humilitate cordis regnum Dei iuſtitiámque eius exquirere.* Rex tamen Chilpericus eis donauit annis ſingulis trecentos modios tritici, eiuſdémq; menſuræ numero vinũ, adiecta centum aureorum quãtitate ad cóparanda fratrũ indumenta. Hæc Gregorius [d]. Sic etiã Nicetas Imperatorẽ Manuelem Comnenũ refert, poſtquã monaſterium Michaelis nomine dicatum ſtruxiſſet, noluiſſe agros, vineas, aut poſſeſſiones monachis aſſignare, cùm indecens & monaſticæ profeſſioni contrarium exiſtimaret prædia poſſidere. Sed iuſſit ex fiſco tantundem illis annuatim pendi & exolui, quantum eis ad aliméta & veſtitum ſatis eſſet [e]. Exinde tamen adhibita diſtin

a Ouid. li. 1. Faſtor.

b Ouid. li. 6. Faſtorum.

c D. Bernard. in Apolog. ad Guliel mum Abbatem.

d Gregor. Turon. in vitis patrum.

e Nicetas Annal. pa. 104. in fin. & pag. 105.

ſtinctione,non ſibi,ſed monaſterio donari, vt naſcentis auaritiæ nulla eſt ſatietas, monachi augendo patrimonio toti incubuere,pauperum curam in ſuos vſus ſuáſque commoditates conuertendo. Zozymus de monachis agens. Illi(inquit)legitimis nuptiis abſtinent, & populoſa collegia complent hominibus innuptis: & dum paupertatis votum præferunt & pauperibus omnia erogare videri volunt,cunctos propemodum ad inopiam redegere a. Diuus Hieronymus, *Egentium famem ſuas fecerũt eſſe diuitias, & miſeris derelicta in ſuam referunt miſeriam.* Addit ſtatim, *Plenis ſacculis morimur diuites qui quaſi pauperes viximus* b. Duo ſunt quæ in monachis reprehenſione digna præcipuè videntur, otium & opulentia. Otium illi vana & ridicula contemplationis excuſatione defendunt. Præclarum ſanè philoſophari,ſed paucis. Vacare cõtemplationi liceat, ſed non perpetua deſidia torpeſcere, animúmque otio perenni & continuo applicare. *Fœlices animas & corda oblita laborum.* Egregiè ad monachos referri hæc Senecæ verba poſſunt, *Vobis voluptas eſt inerti ocio aſſuefacere corpuſculum, & ſecuritatem ſoporis ſimillimam appetere, & ſub denſa vmbra latitare, tenerrimiſque cogitationibus, quas tranquillitatem vocatis, animi marcentis oblectare torporem, & cibis potionibúſque intra hortorum latebras corpora ignauia pallẽtia ſaginare* c. Valens Imperator monachis infeſtiſſimus eos ignauiæ ſectatores appellabat d. At olim monachi quo tẽpore laudẽ & admirationẽ meruerũt, nihil magis quàm otioſam inertiam fugiebant. D. Hieronymus Ruſticũ monachũ admonet ne otioſus vnquã ſit,ſed vel fiſcellam texat iũco, vel caniſtrum lentis plectat viminibus, plantas per or-

a *Zozymus li.5. hiſtor.*

b *D. Hier. epiſt. ad Ruſticum, lib.2.epiſt. 13.*

c *Seneca li.4.de benef.ca.11.*

d *L.quædã 26. de benef. de decurionibus lib.10.C.*



Source : BIU Cujas

dinem ponat, aquas irriguas ducat, texat lina capiendis piscibus. Ac deinde, *Ægyptiorum monasteria* (inquit idem Diuus Hieronymus) *hunc morem tenent, vt nullum absq; operis labore suscipiant, non tam propter victus necessitatem, quàm propter animæ salutē* [a]. Diuus Bernardus, *Quis* (ait) *in principio cùm ordo cœpit monasticus ad tantam crederet monachos inertiam deuenire? O quantum distamus ab his, qui in diebus Antonij extitere monachi* [b]! Sic enim de Diuo Antonio Sozomenus, ἀργεῖν δέ τι αὐτὸς οὐκ ἠνείχετο, καὶ τὸν μέλοντα καλῶς βίον ἐργάζεσθαι παρεκελεύετο [c]. D. Paulus, *Laboramus* (inquit) *operantes manibus nostris* [d]. Nam, vt testantur Origenes & D. Chrysostomus, erat D. Paulus faber tabernaculorum [e]: & vt ait D. Lucas [f], σκηνοποιὸς. D. Augustinus, *In monasteriis benè moderatis constitutum est aliquid manibus operari, & cæteras horas habere ad legendum & orandum aut aliquid de diuinis literis agendum liberas* [g]. Lupus abbas Ferrarienſis aliquot ex ſuis monachis artem aurificis à peritiſſimis diſcere iubet, & auri atq; argenti operibus ad ornatum Eccleſiæ erudiri [h]. Quin & inter monachos ſi quos reperiri contingat, qui & ingenij gloria & eruditione eximia cæteris præſtent, an non laudabilius erit eos rebus gerendis ſeſe applicare, aut negotia publica tractare, quàm in ocio perpetuo torpeſcere, & velut fucos, ignauũ pecus, alieno labore paſci? Ocioſi monachi vltrò ſibi πράγματ' ἐξ ἀπραξίας procurant, hoſtéſque accerſunt, prauas ſcilicet animi deſidis affectiones. Laudatur ab Eccleſiaſticę hiſtoriæ authoribus Epiphanius, qui & ſacrorum Antiſtes erat, & illuſtri virturis gloria ciuiles quoque res tractabat [i]. Affirmabat Euphates philoſophus eſſe hanc philoſophiæ & quidem

a D. Hier. ad Ruſticũ li. 2. epiſt. 23.
b D. Bernard. in Apolog. ad Guilielm. Abbatem.
c Sozomen. li. 1. ca. 13.
d D. Paulus epiſt. 1. ad Cor. cap. 4.
e Origen. homil. 17. in lib. numer. & D. Chryſoſtomus homil. 2. in epiſt. ad Romanos.
f D. Lucas act. Apoſt. cap. 18.
g D. Auguſti. lib. 2. li. de opere monach.
h Lupus Ferrar. epiſt. 22.
i Niceph. lib. 1. Eccl. hiſt. ca. 39.

Source : BIU Cujas

quidem pulcherrimam partem, agere negotium publicum, cognoscere, iudicare, promere & exercere iustitiam [a]. Vt & olim septem illi Græciæ sapientes, non tam ex perfecta scientiarum notitia aut studiosa vlla desidia, sed, vt ait Plutarchus, ex rerum ciuilium administratione, & legum condendarum gloria, nomen tantùm famámque immortalem consecuti sunt, ἀπὸ τῆς πολιτικῆς ἀρετῆς τὴν ὄνομα τῆς σοφίας, inquit Plutarchus [b]. *Optimum est* (vt Artheno-dorus dicebat) *actione rerum & Reipublicæ tractatione & officijs ciuilibus se detinere* [c]. Diuus Augustinus de opere monachorum, *Non decet, vt in ea vita vbi fiũt senatores laborioſi, ibi fiant opifices ocioſi.* Monachorum, qui adumbratam mendicitatem profitentur, assiduas & importunas postulationes eadem oratione amouere & reiicere possumus, qua Tiberius Hortalum Hortensij nepotem, qui inopiæ suæ subsidia poscebat. *Si quantum pauperum est venire huc, & petere pecunias cœperint, singuls nunquam exsatiabuntur, respublica deficiet.* Addidit Tiberius, *Langueſcet alioqui induſtria, intendetur ſocordia, ſi nullus ex ſe metus aut ſpes, & ſecuri omnes aliena ſubſidia expectabunt, ſibi ignaui, nobis graues* [d]. Cur non aperto veritatis argumento monachi, qui perpetuò ocioſi sedent, dicentur *ſibi ignaui, reipublicæ graues*? In quos illud Quintiliani aptissimè conueniet. *Quid in his deprehendas præter fictam frontem, & perpetuum ocium, & quandam ex arrogantia authoritatem* [e]. Nec fortassis dissimiliter de Manichæis D. Cyrillus, οἱ τὴν ἀπραγῆ ἀργίαν ἐκγονοι μανιχαῖοι, οἱ μὴ ἐργασάμενοι, καὶ τὰ τῶν ἐργαζομένων κατεσθίοντες [f]. Opulétiam autem monachi vix vllis rationum mometis tueri & afferere poterunt, cùm in paupertatis & inopiæ

a Plinius li. 1. ep. 10.

b Plutarc. in vita Themistoc.

c Seneca li. de tranquillit. animi, c. 11.

d Tacitus li. 2. Annal.

e Quintil. decla. 268.

f D. Cyrillus cathes. 6.



Source : BIU Cujas

voto prima ac potior monasticæ professionis regula consistat. Vos ergo Senecæ verbis cõpellabo. *Indixistis pecuniæ odium, hoc professi estis, hanc personã induistis, agenda est. Iniquissimum est vos pecuniam sub gloria egestatis acquirere*[a]. Saluianus, *Non probant quod fatentur, & impugnant professionem suam moribus suis. Magis damnabilis est malitia, quã titulus bonitatis accusat, & reatus impij, est pium nomen*[b]. *Non facit Ecclesiastica dignitas Christianum*, ait D. Hieronymus[c]. Pietas quidem olim opulentiã Ecclesiæ genuit, sed tandem corruptis moribus filia matrem suffocauit. Rectè Iuuenalis, *Nullum crimen abest facinúsq; libidinis, ex quo Paupertas Romana perit*[d]. Ecclesiæ & terræ diuersa est in auri custodia ratio. Terra aurũ in visceribus suis abscondit: Ecclesia aurũ non defodit, sed spargit. Opes nõ sibi retinet, sed in eleemosynas distribuit. *Optimus dispensator est* (inquit ille) *qui sibi nihil reseruat*[e]. Nicetas in Racendytẽ monachum acriter inuehitur, qui auara & insatiabili pecunię cupiditate permultis Thraciæ incolis causa exitij fuit: atque indignatur Nicetas, quòd is qui mundo renuntiarat, ὁ τοῖς ἐν κόσμῳ ἐπίπαν ἀποταξάμενος, καὶ λαμπρὰς τῆδε κἀκεῖ διαρρήξεις, τὸ δὲ ἀπ' ἀρχῆς, τὸ δὲ ἐξ ἀρχῆς πείσας, ἑλκυστὴς ὑπάδυς, factus postea fuisset ἐμπορικὸς καὶ δεκάτας[f]. Vtinã Carthusiani, qui tãto affectu prædiorũ emptionibus studeant, Diui Cypriani salutare præceptũ sibi ante oculos proponerẽt. *Possessiones vobis* (inquit D. Cyprian.) *sed cœlestes magis comparate, vbi fructus vestros iuges ac perẽnes, & ab omni cõtractu iniuria sæcularis immunes, nec rubigo atterat, nec grãdo cadat, nec solvrat, nec pluuia corrũpat* g. Sidonius Apollinaris, *Obtine* (inquit) *vt portio nostra sit dominꝰ, atq; vt adscripti turmis cõtribulis Leuitarũ, nõ remaneam*ꝰ *terreni, quibus*

a Seneca lib. 2. de benef. ca. 17.

b Saluianus l. 4. de gubernat. Dei p. 138.

c D. Hier. ad Heliodorum lib. 2. epist. 6.

d Iuuenalis Satyra 6.

e D. Hier. epi. ad Nepotianum.

f Nicetas Anna. pag. 249.

g D. Cypr. tractatus 2. de habitu virginum.

Source : BIU Cujas

*bus terra non remanet, inchoemúsque vt à sæculi lucris, sic quoque à culpis peregrinari* a. Athanasio inter alias calumnias obiecerunt Arriani, eum bona Ecclesiæ pauperibus destinata vendidisse, suísque vtilitatibus applicuisse b. Ingens sanè aduersùs Athanasiũ accusatio, sed calumniosa. Quid de Carthusianis dicemus, qui redituũ suorum reliquias non in pauperes alendos, sed in emptiones prædiorum impẽdunt? Sub Tiberio Iudæi quidã Romæ pietatis specie & religionis prætextu, à Fuluia nobili fœmina corraserant pecunias & munera: quæ tamẽ omnia in vsus suos & priuata commoda impendisse deprehensi sunt. Tiberius & puniri eos, & cæteros Iudeos Roma expelli iussit c. Bernardus, *Res pauperũ non pauperibus dare, par sacrilegio crimen esse dignoscitur. Sanè patrimonia pauperum, facultates Ecclesiarũ: & sacrilega eis crudelitate surripitur, quidquid sibi ministri & dispensatores, non vtique domini vel possessores, vltra victum accipiunt & vestitum* d. Hilarion detestabatur eos præcipuè monachos qui infidelitate quadam in futurum reseruarent sua, & diligentiam haberent vel sumptuũ vel vestitus aut alicuius earum rerũ quæ cum sæculo transeunt e. Diuus Cyprianus, *Possidere se credunt* (inquit) *qui potius possidentur, census sui serui nec ad pecuniam suã domini, sed magis pecuniæ mãcipati* f. Diuus Hieronymus, *Erubescãt omnis Ecclesiastici ministerij gradus & cassa nomina monachorum, emere prædia tanta nobilitate vẽdente* g. Saluianus, *Religiosi* (inquit) *imminò sub specie religionis vitiis sæcularibus mancipati, qui scilicet post veterũ flagitiorum probra & crimina titulo sanctitatis sibimet inscripto, non conuersatione alij, sed professione nomẽ tantũ demutauere, nõ vitã. Et sumũ diuini cultus habitũ magis quã actũ exi-*

a Sidonius Apollinaris li. 9. epi. 3. ad Faustinum.
b Socrates lib. 2. c. 17.
c Ioseph. l. 18. antiq. cap. 5.
d D. Bernard. de cla. in vera euang. Ecce reliquimus omnia, pag. 1304.
e D. Hier. in vita Hilarionis.
f Cyprian. serm. 5. de lapsis.
g D. Hier. epist. ad Demetria. lib. 2. c. 18.



Source : BIU Cujas

a Saluia. li.5.de gubernatione Dei,pa.167.

*stimantes, vestem tantummodò exuere,non mentem* a Carthusiani opum reliquias pauperum visceribus subtrahunt,vt in terræ visceribus abscondãt, eásq; in prædiorum acquisitiones impendant. *Amico quippiam rapere furtum est* ( inquit D.Hieronymus) *Ecclesiam fraudare sacrilegium est. Accepisse quod pauperibus erogandum sit , & esurientibus plurimis vel cautum esse velle,vel timidum,aut,quod apertissimi sceleris est , aliquid in de subtrahere , omnium prædonum crudelitatem superat* b. Imperator Constantinus iubebat,vt quicquid clerici vel parsimonia,vel industria & negociatione congererent,id in vsum pauperum & egentium ministrare tenerentur c. Nihil ergo Christiana pietate indignius , aut ab austeritate monastica magis alienũ,quàm si monachis licere dicamus monasterij sui reditus nouis prædiorũ acquisitionibus ampliores reddere. Atque hoc cũ Imperatori Manueli Cõneno indignissimũ videretur,legẽ olim à Nicephoro Phoca latã de integro sanxit,ne monachis liceret fundos & reditus monasterij sui augere d. Verùm in huius cõtrouersiæ decisione non solus voti monastici sanctæque religionis respectus,sed & tributorũ,quæ Regi pẽdi oportet,consideratio causam incolarũ cõmendat:ne fortè immunitas Carthusianorũ in præiudicium incolarum recidat.Nam & eâdẽ ista ratione Imperator Basilius legem tulit, ne potentiores multiplicandis prædiis augescerent : Quam eandem legem Cedrenus refert ab auo eius Constantino antea latam e. Ecclesiasticos quidem semper à tributis fuisse immunes constat,sed concessæ olim clericis immunitates non rebus , sed personis tribuebantur. Atque ideo cùm plerique , vt im-

b D. Hier. ad Nepotianum circa fin.li. 2.epi.12. c l.2. Cod. de episc.& cler.

d Nicetas Annal. pa. 205.

e Cedren. pag.579.

munes

Source : BIU Cujas

munes essent, sese clericorum collegio passim & nullo delectu studerent inserere, Constantinus edixit ne decurio vel ex decurione natus, imò nec quivis alius patrimonio instructus, atque obeundis publicis muneribus idoneus, in defuncti clerici locum cooptaretur: dicebátque diuites & eos qui opibus pollerent, publicas necessitates & vectigales præstationes subire oportere, pauperes autem Ecclesiarum diuitiis sustétari. Sic & ex Imperatorum constitutionibus quæ in Codice inseruntur, clerici, qui immobilium possessores sunt, fiscales pensitationes pro prædiis, quæ possident, persoluere tenentur [a]. Diuus Ambrosius de Valentiniano Imperatore loquens. *Si* (inquit) *tributum petit, non negamus, Agri Ecclesiæ tributum soluunt.* Mecænas ab Augusto de Repub. benè administranda consultus dixit tributa & vectigalia non personis, sed rebus imponenda, ne qui annuos ex rerum possessione fructus & reditus percipiunt, immunes habeantur [b]. Cedrenus refert olim tributa pro modo fructuum à possessoribus exigi consueuisse [c]. Salu-ianus eleganter aduersùs eos qui immunitatum priuilegiis, quæ remedia vocat, in pauperum & inopum præiudicium fruuntur. *Ecce* (inquit) *remedia pridem nonnullis data quid aliud egerunt, quàm vt diuites cunctos immunes redderent, miserorum tributa cumularent, vt illis demerentur vectigalia vetera, istis vt adderentur noua: Illos vt decessio etiam minimarum functionum locupletaret, istos vt accessio maximarum affligeret* [d]? Nos tamen immunitatem antiquo monasterij vestri patrimonio non inuidemus, sed quotidianis prædiorũ acquisitionibus, quas auara & monachis indecens parsimonia comparat, eá-

a *l. 3. Cod. de episc. & clericis.*

b *Dio Cassius lib. 52.*

c *Cedrenus pag. 178.*

d *Saluianus lib. 4. de gubern. Dei, pag. 106.*



Source : BIU Cujas

dem priuilegiorum & immunitatis iura denegamus. *Cur isti manus otiosas & plena repositoria volunt habere?* inquit Diuus Augustinus [a]. Quinetiam si Carthusiani humanitate aliqua omnem querimoniæ occasionem temperare velint, prædia sua incolis locare debent. Hoc nobis magnæ commoditatis instar erit: nulla tamen Carthusianorum iniuria. Illi enim certos ex locatione reditus percipiēt: Nos verò conductionis titulo annuorum terrę prouentuum participes erimus. Aut si propriis manibus, hoc est, propriis sumptibus, fundos vestros excolentes, omnes circumuicinos regionis nostræ agros cōparare & acquirere velitis, æquitas non permittit, vt solis incolis tributorum onus incumbat, & immunitas vestra ad acquisitiones nouas liberè & impunè extendatur. Atque id neque exemplo, neque iuris dispositione caret, Cistercienses, templarij, & hospitalarij decimas nullas debent ex iis prædiis, quæ propriis manibus propriisque sumptibus colunt [b]. Illi tamen si quasdam possessiones de nouo acquirant, decimas exoluere tenebuntur. Atque etiam hoc ipsum ad alios regulares, qui gaudēt similibus priuilegiis extēdi oportere rescribit summus Pontifex [c]. Hoc si communi iuris dispositione obtinet, quantò magis hoc tempore locū habebit, cùm vniuersus Galliæ populus, ac præcipuè inter Gallos agricolæ, bellis attriti & afflicti tributorum oneri impares vix subsistant? Sic enim Romæ vrgente belli necessitate, exhausto publico ærario, cū æs alienū ciuitatis priuatis exolui oporteret, Pontifices, Flamines, Augures, cęterique sacerdotes pecunias conferre coacti sunt [d]. Ecclesiasticos veneramur antistites, & clericis, atque etiam monachis, de

[a] D. August. lib. de oper. mon.

[b] ca. 10. ex parte tua ext. de decimis.

[c] Cap. nuper penult. ext. de decimis.

[d] Liuius lib. 33.

debitum nō denegamus honorem: Quin & eadem ratione vti possumus qua Publius Decius apud Liuium, *Equidem* (inquit) *eos nos iam Populi Romani beneficio esse spero, qui sacerdotijs non minus reddamus dignatione nostra honoris quàm acceperimus, & deorum magis, quàm nostra causa, expetamus, vt quos priuatim colimus, publicè colamus* [a]. Sed quemadmodum vasa sacra, si quando vsui promiscuo & prophano deseruire incipiant, coli desinunt, cessatque pristina religionis dignatio: Eadem nec dissimili ratione si Ecclesiæ ministros vitiis communibus, & prophanis auaritiæ sordibus infici contingat, desinet prisca eorum veneratio, neque idem immunitatum honos perseuerabit. *Clerici* (inquit Anicetus Papa) *laicis & simplicibus virtutis, honestatis, pudicitiæ, & grauitatis exemplar esse debent, ac seipsos tanquam signum purioris vitæ rudioribus ad imitationem prudenter exhibere* [b]. Sed verendum ne vos (quemadmodum dicebat apud Liuium L. Quintius Cincinnatus) *imitemini turbam inconsultam & qui exemplo alijs esse debetis, aliorum exemplo peccetis potius, quàm alij vestro rectè faciant* [c]. Prælati, qui tanquā in specula constituti sunt, tamen neglecta disciplinæ Ecclesiasticæ cura, de annuis beneficiorū reditibus, déque collationum prouentu & cōmodis solliciti cogitant: Idque vnum inquirunt, non qualis pastor gregē custodiat, sed an beneficia per obitū vacēt, an verò resignatio *in manib. ordinarij & superioris* [d] facta fit, quātúsq; ex ordinario collationū iure fructus percipi queat. Clerici sacerdotia & dignitates Ecclesiasticas auaro cōmercio commutant. Monachi facto paupertatis atque inopiæ voto stipes & oblationes & lucra desiderāt (inquit D. Cyprianus) cœnis atq; epulis inhiant, nec regioni, sed vētri potius

a *Liuius lib. 10.*
b *Epist. decretalis Aniceti Pap.*
c *Liuius lib. 3.*
d *Resignare in manibus superioris vel ordinarij non quidem eleganter, sed apta significatione dicimus, cū aliquis non in fauorem (hoc enim corā ordinario non) licet sed purè & simpliciter resignans beneficij iure se abdicat in manibus, hoc est, potestate ordinarij vel superioris, vt Prælato superioris liberè permittatur canonicam beneficij illius institutionē cui voluerit concedere.*

Source : BIU Cujas

tius & quęstui profana cupiditate inseruiunt. Auaritiæ ardor & ambitionis salsugo bibulam eorum animam occupat. Quid verò indignius proponi potest, quàm si monachi, qui μόνον ἄχος ferre deberẽt, nunc plebe rustica tot bellorum miseriis attrita νόμοι ἄχεϊς expertes & à publicis tributis immunes eximio priuilegiorum iure fruantur & superbiant? Nos tamen non immunitati illorum, sed opulentię inuidemus, & monasticæ professioni conueniens esse existimamus, reditus annuos sacri & Ecclesiastici patrimonij non in emptiones prædiorum, sed ad plebis egenæ subsidia, & vicinorum incolarum miserias pietate Christiana subleuandas impendi & erogari.

*PRO CARTHVSIANIS.* Religionis fauor, pietatis commendatio, vitæque regularis austeritas antiquam immunitatis Ecclesiasticæ venerationem aduersùs incolarũ expostulationes meritò tuetur & defendit. Incolæ inopes & reditus monasteriorum multis calumniis inuecti sunt, & contemplationis solitariæ quietem contumeliosa otij & desidiæ exprobratione insectari, nõ destiterũt. Carthusianis satis erit si tot conuiciorũ tela obiecto patientiæ scuto excipiant, & calumniosas voces solita debitæ humilitatis professione retundant. *Nullos pietas minus respicit* (inquit Saluianus) *quam quos præcipuè religio commendat*[a]. Inuidia virtutis æmula est, ipsamque comitari solet pietatem: Ac veluti cantharides etiam florentibus rosis sæpè innascuntur, sic & calumniæ, nequidem à pietate abstinent, imò eam probris & maledictis frequenter exagitant. Vix est autem vt aliquis Christiana religione imbutus, Ecclesiastici ordinis homines

[a] Saluianus lib. 3. ad Eccles. Cathol. p. 394.

plebeiæ

plebeiæ capitationi & tributorum exactioni ſubiiciendos dixerit. Verùm quanta eſt incolarum iſtorum maleuolentia, videant vt animi ſui priùs, quàm agri ſpinas auerruncent. Sed quia cauſſæ huius merita breui nec ſuperflua tractatione recenſere expedit, duo potiſſimum exquirenda ſunt. An monachis conueniat latifundia poſſidere, annuóſque & amplos reditus acquirere: Et an prædia ab iis recés quæſita eodem immunitatis Eccleſiaſticæ priuilegio donari oporteat. Præclarum quidem eſt & Chriſtiana pietate digniſſimum, antiquas priſcæ paupertatis regulas magnis laudibus efferre: Si quis tamen Eccleſiam ſeneſcentem primis infantiæ ſuæ cunabulis contineri poſſe dixerit, vanus ſit & ridiculus. Olim primis Eccleſiæ naſcentis temporibus Chriſtiani Antiſtites piorum eleemoſynis contenti, collectas diebus dominicis faciebant [a]. Ac tum pecuniæ à plebe Chriſtiana certatim offerebantur, quæ & ad Eccleſiæ miniſtrorum alimenta ſufficerent, & ſtatim ab Epiſcopis & diaconis in pauperum vſus diſtribuerentur. Habebant menſtruas ſportulas, & clericos ſportulantes vocat Diuus Cyprianus [b]. In illis autem collectis maxima vtebantur modeſtia, ne (quod ait Tertullianus [c]) redempta precio religio videretur, arbitrio relinquentes cuiuſque quid & quantum vellet offerre. Non alias Eccleſia opes poſſidebat, & clerici martyria atque cruciatus pro fide ſola, magno diuitiarum contemptu, perferebat. Sed cùm poſtea Principes Chriſtiani, hi quidem vero pietatis zelo, illi etiam ad pietatis oſtentationem, aurum, latifundia, & amplos reditus Eccleſiæ donaſſent, ex largitionibus diuitiæ, ex diuitiis conflata eſt inuidia: cui contemptum

a *Socrates lib. 7. c. 12. & cap. 21. & D. Chryſoſt. in explicat. epi. D. Pauli ad Corint. 16.*

b *D. Cypr. epiſt. 34. ad cler. in fin. & epiſt. 66.*

c *Tertull. apolo. c. 39.*

Source : BIU Cujas

contemptum adiecit luxus & deprauati clericorũ mores. Itaque solitæ anteà eleemosynæ deinceps rariores factæ, & collectæ minus fructuosæ: Ac pristinus donandi ardor, qui Ecclesiam adolescentem & pias olim Christianorum mentes occupauerat, paulatim deferbuit: ipsaque charitas sub tyrannorũ persecutione ardens, sub Christianis principibus frigere cœpit. *Abiit quippe illa egregia ac supereminens dudum primitiuæ plebis beatitudo* (inquit Saluianus) *qua omnes Christum agnoscentes, caducas rerũ mundialium facultates in sempiternas cœlestium possessionum opes conferebant* a. Græci rectè πτωχείαν distinguunt ἀπὸ τῆς πενίας, vt & Latini paupertatem à mendicitate. Mendici est ζῆν μηδὲν ἔχοντα (inquit Aristophanes) τοῦ δὲ πένητος, ζῆν φειδόμενον καὶ τοῖς ἔργοις προσέχοντα b. Paupertas neque indigna est neque indecens Christiano: Sed rectè Martialis, *Non est paupertas Nestor habere nihil.* Prisci Antistites mendicitatem à clero procul esse voluerunt ex ea dedecus, infamiam, probra, & contemptum nasci existimantes. Villicus ille, cuius prudentiam dominus laudauit, dicebat, fodere non valeo, mẽdicare erubesco c. Itaque cùm tẽporis successu frigere inciperẽt Christianorum mentes, neque amplius ferueret ille donandi affectus, quo primi Christiani ardebant, Prælati quantumuis seueritate morũ & sanctimonia illustres, mendicitati obuiam ire voluerunt, necessarium rati certos Ecclesię reditus in futurum acquirere & assignare d. Adeo vt etiam cautum & constitutum fuerit, ne basilicæ vel templa sine idonea redituum dotatione construerentur e. Ne tamen successores Prælati omnia sibi vindicarent, antiquis canonum sanctionibus Ecclesiasticos reditus quadriparti

a Saluian. li. 1. ad Eccl. Cath. p. 316.

b Aristop. in Plato.

c D. Lucæ cap. 16.

d Can. futuram. can. videtes 12. quæst. 1.

e Can. nemo de consecratione, distinct. 1. ea. ad audiẽtiam 1. extra de eccles. ædificand. cap. 1. extra de censibus.

Source : BIU Cujas

dripartita diuisione ita distribui placuit, vt prima portio Episcopis, altera clero, tertia pauperibus, quarta Ecclesiarum reparationi destinaretur. Laici continua exprobratione iactant, tãtos Ecclesiarum reditus largitionibus suis omnino deberi. Lubet agnoscere, laicorum liberalitates & dona primas quidem Ecclesiæ facultates tribuisse: non tamen vt omnes, ac neque etiam præcipuæ laicis debeantur. Quinimò potior laudis istius gratia antiquæ Prælatorum parsimoniæ referẽda est. Nam cùm prisci Antistites reditus sibi ex partitione illa destinatos tenui victu, frugali parsimonia, accurata & prouida œconomia dispensarent, residuas redituum suorum pecunias in vtilitates Ecclesiæ & emptiones prædiorum impendebant. Itaque & viui acquisitionibus suis Ecclesiæ proderant, & cùm olim Ecclesia prælatis suis & clericis succederet, eorum œconomia nullo non casu in Ecclesiæ vtilitatem recidebat. Prosper Hilarium Arelatensem Episcopum scribit, acceptis numerosis fidelium hæreditatibus (hæc enim sunt Prosperi verba) reditus ac possessiones Ecclesiæ suæ valde ampliasse [a]. Quin & Ecclesias Christianorum etiã sub paganis Principibus possessiones habuisse epistolæ Pij Papæ & Vrbani primi satis declarant [b]. Atque etiam edictũ illud Constantini & Licinij, quod ab Eusebio refertur, per quod restitui Christianorũ Ecclesiis possessiones ablatas mandatur [c]. Gregorius sacris canonibus definitum fuisse testatur, vt Ecclesia clericis & prælatis succederet, & vniuersas eorum opes quasi mater filiorum hæres, sibi vindicaret [d]. D. Hieronymus, *Sit hæres* (inquit) *sed mater filiorũ id, est gregis sui Ecclesia, quæ illos genuit, nutriuit & pauit* [e]. Itaque

a *can. expedit. 12. quæ. 1.*
b *Pius epi. 2. Vrban. ad omnes episc.*
c *Euseb. li. 10. ca. 5.*
d *Gregor. li. 9. indict. 4. ep. 14. & lib. 10. indict. 5. epi. 42.*
e *D. Hier. epi. ad Nepotianum li. 2. epist. 12.*

nulla

Source : BIU Cujas

nulla tum ratione damnari poterat prouida clericorum & prælatorum œconomia, siquidem quidquid parsimonia sua comparauerant, id omne nec auaro quæstui, nec priuatis eorum commodis, sed Ecclesiæ destinabant. Hinc fiebat vt nullo mendicitatis metu clerus semper haberet, vnde se atque egenos aleret, simúlque reditus abundè suppeterent, quibus Ecclesiæ ministri sese exhibere possent. Hæc autem prælatorum prudentia & in futurum prouidentia cur monasteriis denegabitur: & quod cæteris omnibus licere cernimus, cur solis inuidebitur monachis, quorum vita perpetuo professionis voto, & votum incorrupta vitæ austeritate cõmendatur? Antiqui monasteria ἀσκητήρια vocabant[a]. Diuus Ambrosius monasteria officinas virtutum dixit[b]. Prima monasteria à morum grauitate, eorúmque qui solitariam vitam profitebantur, sanctimonia dici solebant σεμνεῖα, authore Cedreno[c]. Monachi à quibusdã propter cõtinuas preces Euchytæ sunt dicti[d], quia, vt ait Diuus Hieronymus, illis in locis orationi lectio, lectioni succedebat oratio. Ab illis monachi, quia purè Deo seruiebant, Therapeutæ dicti sunt, ἐκ τοῦ θεῖν καθαρῶς ὑπηρετεῖν, καὶ θεραπεύειν[e]. Vt & quidam monachi ἀκοίμητοι insomnes dicebantur[f]. Procopius monachos refert existimatos suo sæculo fuisse omnium Christianorũ sapiẽtissimos[g]. Saluianus monachos sanctos Dei appellat, *In monachis, id est, Sanctis Dei Afrorum probatur odium*[h]. Lupus Abbas Ferrariensis, *Nullus intra sanctam Ecclesiam ordo est* (inquit) *vbi certius promereri dominum fidelis anima possit, quàm si monasticæ disciplinæ studeat propositum integrè obseruare*[i]. *Nos* (inquit Tertullianus) *ieiuniis aridi*

a Socrates lib. 4. c. 23.
b D. Amb. lib. 10. epi. 82. pa. 163.
c Cedrenus
d Niceph. Gregoras lib. 11. pag. 252.
e Cedrenus pag. 166.
f Niceph. Callist. li. 15. cap. 28.
Cedrenus pag. 286. in fin.
g Procop. libro 1. de bello Pers.
h Saluia. libro 8. de guber. Dei, pag. 279.
i Lupus epistola 29.

Source : BIU Cujas

*aridi & omni continentia expressi, ab omni vitæ fruge dilati in sacco & cinere volutantes, inedia cœlum tundimus, Deum tangimus.* [a] Authores historiæ Ecclesiasticæ primam monasteriorum institutionē & monachorum originem hanc fuisse referunt. Persecutionum Ecclesiæ tempore, cùm sub tyrannis Christiani, qui pietatem profitebantur, miseris cruciatibus vexarentur, plerique eorum fusi per solitudines & dispersi vagabantur, & laudabili fuga in montes, speluncas, & diserta diuertebant. Habuerūt primos authores celebré illū & magnū Antonium: Habuerunt Paulum, Hilarionē, & alios, quorū sanctitatem plerique sedula imitatione referre studebant. Illi autem, ne mala pœnitentia de redeundo deinceps cogitarent, primam hanc habuere voti & professionis suæ regulam (teste Nicephoro) vt abeuntes propinquis omnes suas possessiones & bona quæcunque haberent relinquere & donare tenerentur. Hoc tum fecere vt spei sęcularis vincula cuncta præciderent, & animum liberum diuinæ militiæ dedicarent, vt ait Diuus Augustinus [b]. Et cùm vitæ sanctitas & professionis austeritas etiam sub Christianis principibus omnes in admirationem traheret, frequénsque eò conflueret multitudo, tandem ne confusè, sine ordine, sine delectu viuerent, conueniens visum est, vt vnus aliquis vel ætate senior, vel prudētia & meritis clarior, vel vitæ disciplina sanctior eligeretur: quem & patrem vocabant, & vt dominum venerabantur; simúlque omnes multa cum grauitate & sāctitate sacris initiabantur, hymnis & psalmis addicti, cœlibatū perpetuū profitentes, austeritate victus spectabiles & admirandi. Hæc fuerunt prima monachicæ vitæ ru-

[a] *Tertull. in apolog. cap. 40.*

[b] *D. Aug. li. de opere monach.*



Source : BIU Cujas

a Niceph. Callist. li. 8. Eccl. hist. cap. 39. circa fi. & ca. 40. Euseb. lib. 2. c. 17. hist.

dimenta [a]. Successu temporis cùm monachorum pietas omnium charitatem magno ardore excitaret, plerique eis monasteria extruere cœperũt. Sunt etiam donata latifundia & cõcessi reditus, ne ad vitam necessaria eis deessent, dum ex voto assiduè plangunt, & abiecta victus sui cogitatione continuis precibus Deum pro plebe Christiana exorant. Cæteri enim clerici passim cum laicis versantur, & præsentia sua languentem plebis Christianæ charitatem commouent. *Exigui* (inquit Diuus Augustinus) *aut sumptus lucrosa egestatis, aut simulata pretium*

b D. Aug. lib. de oper. monach.

*sanctitatis* [b]. Monachi secluſi & remoti non cœtus hominum frequentant, non multitudinis animos paupertatis ostentatione ad eleemosynas sollicitant: Sed in summa diuini cultus obseruantia, nulla alimentorum & victus, nullaque pecuniæ cura detinentur. Quis nescit ordinis Carthusiani monasteria, non quidem omnia, sed pleraque in locis auiis & solitariis sita esse, aut in montibus & syluis extructa, vbi si reditus nullos haberent, frequenter victu ordinario deficerentur: & quantus nũc Christianæ charitatis tepor est, plerunque in media solitudine frustra eleemosynas expectarent? Itaque reditus habent non ad inuidiam, nec ad luxum, sed ad necessitatem. Quis verò non meritò dixerit impias esse eorum voces, qui in otium & opulentiam monachorum tam acriter & indignè inuehuntur? *Sacrilegi quippè genus* (inquit Saluianus) *Dei odisse cultores. Sicut enim si seruos nostros quispiam cædat, nos in seruorum nostrorum cædit iniuria: & si à quoquam*

c Saluian. l. 8. de gubern. Dei. pag. 278.

*filius verberetur alienus, in supplicio filij pietas paterna torquetur: Ita & cùm seruus Dei à quoquam laditur, maiestas diuina violatur* [c]. Anacletus Papa, *Iniuria sacerdo*

cerdotum ad Christum pertinet, cuius vice funguntur a. Otium exprobratis & desidiam iis qui continua orandi & legendi assiduitate detinentur: Laudandā sanè desidiam, & otiū omni negotio venerabilius! Ergo damnate desides illas Moysis manus, qui cæteris pugnantibus Deum in mōte inuocabat: damnate velut otiosas & inutiles ambas illas Moysis palmas, quibus quiescentibus & demissis infœliciter pugnabatur, continuò ad Deum eleuatis Israelitæ victoriam reportabant b. Imperator Constantius rescribit, magis religionibus, quàm officiis & labore corporis, vel sudore Rempublicā contineri c. Lupus abbas Ferrarienſis ad Carolum Regem de monachis suis rescribens, Qui (inquit) *indesinenter vobis in diuersa occupatis pro salute ac prosperitate vestra excubant* d. Iustinianus Imperator ideo disciplinæ Ecclesiasticæ curiosum se profitetur, quod simulatque Ecclesiasticam politiam benè constitutā resciuerit, cætera imperij sui munimenta salua ac prospera fore non diffidat e. An illos solos Rēpublicam iuuare existimatis, qui sudore strenuo manibus laborant, armis certant, & prælia pro patriæ defensione suscipiunt: Monachos autem, quos D. Augustinus Senatores laboriosos vocat f, quiescere & otiosos desidere dicetis: qui numinis clementiam continuis orationibus propitiam reddunt, & vitæ sanctitate Deo nos conciliant? Quid enim magis impium censeri debet, quàm si vilior habeatur tōsæ dignitatis, quàm comatæ fortitudinis ratio, & minor fiat æstimatio precum, quibus Dei ira lenitur, quàm armorum quibus hostiū impetus debellatur? *Ciuitates custodiunt isti vigiles* (inquit D. Bernardus, g) Qui & hanc eādem aut cer-

a *Anaclet. tus Papa epist. 1.*

b *Exod. c. 17.*

c *L. 16. in qualibet de epis. & cler. li. 16. tit. 2. Cod. Theod.*

d *Lupus Ferr. epist. 45.*

e *Nouella 42. circa fin.*

f *D. Aug. de opere monach.*

g *D. Bernard. pag. 235.*



Source : BIU Cujas

tè non dissimilem olim Ethnicorum aduersùs primos Christianos expostulationem fuisse satis indicat Tertullianus his verbis, *Sed alio quoque iniuriarum titulo postulamur, & infructuosi in negociis dicimur* [a]. Imperator Theodosius, fœlices (inquiebat) & ter fœlices vos, ô monachi, qui curarum mundi & solicitudinum expertes estis & vacui, μακάριοι καὶ τρισμακάριοι ἐστὲ ὅλως ὑμεῖς μοναχοὶ καὶ ἀμέριμνοι τὴν κόσμου [b]. Dicent monachi cum D. Augustino. *Iugum eius leue est, & sarcina leuis, qui nos vocauit ad requiem, qui prior transiuit fecit à conualle plorationis, vbi nec ipse sine pressuris fuit* [c]. Bernardus, *In Eccleſia* (inquit) *lectum in quo quiescitur, claustra existimo esse, & monasteria, in quibus quietè à curis viuitur sæculi & solicitudinibus vitæ* [d] Contemplationis otiosæ religionem quantum maiores nostri & priscæ pietatis homines admirari & æstimare soliti essent, vno exemplo satis ostenditur. Fuit olim genus quoddam monachorum qui Columnarij dicebantur: homines religiosi qui cótinuos dies noctésque, imò etiam complures annos in columnis stabant. Magnus ille Simeon vir summa pietate illustris & miraculis notus, domicilium circa columnam primus instituisse fertur: vnde & Stylites dictus est [e]. Verba Cedreni sunt [f], τῷ δ' ἔτει ὁ τῆς μάνδρας συλίτης μέγας Συμεὼν ἐκοιμήθη, ἀφῶτος καταλείπας τὴν τοιαύτην ἄσκησιν. Hunc Symeoné Cedrenus & Nicephorus referunt colũnam, in qua domicilium suum coastituerat, educi vsque ad 36. cubitos & extrui iussisse, & in ea vitæ ratione per continuos 56. annos perseueraſſe. Et cùm patres cæteríque monachi hanc inusitatam & antea inauditam viuendi rationem improbarent, descendit ille de columna, & cùm popositi sui graues rationes

[a] Tertull. in apolog. cap. 42.

[b] Cedren. pag. 279.

[c] D. Augus. de operemonach.

[d] D. Bernard. super cantica ser. 46.

[e] Niceph. Callist. lib. 14. ca. 30. & lib. 15. cap. 19. & li. 18. ca. 9.

[f] Cedrenus pa. 286.

Source : BIU Cujas

nes reddidisset, sancti Patres ei cõcesserunt in proposito vitæ genere perseuerandi licentiam his additis verbis, *fortis esto & viriliter age* [a]. Quin & Imperatores Theodosius ac prȩcipui sȩculi illius Antistites in plerisq; magni momẽti negotiis Symeonis illius authoritati & reprehensioni multum detulerunt [b]. Vt & Daniel, qui eandem vitæ rationem postea secutus est, non minus authoritatis apud Imperatorem obtinuit: Et cùm incendium maximum in vrbe Constantinopolitana restingui non posset, ille de columna in vrbem aduenies vim ignis grassantem sedauit & extinxit [c]. Sed præ omnibus aliis columnariis Symeon ille magnus & vitæ austeritate & miraculis claruit. Hinc dictus est primus author & institutor eorum, qui hanc vitæ columnariæ rationem professi erant. Quanquam tamen Nicephorus referat præceptorem Symeonis antea hoc eodem vitæ proposito perpetuam in columna stationem habuisse, tanta morum & vitæ austeritate, vt Symeon infans vix magnáque difficultate ab eo receptus & in columna admissus fuerit [d]. Hos columnarios & stylitas monachos ideò proponimus, vt liceat conferre priscã antiqui sæculi pietatem & religionem cum summa hominum huius sæculi impietate, qui asserere audent, laudabili vitæ contemplatiuæ proposito ab industria ad desidiam homines auocari. Quid si nunc denuò existant columnarij illi monachi, qui perpetuo otio & tanta quiete precibus & orationi sese totos dedant, vt hi per 50. alij per 60. cõtinuos annos in columna perpetuam habeant stationem? Quis hoc tempore non eos inertes, otiosos, & inutiles criminaretur, si nullo iuuandæ Reip. conatu,

a *Niceph. lib. 14. Eccles. histor. cap. 1. Cedrenus pa. 279. in fi.*

b *Niceph. ibid. & li. 15. cap. 19. Cedrenus pa. 279. in fi. & 280.*

c *Niceph. lib. 15. cap. 22. & lib. 16. cap. 6. Cedrenus pa. 287. & 289. in fi.*

d *Niceph. lib. 18. cap. 24.*



Source : BIU Cujas

nulla industria, nullo labore desides in columna per tot annorum spatium sederent? Hoc tamen antiqua plebis Christianæ admiratio commendauit, & pristina Ecclesiæ pietas veneratione illis aduersùs inuidorum calumnias & obtrectatorũ conuicia conciliauit, δεῖ γὰρ σχολῆς πρὸς τὴν γένεσιν τῆς ἀρετῆς, inquit Aristoteles[a]: & olim Athenis in Academia memoratur fuisse herba quę dicebatur ἀπραγμοσύνη[b]. Nam quod incolæ isti à monachis cæterísque Ecclesiasticis requirunt, vt omissa contemplatione res ciuiles tractent: illud & professioni Ecclesiasticæ contrarium est, & plerunque in Reipub. perniciem & exitium vergit. Nicephorus Gregoras Arsenium Patriarcham narrat ab Imperatore Theodoro Lascari tutorem filio pupillo relictum, Arsenius quidem in iis quæ ad pietatem & diuini numinis cultum pertinebant, summus erat vírque multa morum integritate. Sed in rerum ciuilium tractatione & imperij administratione inferior etiam iis ipsis (vt ita dicam) qui vespere domum à ligone & opere rustico reuertuntur (inquit Gregoras) cùm rerum diuinarum contemplatio & Reip. administratio diuersissimas rationes habeant. οὐ γὰρ θεωρία πνευματικὴ καὶ πρᾶξις πολιτικὴ ὡς τὰ πολλὰ συνεῖναι πεφύκασιν. Itaque Arsenius imperitia sua perturbatus, cùm omnis consilij inops esset, Imperij statum pessundedit. Ideóque (addit Gregoras) quisquis rerum diuinarum contemplationi deditus est & intentus, in montibus & speluncis viuat, morésque suos à ciuili consuetudine abhorrere nouerit. Τῷ γὰρ μόνῃ προσέχοντι τὸν νοῦν τῇ κατὰ θεὸν θεωρίᾳ, ὄρεσι καὶ σπηλαίοις ἐνδιατρίβειν προσήκει[c]. Incolæ isti damnato vitæ contemplatiuæ otio paupertatem laudant, & monachorum opes magna

a Arist. li. 7. Polit. c. 9.

b Scholias. Aristoph. in nubib.

c Niceph. Grego. li. 3. hist. pa. 31.

magna inuidia insectantur. Hi ipsi paupertatem, quam in monachis exigunt, summopere vitant, & diuitias, quas verbis tam studiosè execrantur, omnibus votis exoptant. *Vanum gloriæ genus odium diuitiarum* (ait Seneca [a]) Eleganter ille, *facilius* (inquit) *possum paupertatem laudare quàm ferre. Quid mihi Phocionem loqueris? Quid Aristidem? Tunc paupertas erat sæculi. Quid loqueris Fabricios? Quid Coruncanos? Pompæ ista exempla: Fictilibus fuerunt dij faciles* [b]. Vituperandi qui diuitias habent fomenta luxus & voluptatum: Laudãdi autem quibus diuitiæ organa sunt virtutum: Instrumẽta scilicet pietatis & eleemosynarum, quibúsque opes ad frugalitatem contigerunt, qui diuitiis vtuntur, non abutuntur, qui bona temporalia possident, & non ab his possidentur. *Non enim ipsæ diuitiæ per se noxiæ* (inquit Saluianus) *sed mentes malè vtentium criminosæ* [c]. *Sine dolore bona amittuntur, quæ absque delectationis illecebra possidentur*, inquit Lupus Ferrar [d]. D. Hieronymus, *Vnusquisque* (inquit) *non hominum, sed rerum pondere iudicandus est. Nec diuiti obsunt opes, si eis bene vtatur, nec pauperem egestas commendabiliorem facit, si inter sordes & inopiã peccata non caueat.* Idémque postea addit, *Nihil prodest vile palliolum, furua tunica, corporis illuuies, & simulata paupertas, si nominis dignitatẽ operibus destruant* [e]. Rectè D. Augustinus ait præcepisse quidem Christum nõ esse cogitandũ de crastino, sed non ad hoc fuisse præceptum, vt nihil pecuniæ à sãctis custodiatur, sed ne Deo propter ista seruiatur, & propter inopiæ timorem iustitia deseratur [f]. Nam quod obiiciunt incolæ, prædiorum & redituum possessiones monachorum voto aduersari: falluntur nisi monachos singulos à monasterio di-

a Seneca li. 5. contr. 2.

b Seneca lib. 2. controu. 1.

c Saluian. li. 1. ad Eccles. Cath.

d Lupus epist. 18.

e D. Hier. ad Saluinã de seruanda viduitate li. 2. epist. 5.

f D. Aug. de mendacio cap. 15.



Source : BIU Cujas

stingui oportere agnoscant. Singuli monachi nec proprio reditu gaudere debẽt, nec pecunias aut res temporales sibi possidere. Nam abdicatio proprietatis, sicut & castitatis custodia, ita annexa est regulę monachali, vt ab ea ne sũmus quidẽ Pontifex dispensare queat[a]. Ipsum autem monasterium prędia reditúsque habet, non ad luxũ & ostentationẽ, sed vt religiosis solenni paupertatis voto obligatis subueniri queat, dum precibus continuis & cultui diuino vacant, atque vt illis possint alimenta commodè exhiberi & subministrari. Lupus abbas Ferrariẽsis, *Rex* (inquit) *cellam nobis edicto contulerat, cùm comperisset monachicam religionem apud nos durare non posse, nisi facultatum fulciremur argumento*[b]. Idem Lupus de monachis suis, *Propter abstractas facultates* (ait) *patiuntur incredibilẽ vestimentorum, leguminum, ac piscium indigentiam. Et publica hospitalitas peregrinis iuxta constitutionem priorum regum exhibẽda intermissa est: famuli monasterij squalore torquẽtur & frigore, nec possunt subuenire miseris*[c]. Conueniens est ergo certos reditus eis assignari, qui solitariam & segregẽ vitam agunt. Atque inter solitarios religiosos Carthusiani pręcipuè reditus habent, non ad pascendã pigritiam, sed ad supplendam necessitatem. Neque verò hoc loco alienum fuerit Carthusianorum ordinis originem, instituta, & regulam breui & vera oratione referre. Bruno vir pietate eximius & sanctimonia venerandus, Carthusianorum ordinem circa annum Domini 1080. hac occasione instituit. Erat Parisiis vir quidam communi fama apud omnes vitę integritate spectabilis. Is decessit: & cũ solemnes exequiæ multa ceremonia ducerentur, mortuus in pheretro se erigens, ter exclamauit se iusto

a cap. ad monast. ex. de statu monachorũ can. nõ dic. 22. qu. 1.

b Lupus Ferra. ep. 42.

c Lupus ep. 45.

iusto Dei iudicio condemnatum. Bruno rei tam stupendæ spectator; Videte (inquit) quàm non facilè ad salutem & cœlestem gloriam locus sit ei qui mundum non reliquit. Vir cuius religio, morum vitæque integritas, & eruditio optimis quibusque probatur iusto Dei omnipotentis iudicio condemnatus est: Num & nos sic volumus perire. Hæc vbi dixit, statim adiunctis sex sociis in eremum & solitudines abiit. Illis autem, cùm in Gratianopolitanam regionem deuenissent, Hugo regionis illius Episcopus locum quendam, cui Carthusia nomen erat, cõcessit. Ab eo loco Carthusiani dicti sunt quicunque ordinis illius monasticam vitam profitentur. Carthusianos autem vitæ austeritas in admirationem vsque spectabiles reddidit, vt sæpè ad eos piissimus Diuus Bernardus multa cum veneratione rescripserit [a]. Illi Brunonis sui exemplum secuti dura & horrida veste teguntur, carnibus abstinent, carúmque vsum sibi interdixere, nulla morbi qualiscunque excusatione admissa: Manent separati, sed iunctis cellulis: Frequentes agunt vigilias: hymnis dies ac noctes personãt, eorum ieiunia frequentissima sunt, ac semper soli edunt, nisi quòd certis quibusdam diebus simul omnes prandent. Nemo comedens loquitur, nullúsque in cibo strepitus est: solitudinem ita profitentur, vt inter eos silentium sit penè perpetuum, silentium certè omni sermone venerabilius. Apud eos videas crebra plangentium suspiria: assiduam orandi & legendi exercitationem: ornatum inornatum: squalidam faciem & horridam: victum facilem, perpetua carnium abstinentia: vilem vestitum non ornandi, sed tegendi corporis gratia: ac

[a] D. Bernard. epist. 11. & epist. 12. & epist. 153.



Source : BIU Cujas

cætera omnia apud eos videas, quæ priscã Ecclesiæ primitiuæ seueritatem & disciplinam redolẽt. Laudabiles Carthusiani, quos eremi dura rudimẽta nõ terrent, dum à vitiis non modò abstinent, sed & vitiorum occasiones & libidinum illecebras omnes longè à se remouent, séque alienos ab omni voluptatum & cupiditatum tentatione præstant. Hanc laudabilem vitiorum & libidinum fugam tria potissimùm indicant: ciborum delectus & abstinẽtia: dein solitudo, dum secluſi clauſtra monasterij non egrediuntur: Atque etiam tanta cõtinentiæ professio vt mulierum præsentiam & conspectum fugiant, eásque monasteriorum suorum aditu prohibeant & arceant. Ciborum abstinentiam & delectum cum plerisque communem habent, sed adstrictiore regula & disciplina longè seueriore. Neque enim à carnibus solùm sani & valentes abstinent; sed & hoc præcipuum habent, vt quamuis in aliis monasteriis aliquid ægrotis indulgeri soleat, Carthusianis tamen non licet carnes comedere, etiã si mori oportuerit. Hæc enim sunt regulæ verba, quæ omnes omnimodo excusationes præcidere voluit. Nihil sanè indignius est monacho, qui cœnas opimas sectatur, qui ciborum luxus & gulæ intemperantiam non abhorret. Nicetas in monachos quosdam mensæ principalis & conuiuiorum assecłas inuehitur, τὰς ἀρχικὰς τραπέζας μεταδιώκοντας, καὶ τῶν ἰχθύων τὰς παλαιὰς καὶ πίονας ἀπεχαίνοντας a. Carthusianis autem extra monasterium egredi non licet, excepto Priore, & eo qui mõnasterij procurator ad negotia tractanda deputatur. *Nihil turpius est quàm monachus per vrbes & castella discurrens* (inquit D. Bernardus b.) Sic etiam Diuus Hieronymus

a Nicetas pag. 276. in princ.

b D. Bernard. serm. 36. inter paruos ser. pag. 619.

mona

Source : BIU Cujas

monachum reprehendit, qui crebrius in vrbe, quàm in cellula est, & inter fratres simulat verecundiam, qui platearum turbis colliditur [a]. Abbas Isidorus hoc in regula præcipuum obseruabat, ne quis eorum qui sub disciplina eius erant, foras progrederetur [b]. D. Ioannes Chrysostomus monachos circumforaneos & per vrbis plateas cursitates verbis acriter reprehẽdere solebat [c]. Imperatorũ constitutionibus interdictæ fuerant monachis ciuitates, sed deserta loca & vastas solitudines incolere iubebantur [d]. D. Antonius dicebat, quemadmodum pisces terræ tactu & siccitate tabefiunt: sic etiã monachorum gloriã ad vrbes accedẽdo fœdari [e]. Sub Iustiniano Barsanuphius tuguriolo seipsum inclusit, atque ibi vltra 50 annos ita vixisse refertur, vt tanto temporis spatio à nullo visus fuerit [f]. Constantinus Copronymus in Stephanum virum pium & sanctum multis cruciatibus sæuiit: Stephanus ille sexaginta annos inclusus claustro, quod est in colle sancti Auxentij, exegerat [g]. Religiosi, qui monasticam vitam professi totos se diuinarum rerum speculationi & contemplationi applicant, nihil solitudine gratius & acceptius habent. Diuus Hieronymus, *Mihi oppidum carcer & solitudo paradisus est* [h]. Tertia autem & summa Carthusianorum laudis perfectio est, quòd mulieribus ad eorum monasteria aditum omnem intercludunt, atque ita separati à cœtu & præsentia mulierum, sibi ipsis vitæ præbent custodiã: ne quis inter eos pateat luxuriæ & incontinentiæ locus. Neque verò hoc nouum est in Ecclesia, cùm Nicephorus referat fuisse olim quædam templa ædésque sacras, in quibus ingredi mulieres nefas esset [i]. Vt & in templum Dianæ viros

[a] D. Hier. ad Rusticum.
[b] Niceph. lib. 11. c. 4.
[c] Niceph. lib. 13. c. 9.
[d] d. l. 1. & 2. de monac. lib. 16. tit. 3. Cod. Th.
[e] Sozomenus lib. 1. cap. 13.
[f] Niceph. li. 17. c. 22.
[g] Cedrenus pag. 382.
[h] D. Hier. ad Rusticum.
[i] Niceph. lib. 14. cap. 51. in fin.

Source : BIU Cujas

viros ingredi nefas erat [a]. Quin & olim variè pro locorum aut voti diuersitate, mulieribus ad monasteria aditus hîc licitus, illic interdictus fuit. Prisci in Ægypto monachi mulieres secum, sed vetulas habebant [b]. Euagrius monachos quosdam refert qui balneis frequenter vtebantur, simúlque lauabant mixtæ cum viris mulieres, quarum nec aspectu, nec tactu, nec amplexu mouerentur: vt quasi naturæ ipsi & humanitati vim facere videri vellēt, οὕτως τῶν παθῶν γενόμενοι ὡς καὶ τῆς φύσεως τυραννῆσαι [c]. Sed rectius dicemus cum D. Hieronymo. *Nulla securitas est vicino serpente dormire: potest fieri vt me non mordeat, tamen potest fieri vt aliquando me mordeat* [d]. Seneca: *Id agere debemus vt irritamenta vitiorū quàm longissimè profugiamus* [e]. D. Cyprianus virgines prohibet cum masculis habitare. *Non* (inquit) *dico simul dormire, sed nec simul viuere: cùm & sexus infirmus, & ætas adhuc lubrica per omnia frænari & regi debeat, ne diabolo insidianti & sæuire cupienti ad nocendum detur occasio: Liberanda est vigilanter de periculosis locis nauis, ne inter scopulos & saxa frangatur: Eruenda est velociter de incendio sarcina, priusquàm flammis superuenientibus concremetur. Nemo diu tutus est periculo proximus* [f]. Olim clerici habebāt subintroductas, intromissas, & adscititias, quibus etiam sororum appellationem tribuebant, nomina pietatis obtendere soliti [g]. Imperatores his verbis rescribunt. *Eum qui probabilem sæculo disciplinam agit, decolorari consortio sororiæ appellationis non decet* [h]. Imperator Constantinus Copronymus impium agens triumphum, monachos per theatrum circunduxit, inhonestas mulierculas manibus tenentes [i]: quasi non alia promptiore via impietas de religiosis

a Plutarc. problem. Rom. qu. 3.

b Niceph. lib. 8. c. 36.

c Euagr. li. 1. ca. 21.

d D. Hier. aduersùs Vigilant.

e Sen. epi. 51.

f D. Cypr. lib. 1. ep. 11. ad Pomp.

g D. Hier. aduersùs Vigilantium circa finem.

h l. eū qui probabilē. Cod. de episc. & cler.

i Zonaras tom. 3. pag. 90.

religiosis & monachis, quàm ex mulierum vicinia triumphare possit. Diuus Hieronymus, *Hospitiolum tuum aut rarò aut nunquam mulierum pedes terant* a. Laudatur à Nicephoro monachus Ephraim, qui & propter morum castitatem, & vt calumnias vitaret, ab omni mulierum conspectu prorsus abhorruit b. Prudentes ergo Carthusiani, qui humanæ fragilitati diffidentes peccandi occasiones fugiunt & aduersantur, *Cùm securius sit* (inquit ille) *perire non posse, quàm iuxta periculum non periisse. In altero tranquillitas est: In altero gubernatio: Ibi gaudemus, hîc euadimus* c. Pietatem Carthusianorum non frustra nec sine magna ratione iactamus. Solet illa plenissimos fructus & prouentus etiam cum vbertate referre. Quin & laudari frugalitatem eorum atque etiam œconomiæ prudentiam oportet, atque vti istis Plinij verbis, *Quod cessat ex reditu, frugalitate suppletur: ex qua, velut è fonte, liberalitas nostra decurrit, quæ tamen ita temperanda est, ne nimia profusione inarescat* d. Carthusianorum frugalitas tanta est, támque diligens eorum œconomia, vt quamuis pauperes foueant, peregrinos suscipiant, egenos alant, viduarum curam habeant: illis tamen ex reditu ordinario quotannis in nouas prædiorũ acquisitiones pecunia abundè supersit. Vnde satis constat quàm magnum sit vectigal parsimonia. Sed quid ego hîc parsimoniam aut frugalitatem iacto? ac non potiùs summam Dei omnipotentis benedictionem, qui religiosorum hominum pietati fauens, prouentus eorum cœlesti gratia fouet & multiplicat? Imperatores quidam acquisitiones aut legata Ecclesiæ prohibuerunt: sed soli Imperatores & Principes malè in Ecclesiam Christianam affecti.

a D. Hier. ad Nepotian. epist. 12. li. 2.

b Niceph. lib. 9. c. 16.

c D. Hier. de vitanda suspectoc. turbernio ep. 9. li. 2.

d Plinius. li. 2. epi. 4.

Source : BIU Cujas

affecti. Diocletianus in Christianorum inuidiam collegiis, nisi speciali priuilegio niterentur, legari quidquam vetuit [a]. Sed eam donandi & legandi Ecclesiæ licentiam restituit Imperator Constantinus [b]: qui, vt rescribit Zeno, verecunda Christianorum fide Romanum muniuit imperium [c]. Sic & in hac nostra Francia cùm Chilpericus testamenta defunctorum, qui Ecclesias hæredes instituerant, nullam vim habere iussisset, Guntrannus Rex ea restaurauit, & liberalitates in Ecclesiam suprema testantium dispositione factas ratas esse voluit [d]. Iulianus Imperator Apostata dictus testatur se in Edessenorum Ecclesia pecunias omnes tolli & fisco applicari iussisse, & prædia Ecclesiastica in priuatos vsus conuertisse [e]. Hoc ille fecit, quia ex penuria vilitatem, & ex mendicitate contemptum nasci sciebat. Sed sub Christianis Principibus Ecclesiæ bona augeri & prouentus Ecclesiasticos emptionibus & acquisitionibus multiplicari semper non modò licitum, sed & honestum fuit. Prædiis autem Ecclesiasticis immunitatum priuilegia auferri & rescindi ideò indignum foret, quòd ne barbari quidem, infideles, & pagani sacerdotibus suis & sacro patrimonio exemptiones, priuilegia, & immunitates inuidiosè denegauerint. Apud Ægyptios sacerdotum agros immunes fuisse legimus [f], ἐκεῖ γὰρ ἱερεῖσιν σχολάζειν τὸ πρὸς ἱερίων ἔθος, inquit Aristoteles [g]. Sic etiam Isocrates de Busiride Ægyptio, τοῖς μὲν ἱερεῦσι παρεσκεύασεν ὑπηρεσίαν τοῖς ἐκ τῶν ἱερῶν πορισμοῖς, σχολὴν δὲ τοῖς πρὸς κινδύνους καὶ πρὸς ἄλλων ἔργων ἀπολείαις [h]. Non permisit Artaxerxes vt quis vllum Leuitico ordini tributum imponeret [i]. Edixit Romulus vt sacerdotes à militaribus officiis

[a] L. collegium C. de hæret. inst.
[b] L. 1. Co. de sacros. Eccles.
[c] L. diui. Cod. de natur. liberis.
[d] Gregor. Turonensis, li. 7. cap. 7.
[e] Iulianus in libro cui titulus Μισοπώγων.
[f] Genes. c. 47. & Herodot. li. 2.
[g] Arist. 1. lib. 1. Metaphys. in prin.
[h] Isocrates in Busiride.
[i] Esdras 3. l. c. 7.

Source : BIU Cujas

ciis cæteríſque muneribus & præſtationibus publicis immunes & liberi eſſent [a]. Coi cùm tributorum immunitatem ab Imperatore Claudio peterent, inſulam ſuam Æſculapij veneratione præcipuè commendarunt, ac refert Tacitus Claudium hoc potiſſimum reſpectu voluiſſe, vt omni tributo vacui Coi ſacram & tanti Dei miniſtram inſulam colerent [b]. Druydes olim apud nos in Gallia omnium munerum ac tributorum vacationem habuerunt [c]. Hoc fecit Gallia infidelis: quid nos faciemus, quos Agathias tradit ſemper inter pios & religioſos habitos fuiſſe religioſiſſimos? χριστιανοὶ ἅπαντες τυγχάνουσι ὄντες καὶ τῇ ὀρθοτάτῃ χρώμενοι δόξῃ, inquit [d]. Vt & Francorum Reges eximium Chriſtianiſſimorum ſtemma ſuis meritis obtinuerunt. D. Gregorius ſcribit Francos Reges ſemper fideles Dei cultores fuiſſe, & ſacerdotes grata veneratione dilexiſſe [e]. Cæſar, *Natio eſt omnium Gallorum admodum dedita religionibus* (inquit [f].) Conſtantinus Imperator Eccleſiis omnium indictionum vacationem & immunitatem conceſſit [g]. Eandem ſequentes imperij ſucceſſores ratam eſſe voluerunt [h]. Durum certè eſſet clericos tributis ſubiicere, cùm olim ex ipſis tributis reditus perciperent. Nam Eccleſiaſticæ hiſtoriæ authores teſtãtur Conſtantinum per ſingulas ciuitates certam aliquã tributorum & publicorũ vectigalium partem Eccleſiis & clericis deſtinaſſe [i]. Hiſtoriam Iniurioſi Epiſcopi eiúſque pro tuenda Eccleſiaſticorum iurium immunitate παῤῥησίαν ita refert Gregorius Turonenſis: *Clotharius rex* (inquit) *indixerat vt omnes Eccleſiæ regni ſui tertiam partem fructuum fiſco exoluerent. Quod licèt inuiti, cùm omnes Epiſcopi*

[a] *Dionyſ. Halicarnaſſ. lib. 2.*

[b] *Tacitus lib. 12.*

[c] *Cæſar li. 6. commen.*

[d] *Agathias lib. 1. in princ.*

[e] *Gregor. in epiſtola ad Regem Childebertum regeſti li. 4. c. 97.*

[f] *Cæſar li. 6. commẽt.*

[g] *Niceph. li. 7. c. 46. Sozomen. lib. 1. c. 19. Euſeb. lib. 10. cap. 7. hiſt.*

[h] *Sozomenus li. 3. c. 17. & cap. 21. & lib. 5. cap. 5. Theodor. li. 4. ca. 4.*

[i] *Niceph. Calliſt. li. 7. c. 46. Sozomẽ. li. 1. c. 8. & li. 5. ca. 5.*



Source : BIU Cujas

*consensissent, atque subscripsissent, viriliter hoc Beatus Iniuriosus respiciens subscribere dedignatus est dicens Clothario, Si volueris res Dei tollere, Deus regnum tuum velociter auferet. Quia iniquum est vt pauperes, quos tuo debes alere horreo, ab eorum stipe tua horrea repleantur* a. *Fiscus bonorum Principum* (inquit Symmachus) *non sacerdotum damnis, sed hostium spoliis augeri debet* b. Gregorius ad Theodoricũ & Theodebertum Reges Francorum scribens, *Audiuimus* (ait) *quòd Ecclesiarum prædia tributa nunc præbeant, & magna super hoc admiratione suspendimur: si ab iis illicita quærantur accipi, à quibus etiam licita relaxentur* c. Itaque clericis & monachis, qui nos precibus suis Deo conciliant, immunitatem inuidere, quam Ethnici sacerdotibus suis nunquam denegarunt, impium esset, ingratum, & iniuriosum. Nam & constitutionum Romanarum libri, & sacri canones, & Pontificum decretales epistolæ titulos habent frequentes, de immunitate Ecclesiarum. Non est autem quòd antiquum patrimonium à prædiis nouiter ac recens quæsitis distinguamus. Fiscales enim pensitationes & tributa, quæcunque Principi penduntur, debent nostro Franciæ iure non realia onera, sed munera personalia censeri. Cùm itaque personas Ecclesiasticas liberas esse & immunes cõstet, non est in prædiorum qualitate seu diuersitate immorandum. Addere licet tam Imperatorum constitutionibus quàm Pontificum sanctionibus caueri, Ecclesiastica quæuis prædia omni immunitate donari. Nam quod exigunt isti incolæ, vt Carthusiani fundos & possessiones suas locare teneantur: illud quidem constitutione in comitiis Aurelianensibus lata statutum fuerat, vt omnes prædia

a Gregorius Turonens. li. 4. in pri.

b Symmachus li. 10. epist. 54.

c Gregorius lib. 7. epist. 114.



Source : BIU Cujas

ſua colonis locare tenerentur : Sed ea conſtitutio nũquam obſeruata, nec ab indictionum Curia fuit approbata : tum quia hæc locandi neceſſitas ſeruilem quandam obligationem continere videtur: tũ etiam quòd ſi conſtitutio locum habeat, ceſſant quæuis tam nobilium quàm Eccleſiaſticorum cæterorúmque immunitates. Omnes enim in colonorum perſona deinceps tributa exoluent. At verò incolæ iſtã antiqui & noui patrimonij diſtinctionem Ciſtercienſium exemplo comprobare voluerunt. Ciſtercienſes à decimarum præſtatione liberi ſunt & immunes, decimas tamen prædiis nouiter quæſitis pendunt [a]. Verum id duplici rationis contemplatione fit. Prima, quòd decima onus ſit reale: In realibus autem & patrimonialibus muneribus nulla perſonæ vel qualitas vel immunitas attenditur. Altera potiórque ratio eſt, quòd decimarum præſtatio Eccleſiæ debetur. Non mirum ergo ſi in Eccleſię ipſius fauorem, Ciſtercienſium priuilegia reſtringi & ſuis limitibus includi Pontifex hanc ob cauſam expreſſè profiteatur. Sed aliis quibuſvis caſibus iuris diſpoſitio generaliter ſtatuit, vt eadem nouarum Eccleſiæ acquiſitionum, quę & antiqui patrimonij ratio habeatur [b]. Atque id in decimarum quæſtione ſummi Pontifices expreſſo reſcripto decreuerunt [c]. Hæc verò iniqua incolarum iſtorum expoſtulatio neque noua eſt in hoc regno, neque exemplo caret. Extat enim decretalis Alexandri quarti epiſtola, in qua controuerſiam hanc dirimi, eandémque quæſtionem decidi videmus [d]. Hoc autem ſi generaliter in fauorem Eccleſiaſticæ immunitatis introductum fuit, dicere poſſumus monachos non minorem, quàm cæteros

a *Cap. nuper. penul. extr. de decimis.*

b *Cau. cognouimus. 12. quæſt. 2. c. ad audientiam extr. de decimis.*

c *Ca. quia circa extr. de priuilegiis.*

d *Cap. 1. de immunitate Eccleſ. in 6.*

clericos, commendationem mereri, & inter monachos præcipuum esse Carthusianorum fauorem, quos etiam Pontifices multis priuilegiis donauerunt [a], & ad eos sæpe rescripserunt [b]. Et quidem non minus laudis merentur, qui nunc eremitæ & monachi solitudinem vouet, quàm qui priscis Ecclesiæ temporibus sese hoc solitariæ professionis voto in admirationem vsque spectabiles præstiterunt. Olim cùm tyranni magna crudelitate, ferro, flamáque Christianos persequerētur, eósque variis tormentis cruciarent, illi in solitudines, spelunças, & loca deserta abire cogebātur, vbi toto perfugio respirare & pietatem Christianam colere permitteretur. Hoc illi Principum tyrannide coacti fecerunt: At qui hoc tempore monachismum profitētur, non vlla necessitate, sed volūtario piæ affectionis voto solitudinem & mundi contemptum vouent: nec minùs rigidas austeri cultus & seueræ vitæ regulas obseruant. Mundanas omnes sæculi delicias abhorrent, vt se totos cultui diuino dedant: Solent certare ieiuniis, dum cæteri saturantur ad vomitum: Stationes nocturnas habēt, & ad preces & ad corporis macerationem: atque has vitæ monasticæ leges sibi statuunt, cordis humilitatem, vitiorum abstinentiam, eorúmque omnium contēptū, quę cæteri homines mirantur & exoptāt. Carthusianis hoc speciali gratia Deus indulsit, vt licèt corrupto isto sæculo clericorum luxus & monachorum licentia querelas multas excitauerit, atq; etiam probrosas, seu verè per calumniam, expostulationes: Tanta tamen fuit Carthusianorum integritas, tanta eorum, qui priores & prælati illis præsunt, prudentia, vt de Carthusianis nullę expostulatio

[a] Ca. 2. §. statuimus, in fi. de decimis in 6.
[b] Ca. 20. sicut extr. de homicidio cap. 15. per tuas extr. de simonia.

Source : BIU Cujas

lationes, nulla fuerint orta scandala. Itaque nō est æquum immunitatem viris piis ac religiosis denegari qui precibus assiduis pro plebe Christiana Deum venerantur, & qui tam corrupto sæculo positi sūt (vt ait Diuus Cyprianus a) *inter plangentium ruinas & timentium reliquias : Inter numerosam languentium stragem, & exiguam stantium paucitatem.*

a D. Cyp. li. 4. ep. 4.

SENATVS arresto suo immunitatem Carthusianorum in quibusque prædiis seu antiquis seu de nouo quæsitis locum habere voluit: nullo habito discrimine siue fundos suos colonis locent, siue eos propriis sumptibus excolant b.

b Arrest donné en la Cour des Aydes, moy plaidant pour les religieux des Chartreux du parc en Charnie appellās, & Baussan pour les habitans de S. Denys Dorques inthimés, ledit arrest est du 2. iour d'Aoust 1585.

*An Ecclesiastici à viarum refectione sint immunes.*

## CAP. III.

AVRELIÆ vrbis ciues maximam in viarum instructione curam adhibere solēt, tantósque in eam rem sūptus impendūt, vt vix alia ciuitas, non in hoc Franciæ tantū regno, sed in orbe quidem Christiano reperiri queat, quæ vias publicas vndequaque, tam intra quàm extra vrbem, habeat adeò commodè instructas & lapidibus stratas, quales Aurelia vrbs, quæ in medio tullio Franciæ ad Ligerim fluuium sita est. Itaque cùm ad instructionem viarum tam commodè stratarum multi sumptus magnæque impensæ requirantur, Reges nostri à multo tempore tributū ac portorium quoddā ad illas itinerū instructiones destinarunt. Eius tributi exactio cōmittitur illis, quos curatores viarū appellare possumus,



Source : BIU Cujas

*maistres des chaussees.* Portorium id vocare solent barragium, quod in ingressu portarum vrbis pēdi & exolui cōsueuit. Abbas & monachi Diui Victoris prope muros Parisienses habent in prioratu de Bussy prædia quędam circa Aureliam sita, & eorum coloni, serui, vel ministri pleraque solent Aureliam importare & exportare. Ab iis tributum hoc & vectigal viarum reparationi & instructioni destinatum exigebatur. Illi soluere recusant.

*PRO ABBATE ET MONACHIS D. VICTORIS.* Viarum refectiones & instructiones publicis quidem sumptibus & communi omnium pecunia fieri debent, quia (vt ait lex) cōmunem vsum & vtilitatem respiciunt [a]. Sed in iis quæ communem præstationem exigere dicuntur, excipi eos omnes & à communi regula eximi oportet, quicunque speciali aliqua immunitate vel priuilegio donati sunt. Nam quid priuilegia proderunt, si omnes vna & communi regula æstimari oporteat? Leges Romanæ sacerdotes cæterósque Ecclesiasticos ab omnibus tributis tam prædiariis quàm patrimonialibus exemerunt [b]. Imò nulla vnquā gens fuit tā aliena à pietate, quæ templorum atque Ecclesiarum vecationem non studiosè foeuerit, concessa sacerdotibus suis religionis intuitu immunitate. Quòd si clericis cæterísque Ecclesiasticis priuilegia ab omnibus subsidiis & tributis immunitates conceduntur [c], hæc eadem priuilegia monachis nō minùs tribui debent, qui singuli nihil iure patrimonij possident, qui se bonis omnibus ac mundanis fœlicitatibus & desideriis abdicarunt, vt vitam solitariam perpetua sanctimonia ac morum integritate & castitate vouerent. Itinerum publicorum

a *l. 1. §. vicinales. ff. ne quid in loco publico.*

b *l. placet. C. de sacros. Eccles.*

c *l. 2. C. de episc. & cler. c. non minus extr. de immun. eccle.*

Source : BIU Cujas

corum instructio non minimam habet commendationem, sed tamen ex iuris dispositione quoties munerum publicorum vacatio quibusdam data est, simul etiam viarum munitiones ab iis exigi nõ debere Iurisconsulti respondent [a]. Æquum est ergo monasterij istius immunitatem non minùs in hac portorij & vectigalis exactione, quàm in cæteris attendi & conseruari. Ac maximè cùm monasteriũ Diui Victoris multis magnísque priuilegiis tum à Regibus, tum à summis pontificibus, olim & à multo tempore donatum fuerit.

*PRO CVRATORIBVS VIARVM.*

Itinerum publicorum munitiones & instructiones multo atque eximio fauore æquum est commendari. Itaque Curio Tribunus plebis, cùm Cæsaris partes foueret, & auram popularem captans plebi se gratum exhibere vellet, rogationes ad populum tulit de muniendis & sternendis viis [b]. Hãc rogationem plebiscito confirmatam Cælius Ciceroni rescribens legem viariam appellat [c]. Lex autem Sempronia multò antè à Caio Sempronio Graccho tribuno plebis lata fuerat, vt viæ in Italia munirentur, sternerentur, lapidibus milliaria discernentibus notarentur, pontibus instruerentur: atque id Metello & Tito Quintio Cõsulibus [d]. Sed cùm antiqui Deos sibi & numina ad libitum fingerent, viarum tutelam tribuebant Diis, qui Dij Vij καὶ θεοὶ ἐνόδιοι dicebantur, & à Plauto Lares viales appellantur. Apud Pausaniam Apollo viarum præses ἀγυιεὺς dicitur [e]. Olim sacrificabatur Deę Vibiliæ, quæ ab erroribus viarum mortales liberabat [f]. Atque etiam à Nicephoro Gregora fit mẽtio Deæ genitricis, τῆς ὁδηγητρίας [g]. At qui curato-

a l. cui muneri. ff. de muner. & honor.

b Appian. l. 2. de bello ciuili.

c li. 8. epi. Ciceronis.

d Plutarc. in Gracchis.

e Pausan. li. 2. in Corinthiacis, & li. 8. in Arcadicis.

f Arnobius lib. 4.

g Niceph. Gregoras lib. 8. hist. Rom. p. 135.

res viarum sunt, hoc sibi muneris incumbere norint, vt opus, quod fit in sternendis viis probent vel improbent, & eos, qui ad viarum munitionem tenentur, compellant [a]. Siculus Flaccus, Sunt (inquit) viæ publicæ regales, quæ curatores accipiunt & per redemptores muniuntur [b]. Opus certè regium est & cura Principe dignissima, vt subditi commodè & tutò commeare possint [c]. Lacedæmonij regibus suis hoc tanquam summum concedebant, vt de viis publicis cognoscerent [d]. Plato eam curam ἀστυνόμοις demandabat [e]. Romæ Censorum ea functio & munus fuit florente Republica, vt in vrbe vias sternendas silice, glarea extra vrbem substruendas marginandásque locarent [f]. Ac deinde collegio quæstorum stratura viarũ commissa est [g]. Ædilium aliquando hæc cura fuit [h]. Hinc Suetonius Vespasiani vestem à plebe luto aspersam & oppletam refert, quòd Ædilis curam verrendis viis non satis diligentem adhibuisset [i]. Augustus ipse hanc eandem curam antea dedignatus non fuerat: sed cùm viarum curator constitutus fuisset, etiam viros Prætorios viis reficiendis designauit, quos binis lictoribus vti voluit [k]. Quinetiam aliquo pòst tempore itinera publica refici mandauit partim publicis, partim suis, partim etiam Senatorum quorundã sumptibus [l]. Sic etiã Imperator Antoninus istis viarum curatoribus coercitionis potestatem concessit, vt punirent quos videretur, aut certè puniẽdos ad præfectũ vrbis remitterẽt [m]. Plinius Cornutũ Tertullũ multis laudibus commendat, cui, cùm consularis esset, demandata fuerat cura viæ Æmiliæ [n]. Itaque cùm viarum cura olim tanto studio etiam dignioribus & principibus in ciuitate

a Cicero in orat. pro M. Fõteio.
b Siculus Flaccus in lib. de condit. agrorum.
c l. 1. §. summa. ff. de his qui deiecerunt. cap. 1. quæ sint regal.
d Herodo. lib. 6. in Erat.
e Plato li. 6. de legib.
f Liuius li. 41.
g Suet. in Claudio c. 24.
h l. 2. §. tractat. est. ff. ne quid in loco publico. l. 1. & 2. ff. de locis & iti. pub.
i Sueton. in Vespas. ca. 5 Dion. li. 58.
k Dion. li. 54.
l Sueto. in Augusto ca. 37. Diõ. lib. 52.
m Capitol. in M. Anton. Ph.
n Plinius li. 5. epist. 15.

ciuitate viris commissa fuerit, existimandum est earum causam omnibus priuilegiis potiorem censeri debere. Viarum instructiones (inquit Callistratus) non personarum, sed locorum munera sunt [a]. Sed & cùm æquissimum esse iudicetur, eum qui viam publicam exarauerit, ad eius munitionē teneri [b]: omnes immunitates in hac caussa, & quæuis priuilegia, quocūque titulo concessa sint, cessare debent [c]. Vt & magnus censetur legati fauor, si in tutelam *Aureliæ* viæ reficiendę relictum sit [d]. Sed ne in re certissima nos aut numerosa rationum serie, aut superflua argumentorum & authoritatum multitudine vtamur, Constitutiones Imperatoriæ hanc controuersiam expressis verbis decidunt, *Ad instructiones itinerum pontiúmque* (inquit Imperator) *etiam diuinas domos & venerabiles Ecclesias tam laudabili titulo lubenter adscribimus* [e]. Quin & eadē constitutio alio loco iisdem ferè verbis repetitur, *Ad instructiones reparationesque itinerū nullum genus hominum nulliúsque dignitatis, ac venerationis meritis cessare oportet* [f]. Hoc idem veteri Francica lege inter Caroli magni cōstitutiones sancitum fuit his verbis, *Possessiones ad religiosa loca pertinentes nullā descriptionem agnoscant, nisi ad constructionē viarū vel pontiū, si tamen intra eadem loca habuerint possessiones* [g]. Monachis cæterísque clericis tum leges ciuiles, tum etiā sacri canones multas immunitates concessērūt. Quin & specialiter monasterio Diui Victoris multa Reges nostri priuilegia & munerū publicorum vacationes indulserūt. Sed hę omnes immunitates locū habeant in tributis ordinariis. At in præstatione quæ tanto fauore támque laudabili cōmēdatione digna est, conuenit, vt omnis cesset immunitas,

a *l. Honor. §. munus. ver. viarū. ff. de mun. & honor.*
b *l. si. ff. de via publ. & itin. public. reficiendo. l. 2. de muneribus part. l. 12. C.*
c *l. 1. & 2. & seq. de itin. muniendo. in C. Theod.*
d *l. 30. quidam in test.*
e *l. ad instructionis. Co. de sacros. Eccles.*
f *l. absit de priuileg. domus augustæ lib. 11. C.*
g *Capitul. Caroli magni lib. 6. cap. 107.*



Source : BIU Cujas

Nam cùm ista viarum instructio vnicuique facilem vehendi, importandi & exportandi commoditatem præstet: æquum est, vt simul omnes communem vsũ & publicã vtilitatem communi sumptu omniúmque impẽsis tueamur & sustineamus.

*SENATVS* portorium illud seu barragium viarum instructioni destinatum ab omnibus, etiam nulla Ecclesiasticæ immunitatis ratione habita, exolui debere iudicauit[a].

a Arrest donné le 24. May 1583. Chauuelin plaidant pour les Religieux de S. Victor, & moy pour les maistres prouisseurs des chaussées d'Orleãs.

*Filiarum renunciationes, quæ tabulis nuptialibus accepta dote fiunt, legitimas esse & validas.*

## CAP. IV.

TITIVS filiæ Seiæ, quæ puella vix dum 16. annorum erat, dotem mille aureorum tabulis nuptialibus dixit, eodémque matrimonij contractu Seia futuræ patris successioni renuntiat. Illa tamen post Titij patris obitum ad successionem paternam admitti postulat, petita aduersùs renuntiationem restitutione, tùm quia minor, tùm quia immodicè læsa fuerat. Aut si restitutioni locus non videretur, at certè sibi legitimæ supplementum à fratribus deberi contendit.

*PRO SEIA.* Pactiones omnes, quæ de viuentis substantia & successione ineuntur, nullas & cõtra bonos mores esse iura statuerunt. Renũtiationem autem, quam paterna Titij reuerẽtia à filia puella expressit, non modò iuris tam ciuilis quàm canonici dispositio, sed & ipsa æquitatis cõsideratio iniustam esse & illegitimam dictat & ostendit.

Nam

Source : BIU Cujas

Nam si iuris ciuilis regulas spectemus, constat filiam, quæ pacto dotali futuræ viui patris successioni renuntiauit, non ideò à successione paterna excludendam, quantumuis in contractu matrimonij renuntiauerit [a]: sed hoc tantùm ab ea requiri, vt quæcunque à patre dotis nomine accepit, conferat [b]. Quinetiam ipsa renuntiationis pactio adeo nulla censetur, vt cùm nullius momenti sit, ne iureiurando quidem confirmari queat, & bonis moribus contraria habeatur [c]. Idémque & in filio, qui, si aliquo accepto renunciauit querelæ inofficiosi, non ideo minus tamen admittetur, reiecta illicita illa pactione [d]. Itaque quisquis bona eius qui viuit & superstes est, repudiauit, non ideò minùs defuncto illo potest hæreditatem adire, vt nec bonorum possessionem petere prohibetur [e]. Quinetiam indubitati iuris est, pactiones qualescunque de viuentis hæreditate initas, nullas esse & iure ciuili pro illegitimis haberi [f]: *Imò* (inquit lex) *improbus est qui de viui hæreditate sollicitus est* [g]. Verùm Romanis legibus aduersari videtur Bonifacij Pontificis constitutio, qui renuntiationem filiæ, si iureiurando confirmata fuerit, obseruari iubet [h]. Canonistas iuris Pontificij conditores excusare potius quàm accusare lubet, qui nimio peccandi metu & religiosis conscientiæ scrupulis humanas mentes terrent, obiecto prætextu qualiscunque iurisiurandi seu vi & metu, seu iniusta quavis ratione extorti. Atque illi interea non animaduertunt, iusiurandum legitimam esse & solemnem non cuiusuis, sed licitæ promissionis assertionem. Hinc fit vt pactio illicita, quæ contra bonos mores fit, confirmari iureiurando nequeat [i]. Itaque iuramentum

[a] *l. fin. ff. de suis & legitimis.*
[b] *L. pactũ quod dot. Co. de pact. l. pactum. C. de collat.*
[c] *cl. iuris gẽtium. §. si paciscar. ff. de pactis.*
[d] *l. si quãdo. §. illud. C. de inoff. testam.*
[e] *l. qui superest. ff. de acqu. hær.*
[f] *l. licet, & l. fin. Cod. de pact.*
[g] *l. 2. §. interdum. ff. de vulgari & pup. substit.*
[h] *cap. quãuis de pactis in 6.*
[i] *l. adigere. §. fin. ff. de iurei. l. qui iurato, & l. fin. ff. qui satisd. cogãtur. l. nullum. Cod. de obseq. à liberis & libert.*



Source : BIU Cujas

si pactioni quæ nulla sit, apponatur, nullum est, ne-
a l. iuris gentiū. §. si pacisc. ff. de pactis. que effectum habet a. Quin & ipsis quoque Pontifi-
ciis constitutionibus idem statuitur, nec iuramēto
b cap. non est obligatorium de regul. iur. in 6. illegitimæ pactioni adiecto stari oportet b. Neque
enim iusiurandum vinculum est iniquitatis c. Ex
his ergò satis liquidò patet quàm absurda sit ea ra-
can. iusiurādū 22. quæst. 5. tio, quæ Bonifacij epistolæ decretali inseritur, ob-
seruari pacti dotalis renuntiationem ex scrupulo &
religione iurisiurandi. Sed vt omnis cesset obie-
c cap. 1. de cōsuetudi. in 6. & cap. 1. de iureiur. in 6. ctio, sciendum est Pontificias sanctiones in Fran-
cia, si de spiritualibus agatur, magna veneratione
coli. At si de temporalibus controuersia sit, nullo
iutis vel necessitatis vinculo nos ad earum obser-
uationem adstringi vel obligari: ac maximè si iuri
nostro contrariæ sint: Quod in controuersa facti
huius disputatione asserere possumus. Nam legibus
nostris municipalibus si non omnibus, certe pleri-
sque, definitur, non licere parētibus inæquali vo-
luntate præcipuam vnius ex liberis conditionē fa-
cere. Neque verò patri cōsuetudo permittit omni-
bus liberis ad hæreditatem venientibus, his qui-
dem prælegare & donare, illos autem prægrauare,
sed quales statutis municipalibus portiones inter
liberos definitæ sunt, tales ab intestato remaneant,
reiecta & prohibita paterni officij inæqualitate.
Quod si iusta & legitima renuntiationis illius sti-
pulatio iudicetur, quam pater à filia exigit, fiet vt
Scia mille aureorū dote contenta à bonis paternis
excludatur: Cæteris verò liberis portio amplior &
potior accrescat. Æquitas autem, quæ æqualitatem
fouet, hoc vnum maximè inter liberos requirit,
vt quemadmodum parentes naturali iure vnum &
parem affectum præstare debent, ita etiam æ-

quo

Source : BIU Cujas

quo iure bona liberis relinquere teneantur, nulla præcipui ratione: nisi si quid primogenito statutis municipalibus concedatur. Accedit quòd defunctum Titium plebeium & ignobilem fuisse non ambigitur: Inter plebeios autem non est familiarum dignitati consulendum. Quæ prima fuit renuntiationum causa & origo. Sed & si omissa generali causæ huius disputatione asseramus renuntiationes filiarum legitimas esse & iuri nostro consentaneas, tamen duo sunt in hac controuersa facti specie, quæ renuntiationi à Seia factæ obstant, minor ætas, & immodica læsio. Nam cùm Bonifacij constitutio renuntiationem filiæ probat & admittit, de ea filia loquitur quæ legitimæ sit ætatis, & quæ pro modo facultatum à patre dotata fuit. Seia autem & minor erat tempore contractus matrimonij, & immodicè læsa cùm renuntiauit mille aureis contenta. Immodicam autem læsionem ipsa hæreditatis æstimatio & paternarum facultatum modus satis apertè ostendit. Ex legatis Priuernatibus vnus in Senatu dixit, cùm de fœdere ageretur: *Si pacem bonam dederitis, & fidam habebitis & perpetuam: si malam, haud diuturnam* [a]. Sic etiam si quis velit cum minore certa, secura, & perpetua obligatione contrahere, contractus iustus sit, sine fraude, nihil iniqui contineat, nec immodica læsione liberis auferat portiones legibus definitas. Quinetiam licèt renuntiationem à filia maiore factam proponeremus, non est dubium quin ex immodica læsione restitutio etiam maiori debeatur & indulgeri soleat, cũ nimia & enormis deceptio dolo comparetur [b], ac tum contractus dolum reipsa in se continere dicatur [c]. Quæ verò maior esse læsio

a Liuius lib. 8.
b l. omnes. §. Lucius. ff. quæ in fraudem creditorũ.
c l. si quis cùmaliter, & ibi glossa & Doctores. ff. de verb. oblig. l. & eleganter. ff. de dol.

potest

potest aut iustior filiæ querela proponi, quàm hoc casu, quo Seia ne legitimam quidem consecuta fuit? Lex enim parentibus licere noluit liberos legitimâ priuare [a]: cùm legitima à patre debeatur iure naturali [b]. Vnde etiam Iurisconsultus legitimam æs alienum patris appellat [c]. Atque hæc est Decij & aliorum iuris Doctorum sententia, vt tali renuntiatione non intelligatur tolli legitimæ supplementi petitio [d]. Dos mille aureorum Seiæ data fuit, renunciationis & paternæ hæreditatis pretiũ: Imo nefatiæ spei præmium, promittenti impium, stipulanti turpe, patri periculosum. Quinetiam sola patris præsentia vim metúmque adfuisse arguit. Paterni quidem nominis pudor ac reuerentia vetat doli querelam adhiberi: non tamen ideo vim & metum abesse rectè quis dixerit. Nam quoties aliquid per potentiam extorquetur, lex id omne per vim expressum & adactum existimat [e]. Vt in contractu inter patronum & libertum inito, ex potentia patroni facilè metus præsumitur [f]. Et quidem muliebris pudor timidique sexus reuerentia causam restitutioni satis idoneam præstat [g]. Magna autem est patris in filiam potestas, & quidem filiam puellam; quæ vix dum pubertatem egressa patriam voluntatem pro æquitate summa suspicit & veneratur. Certè Iurisconsulti Papinianus & Modestinus renuntiationes illas censent veras esse filiarum exhæredationes, & quotiescunque pater filiam dote contentam ab hæreditate abstinere iussit, dispositiones istas exhæredandæ filiæ causa factas videri, & genus quoddam exhæredationis cõtinere respondent [h]. Quid autem exhæredatione odiosius proponi potest, quídve tã odiosa pactione ini

[a] l. omnimodo. l. quoniam. C. de inoff. test.
[b] l. fin. §. sin autem patres. C. de curatore furiosi.
[c] l. Papin. §. si quis impubes. ff. de inoff. test.
[d] Decius consil. 616. Doctores ad d. l. pactum quod dotali. & Canonistæ ad d. cap. quamuis.
[e] l. fin. Cod. de eo, quod metus causa.
[f] l. 1. §. qui venerãda. ff. quarum rerũ actio.
[g] l. similiter. ff. quod metus causa.
[h] l. qui nolebat. ff. de hær. instit. l. emptor. §. fi. ff. de rei vendicat.

Source : BIU Cujas

ne iniquius? Disposítiones tamen eiusmodi, quæ conditiones duras adeo & iniquas continent, lex pudori paterno parcens non iniustas, sed nullas appellari voluit. Neque enim iura existimarunt à veneratione naturali alienum, iniustam & iniquam patris malè affecti voluntatem rescindi. Itaque Tectij filio infanti & Septitiæ liberis contumeliosè exhæredatis iudices his quidem maternam hæreditatem, illis autem paterna bona restitui debere crediderunt, & irritas esse voluntates eorum pronuntiauerunt, qui summa cum iniquitate parentum nomen simul & affectum abiecerant [a]. Ideóque Caius Iurisconsultus ait non esse consentiendum parentibus, qui iniuriam aduersùs liberos suos inducunt: *quod plerunque* (inquit) *faciunt malignè circa sanguinem suum inferentes iudicium* [b]. Cùm ergo parentes inæquali iudicio liberos fouent, & dum quibusdam nimio amore indulgent, cæteros velut alienos ab hæreditate sua malè affecti repellunt, tunc de parentum iudicio conqueri licitum est & honestum [c]. Hoc autem ab iis parentibus plerunque fieri solet, qui facultates suas masculis iniqua prædilectione reseruantes, filias, si fieri queat, ab omni successionis suæ emolumento excludere student: nulla quidem exhæredationis causa, sed fœminei nominis in aliam familiam transeuntis odio vel contemptu. Lex tamen nihil esse iniquius iudicauit, quàm si ex sexu discrimen vllum inter masculos & fœminas statuatur [d]. Vt & olim cùm Armeniorum lex hanc sexus differentiam statueret, & fœminas à successionibus arceret, Iustinianus constitutione sua hoc omne discrimen sustulit [e]. Immo etiam si quando viros pios & prudentes

a *Valer. Max. lib. 7. cap. 7.*

b *l. 4. ff. de inoff. test.*

c *l. si patre superstite. Co. de dole.*

d *L. Maximum vitium. C. de liberis præter.*

e *Nouella 21.*

Source : BIU Cujas

tes de rebus suis maturo iudicio disposuisse historia sacra refert, videmus filias non minus quã masculos ad successionem vocari. Sic enim Iob vir iustus dicitur filias speciosas & forma præstantes habuisse. Addit historia sacra, *Dedítque eis pater suus hæreditatem inter fratres earum*[a]. Sic & Attico iure cùm ex Solonis lege non liceret ei, qui filios habebat liberè de rebus suis disponere, Demosthenes id quod lex de filiis dixerat, ad filias quoque produci debere contendit: quasi non minus æquum sit parentes in filiarum, quàm in filiorum fauorem bona sua liberis reseruare [b]. D. Augustinus de lege Voconia, *Inter secundum & postremum bellum Carthaginense lata est etiam illa lex Voconia, ne quis hæredem fœminam faceret, nec vnicã filiam: qua lege quid iniquius dici aut cogitari possit ignoro* [c]. Mulieres vllo sexus sui odio vexari & vrgeri acerbum est. Quin & eas diuinus Plato in Republica sua ad publica negotia tractanda admitti voluit. Vt & Germani, rudes licèt & olim barbari, magna tamen veneratione mulieres prosequi solebant. Hæc sunt Cornelij Taciti verba, *Memoriæ proditur quasdam acies inclinatas iam & labantes à fœminis restitutas constantia precum, & obiectu pectorum, & monstrata cominus captiuitate, quam longè impatientius fœminarum suarum nomine timent: Adeò vt efficatius obligentur animi ciuitatum, quibus inter obsides puellæ quoque nobiles imperantur. Inesse quinetiam sanctum aliquid & prouidum putant, nec aut consilia earum aspernantur, aut responsa negligunt* [d]. Apud Lacedæmonios consilia & authoritatem mulierum magni fuisse momenti testatur Plutarchus [e]. Iustinianus Theodoræ iudicio fœliciter & frequenter vsum se in publicis

[a] Iob. cap. vltimo.

[b] Demosthenes aduersùs Stephanum.

[c] D. Aug. li. 3. ca. 21. de ciuitate Dei.

[d] Tacitus de moribus Germanorum.

[e] Plutarc. in comparat. Numæ & Lycurgi.

Source : BIU Cujas

in publicis consiliis refert & gloriatur [a]. Deos Consentes antiquitas duodecim finxit, sex mares & sex fœminas, quibus præcipuis consiliariis Iupiter vti credebatur. Quin & olim in Gallia quantus apud maiores nostros fœminis honos haberi soleret, hoc vnum satis testatur, quòd cùm fœdus inter Annibalem & Gallos sanciretur, conuenit, vt si quæ inter eos dissidia aut contentiones siue super fœderis interpretatione seu alia de causa orirentur, haberent mulieres Gallas iudices & arbitras controuersiarum [b]. Nos tamen degeneres & auita maiorum gloria indigni, muliebre genus iniqua conditione vexamus, fœminas à parentum successionibus iniusta ac legibus reprobata pactione repellentes, quarum tamẽ fragilitatem legitimo potius & ampliore patrimonij subsidio sustentari & subleuari conueniens esset.

a In auth. vt iudices sine quoque suffragio. §. hæc autem omnia.

b Plutarc. Tumultu apud.

*PRO FILIIS MASCVLIS.* Quemadmodum olim philosophorum quidam suas habebant κυρίας δόξας, ratas sententias, quas controuertere & à quibus abscedere non licebat: Sic & apud nos sunt quædã ciuilis Frãcorũ iuris axiomata, quæ disputatione cõtrouersa in dubium reuocare nefas est. Sunt & Forenses regulæ, vetusta Senatusconsultorum authoritate sanctæ, quas si quis in palatio inficietur, aut in Senatu disputet, ignarus iuris nostri & in ciuitate sua planè peregrinus meritò habeatur. Constat autẽ apud nos filiarũ renũtiationes semper & vsu nostro admissas, & plerisque Senatus præiudiciis cõprobatas fuisse. Atq; ideo quæstionẽ hanc non Romanis legibus decidi oportet, sed iure nostro, quo generaliter pactiones omnes tabulis nuptialib. appositas firmiter ac precisè obseruamus.

Renuntiationes

Source : BIU Cujas

Renuntiationes autem istæ communi omnium iuris nostri Doctorum sententia validæ ac legitimæ asseruntur[a]. Nec mirum si maiores nostri diuerso à Romanis iure filias à futuris hæreditatibus facilè excludi voluerint. Romani Reipublicę ac democratiæ studiosi, familiarem conseruationem & nominis seriem ac dignitatem nonnihil, sed leuiter æstimabant. Nos autem monarchiæ Francicæ vim & robur, ac regalis potentiæ firmamentum ex illustri nobilium familiarum dignitate reputauimus. Dignitas autem illa vix est vt retineri possit, si non ampla familiarum patrimonia, & antiqua auitáque bona vno cumulo filiis, nepotibus, ac posteris masculis reseruentur. Filiæ in alienam familiam transeunt: Mulier familiæ suę & caput & finis est[b], Euripides, γυνὴ γὰρ οἴκων εἰσὶ παῖδες ἄρρενες[c]. Itaque si quid filiæ ex bonorum paternorũ diuisione consequantur, id omne familiæ, ex qua exeunt, diminutio est, clades, & intertrimentum. Vt non malè Terentianus ille Syrus damno auctũ fuisse herũ dixerit, cui filia nata & seruata nuntiabatur[d]. Itaque non sine magna ratione renuntiationes filiarum, dummodo aliquo accepto fiant, legitimas haberi voluimus: Idque non modò inter nobiles, sed & inter plebeios quoque locum habere multis arrestis Senatus iudicauit. Renuntiationes autem tum demum habentur legitimæ, quoties futuræ & obuenturę parentum successioni filia tabulis nuptialibus renuntiat. Quòd si de successione quęsita pactio ineatur, nulla est renuntiatio. Hinc quæsitum est, quid in ea facti specie dicendum. Filia in contractu matrimonij successioni patris tunc viui renuntiauerat. Pater inito contractu matri

a Guido Pape qu. 105. Aufrerius quæ. 452. Boerius decisione 204. Masuerius in tit. de succeff. & tit. de sor. §. itẽ licèt Doctores. ad d.l. pactũ quod dotali. & l. fin. Cod. de pactis. & §. filij nati. tit. si de feudo defuncti contentio sit, lib. 2. feudorũ. b l. 195. pronunciatio, in fin. ff. de verb. significat. c Euripides in Iphigenia. d Terent. Heautontim. act. 4. Scena 1.

Source : BIU Cujas

matrimonij, nuptiis tamen nondum celebratis, neque vxore in domum mariti deducta decesserat. Dubio & controuerso iure quærebatur, an renuntiatio facta obstaret, quominus filia ad hæreditatem paternam admitti deberet. Atque in ea quæstione Senatus iudicauit æquum esse filiam non ideò minus ad paterna bona admitti [a]. Non alia ratione, quàm quia ipso nuptiarum & consummati coniugij tempore delata iam erat & acquisita patris successio. Tabulæ autem nuptiales ad tẽpus consummati matrimonij referri debent. Quin & in hac renuntiationum materia alia facti species dubiam excitauit in foro controuersiam. Filia vno eodémque matrimonij contractu, tam matris defunctæ successioni, quàm obuenturæ viui patris hæreditati, acceptis centum, renuntiat. De renuntiatione an legitima esset, & an vtriusque successionis ratione valeret quæsitum est. Et quidem respectu maternæ hæreditatis, quippe quæ iã tũc obuenerat & ipsius matrimonij tẽpore quæsita erat, nullam esse renuntiationem à filia factã cõstabat. Sed an paternæ hæreditatis contẽplatione valeret dubitabatur. Forensi adhibita distinctione quæstio hæc arrestis iudicata ac decisa fuit. Nam renuntiatio fieri solet pretio dotis aut vnico, aut in singulas hæreditates distributo. Distributũ in singulas hæreditates precium intelligimus, cùm filia renuntiauit acceptis centum, & adiecta hac distributione 50. pro paterna hæreditate, & 50. pro successione materna. Nam hoc posteriore casu renuntiatio valet, sed eius tantùm successionis respectu, quæ obuentura est. At verò illius hæreditatis respectu, quę iam tum quæsita erat, nulla est & rescinditur. At-

[a] Par arrest que i'ay ouy dire auoir esté prononcé en robbe rouge le 23. Decembre 1569. au profit de M. Antoine Forget Procureur du Roy à Rion.



Source : BIU Cujas

a Par arrest du 15. May 1592. entre Denyse Baptiste appellant, & Louys Baptiste intimé. Tauois escrit au procez.

que hoc ita à Senatu iudicatum fuisse constat a. Alio autem casu quo renuntiatio facta est vnico tãtùm & confuso precio, hæc facti species in Senatu controuertebatur. Pater, qui vxore mortua filiq & cæterorum liberorum tutor erat, filiam collocat dicta dote mille aureorum, eodémque matrimonij contractu filia tam defunctæ matriś hæreditati, quæ iam tùm acquisita erat, quàm obuenturæ viui patris successioni renuntiat. Masculi hæredes sororem ad maternam successionem admitti cõsentiebãt restitutis 500. aureis. At ex regula prædicti arresti renũtiationem paternæ successioni factam valere asserebant, non minùs, quàm si separatim & diuiso precio acceptis 500. aureis facta esset, quia cùm partes dictæ non sunt, æquales censentur b. Itaque dotem mille aureorum ita æstimari

b l. si non fuerint. ff. pro socio.

volebãt vt dimidia in paternam, altera pars in maternam successionem imputari deberet. Contrà autem filia asserebat oportere renuntiationem non vnius tantùm, sed & vtriusque successionis respectu rescindi. De materna successione, quæ renũtiationis tempore quæsita fuit, dubitandi locus non erat. Quod autem ad paternã hæreditatem attinebat, his rationibus filia nitebatur. Renuntiationes, nisi aliquo dato & accepto fiant, legitimas nõ esse. In ea autem facti specie filia bona materna plusquàm mille aureorum valorẽ excedere affirmabat, vt cùm mille aureos pater in dotem dedit, nihil ex suo præstitisse censeri debeat. Deinde pater filiæ tutor erat & rationibus reddendis obnoxius, vt si quid dotis nomine dedit, id omne in rationes tutelæ imputari deberet, siquidem administrationis nomine pater debitor erat, & in debiti exolutionem

Source : BIU Cujas

nẽ præstitisse dotem censendus est[a]. Itaque Senatus in ea controuersia iudicauit vtriusque tam paternæ quàm maternæ successionis respectu nullã esse renuntiationem[b]. Hæc omnia & controuersos istos casus adiecta Senatusconsultorum authoritate proponi conueniens fuit, vt constaret renũtiationes filiarum tabulis nuptialibus factas legitimas à Senatu iudicari & quocũque casu validas. Quin & renuntiationes eas probari, quæ futuris hæreditatibus, non autem eas quæ iã quæsitis successionibus fiunt. In futuris incertitudo multa est: in quæsitis nulla. Itaque in hac aduersùs filiã cõtentione nihil est controuersa disputatione dignũ, nisi vt hęc duo refellamus, minoris ætatis fauorẽ, & læsionem immodicã. Filia enim conqueritur dotem sibi à defuncto patre assignatã minus legitima naturali iure debita cõtinere. Equidẽ si Romani iuris subtilitates scrupulosè inquirimus, constat nullo casu, feudotis datione seu alio vllo paterno iudicio, legitimæ præiudiciũ fieri posse[c]. Atque ideò in illis huius regni Curiis, in quibus prouinciales iuri scripto & Romanarũ legũ necessitati sese subiecerũt, licèt ex vsu regni renũtiationes istas admittãt, tamẽ si minus legitima solutũ sit, legitimæ supplemẽtũ deberi volunt[d]. Sed in hoc nostro Parisiẽsi Senatu ne legitimæ supplemẽti petitio admittitur, nec petita in integrũ restitutione renuntiatio ista impugnari & controuerti potest[e]. Sed ne sola rerũ iudicatarũ authoritate nitamur, etiã ipsas rationes exqramus, quibus motus Senatus tot arrestis renũtiationes ratas esse iussit, & aduersùs minoris ætatis restitutionẽ, & aduersùs legitimæ supplemẽti petitionẽ. Primùm ipsa patris præsẽtia omnẽmetus, lesio

a *l. 1. & 2. & l. cũ ex pluribus. ff. de solut. l. si duos. ff. de contrah. empt. l. si duos. ff. de euict. l. pater filium. ff. ad leg. falcidiam.*

b L'arrest de la Cour est recité par Nicolaus Valla *lib. de rebus dubiis, tractatu 19. pag. 280. & 281.*

c *l. omnimodo. §. repletionem. C. de inoffic. test.*

d Boerius *decis. 62.*

e Carolus Molinæus *consil. 55.*



Source : BIU Cujas

a l. transactionem. C. de transact. l. ff. de his qui per metum iudicis. l. penult. & fin. C. de sponsalibus. b l. fideiusfor. §. pater Seij. ff. de fideiussor. c l. finali. de curatore furiosi. d l. §. si parens. ff. si à parente quis manumiss. e l quoties famil. ercis. f l. cum quo. §. vlt. in fi. ff. ad leg. falcid. g l. cùm apud veteres. C. qui & aduersus quos in integ. rest.

nis, ac circumuentionis suspicionem excludit a. Paterna pietas fouere filiam, non autem lædere præsumi debet. Tantum abest vt patris præsentia vllã damni & iacturæ occasionem dedisse, aut metum vllum iniecisse existimetur b. Immò hæc est frequens legis præsumptio, patrem optimè liberis cõsulere c. *Si filius emancipatus* (inquit Iurisconsultus) *in patrem quantum satis est contulit, ne iudicium eius inquietet, exceptione doli repelletur* d. Hoc si in filij voluntate lex voluit, quantò potiùs paternæ dispositioni parere filiam æquum est, cùm nullus alius dicatur iustior familiæ erciscundæ arbiter quàm ipse pater e? Laudanda autem voluntas eius qui vius voluit hæredi futuro prouidere f. Obiicitur ætas, & filia minorem se fuisse allegat. Sed cùm pater sit naturalis & legitimus filiæ tutor, quid iuuat ætatem spectari, siquidem eorum omnium actuũ, qui cum patre ineuntur, nulla potest aut debet à filiis peti restitutio? Paterna enim reuerentia omnem restitutionis spem excludit g. Deinde ætas sola non sufficit ad restitutionem, Neque enim (ait lex) minor restituitur, quia minor, sed quia læsus. Videndum est ergo an vlla legitima læsionis querela deduci in iudicium à Seia filia possit. Primùm hoc proponi conueniens est, legum conditores, quotquot prudentia & iudicio claruerunt, mulieres ad modestiam morũmque simplicitatem & sanctimoniam ista seueritatis regula reducendas credidisse, vt neque opibus abundarent, neque grãdes & immensas pecunias dotis nomine acciperent. Mulierum impotens natura opum lasciuia & diuitiarum luxurie irritanda nõ est. Itaque Romæ Voconia lege, quæ à L. Voconio tribuno plebis, suadente Catone

Source : BIU Cujas

tone Cẽsore lata est, vetabatur, ne quis mulierem, etsi ea filia esset, supra quadrantem faceret hæredem [a]. Mulieres faciliùs in mediocri fortuna antiquam frugalitatem morúmque integritatem retinent. Quintilianus de lege Voconia, *Quid putas voluisse legislatorem, cùm hoc ius constitueret, ne fœminæ nimias opes possiderent, ne potentia earum ciuitas premeretur* [b]. Seneca, *Omnes vxores diuites seruitutem exigunt: Crede mihi, volet in suis regnare diuitiis.* Addit Seneca, *Insolens malum est beata vxor. Cùm immensum pondus auri orba attulerit, cùm pecunia arcas nostras onerauerit, quid aliud quàm beatæ seruiemus* [c]? De Indorum nuptiis Arrianus agens, γαμίσκει δὲ (inquit) ἔτε τι διδόντες ἔτε λαμβάνοντες [d]. Lycurgum quidam tradunt dotium opulentiam reiecisse [e]. Aristoteles tamen Lacedæmonios improbat & reprehendit, qui & dotibus magnis, & donationibus continuis, & hæredum institutionibus mulieres locupletarent [f]. Lege diuina filię extantibus masculis non succedebant [g]. Solon Athenis magnas & opulentas dotes dici prohibuerat, munera tamen aliqua, sed modica fieri permittens: siquidem matrimonia non precio vel mercede, sed mutua coniugũ beneuolentia iniri honestius existimabat [h]. Cùm Athenienses Antonium Liberum patrem salutassent, & ei Mineruam suam desponderent: ille dotis nomine imperauit mille talenta: Tùm ex Græculis quidã dixit, Κύριε, ὁ Ζεὺς τὴν μητέρα σὰ Σεμέλην, ἄπροικον ἔσχε. Tacitus de moribus Germanorum, *Interfunt* (inquit) *parentes & propinqui ac munera probant. Munera non ad delicias muliebres quæsita, nec quibus noua nupta comatur, sed boues, & frenatum equum, & scutum cum framea gladióque. In hæc munera vxor*

a Cicero *l. 2. de finibus, & 3. in Verrem.* Dio. *lib. 52.* D. Aug. *li. 3. de ciuit. Dei.* Liuius *lib. 41.*

b Quintil. *decl. 264.*

c Seneca *lib. 1. controu. 6.*

d Arrianus *in libro rerum Indic.*

e Ælianus *de varia historia li. 6. cap. 6.*

f Aristo. *l. 2. Polit. cap. 7.*

g Numer. *cap. 27. Iosuæ ca. 17.*

h Plutarc. *in Solone.*

i Seneca *li. 1. suasoriarum in fi.*



Source : BIU Cujas

accipitur. Hoc maximum vinculum, hæc arcana sacra, hos coniugales deos arbitrantur [a]. Olim Massiliæ dotis centum aureorum summam excedere non licebat [b]. Apulcius eleganter, *Virgo formosa, etsi sit oppidò pauper, tamen abundè dotata est. Affert quippe ad maritum nouum animi indolem, pulchritudinis gratiam, flo-ris rudimentum* [c]. Plato apta & subtili ratione ostendit dotium moderationem omnibus commodam communi vtilitate prodesse. Nã si quis vel indotatam, vel modicè dotatam vxorem accipit: ille vicissim aut sororum frater, aut filiarum parens est, quas vt in matrimonio collocet, nulli aut moderati sumptus requirentur: atque ita patrimono integro & illibato perfruetur: & hoc est quod Plato ait, ἴσα ἀντὶ ἴσων γίνεσθαι τῷ μήτε λαμβάνοντι μήτε διδόντι χρήματα εἰς προῖκα [d]. Deinde quid est aliud quod importuna petitione, filia aut fœlicius exoptare, aut commodius à patre flagitare possit, quàm vt in viri amplexus fausto nuptiarum omine deducatur? Pater id filiæ Seiæ præstitit. Quid illa adeò de dotis magnitudine solicita est, siquidem pater ei virum probis moribus & facultatibus idoneis elegit? Neque enim fieri verisimile potest patrẽ ita malè affectum, vt velit generum sibi ascisscere pauperem & minus idoneum, non alia ratione inductus, quàm vt dotis modicitatem lucrifaciat. Plato filiæ, quæ est viro despõsata, nihil vult à patre relinqui [e]. Sed etsi omnes istæ æquitatis regulæ cessent, ac stricto iure quæstionis huius merita expendantur: dicendum est nec læsionem qualemcunque attendi debere, nec legitimę querelam proponi æquum esse. Idque non alia quàm incertitudinis ac dubij euentus consideratione. Constat enim pactiones omnes

a Tacitus de moribus Germanorum.
b Strabo li. 4. Geograph.
c Apuleius Apolog. 2.
d Plato li. 6. de legibus.
e Plato li. 11. de legibus.

Source : BIU Cujas

omnes quæcunque tam iacturæ, quàm lucri incertitudinem continent, firmissimo iure valere, nec vllo læsionis prætextu impugnari posse a. At verò eam dotem quæ adiecta renuntiationis conuentione datur, possumus aptè cum Vlpiano pretium omittendæ hæreditatis vocare b: hæreditatis (inquã) non quæsitę, sed obuenturę, cuius spes dubiam & incertam habet commoditatis & lucri expectationem. Multa enim post dotis constitutæ solutionem contingere possunt, quę paternas diuitias & facultates aut diminuant aut in totum euertant. Seneca, *Quæ sunt diuitiæ, quàs non egestas, & fames, & mendicitas à tergo sequatur* c? Ammianus Marcellinus versatiles describens fortunę motus, qui ludunt mortalitatem, plerosque memorat quos refert *nunc in sydera erectos, nunc ad Cocyti profunda mersos* d. Si idoneus subitò lapsus sit (inquit Iurisconsultus e.) Testatur Plinius eum, qui Romæ primus accepit Diuitis cognomen, decoxisse creditoribus suis f. Leuis est fortuna, citò reposcit quod dedit. *Omnis* (inquit Seneca) *instabilis & incerta fœlicitas est. Quis crederet iacentem supra crepidinem Marium aut fuisse Consulem aut futurum? Quid non timẽdum fœlicibus putas, quid desperandum infœlicibus* g? Seia patrem habuit, cuius facultates vt augeri, ita & diminui potuerunt. Quis non quotidie frequentes euenire casus cernit, quibus diuites plerique ad mendicitatem citò reducantur? Nullę sunt mercatoris opes, quas non tẽpestas & maris infidi æstus vnico naufragio absorbere, aut incendium aliúsve fortuit⁹ cas⁹ perdere statim & ex improuiso queat. Potuit Titius pater, aut amoris lasciui illecebris captus bona meretrici donare, aut prodigo & lu-

a L. de ff. deicomiss. so. C. de transact. l. si pater puellæ. C. de inoff. testam. l. si ea lege. C. de vsuris.

b L. fuit quæstionis ff. de acq. & omitt. hæred.

c Seneca lib. de tranquill. lit. animi cap 12.

d Ammian. Marcellinus li. 14. in fin.

e L. etiã. ff. de admi. tut.

f Plinius li. 33. c. 10.

g Seneca lib. 1. cons. trou. 1.



Source : BIU Cujas

xurioso sumptu opes dilapidare. Potuit etiam vel sponsione aliqua & fideiussione irretitus miserabilem ex aliena culpa bonorum distractionem pati, vel crimen committere, cuius pœna adiunctam habeat bonorum confiscationē. Diuus Hieronymus piè & eleganter, *Dives quondam dominus & ditior pater* (inquit) *subitò orbus & nudus est* [a]. Salustius, *Diuitiarum & formæ gloria fluxa & fragilis est* [b]. Seneca, *Tot diuitum subita paupertas in oculos incidit, & nobis nunquam in mentem venit nostras quoque opes æquè in lubrico positas* [c]. *Ille Cræsus* (inquit Seneca) *inter reges opulentissimus ad tormenta post tergum vinctis manibus ductus est* [d]. *Mutuantur vices fœlicitatis humanæ. Ludit de suis fortuna muneribus: Et quæ dedit aufert, & quæ abstulit reddit* [e]. Proponamus itaque post Seiæ nuptias defunctum patrem aduersa minúsque prospera fortuna vsum, & in mendicitatis angustias coniectum: Filia dote semel accepta & irreuocabiliter quæsita frueretur, ipsa ab omni periculo immunis nullíque restitutioni aut collationi obnoxia [f]. Si quid fœlicius contigit, æquum est, quod ait Imperator, industriam & euentum meliorem cæteris liberis prodesse, non ei quæ contrarium non fuisset postulatura, si quid secus euenisset [g]. Itaque sicut incerti & aduersi casus dotem semel aliquando constitutam & solutam neque afficiunt, neque diminuunt: sic nec etiam vel læsionis ratio, vel legitimæ æstimatio ex prospero facultatum successu attendi debet: Sed ex patris benè affecti & benè consulti voluntate omnia legitimè & maturo iudicio transacta censeri oportet.

*SENATVS* renuntiationem Seiæ nulla habita vel minoris ætatis vel læsionis cōsideratione firmam

a D.Hier. ad Iulianum li. 2. epist. 12.
b Salust. in Catilin.
c Seneca in consolat. ad Martiam ca. 9.
d Seneca lib. 2. contro. 1.
e Seneca lib. 5. contro. 1.
f l. fin. ff. de dotis collat. l. filiæ dote. C. eo. tit.
g l. penul. C. de solut.

Source : BIU Cujas

firmam ratámque esse voluit [a].

a Arrest prononcé en robbe rouge par feu Monsieur le premier president de Thou. le 22. de Decebr. 1576. ledit Arr. entre Antoine Theueneau appellãt, & Huguette Theueneau inthimee.

*Filiâ per renuntiationem exclusâ & præmortuâ, an nepos ex ea filia ad successionem aui admittatur.*

## CAP. V.

SVPERIORI controuersiæ succedit alia non absimilis quæstio. Meuia in contractu matrimonij futuræ patris Titij successioni renunciauit. Ea viuo adhuc & superstite Titio patre præmoritur. Seius Titij ex Meuia nepos ad successionem aui admitti postulat.

*PRO SEIO.* Renuntiationes filiarum tabulis nuptialibus factas valere Pontificiis quidem constitutionibus sancitum est: Sed ita demum si iuramento cõfirmentur [b]. Sed quemadmodum personale est iusiurandum, vt nec ad hæredes transeat, neque eius qui iurauit personam egrediatur [c]: sic etiam renuntiatio censeri personalis debet. Quinetiam iniquum esset nepotes patris matrisve facto ea amittere quæ aliunde consequi, aut ex persona sua habere possunt [d]. Vnde si pater Senator dignitatem suam amittat, non tamen filius ex patre olim Senatore natus, ea dignitatis prærogatiua priuabitur [e]. Itaque renuntiatio, quæ defunctæ matri Meuiæ obstaret, Seio obiici non potest. Nam statim ab eo tempore quo mater decessit, matris præmortuæ gradum subintrauit. Vt quidem constat nepotes & ex lege Velleia iura suitatis nancisci, & ex Aquiliana formula instituendos esse [f]. Non er-

b *In c. quãuis de pact. in 6.*

c *l. 3. §. plures. ff. de iureiur. Innocent. in cap. veritatis extr. de iureiur.*

d *l. si arrogato de adopt.*

e *l. emancipatiũ. §. vlt. ff. de Senat.*

f *l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de liberis & posth. l. posthumorũ. ff. de inst. rupto & irrito testam.*



Source : BIU Cujas

go aut matris, quæ renuntiauit, incapacitas, aut aliud vllum impedimentum ex matris facto vel persona procedēs nepoti obiici potest [a]. Maximè cùm Meuia præmortua fuerit, relicto superstite Titio, de cuius bonis & successione agitur. Hæc enim cōsideratio in istis ac similibus quæstionibus apud Iurisconsultos magni habetur momēti [b]. Nepotes enim quos mater superstites relinquit, auo & agnascuntur & succedunt: Idque suo iure, non inspecta persona matris eiusve renuntiatione [c]. Atque ideò nepos filij locum subintrat, & ex persona sua ad querelam vocatur [d]. Hinc est quòd nepotem abauitis bonis ex persona matris repelli non debere Diui fratres rescripserunt [e]. Idque vt exemplo confirmemus: Exhæredatio non minus filiam exheredemà successione repellit, quàm renuntiatio filiam, quę renuntiauit, excludit. Quin & exhæredatio notam aliquam apud bonos & graues posteritati inurit: Et tamen constat nepotē ex matris exhæredatione non repelli [f]. Hoc ergo renuntiatio multo minus efficere potest [g]. Neque enim personæ, sed gradus repræsentatio fit. Seius quidem materne hęreditati renuntiauit, nec ex defunctæ facto conueniri potest: Sed tamen quia aliquid defuncta mater in dotem acceperat, ne inter cohæredes videatur inæqualitas vlla induci, paratus est Seius tantundem restituere aut conferre, quantum defunctæ matri dotis nomine datum solutúmque constabit.

*CONTRA NEPOTEM.* Renuntiationem Meuiæ, ac generaliter quasvis filiarum renuntiationes tabulis dotalibus expressas valere & legitimas censeri indubitati iuris est. Dos autem

[a] *L. si qua pœna. ff. de his qui sūt sui vel al. iuris. l. si ne cē. §. si deportatus. ff. de bonis liber. l. 1. §. filiū. ff. de bon. poss. cōtra tab.*

[b] *l. si quis posthumos. §. si filiū. ff. de li. & posthum.*

[c] *Bart. & alij in l. qui super. stitis. ff. de acq. hered.*

[d] *l. si is qui. ff. de inoffi. testa. l. 1. §. si pater. ff. de conitug. cū emanc. liberis.*

[e] *l. diui fratres. ff. de iure patron.*

[f] *l. si ex patron. ff. de bonis libe. l. 3. §. si emancipatus. ff. de bono. poss. cōtra tab.*

[g] *l. si operarū. ff. de bonis libe.*

Source : BIU Cujas

autem, simulatque data vel promissa est, existimari debet subire vicem portionis hæreditariæ, quam naturali & legitimo iure filia in successione paterna consequi debuisset. At verò si posthabita maternæ renuntiationis obligatione, Seius ad bona & successionis ius admitteretur: fieret vt & Meuia mater dotis nomine pretium omittendæ hæreditatis olim referret, & ex eadem successione Seius filius matrem repræsentans portionem hæreditariam nihilominus consequeretur. Itaque, vnius vice duo portionem quisque hæreditariam in eadem vnius successione haberẽt. Sicut ergo ea, quę ne hęres esset pecuniã accepit, nihil ex hæreditate consequi debet [a]: sic eadem ratione æquum est nepotem repelli, cùm certissimi iuris sit nepotes non melioris esse conditionis quàm ipsi filij censeantur [b]. Vt & generaliter qui in alterius ius succedit, eodem iure, quo & defunctus, vti debet [c]. Quinetiam prima renuntiationum origo inde potissimùm processit, vt bona masculis & familiæ conseruentur. At nepos ex filia non minùs quàm ipsa filia, extra nomen & extra familiam est. Lex ad successionem proximiores secũdùm gradus vocat, vt qui prior est gradu, cæteris præferatur [d]. Hic autem graduum ordo requirit, vt liberi qui primum gradum occupant, excludant nepotes qui remotiores sunt. Neque enim aliter quàm iure repræsentationis nepos matris locum subintrare potest. Itaque cùm ipsa Meuia, si viueret, repelli deberet: quantò magis Seius qui ex radice infecta procedens, exclusam matrem in auita successione repręsentare vult? Nam quotiescunque parens aut tempore aut conuentione aliqua ab inofficiosi querela excluditur,

a *l. fuit qu. ff. de acq. hær. l. licèt. ff. si quis omissa caus. test.*

b *l. si viua matre. C. de bonis maternis.*

c *l. qui quadringẽta. ver. nã hære. ff. ad SC. Treb.*

d *L. pater filium. ff. de inoff. test.*

tur, filius ad eam admitti non debet 2. Obiicit Se-
ius nepotes iure suo ad aui successionem venire.
Hoc licèt fateamur, constat tamen in constituen-
do succedendi iure haberi rationem matris, cuius
aut persona aut ius repræsentatur: Neque enim ma-
tris excluſæ filius, censetur legitimus ac genuinus
fructus eius arboris vnde mater excidit, & cũ ma-
ter videatur succisa à successionis stipite, neque
ampliùs inter eos, qui de familia sunt, radices agat,
palmes, qui ex ea vite succrescit, in legitimam ex-
clusionis illius consequentiam eodem iure reiici
debere meritò videtur. Nam sublata aut excluſa
media illa persona, per quam & cuius respectu re-
præsentatio fit, non potest sequens persona admit-
ti b. Atque vt asserunt iuris interpretes, successio
non fit per saltum, sed ordo personarum & graduũ
spectari & attendi in successionibus debet. Imò
statim atque cohæredum aliquis hæreditati renun-
tiauit, renuntiantis portio cæteris ipso iure accre-
scit c. Itaque excluſa Meuia vniuersa Titij hæredi-
tas cæteris fratribus cessit, illíque tum ex defuncti
mente, tum ex legis dispositione destinata est. Seius
autem siue matris hæres est, siue non hæres ab aui
successione repellendus est. Nam si hæres est, iudi-
cium defunctæ, eiúsque renuntiationem euertere
& oppugnare non potest d. Quòd si Seium hæredi-
tati maternæ renuntiasse proponamus, tantò ma-
gis repelli eum ab aui successione conueniens est.
Sic filium repudiata patris hæreditate si feudum
petat, repelli iura volunt e. Sic etiam Iustinianus fi-
lij portionem non aliter nepoti tribuit, quàm si de-
functi patris hæreditatem adire velit f. Sed & si le-
gitima ratione hoc omne expendamus, quis non
videt

a L. *si quis filium. C. de inoff. test.*

b *arg. l. memin. Co. de legitimis hæred. & arg. l. qui stella. §. in rusticis. ff. de seruit. rusti. præd. cl. 1. §. assignare circa f. ff. de assignat. liber. & L. si tertius. §. vlt. ff. de aqua pluuia. arc. l. eũ à matre. Cod. de rei vend. l. stipulatio ista. §. 1. ff. de ver. obl.*

c *ex. vnico. ti an agnatus vel filius lib. 2. feud.*

f *Nouella 22. de nup. §. soluto, & § sequente*

Source : BIU Cujas

videt repudiationem Seij fraudem esse ac meram subtilitatem, quæ tamen non id potest vt & graduum in successionibus ordinem tollat, & ea, quæ sãguinis sunt, confundat & euertat? Quis verò negauerit repræsentationem etsi legis fictione inducatur, tamen ex iure sanguinis procedere? Exclusa autem matre quis non esse iniquum iudicauerit, filium, qui ex infecta radice procedit, admitti ad aui successionem, cuius omittendæ precium defuncta mater accepit?

*SENATVS* Seium nepotem à successione Titij aui excludendum & repellendum iudicauit [a].

*NON* absimilis neque alieno loco hîc adiicietur alia quæstio ab eodem Senatu iudicata. Meuia eiúsque filius Seius in centum aureos obligati erant Titio. Sed licèt correi debendi obligati essent in solidum: tamen verè Seius solus erat debitor, & Meuia mater, secutitatis ergò, obligationi accesserat. Decessit Seius non exoluto ære alieno. Meuia post filij obitum illos centum aureos creditori soluere cogitur. Moriens Meuia hæredes duos filios & Sempronium ex Seio nepotem relinquit. Sempronius ab hæreditate patris Seij abstinuerat. Quærebatur an Sempronius collationis iure illos centum aureos cohæredibus præstare teneretur. Neque enim dubium erat, quin Sempronius, etsi paternam ipse hæreditatem repudiasset, tamen iure suo & ex persona sua ad aui successionem admitti deberet [b].

[a] Arr. donné le 5. Auril, 1569. entre Gaspard Gascon appellãt, & Iean & Anthoine d'Aillety inthimés.

DICEBAT SEMPRONIVS in collationem ea tantùm venire, quæ profectitia filius accepisset, & si quid mater futuræ successionis intuitu

[b] *L. fin. C. vnde lib. l. scripto. ff. eod. tit.*

Source : BIU Cujas

tuitu dediſſet. At ea centum Seius à matre neque tanquam hęres, nec tanquam filius, nec donationis titulo acceperat. Eorum ratione Meuia filij creditrix erat. Sempronius autem, vt æs alienum patris lueret, nulla actione cogi poterat. Lege quidem Rhodia filius etiam paternæ hæreditati renuntians debita paterna exoluere tenebatur[a]. Hoc noſtro iure non cauetur. Plinius Caluinam hortatur, vt patris hæreditatem adeat, quo famam defuncti pudoremque ſuſciperet: ſed hoc, dimiſſo à creditoribus ære alieno, faciendũ monet [b]. COHÆREDES dicebant Sempronium a omnia conferre ac præſtare teneri, quæcunque Meuia filij Seij contemplatione, aut eius occaſione, qualicunque iure, & quocunque reſpectu exoluiſſet. Atque ita Senatus aduersùs Sempronium iudicauit [c].

a Sextus Empiricus lib. 1. Pyrr.

b Plinius li. 2. epi. 4.

c Arr. dõné entre Ieã Guil. Ioteau & Frãçoiſe Boullard ſa femme appell. & Marin Rouzay cõſors, & Inthimés, le 28. de Iuin 1591.

## An mulieres ad debiti ſolutionem prehenſione & carceris tædio compelli poſſint.

## CAP. VI.

CONSTITVTIONE Regia cauetur debitores, ſi intra quatuor menſes à die condemnationis debitum non exoluerint, & iudicato non ſatisfecerint, poſſe in carcerem coniici & carceris tædio ad debiti ſolutionem compelli. Meuia, quæ defuncti Seij vidua erat, viuente marito ſimul cum eo in quatuor mille aureos ſe obligauerat. Defuncto Seio Meuia debitam pecuniæ quantitatem exoluere damnata eſt, & ni intra quatuor menſes iudicatum ſoluat, iudex non modò

Source : BIU Cujas

modò bona distrahi, sed & ipsam mulierem præhendi & in carcerē coniici permisit. Appellat Meuia, & constitutionis odiosę seueritatem atque prehensionis rigorem aduersùs mulieres exerceri durum & indecens esse dicebat.

*PRO MEVIA.* Creditorum acerbitatem tunc & iniquam censeri par est, & velut nimis atrocem damnari conuenit, cùm illi non in bona tantùm, sed & in ipsa debitorū corpora sæuire præsumunt. Lex 12. tabularum barbaram & inhumanam debitorum sectionem Romæ induxerat: qua crudelitatē nihil immitius, nihil sæuius, nec magis horrendum. Neque enim vlla vnquam constitutio tam immani feritate reperitur, nisi fortè crudelitatem Valētiniani memorare velimus, qui vbi debitorem aliquem egestate obstrictum nec soluere nec æs alienum luere referebatur, interfici debere pronuntiabat [a]. At verò illa tam atrox legis 12. tabularum sæuitia tanto omnium odio Romæ reiecta est, vt barbara illa corporum sectione neminem vnquam vsum fuisse Gellius testetur [b]. Quippe & inhumana adeò & à ratione naturali aliena est, vt verisimile sit sectionem illam ne ipsa quidem 12. tabularum aut alia vlla lege vnquam fuisse introductam. Conuenientius fuerit hæc verba legis 12. tabularum, *partes secanto*; non ad corporis, sed ad bonorum sectionem referre: Vt quoties plures essent creditores debitoris qui soluendo non erat, & bona inter eos partiri & secari oporteret, & vnumquemque creditorum partem pro rata debiti consequi. Sic enim Seneca, *Si debitor* (inquit) *foro cesserit, portionem feram* [c]. Vt & Iustinianus debitoris res officio iudicis partiri oportere dixit [d].

a *Ammi Marcell. l. 27.*

b *Gellius lib. 20. c. 1.*

c *Seneca li. 4. de beneficiis, c. 39.*

d *l. fin. Co. qui bonis cedere possunt.*

Quod

Quod lex 12. tabularum partes secare, Iustinianus partiri, Seneca portionem ferre, Vlpianus dixit in portionem vocari [a]. Accusatores sub Imperatoribus sectores appellabantur, quia partem bonorum rei, si damnatus esset, consequebantur. Itaque non absurdè secandi verbum ad bonorum diuisionem referre possumus, vt hæc verba, *partes secanto*, de bonorum potius, quàm corporis sectione intelligamus. Obiicietur & Gellium, & Tertullianum, ac plerosque alios ad corporum sectionem verba legis retulisse. Quid mirum si in obscura prisci sermonis interpretatione quidam lapsi deprehendantur? Seneca cùm de obsoleto nec satis intellecto sermone agit, *Duodecim tabulas loquuntur*, inquit [b], Polybius cùm memorat primum illud fœdus, inter Romanos & Carthaginenses ictum Iunio Bruto & M. Valerio Consulibus, simul etiam refert suo sæculo antiqui illius fœderis verba plerisque non modò exteris, sed & Romanis ignota, nec satis suo tempore, nedum ab ipsis ciuibus, intellecta [c]. Polybius sub Scipione multis ante Gellium annis fuit. Duodecim tabulæ aut eodē, quo fœdus illud, tempore, aut non antè, quàm 60. circiter annis ictum & sancitum fuit, vt eadem antiqui & prisci sermonis ignorantia facilè excusari queat. Sed omissa legis 12. tabularum seueritate nimia, constat repetendæ à debitoribus pecuniæ exactiones & solutionis executiones pro temporum varietate modò æquiores, modò acerbiores fuisse: Ita tamen vt iis ipsis in locis, in quibus summus rigor debitores aliquo tempore vexauit & exercuit: tandem vsus rerum ostenderit nimiam illam seueritatem nimiámque acerbitatem temperari debuisse. Olim

in

a *l. si quod autem. §. sciendum. ff. quæ in fraudem creditorū.*

b *Seneca epist. 114.*

c *Polybius lib. 3. hist.*

Source : BIU Cujas

in Græcia debitorum corpora æri alieno oppignerabantur, sed vir prudentissimus Solon abrogata crudelitate illa, σεισαχθειαν, ad subleuandos debitores introduxit[a]. Romæ debitores primis Reipubl. temporibus neruo & compedibus vinctos retinere creditoribus permittebatur: sed exinde acerba hæc corporum oppigneratio prohibita fuit. Neque enim licuit pro debito ciuili ciuem Romanũ vinctum retinere. Quod etiam confirmat Dioclctiani & Maximiani constitutio, nõn noua illa quidem, sed quæ iuris tum à multo tempore obseruati vsum declaret, qua vetantur debitores ob æs alienum creditoribus seruire[b]. Imò ne pro publicis quidem Reipub. debitis illud licuisse pleræque cõstitutiones testantur[c]. Liuius, *Plebi Romanæ velut aliud initium libertatis factum est, quod nexi defecerunt*[d]. Sic etiam in Gallia non minor olim fuit creditorum acerbitas. Cæsar, *Plerique ex plebe* (inquit) *cum aut ære alieno, aut magnitudine tributorum, aut iniuria potentiorum premuntur, sese in seruitutem dicant nobilibus. In hos eadem omnia sunt iura, quæ dominis in seruos*[e]. Exinde tamen acerbitas tanta non modò reiecta fuit, sed nulla æris alieni occasione corpus oppignerare licuit. In Curia Regis Franciæ (inquit Ioannes Faber) pro debito ciuili nemo incarceratur[f]. Humanitatẽ creditoris, qui inopiã debitoris subleuat, laudant sacræ scripturæ. Hinc Propheta duritiem creditoribus exprobrat, quòd ęs sibi debitũ quocunque tempore crudeliter exigerẽt. *Ecce* (inquit) *in die ieiunij vestri inuenitur voluntas vestra, & omnes debitores vestros repetitis*[g]. Æquiores certè & humaniores maiores nostri, quorum hic mos erat, vt sæpè pecunias mutuas darent ea con-

a *Plutarc. & Diogen. Laertius in Solone.*

b *L. ob æs alienũ. Co. de act. & oblig.*

c *L. 2. de exactionibus lib. 10. C.*

d *Liuius lib. 8.*

e *Cæsar li. 6. commẽt.*

f *Io. Faber in §. fin. de actionibus in Inst.*

g *Esaias cap. 58.*



Source : BIU Cujas

ditione, ne earum solutio à viuis exigi & repeti posset. *Gallos memoriæ proditum est* (ait Valerius Maximus) *mutuas dare pecunias, quæ his apud inferos reddantur*[a]. Principes aut alij, quicunque fauorem publicum, & perpetuam nominis famam consequi voluerunt, debitorum inopiæ subleuandæ studuerunt. Plutarchus de Cæsare loquens ait, σεισαχθείᾳ τινὶ ἐκούφιζε τοὺς χρεωφειλέτας[b]. Hoc etiam de eodem Cæsare testatur Suetonius[c]. Obiicitur constitutio Regia, quæ cùm generalis sit nulla adiecta mulierum exceptione, videtur etiam generaliter obseruari debere. Constat generales constitutiones, ac maximè si quæ odiosæ occurrant, non solere personas priuilegiatas continere[d]. Vt neque hæc constitutio vel clericos vel minores comprehendit. Duo hæc disquiramus, An constitutio odiosa sit, & an muliebris sexus hac in re speciali priuilegio & exceptione dignus videatur. Primùm quis odiosam esse cõstitutionem dubitauerit, quæ pro debito ciuili carceris acerbitatem proponit, & ad solutionem æris alieni ipsam debitoris personam vrgeri posse permittit? Nam (vt ait Iurisconsultus) quæcũque natura produxit, ea omnia hominũ gratia cõparauit[e]. Quin etiã Paulus ait hominis dignitatem rebus omnibus præferri[f]. *Nemo* (inquit Vlpianus) *membrorum suorum dominus est*[g]. Itaque Bocchoris Ægyptius legislator noluit ad æris alieni solutionem carceris necessitate debitores cogi posse. Nihil enim inhumanius existimauit, nihil vtilitati publicæ magis aduersum, quàm si licere velimus creditorum auaritiæ & atrocitati addicere corpora ciuium, quæ speciali & eximio quodam priuilegio Reipublicæ deseruire oportet, quæque publicis mu

a Valer. Max. li. 2. cap. 1.

b Plutarc. in Cæsar.

c Sueto. in Cæsare ca. 42.

d l. decurionibus de Silẽtiariis li. 12.

e l. in pecudum. ff. de vsuris.

f l. iustissimè in prin. ff. de ædili. edicto.

g l. liber homo. 13. ff. ad legem Aquiliam.

muneribus tam pacis quàm belli tempore destinantur [a]. Vt neque æquum esse censet Vlpianus liberos homines à quoquam retineri [b]: ac multò minùs eos in squalore carceris contabescere. Carcer noxiorum hominum pœna est [c]: Et tam ciuili quã Pontificio iure carcer est pœnæ loco [d]. Calpurnius carcerem vocat impiorum tenebras [e]. Nam licèt carcer infamiam iuris non irroget, [f] non tamen est sine quadam facti infamia, quæ apud bonos & graues notam aliquam inurit. Hinc est quòd ex lege Ælia Sentia serui, qui à domino vincti fuerant, si posteà manumitterentur, non ciues Romani, sed dedititiorum numero erãt. Sic etiam Syllanus Cõsul carcerem Senatori Romano vltimum esse supplicium interpretatus est [g]. Tertullianus de corporum obligatione agens & carceris acerbitate, quæ post sæuam corporum sectionem Romæ locũ habuisse dicitur: *Sed & iudicatos* (inquit) *in partes secari à creditoribus leges erant: Consensu tamen publico crudelitas erasa est, & in pudoris notam capitis pœna conuersa, bonorum adhibita proscriptione, suffundere maluit hominis sanguinem quàm effundere* [h]. Hinc fit vt tam ciuili, quàm Pontificio iure, istas liberi hominis pro debito oppignerationes, & inopis debitoris in vincula coniecti miserias, carcerísque molestias nõ modò odiosas haberi, sed & reiiciendas censeri videamus [i]. Quid ergo in tã odioso statuto extensione vtemur, vt mulieres, quæ priuilegium & exceptionẽ merentur, comprehendamus? Mitior circa eas debet esse sentẽtia, quas aut pudor aut infirmitas sexus excusat [k]. Etenim ad publicã spectat

a *Diodorus Siculus li. 1. cap. 8.*
b *l. 1. ff. de libero hom. exhib.*
c *l. de exacto. lib. 10. Cod.*
d *l. si victũ de re iudicata, cap. quamuis de pœnis in 6.*
e *Calpurn. declam. 4.*
f *l. 1. C. ex quibus causis infam. irrog.*
g *Plutarc. in Cicerone.*
h *Tertull. in Apolog. aduers. gẽt.*
i *d. l. ob æs alienum. C. de act. & oblig. l. quis filios. Cod. quæ res pignori obli. possunt. l. nemo carcerem. de exact. lib. 10. C. ca. 2. de pignor. cap. si diligenti ext. de foro compet. ca. ex rescript. ext. de iureiur.*



k *l. quisquis. §. ad filias. C. ad leg. Iul. maiest. l. 2. §. sin autem. C. de iureiur. propter calum.*

honestatem, nihil in fœminarum persona indignũ committi. Vt nec mirũ videri debet, si propter pudorem & muliebrem verecundiam leges Romanæ infamem nimiámque carceris asperitatem in fœminarum persona reiecerint. Constantinus rescripto suo vetuit, ne iudex per officialem suum matremfamilias pro quouis debito de domo sua protrahat [a]. Eadémque ratione prohibuit Iustinianus ne quamlibet ob causam ciuilem mulier carcere claudatur. Imò ne criminis quidem vllius prætextu: sed in monasterio asseruari debet, aut aliis mulieribus custodiẽda tradi [b]. Verecundia mulieres in publicũ prodire, & cũ viris misceri vetat [c]. Mulieres (inquit Bonifacius Papa) vagari non conuenit, nec virorũ cœtibus misceri [d]. Sic & Imperator prospiciendum ait ne fœminæ in cõtumeliam matronalis pudoris irreuerenter irruant, & conuentibus virorum vel iudiciis interesse cogãtur [e]. Aut sicubi carcere mulieres detinere licebat, matronæ à viris carceres habebãt distinctos. Victor de persecutione Vandalica, *Nam cùm ipsa & maritus, licèt seorsum, carceris tamen custodia tenerentur, &c* [f]. Quod autem Meuia creditori non satisfacit, hoc non eius contumaciæ, sed inopiæ imputãdum: non suo, sed fortunæ vitio laborat: non illa, sed defunctus eius maritus tantum æs alienum cõtraxit. Quid iuuabit creditorem, si vidua hęc afflicta perpetuo carcere claudatur? *Nullum memorabile nomen Fœminea in pœna est.* Quemadmodum ergo Ephesi debitores, vt durã & acerbam creditorum seueritatẽ vitarent, solebant in templum Dianę confugere [g]: Ita etiam Meuia ad iustitiæ asylum & Senatus æquitatem, tanquam ad legitimum miseriæ suæ solatium recurrit: Nec

a l. 1. & aut. sed hodie. C. de of. diuers. iud.

b Nouella 134. vnde sumpta est authen. hodie nouo iure. C. de custodia reor.

c §. 1. vers. si verò mulier. Nouella 124. vt litigantes iurẽt in exordio litis.

d cap. mulieres de iudiciis in 6.

e l. maritus C. de procurat. l. 2. C. de his qui veniã ætatis. l. 3. de custodia reorũ li. 9. titul. 3. Co. Theod. vbi legendum permisto sexu.

f Victor li. 3. de persecut. Vandalica.

g Plutarc. περὶ τοῦ μὴ δεῖν δανείζεσθαι.

Nec vt liberetur postulat, sed ne tanta aduersùs eã acerbitas tantúsque rigor exerceatur. Neque enim eò spectat mulieris istius deprecatio, vt vel creditori præiudicium afferat, vel æs alienum nulla facta solutione diminuat: sed hoc vnum petit, vt matronalis pudor & muliebris verecundia à tanta acerbitate vindicetur, & à barbara carceris seruitute & inhumano perpetuæ captiuitatis tædio eximatur.

*PRO CREDITORE.* Certa æris alieni securitas, & minimè fallax solutionis expectatio, maximũ est fidei publicæ pignus. Dicebat Seneca æquissimam esse hanc vocem, *Redde quod debes* a. Quid iniquius quàm nouæ tabulæ? Quid iustius desiderari potest, quàm vt fides creditori obligata impleatur, & in pecuniæ mutuæ vsu atque commercio sancta atque inuiolata præstetur? Cicero, Nulla res est (inquit) quæ vehementius Rempub. contineat, quàm fides: sed fidem esse nullam addit, nisi sit necessaria solutio rerum creditarum b. Frequens est quorundam debitorum mos & consuetudo, qui multa gratiarum actione pecunias à creditoribus mutuas accipiunt: sed vbi solutionis tempus aduenit, tunc (inquit Demosthenes) ἀντὶ τοῦ ἀποδοῦναι, σοφίσματα εὑρίσκουσι καὶ παραγραφὰς καὶ προφάσεις, καὶ εἰσὶ πονηρότατοι ἀνθρώπων καὶ ἀδικώτατοι c. *Pessimi est debitoris creditori facere conuicium*, ait Seneca d. D. Augustinus, *Quum quæris cui des, vnde crescat pecunia tua, hominem quæris: Quando accipit, gaudet: Quando reddit, plorat: Vt accipiat, precatur: Ne reddat, calumniatur* e. Magna sẽper fuit hominũ in cõmerciis fraus, ingẽs mutuãdi fallacia, frequẽs in ęre alieno luẽdo perfidia. Pecunias magna facilitate mutuas accipiunt: Acceptas vbi profuderunt, postea exoluendi

a Seneca lib. 3. de bene.

b Ciceroli 2. de offic.

c Demosth. πρὸς τὴν λακρίτου παραγραφήν.

d Seneca in consolat. ad Martiam, cap. 10.

e D. Aug. serm. 3. in Mar.

quod ab eis debetur, curam ægrè suscipiunt. *Nunquam* (inquit Cicero) *vehementius actum est, quam me Consule, ne solueretur. Armis & castris tentata res est ab omni genere hominum & ordine. Quibus ita restiti, vt totum hoc malum de Repub. tolleretur. Nunquam nec maius æs alienum fuit, nec melius aut facilius dissolutum est. Fraudandi enim spe sublata, soluendi necessitas consecuta est* a. Ægyptij olim cùm faciles essent ad æs alienum contrahendũ: vterentur autem multa in luendo debito ac potius in eludẽdo creditore perfidia: Corpora verò, quæ libera essent, apud eos obligare non liceret, Asychis Ægypti Rex legem hanc promulgauit: Ne aliter pecuniam sumere mutuã liceret, quàm si debitores patrũ cadauera pignori obligarent: Eadémque lege cautũ vt si debitor æri alieno nõ satisfaceret, fas nõ esset eũ sepeliri, neque in paterno, neque vllo alio in sepulchro b. Leuis forsan apud quosdam, sed grauis apud Ægyptios & acerba seueritas: siquidẽ Ægyptij maiorum cadauera ac defunctorum parentum sepulturas magna semper religione coluerũt. Romæ si debitor pluribus creditoribus obligatus non satisfaceret, tertiis nũdinis corpus eius in partes secare lex 12. tabularum permittebat. Magna certè fuit pœnæ illius inhumanitas: sed hoc ex lege licuisse antiqui authores etiam plerique ante Gellium, vnanimi vetustatis consensu tradiderunt. Licuit sanè sub Decemuiris debitores non modò in vinculis sub publica custodia asseruare, sed & priuato carcere continere, & prehẽsos domi iustis compedibus vincire. Hinc Liuius testatur, patribus frequenter à plebe obiici solitum, vbicunque patritius habitaret, ibi carcerem priuatum esse c. Atque ista quidem legis de vinciendis debitoribus

a Cicero li. 2. offi. in fi.

b Herodot. li. 2. Diod. Sicul. li. 2.

c Liuius lib. 6.

acer

acerbitas nunquam aut abrogata aut remissa est, nisi cùm plebi tumultuanti aliquid etiam præter ius condonari sedandę seditionis causa oportuit: vt non tam iuris æquitas quàm publica necessitas & tumultuātis plebis occasio id expressisse videretur. Sic P. Seruilio & Appio Claudio Coss. cùm Senatus commotam populi seditionem sedare & comprimere alia ratione non valeret, Consules ediderūt, ne quis ciuem Romanum vinctum aut clausum teneret [a]. Ac deinde cùm idem carceris ac nectēdi rigor iterum inualuisset, effecit L. Papyrij fœneratoris libido, vt pristina libertas debitoribus restitueretur, ac deinceps pecunię creditę luitioni nō corpus debitoris sed bona tātùm obnoxia essent [b]. Hæ tamen perpetuæ, sed mutabiles & momentaneæ rogationes erant. Itaque etiam multo post rogationes illas tempore ex publica æris alieni tum vtilitate tū necessitate debitores creditoribus addici placuit. Salustius eorum qui cum Catilina coniurauerant hanc fuisse præcipuam expostulationem refert, quòd æri alieno obnoxij, amisso patrimonio, liberum corpus non haberent [c]. Sic etiā Cicero de quodam Heraclide cōdemnato loquēs, *Cùm* (inquit) *iudicatum non faceret, addictus Hermippo & ab eo ductus est* [d]. Scipionem Asiaticum Valerius refert à creditoribus in carcerem coniectum [e]. Sic Cæsarem legimus cùm in Hispaniam iret, à creditoribus, quoad sponsores dedisset, retentum [f]. Itaque iure Romano debitores post condēnationem, si non satisfacerent, & publica & priuata carceris custodia retineri poterant [g]: non quidem vt ibi seruitutem seruirent, sed vt carceris tædio ad soluendum adigerentur. Regia autem con-

a *Liuius li. 2.*

b *Linius li. 8.*

c *Salust. in Catilin. coniur.*

d *Cicer. pro Flac.*

e *Valer. Max. lib. 4. ca. 1.*

f *Sueton. in Iulio c. 28.*

g *L. 1. Ce. qui bonis cedere poss. sunt.*



Source : BIU Cujas

ſtitutio quadrimeſtre tempus damnatis indulſit, cùm lex 12. tabularum triginta tantùm dies concederet. Hæc tamen quadrimeſtris temporis dilatio à Iuſtiniano profecta videtur [a]. Apud Atheniẽſes olim corpora debitorum obligari poterant, καὶ οἱ χρέα λαμβάνοντες ἐπὶ τοῖς σώμασιν ἀγώγιμοι τοῖς δανείζουσιν ἦσαν. Solon primus duram hanc obligationis ſeueritatem ſuſtulit [b], & hanc σεισαχθείαν ex Ægypto inuexiſſe à Diodoro refertur [c]. Non tamen perpetua Athenis fuit illa σεισαχθεία: vt ex Cimonis hiſtoria conſtat, qui cùm Miltiadis patris cadauer inſepultum ex æris alieni cauſa iacere iniuriũ exiſtimaret, patris corpus vicario corpore redemit. Apud Perſas omnium criminum grauiſſimum erat, mentiri: Huic affine, æs alienum contrahere [d]. Nam mutuari mentiri eſt: Vix enim ſine mendacio mutuum contrahitur, καὶ τὸ ψεύδεσθαι τοῖς ὀφείλουσι συμβαίνει πολλάκις [e]. Alienum æs homini ingenuo acerbam eſſe ſeruitutem Mimus dicebat. Pudorem æris alieni legitimam eſſe tædij & ſollicitudinis occaſionem aſſerunt Iuriſconſulti [f]. Auguſtus equitis Romani multo ære obruti culcitram magno pretio emit, miratus hominem, qui tantum deberet, ſomnum capere potuiſſe. Apud Ariſtophanem Strepſiades, οὐ δύναμαι δείλαιος εὕδειν, δακνύμενος ὑπὸ τῆς δαπάνης καὶ τῆς φάτνης καὶ τῶν χρεῶν [g]. Miſera eſt debitorum conditio, quibus ſi facultas luendi æris alieni deficiat, & ipſi ſe cruciant, & à creditoribus iuſta ſeueritate duriter tractari poſſunt. Diuus Matthæus de duro illo & immiſericorde creditore, qui debitorem in carcerem coniecit, ἀπελθὼν ἔλαβεν αὐτὸν εἰς φυλακὴν ἕως οὗ ἀποδῷ τὸ ὀφειλόμενον [h]. Lege diuina debitores eorúmque filij creditoribus

a *l. fi. C. de vſuris rei iudic.*

b *Plutarc. & Diog. Laertius in Solone.*

c *Diodor. ib. 2.*

d *Herodot. lib. 1.*

e *Plutarc.* περὶ τοῦ μὴ δεῖν δανείζεσθαι.

f *l. 45. in fraudem. §. eius bona. ff. de iure fiſci. Paul. lib. 5. ſentent. tit. 12.*

g *Ariſtoph.* νεφέλαι *in princ.*

h *D. Matthæ. ca. 18.*

bus addicebantur, & ad septimum vsque annum pro debito seruiebant [a]. Si lege diuina debitorem seruitus expectat: si eum, qui æri alieno non satisfaciebat, sacra historia memorat in carcerem coniectum: cur post quadrimestrem temporis dilationem durum vel odiosum existimabimus, debitorem damnatum carceris rigore vrgeri? Maximè cùm constet ex sententia omnium Iuris nostri Doctorum in Gallia obligationes adiecto carceris vinculo legitimas & vsu receptas fuisse [b]. Carcer enim non ad pœnam inuentus est, sed ad custodiam [c]. Neque verò iniquum videri potest, si quælicunque carceris tædio debitor ad solutionē compellatur. Rectè Demosthenes, Creditores (inquit) à debitoribus inæquali conditione distant: Debitor præsentem pecuniam accipit nec falli potest. Creditor nihil præsens consequitur, sed inanem tantùm futuræ solutionis spem sibi stipulatur [d]. Quid ergo mirum si aduersùs debitores damnatos æris alieni solutio etiam adiecta exactionis seueritate creditoribus permittatur? Sed cur tamdiu de legis æquitate frustra disserimus, cùm ista constitutio & in Senatu promulgata & multis arrestis confirmata fuerit? De mulieribus nihil in lege expressum fuisse obiicitur, sed vbi lex non distinguit, neque etiam nos distinguere debemus [e]. Tamen ex vsu fori adhiberi distinctio solet inter mulieres, quę in cōiugali maritorum potestate sunt, & eas quæ solutæ sunt nec viros habent. Mulierem, quæ marito iuncta est, Senatus sępè iudicauit non posse pro debito ciuili in carcerem conici. Maritus enim in vxoris corpus ius ac dominium habet, atque is nexus cùm sit alia omni obligatione, & quouis iuris

[a] Deut. cap. 15. & Regum lib. 4. cap. 4.

[b] Guido Pape qu. 61. Io. Gallus quæst. 111. Boerius decis. 349. nu. 7. & 8. c l. aut dānum. §. solent. ff. de pœnis.

[d] Demost. cōtra Dionysodor. in princ.

[e] l. de pretio. ff. de publ. in rē act.



Source : BIU Cujas

vinculo potior, non potest æs alienum præcedens nec alia quæuis subsequens obligatio efficere, vt quæ in mariti præiudicium sui potestatem non habet, possit corpus suum carceris custodiæ submittere & obligare. Sed quoties de vidua agitur eáve quæ maritum non habet, nihil vetat quin & corpus eius obligari & ad debiti exolutionem sub carceris custodia adstringi queat atque etiam post quadrimestre à condemnatione tempus carceris necessitate iudicatū soluere cogi. Poterit mulier aut soluendo aut bonis cedendo à carceris custodia liberari: sed quæ nec soluere nec bonis cedere vult, illa neque excusationem nec veniam meretur. Scripta lex est, & scripta generaliter. Ecclesiasticis remissus fuit iste carceris rigor: Sed vt hoc eis indulgeretur, expressa edicti Blesensis sanctione opus fuit. Cùm enim cōstitutio generalis sit, generaliter est obseruāda, nec limitationē aut exceptionem feret, nisi eā ab alia expressa Principis constitutione recipiat. Constitutio Regia prehensionem, & carceris executionem indefinita sanctione aduersùs omnes cōdemnatos introduxit. Mulierum excipiendarum nulla fit mentio. Si generaliter graue est fidem fallere[a]: cur ab hac fide mulieres absoluemus? Nemo non fatebitur, æquum esse fidem creditori promissam seruari, publicéque interesse condemnationē à magistratu latam vires habere, & executioni mādari. Cur quod in viro æquissimum censetur, in muliere esse iniquum dicemus?

*SENATVS* mulieres constitutione regia comprehendi voluit: Ac Meuiam, ni intra quadrimestre tempus solueret, in carcerem coniici posse iudicauit[b].

[a] L. 1. de constit. pecun.

[b] Arr. dōué le Ieudy 23. de May 1585. au profit du sieur Douy cōtre la vefue du Threforier du Bois, plaidans M. Buisson & M. Mario.

De

## De indicta Viduitate.

### Cap. VII.

TITIVS & Meuia coniuges tabulis dotalibus mutua & inuicem facta donatione cauerunt, vt tam mobilium quàm futuræ inter eos societatis ius omne & emolumentum superstiti cederet: Hac tamen adiecta donationi lege, vt si superstes spreta viduitate ad alias nuptias transiret, donatio nulla nulliúsque effectus fieret. Titius præmoritur. Meuia aliquo post Titij obitum tempore iterum nubit, & ad secunda nuptiarum vota transit. Hæredes Titij ex lege contractui dicta cessare donationis effectum asserebant, neque amplius viduam bonis à Titio donatis frui debere.

*PRO MEVIA.* Conditiones ac conuentiones omnes quęcunque nuptiarum comprehendendarum libertatem impediunt, aut quibus lex illa adiecta est: *si mulier non nupserit*, contra bonos mores esse, nullásque & pro non scriptis haberi meritò existimamus. Nam cũ lex conuentiones omnes quæcunque nuptias cõtrahi vetant, reiicit, non minus etiam improbari debent quævis aliæ pactiones & conditiones, quæ illicitæ huic non nubẽdi promissioni accedunt. Post mortẽ Constantini Ducæ imperium & potestas omnis Eudociæ Imperatrici defertur, sed exacto priùs ab ea iureiurando, quo Eudocia secundis nuptiis abstinere pollicebatur. Hoc enim vltima Constantini Ducæ voluntate & testamẽto cauebatur. Atque ideò Eudocia syngrapham manu propria subscriptam, quæ promissionẽ hanc

hanc contineret, tradere iubetur Patriarchæ Constantinopolitano custodiendam. Sed cùm Barbari Orientem deprædari & Romanas prouincias vexare & incursare non desisterent: Eudocia non per lasciuiã, nec voluptatis studio, sed vt esset dux aliquis strenuus & Imperator, qui Barbarorũ impetus arcere & sistere posset, Diogenem Romanum maritum sibi asciuit. Has nuptias & contra fidem datam & contra defuncti voluntatem factas vir pius Patriarcha probauit: Eudociam à religione iurisiurandi absoluit: & syngrapham velut legibus & nuptiarum libertati contrariam rescidit: iussúmque Constantini Ducæ, non tam ex Reipublicæ studio, quàm ex priuata quadã post mortẽ zelotypia procedere testatus est [a]. Laudabile quidẽ videtur nõ nubẽdi votum, & honesta est perpetuę continentiæ cogitatio, si modò liberè fiat, nulla imminente pœna, nullo necessitatis vinculo. Virtus enim ex facultate & volũtate pendet, & in arbitrij libertate cõsistit. Tertullianus, *Sicut virtus* (inquit) *in infirmitate perficitur, sic & abstinentia nubendi in facultate dignoscitur* [b]. Sic etiam Diuus Cyprianus, *Etsi bona sunt & à Deo instituta coniugia, melior tamen est continentia & virginitas excellentior, quam non cogit necessitas aut mandatum, sed perfectionis suadet consilium* [c]. Secundæ nuptiæ communi Doctorum Ecclesiæ cõsensu receptæ & admissæ sũt: Cur adiici pœna rei licitæ & legitimę poterit? Cur vlla pecuniæ & bonorum amissione plectetur vidua, quæ ad secunda vota lege communi permittente transiuit? *Bona res neminem scandalizant, nisi malã mentem*, inquit Tertullianus [d]. Prisci homines quos solus pudor naturalis, nullo alio diuino suadente instinctu,

[a] *Zonaras tom. 3. pa. 218. 219. 220.*

[b] *Tertull. lib. 1. aduers. Marcionem circa fin.*

[c] *D. Cypr. de natiuitate Christi.*

[d] *Tertull. lib. de virgin. velan.*

Source : BIU Cujas

instinctu, monebat: tamen vt vagos concubitus prohiberent & stupra adulteriáque vindicarent, nuptiarum solemnia multa ceremoniarum veneratione commendarunt. Christus nuptiarum solemnitatem præsentia sua honorare voluit. Ecclesia vinculum matrimonij ciúsque mysterium inter sacramenta recenset. Coniugij autem vtilitas ideo commendatur, vt ex legitimo matrimonio procreentur liberi, qui Reipubl. munia sustinere & patriam tueri possint. Hæc enim vera est coniugij benedictio, atque idcircò Tobiæ vxorem ducenti dictum est, *Deus impleat benedictionem suam in vobis* [a]. *Præstat* (inquit Imperator) *augeri Rempublicam liberis hominibus, quàm multis viduarum periuriis affici* [b]. Quin & ad vitandas libidinis illegitimæ tentationes præcipua proponi solet nuptiarum commendatio. Diuus Chrysostomus, ἐνταῦθα μὲν ἔν παιδοποιίας ἵστησιν ὁ γάμος, πολλοῦ δὲ πλέιν ὑπὲρ τοῦ σῶσαι πλὴν τῆς φύσεως πύρωσιν [c]. Saluianus connubia ex Apostoli dicto commendari ait. *Vt quia cohiberi incontinentia sine hac carnalis vsus permixtione non posset, ita legitimum vsum calor corporalis acciperet, vt peccatum incontinentia non haberet* [d]. Addere hîc licet coniugium speciem quandam continentiæ esse. Paphnutius Episcopus Ægyptius dicebat, τίμιον τὸν γάμον εἶναι σωφρονοῦντας δὲ πολὺ πρὸς τὰς ἰδίας γυναῖκας συνουσίας [e]. Viduarum autem, qualis erat Meuia, multo labori osior est continentia, quàm aut virginum aut aliarum mulierum. Diuus Cyprianus de patientia loquens, *Tuetur* (inquit) *in virginibus beatam integritatem: in viduis laboriosam castitatem: in coniunctis & maritis individuam charitatem* [f]. Laboriosam vocat in viduis castitatem; Cui etiam

[a] Tob. c. 7.

[b] l. 2. C. de indicta vid. tollenda.

[c] D. Chrysost. de virg. ca. 19.

[d] Saluian. lib. 7. de gubernat. Dei, pag. 265.

[e] Niceph. li. 8. c. 19. Hist. Tripart. li. 2. cap. 14.

[f] D. Cypr. serm. 3. de bono patientiæ.

senten

sententiæ Tertullianus astipulatur, *Vidua* (inquit) *habet aliquid operosius, quia facile est non appetere quod nescias, & auersari quod desideraueris nunquam. Glorioſior continentia quæ ius ſuum ſentit, quæ quid viderit nouit. Poterit virgo fœlicior haberi, at vidua laborioſior: Illa quòd bonum ſemper habuit: iſta quòd bonum ſibi inuenit in illa gratia, in iſta virtus coronatur.* a Encratitæ hæretici nuptias omnino reiiciebant b. At ſecundas nuptias tanquam illicitas damnari & reiici hæreſis fuit, & antiquus error Montani (vt refert Diuus Auguſtinus) & Tertulliani (vt patet ex eiuſdem libro de monogamia) & Nouatianorum, teſte Theodoreto c. Neque etiam deeſſe videtur quorundam authoritas qui aſſerant ſecundas nuptias benedici non debere. Chriſtiani tamen orthodoxi non ſecundas tantùm, ſed & tertias quartáſve nuptias, velut licitas, tuentur & benedicunt f. Saluianus, *Quid agis ſtulta perſuaſio? Peccata interdixit Deus, non matrimonia* g. Diuus Hieronymus, *Quid igitur?* (inquit) *Damnamus ſecunda matrimonia? Minimè, ſed prima laudamus. Abiicimus de Eccleſia digamos? Abſit, ſed monogamos ad continentiam prouocamus.* h Verum omiſſo generali de ſecundis nuptiis tractatu præſtat controuerſiæ iſtius hypotheſin ex facti veritate & perſonarum circunſtantiis examinare. Neque enim conditio non nubendi donationi adiecta æquali iure inter Titium & Meuiam cenſeri debuit. Nam cùm defunctus Titius ſexagenarius ex alio præcedente matrimonio liberos haberet, facile fuit homini ſexagenario confecta iam ætate, & cui lex Papia fibulam impoſuerat, continentiam polliceri, præſtare promiſſam caſtitatem, & ſe poſt iteratum matrimo

a Tertull. li. 1. ad vxorem.
b Euſeb. li. 4. Eccl. hiſt. ca. 28.
c D. Aug. li. de hæreſibus c. 26.
d Theodor. li. 3. de fabulis hæreticorum.
e can. hac ratione. can. quomodo, qua. 1.
f can. aperiant. can. Deus maſculum. cã. quòdſi dormierit. 31. quæſt. 1.
g Saluian. li. 5. de gubernat. Dei circa fin. pag. 168.
h D. Hie. in epiſt. ad Geruntiã de monogamia.

Source : BIU Cujas

trimonium perpetuæ deinceps viduitati vouere & destinare. At Meuia eo ipso nuptiarum tempore puella erat, quæ etiam soluti matrimonij & mortis Titij tempore nondum *26.* egressa erat. Quis nó durum & iniquum existimauerit eam in maximo ætatis æstu à legitimo concubitu prohiberi, & à casta nuptiarum coniunctione metu pœnæ arceri? Piam & legitimam censuit Diuus Hieronymus excusationem in non dissimili exemplo. *Adolescentula erat* (inquit Diuus Hieronymus) *Viduitatem suam seruare non poterat, videbat aliam legem in membris suis repugnantem legi mentis suæ, & se vinctam & captiuam ad coitum trahi. Melius arbitrata est apertè confiteri imbecillitatem suam, & vmbram quandam miserabilis subire coniugij, quàm sub gloria vniuiræ operæ exercere meretricum* a. Nicephorus multas illustres fœminas refert, sub continentiæ prætextu, viros suos monastico voto reliquisse: sed postea cùm humanæ fragilitatis & sexus infirmitas tantæ continentiæ impares eas redderet: illæ in libidinis lubricum magna Christiani nominis infamia sese prostituerunt b. Arrogans est nimiæque vanitatis aut superbiæ, continentiam sine labe etiam ad tempus promittere: Arrogantius si puella aut vidua iuuenis perpetuam castitatem & à nuptiis abstinentiam voueat: Sed periculosissimum est si quis tantum de se polliceri & præsumere velit, vt ad id pœnæ alicuius metu obligari se patiatur. *Nam qui præsumit* (inquit Tertullianus) *minus veretur, plus periclitatur. Timor fundamentum salutis est: Præsumptio impedimentum timoris* c. Diuus Cyprianus, *facilior cautio est vbi manifesta formido est* d. Iustinianus neque perpetuam

a *D. Hier. ad Oceanum, lib. 3. ep. 10.*

b *Niceph. li. 9. Eccl. hist. ca. 16.*

c *Tertull. li. de cultu fœm. in pr.*

d *D. Cypr. tractatu 3. de simplic. prælatorũ in princ.*

conti

Source : BIU Cujas

continentiæ & non nubendi conditionem, neque etiam incontinentiæ promissionem stipulari licere voluit: Ac si quis à muliere prostituta iusiurandum exigere præsumet, ne impudicum illud vitę genus deserat, tales promissionis illicitæ exactores graui multa plecti sanciuit [a]. Itaque si priuato respectu personam Meuiæ spectemus, durum est inuitam tam arduo perpetuæ continentiæ voto, támque difficili nubendi abstinentia obligari. *Habet & pudicitia seruata martyrium suum*, inquit Diuus Hieronymus [b]. Sed & si communem Reipubl. vtilitatem attendamus, publicè interest vt lex Iulia Miscella mulieribus perpetuæ viduitatis conditionem remittat: Ac maximè si iurent se liberorum procreandorum causa nubere [c]. Plato vetabat ne quis 36. annos natus in ciuitate cœlebs viueret [d]. Romæ cœlibes non modò odiosi fuerunt, sed & mulctati tam legibus Papiis quàm plerisque aliis rogationibus [e]. Lex cœlibatus Harmenopulo visa est ἀναχεῖν. Synodus Nicæna ac plereque aliæ Ecclesiasticæ constitutiones eos pœna excommunicationis dignos iudicauerunt, qui se pudicitiæ seruandæ gratia castrabant. Dionys. Corinthius Episcopum Pinytum acriter reprehēdit, quòd cœlibatus onus tanquam necessarium, fratribus imponeret [f]. Quinetiam Romano iure si quando cœlibem vitam agere permittebatur, licebat concubinam habere, non alia ratione quàm quòd perpetuę continentiæ votum asseruare nimis arduum esse videbatur [g]. Scribit Iulius Capitolinus, Alexandrum Imperatorem magistratibus, quibus committebat prouincias exemplo veterū, si vxores non haberēt, singulas concubinas concessisse, quòd sine his esse non

a *Nouella 51.*

b *D. Hier. ad Demetriadē, l. 2. epist. 18.*

c *l. cùm tale. §. Meuiæ. & l. hæres. §. fin. l. hoc modo. ff. de condit. & dem.*

d *Plato li. 6. de legib.*

e *Valer. Max. lib. 2. cap. 4. Cicero lib. 3. de legibus. Dion. li. 56.*

f *Niceph. lib. 6. Eccl. hist. cap. 8.*

g *l. in concubinatu. ff. de concubinis.*

Source : BIU Cujas

non possent[a]. Constantinus quamuis Christianæ pietatis studiosus, constante quidem matrimonio, sed nō aliis casibus cōcubinas habere interdixit[b]. At verò viduę & pudicę mulieri concubinatum aut lasciuos amplexus, vel vagos adulterij concubitus, permittere indignum & pietati Christianæ contrarium, & mulicbri verecundiæ indecēs meritò videatur. Conuenientius ergo fuerit nuptias legitimas indulgere, vt quod fit lege permittente pœnam non mereatur. Nam quod leges Romanæ & constitutiones Imperatoriæ secundas nuptias odiosas haberi voluerunt, hoc potissimùm introduxere in fauorem & contemplationem liberorū prioris matrimonij, quibus secundæ nuptiæ multa incommoda solent afferre. Meuia autem nullos habet liberos. Iuuenis est, eóque ætatis flore vt ardeat, & vidua in thalamo vix concupiscentiæ stimulis & libidinum illecebris perpetuò resistere queat. Carere voluptate tam grata, quàm satiari, difficilius. Neque verò spectari aut attendi debet quod hæredes isti Nouellam Iustiniani constitutionem allegāt. Nos enim Romanorum Imperatorum constitutionibus non obligamur: Maximè cùm illa Iustiniani Nouella pleriſque aliis constitutionib⁹ aduersetur, & in eadē ista quęstione Gordianus Imperator contrariū rescripserit[c]. Nec est quòd distinguamus testamentarias dispositiones à contractibus. Nam quemadmodum ex sententia Iurisconsulti nemo facere potest quin leges locum habeant in testamento[d]: Sic & in contractibus, si quid legibus contrarium contineatur, reiici debet. Omnia autem quæ matrimonij contrahendi libertatem impediunt, contra bonos mores

a *Capitolinus in Alexandro.*

b *L. vnic. de concubinis.*

c *L. 1. C. de indict. vidui. tol. lenda.*

d *L. nemo potest. ff. de legat.*



Source : BIU Cujas

censentur non minùs in contractibus quàm in vl-
timis voluntatibus [a]. Quin & in legatis sunt, qui
conditionem hanc, *si mulier non nupserit*, tunc demũ
attendi debere dicant, cùm testator extraneæ mu-
lieri sub hac eadem conditione legat [b]. Verùm vbi
quis vxori suæ indiscreta quadam posthumæ volũ-
tatis zelotypia perpetuam viduitatis necessitatem
iniungit, dispositio hæc nullius momenti est, nec
attendi debet [c]. Donationem autem Meuiæ à ma-
rito factam fauor maximus comitatur, siquidẽ viri
& vxoris mutua inter se successio nec exemplo ca-
ret nec commẽdatione. Apud Romanos, teste Ha-
licarnasseo, ex Romuli legibus vsu inualuerat, vt
superstes vxor viro mortuo, sicut filia patri, hæres
existeret, hac tamen adhibita distinctione, vt ma-
rito sine liberis defuncto mulier totam ex asse hæ-
reditatem sibi vindicaret: Liberis verò relictis, æ-
quam cum iis portionem ferret. Vlpianus, post-
quã hęredes suos esse dixit eos qui sunt in potesta-
te, proximè adiicit & ipsam vxorem [d]. Gellius, *Ma-
terfamilias* (inquit) *non in matrimonium tantùm, sed
in familiam quoque mariti & in sui hæredis locum ve-
niebat* [e]. Quin & ex Ciceronis testimonio sicut ma-
riti vxor, sic etiam vxoris maritus hæres erat, cùm
ea in manum mariti conuenerat [f]. Vnde Seruius
ad illum Virgilij locum [g], *Quæsitas sanguine dotes
Abnegat, externúsque in regnum quæritur hæres. De
iure traxit* (ait Seruius) *vt non generum, sed hæredem
diceret.* Nam per coemptionem facto matrimo-
nio coniuges sibi inuicem succedebant. Antiquã
Gallorum legem hanc fuisse testatur Iulius Cæsar,
*Vt viri quantas pecunias ab vxoribus in dotem accepis-
sent, tantas ex suis bonis æstimatione facta cum dotibus*

commu

a L. Titia in prin. ff. de ver. obl.

b l. auia, §. Titi. ff. de condit. & demõst.

c l. seruo, §. 1. ff. ad Senat. Treb.

d Vlpia. in frag. ti. 22.

e Gellius li. 18. ca. 6.

f Cic. pro L. Flacco.

g Virgilius lib. 7. Æneidos.

Source : BIU Cujas

*communicarent, huiúsque omnis pecuniæ coniunctim ratio habebatur, fructúsque seruabantur. Vter eorum vita superasset, ad eum pars vtriusque cum fructibus superiorum temporum perueniebat* [a]. Donatio, de qua agitur, non alia est quàm ex antiqua illa Gallorũ lege societatis inter coniuges initę quæsitum superstiti emolumentum. At posterioribus Francorũ legibus ita statutum fuit. *Quicunque ex quacunque natione legitimam vxorem acceperit: Si eam mori contigerit sine filys amborum: vir vxori suæ succedat, & omnia bona percipiat* [b]. Itaque mutua coniugũ societas hoc affectus & beneuolentiæ vinculum exposcit, vt donatio inuicem superstiti facta non alias conditiones requirat, neque viduitatis leges liberalitati adiici patiatur, sed vxor tanquam legitima hæres, si non auita maritĩ bona, saltem profectitia & ab vtroq; acquisita consequi debeat. Profectitia non immeritò dicimus: siquidem mutua illa coniugum societas vt plurimùm ab vxoris industria, cura, labore & diligentia pendet.

a Cæsar li. 6. commentar.

b Legum Francicarum lib. 4. cap. 99. ti. de vxorib. defunct.

*PRO HÆREDIBVS MARITI.*

Eudociæ Imperatricis exemplum in hac causa & subtiliter & callidè à Meuia refertur, cùm tamen historia Zonaræ Eudociam testetur syngraphã fallaci dolo à Patriarcha recepisse. Etenim Eudocia secundis nuptiis abstinere iurauerat, & quidem solẽni promissione: Syngrapham manu sua subscriptam, inuiolatæ fidei pignus, populo ipsóque clero præsente dederat. Patriarcha non ingenuè, neque vt Christianũ Antistitẽ decuit, fidei datę religionẽ violauit. Nã cùm illũ Eudocia dolo aggressa fuisset persuadẽs sibi in animo esse Bardã, qui Patriarchæ ex sorore nepos erat, maritum assumere, Patriar-



Source : BIU Cujas

na spe illa & dolo illectus chirographum reddidit & rescidit: A fide data Eudociam absoluit: Promissionem, quæ ritè facta erat, nullam & contra leges esse declarauit [a]. Quis ex dolo muliebri argumentetur, & subtilem fallaciam in exemplum trahat? Conditiones illas, *si mulier non nupserit*, magnā disputandi occasionem inter iuris interpretes excitasse constat: Quibusdam legitimas esse: Aliis nullas & inualidas existimantibus: Quinetiā fuere qui distinguerent, an eiusmodi non nubendi conditio viduæ, an verò virgini iniungatur [b]. Iniquū videbatur à nuptiis omnino prohibere virginē, quæ nec dulces natos habeat, nec Veneris gaudia nouerit. Viduam autē quæ iam thorum nuptialem experta fuerat, pudor & castitas à nuptiis licitóque ardore retinere debet. *Virginitas* (ait Tertullianus) *gratia constat: Continentia verò virtute* [c]. Laudabilis censeatur ea vidua de qua Diuus Cyprianus, *Vnam domum nouit, vnius cubiculi sanctitatem casto pudore custodit* [d]. Fœlices illi coniuges, quos mutuus amor & perpetua firmi affectus gratia inuicē conciliauit. *O oculi, quos ego primos adamaui*, inquiebat ille [e]. Fœlix certè coniugum hymenæus, quos thalamus primo & inexperto amore copulauit. O integræ & raræ fidei maritum, qui iactare hoc & gloriari possit: *Cynthia prima suis miserum me cœpit ocellis, Contactum nullis ante Cupidinibus* [f]. Sed non minùs æstimanda est laus & commendatio vxoris illius, quæ æternam mortui mariti memoriam colens, amorem mutuum perpetua viduitatis castitate rependit. *Ille meos primus qui me sibi iunxit amores Abstulit: Ille habeat secum seruétque sepulchro* [g]. Laudatissimæ viduæ vox est, quæ defuncti mariti manes his

[a] Zonaras tom. 3. pag. 219. 220.

[b] l. 71. cum tali. §. Meuia. ff. de condit. & dem. l. 1. & 2. & auth. cui relictū. C. de indicta viduit. toll.

[c] Tertull. lib. de virgin. veland.

[d] D. Cypr. tract. 2. de simplicit. prælatorū.

[e] Calpurn. decla. 42.

[f] Propertius li. 1. in princ.

[g] Virgil. lib. 4. Æneid.

Source : BIU Cujas

his verbis compellat. *Si quid inferi sentiunt, cognosce animum meum: sicut voluisti, tibi vixi, tibi moritura fui, nulli alij in hoc pectore locus fuit* [a]. Teutonum coniuges Marium victorem orarunt, vt ab eo virginibus Vestalibus dono mitterentur, affirmantes æquè se atque illas virilis concubitus expertes futuras: Eáque re non impetrata laqueis sibi nocte proxima spiritum eripuerunt [b]. Quis ignorat priscum hunc fuisse multis in regionibus morem, vt inter defuncti vxores illa quæ viuum maritum amore quàm maximo prosequuta fuerat in mariti mortui rogum sese eremandam præcipitaret [c]? Seneca, *Quædam* (inquit) *ardentibus se maritorum rogis miscuerunt: Quædam vicaria maritorum salutem anima redemerunt* [d]. Pausanias Marpessam memorat ciúsque filias quę amissis viris semetipsas præ dolore iugularũt [e]. Arriácelebrare licèat, cuius nõ propriũ, sed mariti vulnus dolebat. Quis Pompeiæ Paulinæ singularem in Senecę coniugis amore constantiã prætermittat? Ipse certè Seneca de ea sic testatur: *Cùm sciam* (inquit) *spiritum illius in meo verti, incipio vt illi consulam, mihi consulere* [f]. At Paulina (authore Tacito) post mortem Senecæ, non modò defunctum virum luxit, sed & famam sociatæ cum marito mortis petiuit: Illa quidem superstes vixit, sed ore ac membris in multum pallorem albentibus [g]. Fannia autem bis maritum in exilium secuta est, & ipsa tandẽ propter maritum relegata [h]. Memorabile est Eponninæ fidissimæ vxoris exemplum, quæ vitam durissimam & acerbissimam in latebris cum Iulio Sabino charissimo coniuge per nouem annos transegit: ac postea damnato superstes esse noluit [i]. Seneca, *Periit aliqua cum viro: Periit aliqua*

[a] *Quintil. decla. 352.*

[b] *Valer. Max. lib. 6. cap. 1. in fin.*

[c] *Cicero li. 5. Tusculã. quæ. Strabo lib. 15. Solinus rerum memorab. ca. 65. Procop. li. 2. de bello Gotherum.*

[d] *Senecæ lib. 2. controu. 2.*

[e] *Pausan. in Messeniacis lib. 4.*

[f] *Senecæ epist. 104.*

[g] *Tacitus lib. 15.*

[h] *Plinius li. 7. epi. 19.*

[i] *Tacitus lib. 20. & Plutarc. in lib. de Amore.*



BIBLIOTHEQUE CUJAS PARIS

Source : BIU Cujas

*pro viro: Illas tamen omnis ætas honorabit, omne celebrabit ingenium* [a]. Alceste carminibus omnium nobilitatur, quę se pro coniuge vicariam dedit [b]. Itaque primus coniugalis beneuolentiæ honos olim fuit, si mulier marito superstes esse nollet: Proximus si mariti memoriam perpetua viduitate coleret. Nam cùm Penelope à secundis nuptiis abstinere, ambigua tamen volũtate, cogitaret: Hoc factura est (inquit Telemachus) & ex lecti maritalis reuerẽtia, & ex publicæ famæ studio: Εὐνὴν τ' αἰδομένη πόσιος δημοῖό τε φῆμιν [c]. Virginia se & patritiam & pudicã in patritiæ Pudicitiæ templum admitti debere, & vni nuptã, ad quẽ virgo deducta sit, gloriabatur [d]. Romæ vniuirarũ præmia multa eáque insignia erant. Illis enim, non aliis fas fuit Fortunæ muliebris signum attingere, aut matri Matutæ coronam imponere. Sic etiam (teste Valerio) quæ vno contentæ matrimonio fuerant, corona pudicitiæ honorabantur [e]. Pontifex Maximus creari alius nõ poterat, nisi qui à secundis abstinuisset nuptiis. Viduæ festis publicis nubebãt, vt frequenti populi multitudine erubescere cogerentur [f]. Ac ne tandiu in Ethnicis immoremur cæremoniis, secũdas nuptias Ecclesia nõ benedixit [g]. *Si iustum est matrimonium non separari: vtique & non iterari honestum est*, inquit Tertullianus [h]. Constantinus magnus virginitatem, ἀτεκνίαν castámque viduitatem iisdem illis honestauit priuilegiis, quæcũque alij Imperatores fœcũditati & matrimoniis cõcesserant [i]. Adultera dicitur quæ ad alterũ respicit. At quæ secundas nuptias expetit, licitũ adulterium exoptat, & alterius viri amplexus respicit. *Concupiscentia nos stupro adæquauit*, inquit ille [k]. Erat Naupacti Veneris ædes, in qua mulieres viduæ

a Seneca li. 2. cõtr. 2.
b Seneca in consolat. ad Heluiam cap. 17.
c Homerus Odyss. l. 16. π.
d Liuius lib. 10.
e Valer. Max. lib. 2. cap. 1.
f Plutarc. quæ. Rom. 105.
g Ca. 1. Et cap. vir autem. ext. de secundis nuptiis. can. fi. 2. dist.
h Tertull. li. de Monogamia.
i Sozomẽ. lib. 1. ca. 9.
k Tertull. in adhort. ad castitatem.

viduæ sibi à Dea alteras nuptias exposcebãt [a]. Nec mirum si numen Veneris, quę Dea est voluptatis & impudicitiæ, vota hæc libidinosa, & à castitate aliena admittebat. Ecclesia secundas nuptias nec dãnat, nec puniri permittit: sed dat gloriam viuiuiris, & viduitatis continentiam pudicæ virginitatis integritati æquiparat. *Aliud est* (inquit D. Cyprianus) *ad veniam stare, aliud ad gloriam peruenire* [b]. *Nos verò* (ait Tertullianus) *non magis nuptias auferimus, si secundas recusamus, quàm cibos reprobamus, si sæpius ieiunamus. Aliud est auferre, aliud temperare. Aliud est legem non nubendi ponere: Aliud est modum nubendi statuere* [c]. Iustinianus, Mulierẽ (inquit) quæ inuiolatum defuncti mariti thorum seruat & miramur pariter & laudamus, nec procul à virginitate pronimus [d]. Idéq; Iustinianus Nouella sua cõstitutione plurimas aduersùs secundò nubentes mulieres pœnas statuit [e]. Meuia viduitatis seruãdæ difficultates obiicit: Quasi verò virtus vllibi quàm inter aspera eniteat. Dicebat Amasis Ægypti rex, facillimũ esse quodcunque placet. Continentia pudicæ mulieri facilis est, & iucunda: Impudicæ ardua, difficilis, & molesta. *Totum durũ est quicquid imperatur inuitis*, ait Saluianus [f]. Elegantèr Seneca, *Mecum de hoc ipso loquor, quã nihil sit graue quod leniter excipiat: Quam indignandum nihil ipse indignando adsumas* [g]. Diuus Hieronymus, *Nihil amantibus durũ est: Nullus difficilis cupienti labor est. Amemus Christum eiúsq; semper quæramus amplexus, & facile videbitur omne difficile* [h]. Sed etsi in perpetua viduitatis continentia aliqua foret difficultas, an pigebit aduersùs vitia nos obfirmare, & vt facilia quæramus, patiemur nos immũdis voluptatibus prouolui? *Labore terreris* (ait D.

a *Pausan. in Phocicis li. 10. in fi.*

b *D. Cypr. li. 4. epist. 2. ad Antonianũ.*

c *Tertull. lib. de Monogamia.*

d *Iustin. in Nouella 2. de non eligendo secundò nubentes mulieres. §. cùm igitur. vers. optimum.*

e *Nouella 22.*

f *Saluian. li. 4. ad Eccles. Cathol. pag. 455.*

g *Seneca epist. 123.*

h *D. Hier. epi. ad Eustochium de custodia virgi.*



Source : BIU Cujas

Hieronymus) *At nemo Athleta sine sudore coronatur* a. Nazarius, *Certum est* (inquit) *pro negotij modo animosam esse virtutem, in paruis prope ad securitatem remissa, in mediocribus modicè intensior: Vbi magna venerunt, iuxta magnitudinẽ exantlandi operis erigitur* b. Seneca, *Omne honestum in arduo est, etiam quod vicinum honesto est* c. *Difficile est, fateor, sed tendit in ardua virtus, Et talis meriti gratia maior erit* d. *Quid aliud in mundo* (inquit Diuus Cyprianus) *quàm pugna aduersus diabolum quotidie geritur? Quàm aduersus iacula eius & tela conflictationibus assiduis dimicatur* e? *Nisi præcesserit pugna, non potest esse victoria: Tunc datur vincentibus corona. Nam gubernator in tempestate dignoscitur, in acie miles probatur* f. Sed si verum amamus, obiecta viduitatis & continentiæ difficultas aliena est à controuersiæ istius decisione. Neque enim in hac causa de obligatione vlla agitur, quæ nuptiis pœnam imponat. Non hoc postulat contractus vt Meuia viduitatis perpetuæ necessitati subiiciatur. Aliud est à nuptiis pœna deterreri. Aliud ad viduitatem præmio inuitari. Non enim par eadémque ratio est, amittere debita, & lucra nõ captare g. Nec videtur iniuria affici is, cui lucrum extorquetur, non damnum infligitur h. Donationis conditio ea est, vt Meuia, quandiu vidua erit, rebus donatis fruatur. Si secũdò nubat, liberalitatis lucro & rerum donatarum commodo abstinere debeat. Matrimonia (inquiunt Doctores) à pœna damni libera esse debẽt, sed non à pœna amissionis lucri i. Meuiæ liberum fuit nubere, aut non nubere. Viduitatis perfectio adiunctam habuit liberalitatis remunerationem. *Vxor hæres pudicitiæ pretium est*, ait Diuus Hieronymus k. Si Meuia secũdò nuberet, nulla

a D. Hier. ad Heliodorũ li. 2. epist. 6.
b Nazar. in panegy.
c Seneca li. 2. de beneficiis ca. 18.
d Ouid. lib. 2. de Ponto eleg. 2.
e D. Cypr. serm. 4. de Mortalitate in prin.
f Cypr. eodem serm. de Mort.
g l. fi. C. de codicillis.
h l. qui autem. §. simili modo. ff. qui in fraudẽ cred.
i Barth. ad l. Titio centum. §. Titio centum. ff. de cond. & dem.
k D. Hier. ad Saluinam de seruanda viduit. lib. 3. epistolarum.

Source : BIU Cujas

nullâ pœna fuit, sed neque etiam donationis lucrum. Vidua esse cum laude & præmio poterat: Secunda vota aspernari nulla contractus lege cogebatur. Tertullianus, *Nulla necessitas excusatur, quæ potest non esse necessitas*[a]. Quod si Iurisconsultorum responsa, quæ de conditione ista, *si mulier non nupserit*, extant, examinari oporteat: comperiemus nullam esse in Pandectis legem, quæ de contractibus agat: Omnes de conditionibus loquuntur, quæ legatis & dispositionibus testamentariis adscribuntur & adhibentur. At contractus vltrò citróque obligatorij sunt, neque æquum est alterum contrahentium altero inuito posse contra legem contractus conuentioni mutuo consensu initæ derogare. Quantò minus concedi debet, vt is qui pactioni stare non vult, lucrum aliquod ex ea conuentione consequatur? ac tum maximè cùm dispositio non est nuptiarum prohibitiua, sed donationis in nuptiarum casum resolutiua: Sic enim Doctores iuris loquuntur. Conditio hæc, *Si mulier non nupserit*, certæ obligationis vim & effectum habet: Non tamen minùs laudanda vidua quæ conditioni paret, & præmij spe & continentiæ studio. Seneca, *Non ideo minus vult qui non potest nolle*: *Imò magnum argumentum est firmæ voluntatis, ne mutare quidem posse*[b]. Sed quid tot rationibus in re certissima opus est? Nam omissis Iurisconsultorum contentionibus, Iustinianus Nouella sua constitutione controuersiam istam expressis verbis decidit: & proposita hac eadem quæstione constituit mulierem, quæ conditioni dictæ non paruit, & quæ inflammata lasciuæ voluptatis titillatione ad secunda vota transiuit, omni donationis commodo priua-

[a] Tertull. in exhort. ad castitatem.

[b] Seneca li. 6. de benef. ca. 32.



Source : BIU Cujas

ri debere [a]. Pudet quòd Meuia viduitatis & continentiæ difficultates allegat. Nihil est pudicitiæ & castitati impossibile. Continentiæ arma satis valida sunt aduersùs concupiscentiam & voluptates. *Nulli præclusa virtus est* (ait Seneca) *omnibus patet, omnes admittit, omnes inuitat* [b]. Meuia ætatem proponit, & iuueniles stimulos excusare vult. Quasi verò virtus ætate aut annis distingui soleat. Quid de puellis dicemus, quæ à primis annis perpetuã Deo virginitatẽ vouent, & votã castitatem magna cura ac seuera continentiæ regula tuentur? *Libidinẽ subegisse continentiæ palma est*, ait D. Cyprianus [c]. Beata Olympias multis laudibus à Nicephoro commendatur, quæ cùm viginti tantùm mensibus in matrimonio fuisset, iuuenis amisso marito in perpetua viduitate remãsit [d]. Tertullianus, *Nihil viduitati apud Deum subsignatæ necessariũ est quàm perseuerare* [e]. SENATVS donationis legem obseruari voluit, Meuiámque ab omni donationis emolumento repelli conueniens esse iudicauit [f].

a Nouell. 22. §. 43. *quæ verò nũc sequitur vnde desumpta est auth. cui relictũ. C. de indicta vidui. toll.*

b Seneca li. 3. de benef. ca. 18.

c D. Cypr. serm. 2. de habitu virginum circa fin.

d Niceph. li. 13. c. 24.

e Tertull. lib. 1. ad vxorem.

f Arrest prononcé en robbe rouge par M. le Président Forget, le Mardy 24. de de Mars 1592. entre Claude Veillon au nom & comme tuteur des enfãs mineurs de defunct Nicolas Morillo appellant du Seneschal de Fontenay ou son Lieutenant, d'vne part: & Anne Petit vefue dudit Morillo inthimee, d'autre part.

## *De Contractibus pignoratitiis, de Antichresi & de licito ac constituto pecuniæ reditu.*

## CAP. VIII.

MVTVVM gratuitum esse iura volunt, atque ex mutuo si quis vsuras fuerit stipulatus, & præstitę sint, eæ in sortẽ imputãturs. Qui plus expectat, quã dedit, fœnerator est, inquit Diuus

g *leg. Titius. ff. de præscrip. verbis l. alumnæ. ff. de adim. legatis.*

Source : BIU Cujas

Diuus Augustinus. Itaque omnis vsura & quilibet mutuæ pecuniæ reditus meritò reprobatur tanquam fœneratitius. Nihil autem est quod charitati Christianæ magis aduersetur quàm *vsura vorax, auidúmque in tempore fœnus.* ANTICHRESIS autē non propriè censeri potest fœneratitius contractus, cùm debitor vsurarum vice fructus alicuius fundi percipiendos creditori relinquit [a]. Olim apud nos contractus iste mortuum pignus *mortgage* dicebatur. In Asia Luculli tempore cùm eiusmodi pactionibus omnis debitorum reditus consumeretur, ἔταξεν ὁ Λούκουλλος (inquit Plutarchus) τῶν τοῦ χρεωφειλέτου προσόδων τὴν τετάρτην μερίδα καρποῦσθαι τὸν δανειστήν [b]. Iure ciuili ex Iurisconsultorum responsis apparet permissam fuisse ἀντίχρησιν, etiam in debito vsurario [c]. Iustinianus Nouella sua constitutione vetuit, non quidem generaliter, sed ne creditores ab agricolis ἀντίχρησιν pacisci possent [d]. Iure autem canonico (quod nos hac in parte obseruamus) omnino reprobatus est iste ἀντιχρήσεως contractus [e]. Frequentes apud nos sunt contractus pignoratitij, sed frequentiores sunt & legibus nostris approbati alij contractus, quos vocamus reditus constitutos, *rentes constituees.* Hæc posterior cōtractuum species mutuum dici non potest, sed potius est emptio & venditio. Eadem enim formula, qua emptio & venditio, contrahi solet. Siquidē is qui sexcentos aureos accepit, vēdit reditum annuū quinquaginta aureorum, atque ita quotannis quinquaginta aureos exoluēdo liberatur. Nam pars sortis duodecima legitimus est modus, nec maiorem reditum stipulari licet. Obiiciet aliquis contractum istum vsurarium & fœneratitium esse, siquidem

a *l. si is qui bona. §. si antichresis ff. de pignor.*

b *Plutarc. in Lucullo*

c *D. §. si antichresis. l. si pecuniā. ff. de pign. act. l. si ea lege pactione. l. si ead. penult. C. de vsuris. l. si seruus. C. quod cum eo qui in aliena potest.*

d *Nouella 32.*

e *cap. 1. & 2. cap. conquestus, & ca salubriter ext. de vsuris.*

dem nummus nummum generat. Sed discrimen & differentias spectare & attendere præstat. In fœneratitiis contractibus licebat creditori, quandocunque vellet integram sortem cum vsuris repetere: At in his reditibus constitutis libera non est creditoris sortis exactio, sed relinquitur arbitrio debitoris vt sortē quandiu libuerit retinere, & quandocunque volet exoluere possit: dummodo reditum illum qui ratione duodecimæ constituitur, exoluat. Neque id immeritò. Neque enim ex verbis & formula contractus debitor aliud, quàm reditum pecuniæ, vendit: atque ideò quandiu præstabitur, satisfiet contractui, nec sortem nisi volēte debitore reddi necesse est. Hoc autem idem aut quidpiam non dissimile etiam ante Iustiniani tempora locum habuisse videtur, quoties de pecuniis ciuitatum collocandis agebatur: eósque contractus magis esse annuos reditus tradit, quàm vsurarum & fœnoris præstationem [a]. Nam licèt sortis exactio creditori libera non esset, non ideò minùs tamen, ex sententia Iurisconsulti, publica illa ciuitatum pecunia rectè collocata dicebatur [b]. Cùm autem in Germania frequentes essent annui isti pecuniæ reditus: Martinus quintus (qui fuit circa annum 1425.) & Calixtus 3. (circa annum 1455.) hos contractus, vt licitos ac minimè vsurarios, permiserunt [c]. Horum contractuum multa est ab antichresi diuersitas. Nam in antichresi non est certus fœnoris & lucri modus propter incertam fructuum æstimationem [d]. At in his reditibus constitutis definitus est certus & legitimus modus, qui duodecimam sortis non excedat. In antichresi liberum erat creditori, quandocunque vellet, sortem exige-

a Nouella 160.

b l. si bene. ff. de vsur.

c Extra. uag. regimini de empt. & vendi.

d l. si ea lege. l. oleo. C. de vsuris.

re:

Source : BIU Cujas

re: In ista annui & pecuniarij reditus vẽditione exigere sortem, nisi volente debitore, non licet. In antichresi & aliis fœneratitiis contractibus vsuræ, cùm duplum sortis excessere, non ampliùs debentur [a]: At in his reditibus constitutis, quandiu sors non exoluitur, debetur annua præstatio etiam per decem vel viginti annos aut diutius.

CONTRACTVS pignoratitij dicuntur, quoties fundus aliáve res immobilis in pignus simulata vẽditione traditur. Nã licèt propriè pignus rei mobilis, hypotheca rei immobilis censeatur: sæpe tamen hypotheca ad res mobiles extenditur. Aristotel. γποθήκης τενομένης τῆς τοῦ ἐλαίου τιμῆς [b]. Et pignus frequenter rei etiam immobilis dicitur. Terentius, *Ager oppositus est pignori ob decem minas* [c]. Nam & pridẽ, etiã inter Christianos, illis qui pecunias sub fœnore collocabãt, solebãt prædia loco fiduciæ & pignoris obligari, vt testatur Sidonius Apollinaris [d]. At cõtractus iste, qualis apud nos in vsu est, verè vẽditio fiduciaria dici potest. *Fiduciam accipit* (inquit Boetius) *cuicunque res aliqua mancipatur, vt eam mancipanti remancipet, & est remancipatio fiduciaria, cùm restituendi fides interponitur* [e]. Huiusmodi autem fiducię, cuius apud Iurisconsultos plurima fit mentio [f], vsus ab Imperatoribus sublatus videtur. Apud nos vt contractus censeatur pignoratitius, tria simul concurrant oportet: Precij vilitas, Pactum deretrouẽdẽdo: Atque vt vẽditor in possessione remaneat. Multum est si ad hæc tria accedat in creditore fœnerandi consuetudo [h]. Precij quidem vilitas attenditur. Nam licèt in emptione & venditione contrahentibus liceat inuicem sese circumuenire, non tamen

a *l. si non sortem. §: supra duplum. ff. de cõdict. indeb. l. 4. §. pro operis. ff. de nautico fœnore. Nouell. 121.*

b *Aristoteles lib. 2. œconom.*

c *Terentius in Phormione.*

d *Sidonius Apollinaris lib. 4. epi. 24. ad Turnum.*

e *Boetius li. 4. topic.*

f *Paulus li. 3. recept. sent. tit. de legat. & li. 2. ti. de deposito, & ti. de lege commissoria, l. 9. de infir. his quæ sub tyrannis. C. Theodos.*

g *l. fi. C. de pactis pig.*

h *Cap. ad nostrã de empt. & vend. c. illo vos de pignoribus.*

tamen ea facultas modum à lege definitum excedere debet. Ipsa quidem precij vilitas, si immodica est, verisimiliter indicat contrahentes non tã de vendendo, quàm de pecunia credẽda, & prædio in cautionem securitatis obligando cogitasse. At redhibitionis conuentio ipsaque retrouendendi facultas sola contractum pignoratitium non reddit, nec sola impedire potest, quominus ea contractæ venditionis qualitas iudicetur, vt ipsa quidem pura sit, sed quæ sub illa redimendi conditione resoluatur [a]. Quoties autem ista redimendi facultas simul cum cæteris concurrit, pignoratitius magis contractus & simulata venditio, quàm vera alienatio iudicabitur. Indicium autem & argumentum simulatæ venditionis maximum est, quando venditor in possessione remansit. Neque enim creditur velle alienare qui possidere non desinit [b]. *Non* (inquit Labeo) *videri potest eam rem vendidisse, de cuius dominio id agitur, ne ad emptorem transeat, sed hoc aut locatio est aut aliud genus contractus* [c]. Reconductio autem dicitur, cùm emptor venditori, qui fundum adiecta redimendi facultate distraxerat, eodem contractus momento locauit. Nam si locationis pretium duodecimã sortis excedat, cõtractus censetur vsurarius: Sin verò emptor, qui pecuniam præstitit, non alium pecuniæ reditum stipulatus est, quàm eum quẽ lex permittit atque approbat, nihil quidem est quod argui possit [d]. Sed tũ censetur contractus pignoratitius: Ac potissimùm si cætera concurrunt, Redimendi facultas, Precij vilitas, & fœnerandi consuetudo. De pignoratitiis istis contractibus frequentes occurrunt in foro quæstiones, quarum insignes duas referre lubet.

[a] *l. 2 C. de pactis inter empt. & vend. l. 2. ff. de in diem addict.*

[b] *l. sicut. §. superuacuũ. ff. quibus modis pign. vel hypot. & l. cum mater fam. §. fi. de cont. empt.*

[c] *l. cùm debitor. ff. in quib. causs. pignus vel hypoth. tacitè contrah.*

PRIMA

Source : BIU Cujas

PRIMA est, Vtrum qui pignoratitio contractu fundum suum obligauit, cogi possit post præstitutum redhibitionis tempus vel sortem exoluere vel fundo vendito cedere. PRO DEBITORE. Si creditoris petitio locum habeat, maior est contractus pignoratitij quàm ἀντιχήσεως acerbitas & vsura. In vtroque, si absit reconductio, incertitudo æstimationis fructuum sola contractũ tuetur: In pignoratitio durum est, si proprietas debitori abscedat. Cæsar cùm fœnebri rei modum dicere vellet, nihil crudelius existimauit quàm si debitores ære alieno pressi rebus oppigneratis cedere cogerentur [a]. Quin & coniurationis Catilinariæ conscij hoc potissimùm expostulabant, quòd prædia creditoribus fruenda relinquere tenerentur [b]. Quid est ergo acerbius, quàm quod importunè creditor exigit, vt non soluens debitor fundi sui possessione pellatur? Neque enim ipsa solùm legis cõmissoriæ pactio, sed aliæ quæ similem eundémque effectum haberent, tam iure ciuili quàm Imperatorum rescriptis prohibentur [c]. Pietas Christiana fœnus omne illicitum censet, siquidem omnis pecuniæ reditus vsura est: vsura autem legibus Christianis damnatur. Vnicus est apud nos licitus pecuniæ fructus qui certis legibus cõstituti reditus constringitur. Leges autem præcipuæ duæ sunt, Vt reditus duodecimam sortis non excedat, Et vt sortis exactio creditoris arbitrio non concedatur, sed liberæ debitoris voluntati relinquatur. Itaque cùm apud nos non alia sit legitima fœnoris liciti stipulatio, quàm redituum cõstitutorum, præstat & expedit hos contractus pignoratitios in reditus, quos cõstitutos vocamus, resolui. PRO CREDITORE.

a Dion. 41.

b Cicero 2. Catilin.

c l. 1. Cod. de pactis pignorum.

Pecunia

Source : BIU Cujas

Pecunia quæ debetur, bona fide numerata est: & si quis prestatur pecuniæ fructus, non tamen excedit modum legibus definitum: Imò etiam iure canonico conuentiones istæ approbari solent [a]. Contractus autem hic pignoratitius est, nec verè mutuum dici potest: imo neque etiã fœneratitius contractus: sed venditio, adiecta tamen redimendi facultate, si intra certum tempus venditionis precium non restituatur. Quid autem æquius est, quàm quod postulatur, vt pecunia quæ debetur, aut resoluto contractu præsenti die exoluatur, aut manente contractu fundus fiat illius qui eum certo creditæ pecuniæ precio, certa & præstituta lege comparauit? Hanc Iurisconsultus in omni contentione iustissimam esse petitionem existimauit, vt aut contractui inito stetur, aut ab eo in totum recedatur [b]. Sic etiam Cicero ad Thermum, *Philotes Alabandenses* (inquit) *Xanthippæ Cluuio dedit: Hæ commissæ sunt: Velim curẽs vt aut de hypothecis decedat aut pecuniam soluat* [c]. Isidorus pignoris dominium in creditorem nõ transire, fiduciæ verò proprietatem transferri quasi commissoria pignoris lege tradit [d]. At debitor iste litigare quàm soluere mauult. Nimis anxia est & scrupulosa subtilitas eius, qui post tanti temporis moras & dilationes, non quidem ad aram perfidiæ, sed ad nouas tabulas confugit. Est enim nouarum tabularum species quædam, cùm is, qui sibi venditione contracta cauerat, ad nouas constituti reditus tabulas nouúmque contractum remittitur. At num æquius est vt debitor aut fundo vendito cedat, aut præsenti die pecuniam acceptam cum fructibus exoluat? QVÆSTIO hæc sæpè in foro agitari solet, atque

a *d. ca. illo vos, & d. ca. ad nostram.*

b *l. Iulianus. §. si quis colludente. ff. de actionib. empti.*

c *cicero li. 3. epist.*

d *Isidorus lib. 5. etymolog.*

Source : BIU Cujas

que in eius decisione varia fuisse Senatus iudicia nemo inficiabitur. Nam quibusdam arrestis Senatus contractus pignoratitios ad naturam reditũ cõstitutorum reduxit [a]. Aliis arrestis debitor damnatus aut fundo oppignerato cedere, aut sortem cum vsuris certa & præstituta die exoluere [b]. Recẽtia Senatusconsulta, quorum vsus potior & frequentior est, controuersias istas hac ratione dirimunt, vt debitor damnetur certa die sortem cum licitis vsuris exoluere: ac ni soluat, fundus oppignoratus prætoris authoritate post hastę publicæ solemnitates regiis constitutionibus præfinitas, plus offerenti adiudicatur [c]. Potior est hoc casu Senatus æquitas & sine vllius legitima querela. Creditor enim quod suum est consequitur, eique vel voluntaria solutione, vel si debitor solutionẽ moretur, publica & solemni prædij obligati distractione satisfit. Debitor autem nulla iniuria afficitur. Nã si vltrò ac volens pecuniã numeret, iusta ærис alieni obligatione liberatur. Sin fũdus publicè distrahatur, legitimam consequitur rei suæ æstimationem. Marcianus Iurisconsultus pignoratitiũ fundum creditori insolutum dari posse ait, si modò iusto pretio æstimetur [d]. Sic & æstimationes à Cæsare & Cicerone memorãtur [e]. Nã cùm Romæ ciuilis belli tempore priuatæ singulorum facultates attritæ essent, & inopia debitorum ære alieno vrgeretur, visum est res debitorum immobiles æquo & prudenti arbitrio æstimari, placuítque vt res æstimatæ in solutionem creditoribus datæ vicem

a Arrest du Ieudy 19. de Septembre, 1577. moy plaidant pour l'appellant, & Chauuelin pour l'inthimé. Et autre arrest prononcé en robe rouge à la Feste de la Pentecoste 1580. entre le sieur de Serrant, & Dame Marie Godin.

b Arrest du 8. de Ianuier 1579. plaidans Grignon & Baautru des Matras. Et autre arrest du 19. de Decembre, 1585. entre Vincent de la Fouchardiere & M. Leõ Vallet inthimé.



c Arrest du Ieudy 10. de Feurier 1594. au profit de François Pecquineau plaidant de Chezelles, pour l'appellant, & moy pour l'inthimé. d *l. si fundus. §. vlt. ff. de pign.* e *Cæsar lib. 3. de bello ciuili. & Cicero in epist. ad Atticum.*

Source : BIU Cujas

præsentis pecuniæ obtinerent.

ALTERA QVÆSTIO dubiis vtrinque propositis rationibus excutienda est.

TITIVS relictis pluribus liberis decessit. Cõsuetudo Andegauensis, vniuersam mobilium successionem soli primogenito defert. Primogenitus acquisitiones istas pignoratitias mobilium nomine contineri dicebat, sibique soli adiudicari debere. Cæteri liberi contractus pignoratitios inter iura immobilia meritò recensèri & inter fratres, æquali iudicio diuidi oportere asserebant. PRO PRIMOGENITO. Pignoratitia obligatio est quædam mutui non gratuiti species, & ex pecunia credita originem sumit. Hæc enim lex est pignoratitij contractus, vt sortem cum vsuris exoluendo debitor liberetur. Adiecta redimendi facultas satis ostendit non fuisse hanc contrahentium mentem, vt alienatio fieret irreuocabilis, sed fundus pignori oppositus pro securitate maneret. Securitas accessoria est, nec contractus nomen aut substantiam immutat. Quinetiã cùm inuolutus & implicitus casus declarationem ex euentu accipere dicatur [a], conuentionum & actuum quorumcunque qualitas ex euentu diiudicari debet. Pignoratitij contractus executio & exitus hic est, vt nisi debitor vltrò ac volens soluat, fundus eius distrahatur. At generalis hæc est iuris regula, cõtractus omnes cæterósque actus quales iudicari debeant, ex solutionis euẽtu, iudicij exitu, & cõtractus executione pendere [b]. Itaque licèt redimendi facultas longo pòst tẽpore executioni mandetur, tamen pretium quod vel ex redemptione, vel ex contractus resolutione procedit, cẽsetur in bonis defuncti ex ipso

contra

[a] l. final. ff. si ex noxali causa agatur. [b] l. si Titius in prin. In verb. ex euentu solutionis. ff. de legat. 2. l. ser. uus. §. 1. In verbis, in pendẽti est cui proprietatem. ff. de a. q. rerũ domi. l. si is qui pro empto. §. 1. In verb. in pendenti esse. ff. de vsucap. l. sed & si quid. §. 1. ff. de vsufr. d. qui res suas. §. rem autem, in verb. vtique cuius fuerit euentus. ff. de solut. l. si jur. l. si debitor. ff. de iure dotium. l. 1 si pendeat. ff. ad Sen. Macedon.

cõtractus tẽpore fuisse a. PRO SECVNDO-GENITO CÆTERISQVE LIBERIS. Pignoratitius contractus ita iniri consuevit, vt fundus alienetur, neque alia in contractu quàm venditionis mentio fieri solet. Adiecta autem redimẽdi facultas contractum neque incertum & reuocabilem neque conditionalem reddit. Perpetua enim est obligatio & pura alienatio, sed quæ sub cõditione & ex beneplacito debitoris resoluitur b. Vt & quicquid sub conditionẽ contractũ est, conferri debet c. Pignoratitias autẽ istas acquisitiones doario subiici, & in viduæ cõmodũ inter immobilia, quæ doarij reditum augent, referri Senatus arresto prouisorio iudicauit d. Incertus quidem est pignoratitiæ conuentionis euentus, sed vt qualitas actus diiudicetur, tempus mortis spectari solet: Vt & in collatione bonorum inter fratres tempus mortis attendi necesse est e. Quoties autem de fundo legato agitur, si is perita in integrum restitutione post mortem testatoris euincatur: pretium, quod restitui oportet, in locum ipsius fundi subrogatur, nec minùs quàm ipse fundus legatario debetur f. Quinetiã redimẽdi facultas liberum relinquit arbitrio debitoris, an prædio alienato cedere velit, & fundum venditum emptori relinquere. Itaque cùm hoc omne voluntati venditoris permittatur, pretium non tam in obligatione quàm in conditione fuit g. Vnde & conditio illa rectè protestatiua dicetur, quæ si ex

a L. si. filius fam. & alij. Bartho. & recentiores. ff. de verb. oblig. l. quæ legata, & l. seq. ff. de regul. iuris.

b L. 2. ff. de in diem addict. l. 2. C. de pactis inter empt. & vendit.

c L. 2. §. id quoque quod sub cõditione. ff. de collat. bon.

d Arrest du 26. d'Aoust 1595. entre M. Thomas du Pont & René Laurent appellans & inthimés d'vne part, & Damoiselle Anne le Blic d'autre part.

e L. eã demum. C. de collat. bon.



f L. qui solidum. §. 1. ff. de legat. 2. l. filiæ. §. à Titia. ff. de cond. & dem. l. si donatæ. §. si sponsus. ff. de donat. inter virum & vxor. g L. 1. §. item si ita. ff. ad legem Falcid. l. ita stipulatus. ff. de verbor. oblig. l. si quis sub conditione. ff. si quis omissa causa testatoris.

Source : BIU Cujas

a L. si seruus. §. vlt. ff. de stipula. seruorū. l. qui balneum, & l. qui potior. ff. qui potiores in pignore.

b Molinæus in consuet. Paris. tit. 1. §. 11. nu. 18.

c Authent. de alienat. & emphy. §. 1. Et authen. de nō alien. reb. Eccl. §. vlt. igitur. l. fi. §. præterea de iure dotium. l. iubemus. C. de sacros. Eccl.

d Ca. querelam ext. de electione.

e Arrest du 23. iour d'Aouſt 1585. entre Claude de Mondamerappellant, & Pierre du Mortier inthimé, par lequel il eſt ordonné qu'il ſera informé par turbes ſur la commune vſance, & cependant il eſt ordonné que tels contracts pignoratifs, comme immeubles, ſeront partagez entre les freres.

poſtfacto executioni mandetur, tamen quia mortis tempus attendi debet, non poteſt conditionis illius implementum in diuiſione bonorum defuncti ſpectari. Conditiones enim poteſtatiuas nullo caſu retrotrahi cōſtat a. Ipſa autem æquitas vt hoc ita iudicetur deſiderat. Nam in prouincia Andegauenſi frequentes ſunt iſti contractus pignoratitij, quoties paterfam. diligens pecuniā domi otioſam aſſeruare non vult. Durū autem eſſet, ſi in prouincia, in qua frequentes ſunt pignoratitiæ illæ acquiſitiones, primogenitus eas omnes ſolus in præiudicium cæterorum conſequeretur b: ſiquidem ex iuris diſpoſitione pignoratitiæ illæ emptiones rebus immobilibus non minùs quàm patrimoniales reditus annui annumerari debent c. Sic pēſiones annuatim Eccleſiæ præſtari ſolitæ, iiſdē ſolemnitatibus & priuilegiis, quibus cætera immobilia, cenſentur d. SENATVS prouiſorio iudicio pignoratitias acquiſitiones inter immobilia recenſeri & inter fratres diuidi oportere pronuntiauit e.

*An auo liceat exhæredare nepotes, qui ex eo matrimonio nati ſunt, quod filius citra patris conſenſum contráque eius voluntatem contraxerat.*

## CAP. IX.

TITIVS cùm plures liberos haberet, reſciuit Seium filium primogenitum adoleſcentulæ cuiuſdam amore captū de contrahendis clàm cum ea nuptiis cogitare: Pater filium in ius vocat: Filio

Source : BIU Cujas

lio absente & contumaciter non comparente pater coram iudice protestatur inuito se & dissentiente filium nuptias contrahere velle. Eadémque protestatione paternum hoc suum iudicium pronuntiat: si filius mulierculam illam in vxorem ducat, eum *exnunc prout extunc* exhæredare. Iuuenilis feruor & amoris illecebrę animos amantium officij immemores à patria pietate auocare solent. Seius itaque neglecta patris prohibitione cum amasia sua nuptias cõtrahit: Et cùm matrimoniũ integro biẽnio durasset, Seius relictis duobus liberis decessit. Titius pater post Seij filij mortẽ, testamentum cõdit, quo declarat se filium olim exhæredasse ob nuptias vio lata pietatis paternæ reuerentia cõtractas. Itaque nolle liberos ex eo matrimonio procreatos agnoscere, sed continuata prioris illius exhęredationis voluntate se eos exhæredes scribere, cæteris liberis hęredibus institutis. Nepotes exhæredationem nullam esse & non iure factam contendunt.

*PRO LIBERIS CONTRA NEPOTES.* Non hæc priuatos tantùm, qui de bonis Titij litigant, disceptatio tangit: Sed publica est & communis omnium causa, quotquot aut iã patres sunt, aut in posterum legitima futurę prolis expectatione torquentur. Exhæredatio enim summum est patriæ potestatis fulmen, quo cessante irritus fiat paternæ reuerentiæ honos, nec vllus læsæ pietatis vindex superetit. Diuus Ambrosius, *Vsu humano* (inquit) *hæreditatis pecuniariæ gratia facit, vt venerabiliora fiant iura pietatis. Quia hoc quoq; plus defertur parentibus: ne læsa pietas patris vlciscatur se exhæredatione vel abdicatione contumacis pignoris*[a]. Patres olim ius vitæ ac necis in filios habebãt. Quod vbiq;

[a] D. Amb. li. 5. ep. 20.



Source : BIU Cujas

a Cæsar li. 6. ac maximè in Gallia locum habuit [a]. At deliciæ sequentis sæculi & corrupti posteritatis mores ius illud patrium hebescere & minui voluerũt: ac nullã aliã parentibus in filios pœnã reliquêre præter exhæredandi ius & abdicationis potestatẽ. Quintilianus, *Fulmen istud patrum aduersùs ferociã adolescẽtiæ datũ est, aduersùs filios qui peccare plus possunt* [b]. Lex aduersùs iudiciũ patris non facilè inquirit, & hanc paternæ irę legitimã pœnã vix aliter quàm magnis rationum momentis pronuntiari præsumit. *Verisimile non est* (inquit Cicero) *odio fuisse parenti filiũ sine causis multis & magnis & necessariis* [c]. Historia sacra pias & flebiles has parentis voces refert, qui etiam à filio expulsus cùm de regio statu ambiguus certaret: tamen rescita filij morte, *Quis* (inquit) *mihi tribuat vt ego moriar pro te* [d]: *Pater* (inquit Seneca) *nisi magnæ & multæ iniuriæ patientiam euicerint, nisi plus est quod timet quàm quod damnat, non facile accedit ad decretorium stylum* [e]. Legitimã esse exhæredationis caussã cùm in contrahẽdo filij matrimonio neglectus est patris cõsensus, iura declarant [f]: & regia Henrici secundi constitutio confirmauit. Titius filiũ Scium in ius vocauit: & in absentẽ cùm patrio iure animaduerteret, eũ corã iudice exhæredauit: Idq; ante contractas nuptias. O contumacem filij impietatẽ & irreuerẽtiã, quẽ nec patris ira, nec metus exhæredationis cõtinere in officio potuit: & cùm attentati necdum admissi flagitij pœnitere liceret, ille tamẽ patrię maiestatis minas spreuit. Itaque pater omnem exinde filij cogitationẽ abiecit, neque exhęredationẽ post nuptias cõtractas repeti necesse existimauit, cũ exhæredationi olim in iudicio propositę hęc verba adiecisset, *ex nunc prout ex tunc.*

b Quintil. decl. 259.

c Cicero in orat. pro Roscio Amerino.

d Regum li. 2. c. 18. in fin.

e Seneca lib. 1. de Clementia ca. 14.

f Nouellæ 115. vt cùm de appell.

Source : BIU Cujas

*tunc.* Quæ verba Doctores præsentem vtroque tẽpore effectũ habere asserunt [a]. Nã & hæc stipulatio *ab hac die* siue *ex hac die*, quoties interposita est, præsentẽ esse eius effectũ Africanus respondet [b]. Exhæredationẽ nepotes obiiciunt sub conditione fieri non posse: Sed hoc de conditione casuali intelligẽdum est. At hæc, quæ potestatiua erat, propè cõditio non fuit, quippe quæ effectũ non aliunde sumeret, quàm ab arbitrio & voluntate eius, qui exhæredebatur, si illicitas nuptias spreto patre cõtraheret [c]. Deinde exhæredare est ab hæreditate sua aliquem excludere, & succedẽdi iure priuare. Satis est ergo dũmodo exhæredatio fiat ante mortẽ supremo testatoris iudicio. Mortẽ autẽ non Seij filij, sed Titij patris attendimus. Neque enim de bonis Seij, sed de hæreditate Titij agitur. Itaque Titius tã mortuo quàm superstite filio legitimã exhæredationis cõdẽnationẽ supremis tabulis adscribere potuit, nec fuit necesse testamenti & iudicij sui tabulas viuo se publicare. Verùm quiã in istã causã hoc vnũ perpetua obiectione in quæstionẽ venit, An nepotes ab auo ex patris delicto exhæredari possint, cõueniẽs est, vt diluatur & soluatur hic obiectionis nodus, tria potissimũ spectari. 1. Nepotes istos nõ esse legitimos Titij nepotes. 2. Exhæredato filio nepotes ex eadem exhæredationis causã posse excludi. 3. Nepotes isto casũ ex patris delicto lege permittente posse exhæredari. QVOD ad primum attinet, Paulus ait non videri iustum filium, qui ex eo matrimonio natus est, cui pater non cõsẽsit [d]. Cùm enim lex de matrimonio seruatis iuris præceptis celebrando agit, hoc primùm desiderat vt contrahẽdis nuptiis parentum consensus acce-

[a] Glossa in clemẽt. nolentes in verb. ex tunc de hæreticis.

[b] l. 64. huiusmodi stipulatio. ff. de verb. oblig.

[c] l. 4. C. de instit. l. 4. suus cum le. sequẽte, ff. de hæred. instit.

[d] l. Paulus. ff. de statu hominum.



Source : BIU Cujas

dat [a]. Hoc indicat Ouidius cùm de Pyrami & Thisbes amore agit, *Tedæ quoque iure coissent, Sed vetuere patres*. Tertullianus, *Nam nec in terris filij sine consensu patrum rite, & iure nubent* [b]. Apuleius, *Impares nuptiæ* (inquit) *& præterea in villa sine testibus & patre non consentiente factæ legitimæ non possunt videri, ac per hoc spurius iste nascetur* [c]. In nuptiis Leandri Poëta infaustum hoc præcipuè notat, οὐχ ὑμέναιον ἄοισε πατὴρ καὶ πότνια μήτηρ [d]. Canonistæ autem præsentiã parentum postulante publica honestate adhiberi monent [e]: & si adhibeatur, officiosã filij pietatem laudant: atque, vt ait Tertullianus, *magis honorem refert lex nuptiarum, vbi habet & pudorem* [f]. Nõ tamen præsentiam parentum necessariò requiri existimauerũt: vt matrimonium sit nodus Gordius qui non dissolui, sed abscindi & sola morte dirimi queat. Itaque ex tali matrimonio procreata proles, legitima quidem fuit defuncti Seij, sed non fuerũt legitimi nepotes Titij aui, quo inuito ac reluctante Seius nuptias contraxit. Neque enim suus hæres adnasci potuit auo inuito, si is nuptiis filij nõ consensit [g]. In bonorũ quæstione hoc primùm constare debet, aliquem filium esse vel nepotẽ: Sed si hoc non constet aut certè aliquid obsit, ne quidẽ alimenta decernentur ex Senatusconsulto Plotiano [h]. Nã & si nepotes istos veros esse & legitimos Titij nepotes fateamur, tamen quibuscunque casibus filius exhæredari potest, nepotes ex eadẽ exhæredationis causa possunt exhæredes scribi. Nepos enim non aliter habet querelam inofficiosi, nisi apertissimè doceat patrem nõ fuisse iure exhæredatũ [i]. Nemo autem dubitauerit Seium iure & lege permittẽte potuisse exhæredari. Quinetiam si hæc

secun

a l. 2. ff. de ritu nuptiarum. l. nec filiũ. C. de nuptiis.
b Tertull. li. 2. ad vxorem in fin.
c Apuleius li. 6. de asino Aur.
d Musæus in Leãdro.
e can. honorantur 32. quæ. 2.
f Tertull. li. de Monogamia.
g l. in bello. §. medio tempore. ff. de captiuis & postli. reu.
h l. si quis à liberis. §. si vel parens. ff. de liber. agnosc.
i l. si quis filium. C. de inoffic. testam.

secunda ratio cesset, tertium illud excutiamus, an hoc casu nepotes ex delicto paterno plecti & abdicari potuerint. Vlpianus quæstionem hanc ex professo tractauit. *Si* (inquit) *emancipatus filius vxore non ex voluntate patris ducta filium fuerit sortitus. Dein nepos patre iam mortuo ad bonorum possessionem aui velit venire, admittendus est ad eam.* Addit postea Vlpianus, *Nam & si tam ignominiosam duxerit vxorem filius, vt dedecori sit tam ipsi quàm patri mulierem talem habere, dicemus & ex ea natum ad bonorum possessionem aui venire: Cùm possit auus iure suo vti, eumque exhæredare. Nec enim minus in hoc nepote is, qui de inofficioso cognoturus est, merita nepotis quàm patris eius delicta perpendet* a. Ergo ex Vlpiani sententia & auus nepotes exhæredat, & in exhæredationis cognitione attenditur delictum patris, qui indignas nolente patre nuptias contraxit. Indignæ nuptiæ, imò & ignominiosæ censeri debent quæcunque à patre tales iudicantur. Itaque aduersùs hos nepotes illud Calpurnij vsurpari potest, *In istis pueris nescio quid sit indignius, vtrum patris origo quòd est dubia, an matris origo quòd certa est* b. Quemadmodum autem in incestis & illegitimis nuptiis lex non ipsas tantùm nuptias improbat, sed & filios inde procreatos omni succedendi iure priuari vult c. Sic etiam nepotes ex nuptiis renuente patre contractis natos reiici conueniens videtur. Nam Imperator Alexander ita rescripsit, *Si* (inquit) *pater mariti quondam tui cognitis nuptiis vestris non contradixit, vereri non debes ne suos nepotes non agnoscat.* Si non contradixit (inquit). At verò Titius contradixit, & quidem apud iudicem: *Ostendens* (ait Seneca) *quàm inuitus aspero remedio*

a *l. 3. §. si emancipatus. ff. de bonorum possess. contra tabul.*

b *Calpurnius decl. 30.*

c *l. si quis incesti, & auth. incestas. Co. de incestis nuptiis.*



Source : BIU Cujas

manus admoueat: *in cuius animo nihil hostile, nihil asperum est* [a]. Paterna pietas pro liberis consilium capit, nec pater temerè in filium sæuire præsumitur. Dicet aliquis quid paruuli commeruere nepotes [b]? Eadē ratione dicere liceat, quid delinquere potest posthumus, qui nondū natus in vtero est: Et tamen quibusdā casibus lex patri posthumū testamēto exhæredare permittit [c]. Quinetiam ad parentum terrorem filij, etiā qui nihil deliquerunt, bonis paternis auitísque priuātur [d]: atque ita filij odio paterno prægrauātur [e]: & filij ingrati, liberti serui cēsentur. Ac plerūque pœna ad filios extenditur, cùm pater aliqua violati pudoris macula aspersus est [g]. Euripides deos refert, τὰ τῶν τεκόντων σφάλματα εἰς τοὺς ἐγγόνους πέμπειν. Horatius, *Delicta maiorum immeritus lues Romane*. Tertullianus de Deo loquens, qui patrum delicta à filiis exigit: *Duritia populi talia remedia compulerat* (inquit) *vt vel posteritatibus suis prospicientes legi diuinæ obedirent. Quis enim non magis filiorū salutem quàm suā curat* [h]? Plerunque vbi pater deliquit, Deus non modo patrē, sed & ipsos quoque filios puniri iubet [i]: & parentum pœnas in filiorū tēpus reseruat: vt de pœnitentia Achab in sacris scripturis refertur [k]. Plutarchus de sera numinis vindicta rē istā pluribus exemplis illustrat. Sic & Glauco Epicidæ filio Spartano Regi, cùm peieraſſet, Pythia respondit commissæ periurio fraudis pœnas nepotes perpessuros [l]. Cicero elegāter, *Non me fugit quàm sit acerbum parentum scelera filiorum pœnis lui, sed hoc præclarè legibus comparatum est, vt charitas liberorum parentes amiciores Reipub. redderet* [m]. Itaq; nil mirum si auo licere debeat ingrati & contumacis filij posteritatem

a Seneca li. 1. de clementia ca. 13.
b l. nec in ea. ff. ad leg. Iul. de adult.
c l. si posthumos. ff. de li. & posth. §. posthumi. ff. de exhæred. libe. in Institu.
d l. cùm ratio. ff. de bonis dāna. l. 1. Co. de natur. libe.
e L. Quisquis. C. ad legem Iul. maiest.
f L. si manumissus. C. de li. & eorum lib.
g L. diuo Marco. C. de quæst.
h Tertull. li. aduers. Marcionē.
i Iosue ca. 7. & Regū li. 1. ca. 21. & li. 4. c. 23.
k Regum li. 1. c. 21.
l Pausan. li. 2. in Corinthiacis.
m Cicero in ep. ad Brutum.

Source : BIU Cujas

ſteritatem exhæredare. Nam Seij contumacia in ipſa nuptiarum coniunctione fuit. At ex ea coniunctione nolente & renuente Titio contracta, nati ſunt nepotes, qui ſi auo inuito adnaſcuntur, inanis certè erit filiorum exhæredatio, niſi etiam in perpetuum ἀχαριστίας monumentum exhæredationis pœna ad nepotes extendatur. Filius abdicari ſe non verebitur, ſi ſperet prolem ſucceſſuram. Neque enim aliò ſpectant patrum vigiliæ & induſtrij ſudores, quàm vt filiis & poſteritati opes & bona acquirãt. Vos itaque parentes, qui filios editis in ſpẽ legitimæ poſteritatis: eóſque tanta affectus charitate fouetis, videte quàm deinceps vilis erit poteſtatis veſtræ timor, & veneratio, quàm ingrata patriæ maieſtatis conditio, quàm nullus paternæ iracundiæ metus, ſi illegitima contumacis filij poſteritas, irati & cõmoti parentis minas impunè aſpernari poſſit.

*PRO NEPOTIBVS.* Parentum maieſtas & veneratio pietatis & beneuolentiæ plena eſt, nihilque deſiderari poteſt patrio affectu charius, iucundius, aut amabilius. Quid ergo patrij doloris æſtum, tanquam numinis iracundi minas, proponi attinet? *Non expedit habere inexorabilia peccatis atque erroribus numina*, inquit Seneca [a]. *Patria poteſtas* (ait Iuriſconſultus) *in pietate debet, non atrocitate conſiſtere* [b]. Quintilianus, *Pater erat: Nunquam hi affectus in tantum vincuntur odio, vt non ad naturam ſuam tandem reuertantur* [c]. Titius pater licèt exanduerit, licèt fulmen exhæredationis minatus ſit, non tamen verè aut abſolutè Seium filium exhæredauit: ſed inter dolorem & affectum dubius varias in partes animi ſui iudicia exercuit. Itaq; tria ſunt quæ recenſeri & examinari neceſſe eſt: Primum,

a Seneca li. 1. de clement. c. 7.
b L. D. Adrianus. ff. ad legem Pompeiam de parric.
c Quintilianus declam. 322.

An

An Titius certo iudicio & perpetua animi voluntate Seium filium exhæredare voluerit: Deinde, An exhæredauerit: Tertium, An auo nepotes exhæredare, & quibus de causis liceat. Quo ad primum, Titius ante contractas nuptias Seium filium à tali coniugio reuocare desiderauit: Hoc precibus, hoc minis & patria seueritate tentauit, & vxorem inscio se & inuito duci ægrè tulit. Illud coram iudice prohibuit, & exhęredationem non tam fecit quàm protestatus est. Omnia denique egit, quibus filium à cogitatis nuptiis deterreri posse existimabat. Nuptiæ tamen sunt contractæ. Potuit quidem pater filium tunc exhæredare, sed neque constãte matrimonio exhæredauit, neque vlla exulcerati animi indicia post nuptias viuo filio protulisse perhibetur: Quin potiùs cùm videret nuptias non ampliùs reuocari posse, legitimam iram paterna clementia & mansuetudine dissimulauit. Decessit ergo Seius nulla post nuptias facta exhæredatione. Post Seij obitum cæteri liberi importunis blanditiis & impia in paruos suggestione coactam exhęredationis testationem ab auo sene & morituro extorserunt. Pater qui grauiter offensus filium non punit, peperciisse filio censeri debet. *Tunc præcipua est mansuetudinis laus, quum iræ causa iustissima est* (ait Plinius [a].) Pater ille apud Senecam, *fili* (inquit) *nónne sæpè excandui, sæpe reconciliatus sum, sæpè quod negaueram dedi* [b]? Itaque cùm Seius paternam pietatem contumaci nuptiarum voto violasset, potuit quidem pater eum post nuptias exhæredare: sed cùm nullam irati animi voluntatem expressierit, laudetur hæc patris indulgentia. *Certè* (inquit Saluianus) *etiam si iustas succensendi causas parentes habeant, nihil*

a Plinius li. 9. ep. 21.
b Seneca lib. 2. con. trou. 3.

*nihil contingere eis fœlicius, nihil optatius potest, quam vt sic eis pro reatu filij satisfaciant, ne necesse habeant vindicare*[a]. Patris damnatio magis indignãtis querela est, eiúsque qui damnationem suam irritam fieri gaudeat. Vt de patre naturali dicamus, quod de Deo, qui pater est cœlestis, Tertullianus ait, *Cùm prouoluit hominem, magis releuat: cùm accusat, excusat: cùm condemnat, absoluit*[b]. Titius exhæredationem minatus est, sed non exhæredauit. Neque enim antè nuptias potuit filius exhæredari, vt nec ante commissum crimen quisquam puniri potest: Post nuptias exhæredare noluit, quia cùm filij culpa reprehendi posset, sed non deinceps emendari: Titius indulgentiam & affectum patris dissimulatione & patientia testari, quàm nimis austerum se & nulla reconciliatione placabilem præstare satius esse duxit. *Pro magno peccato paulum supplicij satis est patri.* Dicere liceat cum Saluiano, *Pietas vicit, vis sanguinis compulit: Natura ipsa quasi amoris manu in ius suum traxit*[c]. Diuus Ambrosius Sisyniũ quendam multis laudibus commendat, quòd ignouisset filio qui contra patris voluntatem matrimonium contraxerat[d]. *Honestè enim pro reconciliando parentũ affectu cuncta tentantur*, inquit ille[e]. Itaque Titius paterno affectu veniam filio indulsit. Neque enim aliter post nuptias ab exhæredandi voluntate animum reiecisse præsumendus est. Nam, vt ait Quintilianus, *nunquam leuiter excandescunt patres*[f]. Proximum est vt illud secundo loco excutiamus, An exhæredandi protestatio coram iudice ante nuptias facta, dici debeat exhæredatio. Exhæredationem purè, non autem sub conditione fieri iura volunt[g]. Qui protestatur se exhæredaturum, non

a Salvian. in epistola ad Hypatium & Quietam pag. 298.

b Tertull. lib. de pœnitentia.

c Saluianus lib. 3. ad Eccl. Cath. pag. 387.

d D. Ambrosius epi. 45.

e Saluianus in epi. pag. 295.

f Quintil. decl. 374.

g l. 3. §. pu. ff. de liber. & posthu. l. si quis Sempronius. ff. de hæred. instit.

Source : BIU Cujas

non vtique exhæredat. Iudicialis illa Titij protestatio comminatio fuit, non pœna: neque enim pœna potest delictum præcedere. Comminatio autem sola nihil per se operatur, nec ad damnationem sufficit: vt in excommunicationis comminatione Canonistæ asserunt [a]. Comminationes, epistolas, & programmata auctoritatem rei iudicatæ non habere [b]. Atque illud est quod voluit Imperator, cùm ait, cognitis demum nuptiis patris voluntatem aut contradictionem spectari [c]. Iudicem aliquem proponamus quidpiam sub pœna capitalis supplicij prohibuisse. Si quis prohibitionem illam violauerit, an illico absque vlla alia damnatione ad supplicium trahetur? Non vtique: sed causa denuò cognita reus peragetur, nec prius, quàm commissi criminis conuictus & damnatus fuerit, punietur. Sic pater ante celebratas nuptias protestatus est se filium exhæredaturum: Post crimen exhæredare potuit: sed cùm iniuria quæuis tacita vnius anni dissimulatione remitti censeatur [d], æquitas suadet (quemadmodum lex in non dissimili casu interpretatur) vt existimemus defunctum offensam clementia sua flexisse [e]. Saluianus eleganter, *Nihil de vltione perdit filio ignoscens pater, quia fœlicius multo est & laudabilius suis aliquem etiam immeritò ignoscere, quàm in suos etiam meritò vindicari* [f]. Postremum illud est, vt de nepotum exhæredatione tractemus, An auus eos exhæredare potuerit. Seio post nuptias nõ exhæredato crimẽ in persona Seij, qui solus deliquerat, punitum non fuit: An vindicabitur in persona nepotum qui nihil deliquerunt? Obiiciunt defunctum Titiũ testamento noluisse liberos Seij nepotes suos agnoscere. Quasi verò

[a] *Canonistæ in ca. relatũ de iure patronatus, & in c. is qui de sententia excõm. in 6.*

[b] *Toto titulo, Comminationes epistolas, & c. li. 7. Cod. titulo 57.*

[c] *D. l. si vt proponis. Co. de nuptiis.*

[d] *l. non solum. §. 1. ff. de iniuriis.*

[e] *l. 5. in ipsius. C. familiæ erciscundæ.*

[f] *Saluianus in epist. ad Hypatium & Quiesã p. 301.*

Source : BIU Cujas

verò ex sola aui voluntate pendeat, an nepotes legitimi sint an illegitimi: cùm tamen sola parentũ aut aui professio veritatem rei non immutet [a]. Romani Iurisconsulti in hac eadem de nuptiis inuito aut inscio patre contractis quæstione, emancipatos filios ab iis, qui in sacris familiæ erant, distinguere solebant [b]. Apud nos ius de nuptiis & de matrimonio est merè ecclesiasticum, & ex dispositione Canonica pendet. Canones parentum voluntatem & consensum adhiberi laudant, sed hoc ad honestatẽ, non ad necessitatem requiri censent: nec matrimonium semel contractum amplius aut à parentibus aut ab aliis dirimi posse volunt, ne quos Deus coniunxit homo separare queat [c]. Vt neque etiam raptor dici possit quicunque consensum eius habet quæ vxor ducta est [d], quamuis hoc lex ciuilis non admittat [e], Quintilianus, *Si* (inquit) *licet aliquando etiam contra patris voluntatem ea, quæ alioqui reprehensionem non merentur, filio facere: Nusquam tamen libertas tam necessaria quàm in matrimonio est. Ego eligam cum qua victurus sum, ego comitem laborum sollicitudinum, curarum ipse perpendam. Quis enim amare alieno animo potest* [f]? Apud Senecam Latro primã quæstionem fecit, An pater propter matrimonium filium abdicare possit, cùm liberũ cuique huius rei arbitrium sit [g]. Idem Quintilianus alio loco elegãter, *Quid tum?* (inquit) *Nescis nostri arbitrij esse matrimonia? Affectus nostri nobis non seruiunt. Non potes efficere imperio vt vel amem quã velis, vel oderim. Matrimonium verò tum perpetuum est, si mutua voluntate iungitur. Cùm ergo quæratur mihi vxor, socia thori, vitæ consors, in omne sæculũ mihi eligenda est* [h]. Calliã Athenienſem multis laudibus à Græcis commendatum refert

a *l. nõ epistolis, & l. nonnudis. Co. de probat.*
b *l. filius. ff. de ritu nup. l. Paulus. ff. de statu hominum.*
c *Cã. sufficiat. 27. quæ. 2. cã. nostrates. can. sanctum. 36. q. 5.*
d *Ca. cum causa ext. de raptoribus. c. l. vnica. C. de raptu virginum.*
f *Quintil. decl. 257.*
g *Seneca lib. 1. contron. 6.*
h *Quintil. decl. 376.*

Source : BIU Cujas

refert Herodotus, quòd filiabus suis maritum quē vellent eligere permisisset [a]. Idémque à Danao filiabus suis concessum refert Pausanias [b]. Apud nos ex iuris canonici dispositione certissimum est solo coniugum consensu matrimonium fieri legitimum. Itaque iusta fuit vxor, quam Seius etiam renuente patre duxit: Iustæ nuptiæ: Iusti & legitimi liberi, qui ex eo matrimonio procreati sunt: Eadémque iuris ratione legitimi censeri debent defuncti Titij nepotes. Itaque licèt exhæredatum fuisse Seium proponeremus, non ipsa tantùm comminatione, sed vera & absoluta exhæredatione & abdicationis declaratione: Non tamen nepotum exhæredatio à Titio supremis tabulis facta valere & subsistere potest. In hac enim quæstione ita distingui ex Iurisconsultorum sententia solet. Filius exhæredatus aut patri superstes est, aut præmoritur. Si patri filius superuixerit, nepotes auo succedere non possunt. Interiecta enim patris persona eis obstat. Si præmortuus fuerit, nepotes auo iure suo & iure sanguinis succedunt. Atque hæc filij, qui vel præmoritur, vel superstes relinquitur, distinctio ab ipsis Iurisconsultis petita est [c]. Exçutiamus ergo alterum illum casum, qui huic controuersiæ conuenit, quandoquidem Seius præmortuus est viuo adhuc patre Seio. Neque enim est dubium quin hoc casu nepotes suo iure & adnascantur & succedant: vt nec patris exhæredatio eis nocere aut præiudicium afferre potest. Hinc est quod in non dissimili controuersia Diui fratres ex Saluij Iuliani sententia adhibito plurium Iurisconsultorum consilio rescripserunt, neque verbis, neque sententia legis aut edicti Prætoris nepotem ex nota

aut

a Herodot. in Erato. lib. 6.
b Pausan. li. 3. in Laconicis.
c l. si quis posthumos. §. si filium. ff. de liberis & posth. l. si ex patronis circa finem. ff. de bonis liber.

aut persona patris sui excludi à bonis auiti liberti posse [a]. Idémque & ipse Iustinianus in hac eadẽ filij exhæredati controuersia voluisse videtur [b]. Vt & passim in iure quotiescunque filius seu naturaliter seu ciuiliter decessit, nepos auo adnascitur [c]. Nepos enim filij locum subintrat [d]. Atque ideò nepos etiã ex persona sua ad querelam vocatur [e]. Atque huic quæstioni conuenit quod Vlpianus, *Si qua pœna* (inquit) *pater fuerit affectus, vt vel ciuitatem amittat, vel seruus pœna afficiatur, sine dubio nepos filij loco succedit* [f]. Tũc enim gradus, nõ persona repræsentatur: & in eo casu est velut sanguinis quędã cõtinuatio. Iura autẽ sanguinis nulla lege ciuili & nullo hominis facto dirimi vel mutari possunt. Ex his constat non obstare nepotibus patris Seij exhæredationẽ, si quæ sit. Nullũ ergo aliud superest impedimentum, nisi quòd auus proponitur suprema testamẽti volũtate eos exhęredasse. Illud in iure cõstat, ex alterius facto neminẽ posse exhęredari [g]. Itaque nõ potuerũt nepotes ex facto patris exhæredari. Sed & exhæredãdi causa atque etiã exhæredationis effectus post Seij mortẽ cessauit [h]. Inquit Imperator, *ibi esse pœnã vbi & noxia est: Peccata suos teneãt authores, nec vlterius progrediatur metus quã reperiatur delictum* [i]. Huic pro nepotibus deprecationi tria sũt quę addi posse merito videntur. 1. Auorũ erga nepotes affectus ratio. 2. Exhæredationis odiũ. 3. Alienæ culpę excusatio. Plinius Numidiam Quadratillam decessisse honestissimo testamento refert, quia hæredes nepotem & neptem instituerat [k]. Eadem ratione nos Ti-

a L. diui fratres. ff. de iure patron.

b Nou. 22. de nuptiis. §. soluto, & §. sequent.

c L. cùm auus. ff. de cõdit. & demonst. l. eũ qui. ff. de interd. & relegatis. Baldus & Doctores in l. qui superstitis. ff. de acquir. hæred.

d L. 1. §. filium. ff. de bon. poss. cõtra tabulas, l. si necẽ. §. si deportatus. ff. de bonis liber. l. fin. & ibi glossa. C. vnde liberi.

e l. si quis filiũ. C. de inoff. testã. l. 1. §. si pater. ff. de coniung. cũ emãcipato liberis.

f L. si qua pœna. ff. de his qui sũt sui vel alieni iuris.



g L. paterfam. ff. de hæred. instit. l. si quis suo. §. legis autem. C. de inoff. testam. h L. Gallus. §. in omnibus. ff. de liberis & posth. i L. sancimus. C. de pœnis. k Plinius li. 7. epist. 24.

tium inhonestissimo testaméto decessisse dicemus, qui nepotes nullo suo crimine exhæredauerit. Aut in nepotes amor & affectus quo remotior, eo vehementior, ipsóque etiam interiecti patris interuallo vires acquirit. Aui per nepotum & pronepotum seriem sibi etiam immortalitatem quandam spondent, & in nepotum persona iterum in cunis vagire se & repuerascere credunt. Venus filij Æneæ negligens, de nepote Ascanio sollicita est. *Liceat dimittere ab armis Incolumem Ascanium, liceat superesse nepotem* [a]. Eleganter Seneca, *Habet* (inquit) *sua iura natura, & hoc inter auum patrémque interest, quòd auo suos seruare liceret: Patri etiam occidere* [b]. Quin & ipsa iuris dispositio patrem vetat donare filio naturali: at permittit auo donare ei qui nepos est ex filio naturali [c]. Auorum nomina nepotibus indita memorant Iurisconsulti [d]. Andronicus Imperator nepotem suum Andronicum iuniorem tãto prosecutus est amore, vt eum cæteris suis liberis præferret, omnésque potius quàm hunc vnum perire mallet [e]. Plinius in Domitij Tulli testamento omnia fuisse pietatis plenissima ait, quia filium hæredem instituerat & nepotibus legauerat [f]. Auus ille apud Senecam laudatur, qui nepotem ex meretrice susceptũ adoptauerat [g]. Natura ab auis, quasi iure suo, affectus vehementiam exprimit, vt Titius dum paruulos nepotes exhæredauit, contra naturam contráque ipsam στοργὴν φυσικὴν pugnasse videatur. *Quantò laudabilius est testamentum* (inquit Senator ille grauissimus) *quod pietas, fides, pudor scripsit: In quo denique omnibus affinitatibus pro cuiusque officio gratia relata est* [h]? Quòd si in bonis paternis magis dominij continuatio quàm recens filiorum

a Virgilius li. 10. Æneidos.
b Seneca lib. 9. controu. 5.
c L. fin. C. de natural. liberis.
d L. 76. cũ filius. §. pater. ff. de legat. 2.
e Niceph. Gregor. li. 8. in princ.
f Plinius l. 8. ep. 18.
g Seneca li. 2. contr. 4.
h Plinius lib. 8. epist. 8.

rum acquisitio aut noua hæreditatis aditio censeri debet. Quantò magis odiosam existimabimus exhæredationem, quæ filium à familia remouet, nec sinit esse defuncti parentis hæredem? Solon parentibus hæredes extraneos instituere non aliter permisit, quàm si legitimi liberi aut nepotes deessent a. Quod & inter Gothos obtinuisse memorat Procopius b. Antoninus Pius hæreditates eorum, qui filios haberent, repudiauit c. Parentes autē ex communi voto liberis omnia parant d: idque ratione naturali dictante e, atque (vt dicebat apud Xenophontem Chrysantas) parentes hanc filiorum curam suscipere solent, ne bonis & facultatibus destituantur, ὅτι παντὸς μᾶλλον τῆς παίδων ἕνεκα μήτηρ καὶ πάτηρ τὰ ἑαυτῶν ὀπλίζηται f. Postremum illud est, vt breuiter inquiramus, qualis esse possit ea iuris legúmque æquitas, quæ parentum crimina, errores, & delicta in liberorum caput reiici & puniri suadet. Seneca, *Vibile est iniquius* (inquit) *quàm aliquem hæredem paterni odij fieri* g. Acerbum esse ait Iurisconsultus filium ex delicto patris puniri, eíve maculam inuri h. *Ferrēne* (ait Cicero) *vlla ciuitas latorem istiusmodi legis, vt condemnaretur filius aut nepos, si pater, aut auus deliquisset*; i? Quid enim commeruerunt paruuli isti nepotes qui exhęredantur, *Crimine quo parui crimen potuere mereri* k? Deliquit pater, proteruus fuit, inobediens, & contumax pietatem paternæq; prohibitionis minas violauit: Quid hoc nepotes respicit? An nō sæpè pater improbus filios edit probos, obsequentes, pios, & religiosos? Lausus impij Mezentij filius à Virgilio commendatur. Pericles Athenis fuit, ἀναγὼς ὀνίας. Pompeius magnus, deliciæ populi Romani, Strabonem pa-

a *Plutarc. in Solone.*
b *Procop. lib. 8.*
c *Capitolinus in Antonino Pio.*
d *l. penul. de bonis libert.*
e *l. cùm ratio. ff. de bonis damn.*
f *Xenophō li. 8. Cyropæd. in pr.*
g *Seneca li. 2. de ira, cap. 34.*
h *l. crimen. ff. de pœnis. l. 2. C. de lib. & eorum liberis.*
i *Cicero li. 3. de natura deorum.*
k *Lucanus lib. 2.*



Source : BIU Cujas

trem oabuit, οὗ τὸν νεκρὸν Ῥωμαίων δῆμος ὑπὸ μίσους ἐξέβαλε καὶ κατεπάτησε a. Nec non etiam Homerum laudemus dicentem, τοῦ γένετ' ἐκ πατρὸς πολὺ χείρονος υἱὸς ἀμείνων Παντοίην ἀρετὴν. Iniquissimum ergo fuerit peccata parentum filiis imputari: & ex paterni sceleris pœna filiorum damnationem præiudicari canones noluerunt b. Attagini Thebani, qui fœderis cum Xerxe initi primus author fuerat, liberos Pausanias ob scelus paternum etiam in tanto lęsæ maiestatis crimine puniri vetuit c. *Vicit sententia lenior* (inquit Liuius) *vt vnde culpa orta esset, ibi pœna consisteret* d. Titius nepotes ex crimine Seij patris exhæredauit. At vterque infans nullius delicti cōscius & particeps fuit: atque eorū natu maior vix dum bimus erat tempore exhæredationis. *Quid puer admisit tā paucis editus horis? Quo læsit facto vix benè natus auum* e? Eleganter Saluianus, *Infœlix prorsus & miseranda eorum conditio, qui auos suos ex parentum primùm reatu cœperūt agnoscere* f. Quintilianus, *Quid* (inquit) *hæc ætas committere potuit tanta animaduersione dignum? Lex abdicationis aduersùs ferociam iuuenum constituta est: Hæc verò infirmitas adeò nocentis nomen non recipit, vt vix recipiat innocentis* g. Itaque Senatus nepotum istorum infantiæ misereatur, nec paternū crimen eis obstare sinat. Aliena non inuadunt, sed auita bona sibi adiudicari tam ex naturali ratione, quàm ex iuris & æquitatis fauore postulant.

*SENATVS* nulla exhæredationis habita ratione, nepotes ad aui successionem admitti voluit h.

De

a Plutar. de sera numinis vindicta.
b can. vndecunque, & per totā dist. 56. distinct. can. crimē, & can. non imputantur. 1. quæst. 4.
c Herodot. lib. 9.
d Liuius lib. 28.
e Ouidius in epist. Can. Mac.
f Saluianus in epi. ad Hypatium & Quietam, pag. 269.
g Quintilian. decla. 279.
g Arrest donné au profit de Damoiselle Marguerite de Nesdes tutrice de ses enfans demanderesse, pour laquelle i'estois Aduocat, contre Maistre Iean Marsollier, & Iacques Denyon defendeurs, au rapport de M. Spifame, & fut l'arrest prononcé en robbe rouge, par M. le premier President de Harlay, le Samedy 22. de Decembre 1584.

*De testamento nuncupatiuo tempore pestis facto: Et de regia Constitutione Molinæis lata.*

## CAP. X.

POST obitum Titiæ, quæ sæuientis pestilentiæ tempore decesserat, magna de bonis eius contentio inter Seium & Meuium exorta est. Hic defunctæ pater: Ille maritus erat. Pater hæres legitimus succesisse se filiæ intestatæ dicebat: Maritus Titiam vxorem testatam decessisse asserit, séque ab ea hæredem institutum. Testamẽtum quidem scriptum nullum extabat: Sed omnis partium contentio in eo versabatur, an testamenti non scripti probatio per testes fieri lege permittente posset. Obstare enim videbatur constitutio à Rege Carolo nono Molinæis lata anno 1566. qua sancitum est, vt in negotiis, quæ centum librarum Turonensium valorem excedunt, veritas solemni tantùm scriptura, non autem per testes probari debeat. Seius maritus dum vult probationem facti fauore multo commendare, affirmat Titiam vxorem cùm se pestiferi & lethalis morbi tabe infectam cerneret, ac de salute desperaret, palàm dixisse velle se testari hæredémque maritum instituere. Accersitur ex defunctæ mandato notarius, qui ritè supremam languentis voluntatem solemnibus tabulis exciperet. Notarius magno contagionis metu accedere recusat. Tum verò Titia palàm multis præsentibus Seium maritum bonorum omnium hæredem nuncupat. Hæ facti circunstantiæ à Seio proponebantur: sed veræ essent,



Source : BIU Cujas

an non, iudicibus ante probationem liquere non poterat. Illud vnum à Senatu iudicari oportebat, An deficiente scriptura probatio per testes admitteretur.

*PRO SEIO MARITO.* Veritatis probatio non aliis ingrata aut inuisa esse solet, quàm qui vel bonam fidem fallere, vel supremas testantium voluntates eludere aut calumniari nituntur. *Agitur* (inquit Seneca) *de iure testamentorum, quorum interit* a Seneca lib. 3. controu. 9. *omnis potestas, si viui neglexerint imperia mortuorum* a: *In publicis actis* (ait Cicero) *nihil est lege grauius, in priuatis firmissimum est testamentum* b. Quintilianus, *Et in more ciuitatis* (inquit) *& in legibus positum est, vt quoties fieri potuerit, defunctorum testamenta seruentur: Idque non mediocri ratione. Nec enim aliud videtur solatium mortis quàm voluntas vltra mortẽ* c. Probationes eius testamenti, de quo agitur, sola regiæ cõstitutionis cõsideratione reiiciũtur: cõstitutionis (inquam) odiosæ, quæ probationum libertatẽ vetando perfidiam fouet, fidémque malã, modò ne scripto prodatur, impunitate proposita asserit. Quintilianus eleganter, *Misera hercule conditio mortalitatis, quãdo omnibus iam quæ agimus, videtur opus esse testibus* d. At quàm misera est hoc sæculo fidei publicæ cõditio, quãdo ne certa quidem testium assertione exequi promissa & perfidiam vindicare permittitur? Liceat ergo passim promittere fidémque non scriptam violare nullo contentionis initæ aut præstiti iurisiurandi vinculo. Liceat testantiũ mandata impunè contemnere, supremásque defunctorum voluntates irritas habere. *Vtinam* (inquit Seneca) *nulla stipulatio emptorem venditori obligaret, nec pacta conuenta impressis signis custodirentur: fides potius illa seruare*

b Cicero 2. Philipp.

c Quintil. declo. 308.

d Quintil. declo. 312.

Source : BIU Cujas

*uaret & æquum colens animus. O turpem humano generi fraudis ac nequitiæ publicæ confessionem! Annulis nostris plus quàm animis creditur* [a]. Ægyptij probationes iureiurando testiũ firmatas omnibus securitatibus prætulerunt [b]. *Famæ ac fidei damna maiora sunt quàm æstimari possint* (inquit Liuius) [c]. Quintilianus, *fides supremum rerum humanarum vinculum est. Sacra tam fides inter hostes, sacra inter piratas: Magna etiam apud malos auctoritatis* [d]. *Fidem qui violat* (ait Cicero) *oppugnat commune omnium præsidium, & quàntum in ipso est, disturbat vitæ societatem* [e]. Olim fidei veneratio nõ alias securiores solẽnitates desiderauit, quàm vt pacta conuenta solemni & sacrosancta iurisiurandi religione firmarentur. Sub Numa pietas fecit (teste Liuio) vt fides ac iusiurandum, propulso legum ac pœnarum metu, ciuitatem regerent [f]. Gellius, *Omnibus quidem* (inquit) *virtutum generibus exercendis rolendisque populus Romanus è parua origine ad tantæ amplitudinis instar emicuit: sed omnium maximè ac præcipuè fidem coluit, sanctamque habuit tam priuatim quàm publicè. Nullum vinculum* [g] (ait Cicero) *ad obstringendam fidem iureiurando maiores arctius esse voluerunt. Id indicant leges 12. tab. Ind cant fœdera quibus cum hoste deuincitur fides: Indicant notationes animaduersionesque Censorum, qui nullà de re diligentius quàm de iureiurãdo iudicabãt* [h]. Sed nũc verè cũ Apuleio dicere possumus meritò, nullã fidẽ in vita reperiri, quia ad manes iã & mortuos odio perfidię nostrę demigrauerit [i]. Hæc aduersùs Regiæ constitutionis iniquitatẽ breuiter dixisse sufficiat, siquidem nullo honesto & probabili rationum momẽto subnixa apertam violatæ fidei impunitatẽ prę-stat. Honestius erat à quibusdam fidem falli quàm

a Seneca li. 3. de benef. cap. 1.
b Diodor. Sicul. li. 2.
c Liuius lib. 3.
d Quintil. decla. 343.
e Cicer. pro Roscio.
f Liuius lib. 1.
g Aul. Gellius li. 20. cap. 1.
h Cic. li. 3. Offic.
i Apuleius li. 4. de Asino Aur.



Source : BIU Cujas

ab omnibus perfidiã timere. Itaque iniqua est & odiosa constitutio illa, quæ obligationum & promissionum vinculum non ex fide bona, sed ex scriptura sola metitur: dum probationes omnes non scriptas, si centum libras excedant, excludit & reiicit. At verò cõstitutionem ad testamenta referri & extendi, vt ea ratione defunctorum voluntates liberè & impunè fraudare liceat, impiũ est & iniurium. Verùm licèt vtrumque hoc admittamus, & constitutionem æquam esse, & ad testamenta extẽdi: Non tamen in hac causa constitutioni locus esse potest. Scriptũ solemne requiritur, atque actuarij scribæve publici annotatio desideratur, quoties scribarum facultas aut notariorum copia suppetit. At defuncta Titia notarium accersiri iussit: Accitus notarius accedere per timorẽ contagionis non est ausus: Sciebat enim quàm sit morbus iste periculosus & præsentaneus. *Cauendum est* (inquit Seneca) *ne corruptis iam corporibus & morbo flagrantibus assideamus, quia pericula trahemus, afflatúque ipso laborabimus*[a]. Itaque Titia cùm videret nullum reperiri notarium, qui aduersùs metum morbi interritus ad excipiẽdum testamentum veniret, id fecit quod Senecam fecisse narrat Tacitus, *Poscit* (inquit) *testamenti tabulas: Denegante centurione conuersus ad amicos vltima sua mandata & ad flentes solatia refert*[b]. Sic Titia cùm literas nesciret, & notariorum copia destitui se cerneret, ad præsentes conuersa Seium cõiugem charissimum bonorum suorum hæredẽ nũcupat. Non est existimandum regiam constitutionem aliquid, quod præstari non posset, exigere voluisse. Dicere liceat cum Quintiliano, *Id vobis iudices facillimè persuaderi poterit, si non tam iniustos, neq; tam*

a Seneca de tranquillit. animi cap. 7.

b Tacitus li. 15. Annal.

Source : BIU Cujas

*tam imprudentes existimatis legumlatores fuisse, vt necessitate perstringerent ea quæ præstari non possent* a. *Necessitas est* (inquit Seneca) *quæ nauigia iactu exonerat: Necessitas est quæ ruinis incêdia opprimit: Necessitas est lex temporis* b. Sic horum ciuilium tumultuum tempore in iis ciuitatibus, in quibus ex causa rebellionis notarij publica authoritate deficiebantur: Iudicatum est testamentum à filio in patris fauorem cõditum, & à notariis, qui cùm rebelles essẽt, priuati erant, exceptum, solemne quidem non censeri. Tamen probationem eius per testes fieri Senatus permisit c. Nam quoties legi vel constitutioni satisfieri impossibile est, & præsens aliquod periculum aut vis maior casúsve aliquis obstat: Æquum est legis rigorem & ἀκριβοδίκαιον temperari. Vt quibus casibus scripturæ solemnis facultas deficit, probationes etiam qualescunque admittantur. Scriptura ipsa nullum voluntati pondus affert. Cur verò sola notarij vnius manus plus fidei & authoritatis sibi vindicaret quàm iuratæ plurium testium assertiones? Ac maximè in testamentis dispositiones qualescunque seu scriptas siue nõ scriptas admitti constat. Hæc enim sunt Imperatoris verba, *Per nuncupationem quoque, hoc est, sine scriptura testamenta valere sancimus, si septem testes simul vno eodémque tempore collecti testatoris voluntatem, vt testamentum sine scriptura facientis audierint* d. Hoc autem locum habet, *Nullo* (inquit lex) *discrimine neque in masculis neque in fœminis* e. Leo autem Imperator, *Sancimus* (inquit) *licere tribus testibus præsentibus extremam voluntatem sine scripto pronuntiare* f. Nuncupatiua istiusmodi testamenta passim in vsu fuisse Plinius testatur g. Atque hoc est quod Cicero vocat testamentum face-

a Quintilian. decl. 249.
b Seneca lib. 4. contr. 4.
c Par arrest dõné le 1eudy 14 de Mars 1591. Du. et plaidãt pour Estiẽne Chauueau appellant, & moy pour Iacques Beloce & consors intimez.
d l. hac cõsultissima. §. per nũcupationẽ. l. in testamentis sine scriptis. C. de testam. e l. decreti. Cod. qui testam. facere possunt.
f Nouella Leonis 40.
g Plinius lib. 14. 22.



Source : BIU Cujas

re sine libra & tabulis [a]. Voluntas eius qui de rebus suis disponit, non minùs voluntas est, si solis testibus constet, quàm si scripto solemni consignata exhibeatur. Neque enim scriptura supremas tabulas commendat, sed mens testatoris vltimáque voluntas, quam etiam ex solo nutu & nuda animi demonstratione lex colligi iubet. Iustinus testatur Alexandrum præcluſa voce annulum digito exemptum Perdicæ tradidisse: vt etsi non voce nuncuparus hæres, iudicio tamen electus esse videretur [b]. Constantinus voluntatem defuncti patris etiã non scriptam de Athanasio reuocando obseruari & executioni mandari iussit [c]. Plinius, *Legem mihi dixi* (inquit) *vt defunctorum voluntates etiam si iure deficiantur, tamen quasi perfectas tuerer* [d]. Idémque Plinius alio loco, *Solemus religiosissimè custodire defunctorum voluntatem, quam bonis haeredibus intellexisse pro iure est. Neque enim minus apud nos honestas quàm apud alios necessitas valet* [e]. Quintilianus, Libet (inquit) *scrutari etiam defuncti voluntatem, qua nihil potentius apud nos, nihil nostro animo sacratius esse debet* [f]. Hinc est quod lex ciuilis voluntates defunctorum semper ratas esse velit, siue solemnitatum defectus, seu verborũ ambiguitas arguatur [g]. Suprema illa decedentium voluntas primum locum obtinet [h]. Quintilianus, *Interest suprema hominis voluntati legem fauere, vt quod de bonis suis constituit in supremis dominus, fecerit iure* [i]. Quòd si Meuius & probationes testium reiici, & defunctę voluntatem contemni velit: illi, quod à Cicerone Verri obiici poterit. *Solus tu* (inquit) *inuentus es, cui non satis fuerit corrigere voluntates viuorum, nisi etiam rescinderes mortuorum* [k]. Defunctorum honos

eorúmque

a Cicero li. 1. de orato.

b Iustin. li. 12.

c Hist. Tripart. lib. 4. ca. 2.

d Plinius li. 2. epi. 16.

e Plinius li. 4. ep. 10.

f Quintil. decla. 311.

g l. qui quartã. ff. de legat. 1. libroru. §. quod tamẽ Cassius. ff. de legat. 3. h l. nõ aliter. ff. de legat. 3. l. in conditionibus. ff. de condit. & demonst. l. cũ precibus. C. de probat.

i Quintil. decla. 264.

k Cicer. 2.

eorúmque perpetua veneratio non fictas desiderat lacrymas, sed in suprema voluntatis executione consistit: Non solemnis exequiarum pompa, non exquisita sepulchri magnificentia fidam & securam amicitiæ memoriam consecrat: Nihil magis ægrum morti proximum consolatur, quàm si suprema sua mandata obseruari speret, & vltimæ voluntatis commendationem pio affectu post mortem coli confidat. *Non hoc præcipuum amicorum munus est* (dicebat Germanicus) *prosequi defunctum ignauo quæstu, sed quæ voluerit meminisse, quæ mandauerit exequi* [a]. Aristoteles mortuorum mandata violare sacrilegum putauit. Viui si quid iusserũt, exequi aut se aut per se aut per alios possunt: At defũcti neque voces suas posthumas iterare, neque post cineres mandata exequi valent [b]. Itaque cùm sola contagionis periculosa labes præsénsque mortis metus, notarios ne accederent auertit, credétne aliquis legem id fieri voluisse quod neque licuit neque præstari potuit? *Quis credat* (inquit Quintilianus) *eius conditionis esse iura vlla, vt aliquid non liceat & necesse sit* [c]? Hinc est quod Imperator cùm septem testes ad fidem testamenti non scripti faciendam desiderasset: Addit, *Sin autem in illo loco minimè inuenti fuerint septem testes, vsque ad quinque modis omnibus testes adhiberi iubemus* [d]. Quo in loco Baldus in suprema eius, qui pestis contagione affectus est, voluntate scripturam non exigit. Guido Pape hoc eodem casu non alias aut maiores solemnitates requiri desiderat, quàm illas quæ ab æquitate canonica in testamento ad pias causas condito, nulla scripturæ necessitate, requiruntur [e]. Plato legum seueritatem pestilentiæ ingruentis occasione

a *Tacitus li. 2. Annal.*

b *Aristoteles problematum sectione 29. quæst. 9.*

c *Quintil. decl. 249.*

d *L. fin. C. de testam.*

e *Guido Pape qu. 542. inf.*

Source : BIU Cujas

occasione aut remitti & temperari, aut etiam aliquando rescindi & immutari oportere censet [a]. Atque ipsa iuris dispositio nullo non casu, legitimam esse vult pestis excusationem [b]. Pestilentiæ causas quidam ad aërios vapores referunt qui corrupti ex terra exhalantur. Hinc est quod Seneca ait post magnos terrarum motus solere gigni pestilentiam: *Nec est mirum* (inquit) *multa enim mortifera in alto latent. At aër ipse qui vel terrarum culpa vel pigritia & æterna nocte torpescit, grauis haurientibus est: vel corruptus internorum ignium vitio cum est longo situ emissus, purum hunc liquidumque maculat & polluit, insuetumque ducentibus spiritum affert noua genera morborum* [c]. Iurisconsulti ex impuro cloacarum halitu aërem sæpius gigni pestilentem affirmant [d]. Alij dæmonum malignitati morbi huius & tabis occasionem assignant: Inter quos Tertullianus, Athenagoras, & Philostratus [e]. In illa grauissima peste, quæ sub Iustiniano Imperatore grassata est (in qua singulis diebus quinque millia funerum, interdum etiam decem millia in sola Byzantina regione à Procopio & Agathia recensentur) phantasmata dæmonum humana specie apparebant: & cùm primùm quis peste inficiebatur, ille se quasi ictu aliquo percuti sentiebat [f]. Sic etiam cùm Imperator Romanus senior palatium conderet, effossum est bouis marmorei caput: quod cùm fuisset ab iis, qui repererant, confractum & in fornacem iniectum, pestis ab eo tempore nunquam desiit armenta boum per Romanam ditionem corrumpere & infestare [g]. Conuenientius fuerit pestilentiæ morbum velut manum Dei formidare, vt pie credamus ex diuina scelerum nostrorum vindicta pestiferam

[a] Plat. lib. 4. de legibus.

[b] l. licet. C. de locato & cond.

[c] Seneca li. 6. natura. quæst. c. 27.

[d] l. 1. ff. de cloac.

[e] Tertull. in apolog. c. 22. & Philostrat. in vita Apollon. Thyan.

[f] Procopius lib. 2. de bello perf. Agathias lib. 5. hist.

[g] Cedrenus pag. 318.

Source : BIU Cujas

ſtiferam hanc tabem immitti. Itaque Romæ ſi quãdo peſtis graſſabatur, ſolebant ſupplicationes indici, pacis Deũm expoſcendæ cauſa. Romani ſub Numa vnam opem ægris corporibus relictam crediderunt, ſi pax veniaque à diis impetrata eſſet [a]. Liuius peſtilentiam agris vrbíque illatam memorat, haud dubia ira Deũm, quos peſtis arcendæ cauſa placandos eſſe in libris fatalibus inuentum eſt [b]. Idem Liuius, *Sulpitio & Licinio Coſſ.* (inquit) *peſtilentia fuit, & pacis Deũm expoſcendæ cauſa, tertio poſt conditam vrbem lectiſternium fuit* [c]. Iuſtinus refert Carthaginenſes graui peſte afflictos aris impuberes aduouiſſe, illorum ſanguine pacem Deorum expoſcentes [d]. Sic cùm Turcarum regio peſtifera lue vexaretur, non aliud ſalutis remedium Turcæ inuenerunt, quàm ſi cruces frontibus impreſſas geſtarent [e]. Apud Tacitum referuntur miſeriæ plebis peſte afflictæ, cùm morbus in Campania magna ſtrage graſſaretur: *Domus corporibus exanimis, itinera funeribus complebantur: Non ſexus, non ætas periculo vacua: Seruitia perinde ac ingenua plebes raptim extingui. Inter coniugum & liberorum lamenta, qui dum aſſident, dum deflent, ſæpè eodem rogo cremabantur* [f]. Aduersùs hunc morbum varia plerique remedia tradiderũt, ſed intuta & periculoſa. Prudentiores fugam vnicum eſſe dixerunt remedium, ſi quis longè ab ipſa contagione & ægrotis peſte laborantibus profugiat: Quo remedio nullum aliud certius aut tutius eſſe conſtat. Seneca, *Aduersùs peſtilentiam* (inquit) *nihil prodeſt firmitas corporis & diligens valetudinis cura. Promiſcuè enim imbecilla robuſtaque inuadit* [g]. Æger autem quicunque in viſceribus ſuis vim peſtis ſæuire ſentiet, meritò poterit

[a] Liuius lib. 1.
[b] Liuius lib. 5.
[c] Liuius lib. 7.
[d] Iuſtin. li. 18.
[e] Niceph. li. 18. Eccl. hiſt. c. 20. in fin.
[f] Tacitus lib. 16. Annal.
[g] Seneca lib. 3. de Ira, ca. 5.

Source : BIU Cujas

terit adstantes iisdem illis versibus compellare, quos Thyestes graui dolore oppressus pronuntiabat, *Nolite hospites adire ad me illico istic, Ne contagio mea bonis vmbrave obsit, Tanta vis sceleris in corpore hæret*[a]. Itaque cùm pestis lethifero afflatu eos qui propè accedunt perdere soleat: non est mirum si notarij ad excipienda testamenta venire nolint & accersiti officium suum recusent. Quid autem crudelius proponi potest, quàm si ægrotis, qui etiam à suis, nedum à notariis deseruntur, omnis testandi facultas adimatur? Quidve magis impium, quàm si supremas & posthumas suas voces nullo post mortem effectu effundant. *Si non extorqueat fidem prudentia, extorqueat saltem verecundia*, inquit Diuus Hieronymus[b]. Scitus verò laudandum exhibuit coniugalis pietatis exemplar. Ille enim neglecta salute sua non vxorem inter mortis imminentis pericula deseruit, non pestiferos mœrentis & morituræ anhelitus pertimuit: sed vxoriæ infirmitatis sollicitus fugientem charissimæ coniugis animam pressis oculis & arcto amplexu retinere speruit. Vidit Titia vxor fletus & lamēta Scij cōiugis, supremámque mariti fidem ab omni metu vacuam: Vidit totius animi atque etiam corporis defectionem, & gemitus nullis suspiriis, nullo dolore æstimabiles: Voluit solemni vltimæ voluntatis testatione mutuum amorem rependere. Ingentes sunt ignis legitimi vires: magnum est probare quibuscū viuas, sed maius est & laudabilius ad extremum vsque vitæ momentum diligere quos semel elegeris. Titia sine liberis decedens charissimum & fidelissimum coniugem cæteris omnibus testamento prætulit, cùm sciret quod ait Quintilianus,

a Cicero 3. Tuscul.

b D. Hie. ad Letam li. 2. epi. 15.

lianus, *mortem esse quæ de animis diceret vtrum, testamenta quibus omnem affectum fatemur* a.

*PRO MEVIO PATRE.* Nihil adeò contrarium publicæ legum authoritati videtur, quàm si postquam sãcitæ sunt & solemnitet in Senatu promulgatæ, de earum æquitate disputare liceat: & necesse sit regiæ constitutionis vim rationibus & argumentis tueri. Seneca Platonem reprehendit, quòd legibus suis proœmia & rationes adiiceret. *Legem* (inquit) *breuem esse oportet, quò facilius ab imperitis teneatur, velut emissa diuinitus vox sit: Iubeat, non disputet* b. Constitutio tamen quæ probationes non scriptas excludit, neque exemplis neque rationibus caret. Exemplũ præstat Bocchoris Ægyptius legislator. Nam si vel eris alieni obligatio, vel alia quæuis conuentio nulla scripti aut syngraphæ securitate contracta esset, obligationis vinculum ex sola debitoris fide pendere voluit: qui si iuramento solemni affirmasset se nihil debere, statuerat ab omni petitione absolui eum & liberari. Sic enim ait Diodorus Siculus de Bocchoridis lege, τὸν μὴν ἀσυγγράφως δανεισαμένους, ἂν μὴ φάσκωσιν ὀφείλειν ὀμόσαντας ἀπολύεσθαι τῆ δίκης c. Nicephorus refert Cabadem Persarũ Regem ab Anastasio Imperatore pecuniam petiisse mutuam: Anastasius cautionis syngraphã ab eo postulauit: Quod cùm facere recusaret Cabades, protestatus est Anastasius nisi scriptæ obligationis securitas ei præstaretur, se ne vnum quidem obolum vllámve pecuniæ quantitatem Cabadi credere, fidémve de mutuo habere velle. Quæ altercationis contentio fœdus inter eos antea initum rupit d. Ratio autem constitutionis regiæ apud nos duplex

a Quintil. decl. 332.

b Seneca epist. 94.

c Diodor. Sicul. lib. 1. cap. 8.

d Nicepho. li. 16. Eccl. histor. c. 36.

est,

Source : BIU Cujas

est. PRIMA, vt vnusquique sibi tuta & facili securitate caueat. Si quis enim alterius fidem absque vlla cautionis scriptura secutus decipiatur, is sibi imputare debet quòd minùs fidelem amicum elegerit [a]. Laudanda est eius prudentia, qui accepto chirographo certáque & perpetua scriptæ cautionis probatione aduersùs fraudes & perfidiam securus est; cùm vnicuique liceat præuidere quod ait Plato, hominem ζῶον εἶναι φύσει εὐμετάβολον [b]. Apud Indos non admittebatur perfidiæ querela, si quis amici fidem secutus exinde se ab eo deceptum arguere & conqueri vellet [c]. Tutius est veterum more sacrificare Fidei tecta & inuoluta manu [d]. ALTERA & quidem potior Regiæ constitutionis ratio ex frequenti testium corruptela pendet. Mercenarios testes in causa Apij notatos refert Cicero [e]. Neque enim vllo vnquã iure impune fuit falsum testimonium dicere [f]. Quin & olim Romæ falsos testes è Tarpeio monte deiici solitos Gellius testatur [g]. Lege autem diuina falsus testis iisdem, quibus & ipse calumniator, pœnis subiiciebatur [h]. Quæ eadem pœnæ seueritas iure Romano & Imperatorum rescriptis aliquãdo obtinuit [i]. Iustinianus frequentes arguit etiam suo sæculo testium falsitates, atque eorum mendacia & periuria testatur [k]. Exinde autem sancitum fuit clericos, quicunque falsum testimonium dicere auderent, sacra dignitate priuandos [l]. Vetera legum Caroli magni statuta multis & grauibus pœnis falsos testes deuouent [m]. Hæc autem ideò à nobis memorantur, vt exemplis liqueat quàm variis pœnarum generibus antiqui falsa testimonia arcere studuerint. At hoc perditissimo sæculo quantò magis à testium

a §. fina. de societate in institut.

b Plato in ep. ad Dionysium.

c Stobæus sermone 44.

d Liuius lib. 1. & Seruius in li. 1. Ænei.

e Cicero li. 3. epist. epi. 21.

f Arist. li. 2. ethi. cap. 10.

g Gellius li. 20. ca. 1.

h Iosephus lib. 4. antiquit. Iudai. cap. 6.

i Nouella Leonis 77.

k Nouella Iustiniani 74.

l Nouella Iusti. 123. & Nouella Leon. 76.

m Capitu. Caroli magni lib. 4. c. 23. & li. 7. ca. 179.

testium mala & corrupta fide cauēdum est, ne prece, vel precio, aut per gratiam, vel sordes corrupti, falsas in iudicio proferant assertiones. Non mirum ergo si constitutio omnes alicuius momenti actus scriptura publica aut solemni subsignatione probari voluit. Vnde etiam solemni arresto Senatus iudicauit constitutionem etiam in depositi causa locum habere a. Solemne est istud de fide depositi Senatusconsultum, & regiæ huius constitutionis vim eiúsque æquitatem fauore maximo commendat. Nam vt depositi veritas testiū assertione probari posset, multæ nec leues rationes suadere videbantur. *Depositum* (inquit Quintilianus) *eò magis vindicandū est, quòd ferè secreta sunt citra probationē* b. Quin & depositi inficiatio furtum est, & quisquis amico non aliter, quàm accepta securitate, depositum commēdare vult, amicum tacita perfidiæ suspicione notat. Saluianus: *Mendacibus* (inquit) *atque periuris cautione facta & data fide iussore res creditur* c. Seneca, *Religiosus homo* (inquit) *sanctúsque solet tueri fideicommissa* d. Quoties de fide bona agitur, non est de apicibus iuris disputandū e. Sacra est depositi commendatio, & antiqui plerunque in æde sacra deponere solebant f. Herodianus de tēplo Pacis, quod exustū est sub Cōmodo: πλησιάτατον δὲ καὶ ἀσυλίαν ἱερὸν ἦν ἀφαλείαν, ἅπαντος δὲ ἀεὶ ἔχειν ἐκεῖσε ἐθησαυρίζετο g. Quintilianus: *Cùm quidem aliquis dicit, deposui apud te, scis ipse. Quid aliud videtur aduocare quàm deos testes* h. Plinius refert Christianis nefas fuisse, si appellati depositum abnegarent i. Apud Herodotum Glaucus, cùm depositi fidē fallere, & cōmendatæ ab hospite Milesio pecuniæ veritatē hæredibus inficiari vellet, oraculi minis territus est: ac licèt

a Arrest prononcé en robbe rouge par feu Monsieur le Presidēt Seguier, la veille de nostre Dame d'Aoust 1575.
b *Quintil. decl.* 245.
c *Saluian. li.* 4. *ad Eccles. Cath. pag.* 450.
d *Seneca de tranq. animi, c.* 11.
e *l. bona fides. ff. depositi.*
f *l. si quæ sunt cautiones. ff. fam. ercisc.*
g *Herodi. lib.* 1.
h *Quintil. decla.* 312.
i *Plinius li.* 10. *epist.* 97. *ad Traianum.*



Source : BIU Cujas

exinde integram pecuniam restituisset, tamen vt impiæ cogitationis pœnas lueret, irati numinis vindicta in sobolem eiúsque domũ reseruata est: quia (vt respondit Pythia) in sacra depositi fide τὸ πειρηθῆναι τοῦ θεοῦ καὶ τὸ ποιῆσαι ἴσον δύναται a. Aristoteles turpiorem esse magísque infamẽ depositi quàm mutui inficiationem asserit: Tùm quia præter dãnum fides fallitur, in mutuo autem damnum tantùm vertitur: Tùm etiam quòd ὁ μὲν δανείζων οὐχ ὡς φίλος ἔδωκεν. At verò amico iniuriam facere turpe est: Nemo autem nisi amico, quem fidelem existimat, depositũ committit. οὐδεὶς γὰρ παρακατατίθεται μὴ πιστεύων b. Hinc etiam Petronius, *Qui ignotos lædit, latro appellatur: Qui amicos, paulò minus quàm parricida.* Itaq; nullum reiici debet probationum genus, & Quintilianus in abnegati depositi causa etiam domesticum seruorum testimonium admitti debere asserit c. Tanta enim támque sacra est depositi commendatio, vt etiam à mortuis fidem exigat. Hoc Ecclesiasticæ historiæ authores de Irene filia Spyridionis Episcopi testantur. Nam cùm eius fidei pecuniam quídve aliud preciosum quidam commisisset, Irene quò tutius asseruaretur, sub terra cõdidit. Exinde cùm illa decessisset nõ declarato custodiæ loco, dominus pecuniæ depositæ flens & anxius Spyridionem conuenit: Spyridion cursim ad sepulchrum veniens, puellam accersit, eámque de veritate depositi inquirit: Illa autem, etiam mortua locum custodiæ, in quo condita erat pecunia, indicauit d. Hæc pluribus proposuisse non fuit absurdum, vt quamuis multus æquitatis fauor depositi probationem commendet, tamen constet Senatũ arresto solemni probationes omnes non scriptas etiam

a Herodotus Erato lib. 6.

b Aristot. probl. sect. 29. quæ. 2.

c Quintil. decla. 269.

d Niceph. Callist. Eccles. hist. li. 8. c. 42. Histor. tripart. lib. 1. cap. 10. & Eccle. hist. Ruffini li. 10. cap. 5.

etiam in depositi causa reiecisse. Vt quisquis amico sine chirographo aut scripta cautione depositū commendauerit, sciat omnem securitatis suæ cautionem in amici fide consistere. Vt & lege diuina quoties controuersia super deposito oriebatur, si modò depositarius corā iudice seipsum sisteret & iuraret, fides assertioni iuratæ adhibebatur [a]. Isocrates hunc probationis defectum & commissæ in deposito fraudis accusationem vehementer insectatur in ea oratione quæ ἀμφίνεως inscribtur. Itaque cùm in depositi causa probationes testium reiici oporteat, quinam erit casus, quæ causæ æquitas, quisve conuentionis actúsque fauor proponi deinceps poterit, in quo vltra summam constitutione regia definitam testes admittere licere debeat? Dura quidem videtur hæc constitutio, sed cùm aduersùs testium falsitates bono publico introducta fuerit, dicere conueniens est cum C. Cassio Senatore: *Habet aliquid ex iniquo omne magnum exemplum: quod contra singulos, vtilitate publica rependitur* [b]. Quòd si fauorem & æquitatis considerationem in iudiciis proponi absurdū non est, Meuius pater est, qui dum lugubrem filiæ præmortuæ hæreditatem petit, quis non æquissimum iudicauerit caussā orbati & afflicti patris luctuoso successionis solatio foueri? Plinius Traianum laudat quòd lacrymas parentum vectigales esse nollet. *Bona* (inquit) *pater sine diminutione possideat, nec socium hæreditatis accipiat qui non habet luctus* [c]. Sed si posthabita personarum commendatione, iure summo agendum est, hoc primùm præmitti oportet, pluribus Senatusconsultis iudicatū fuisse: Constitutionem regiam Molinæis latam non in contractibus

[a] Exod. cap. 22.

[b] Tacitus li. 14. ann.

[c] Plinius in panegyr. ad Traianum.



Source : BIU Cujas

tantùm, sed & in vltimarum voluntatũ probatione locum habere [a]. Verba, *contraxerunt*, *gesserunt*, etiam ad testandi ius referri volumus. Itaque ex constitutionis præcepto constat vltimas voluntates, nisi scriptæ sint, ratas non haberi: nec licere testamenta nuncupatiua per testes probare. Videamus ergo in hac causa quis esse possit dubitãdi locus. Obiicit Seius pestilentiæ periculum, cuius terrore notarius accedere, officiisque sui ministeriũ præstare recusauit. Singulare est in hac quæstione Imperatorũ Diocletiani & Maximiani rescriptũ. *Casus maioris ac noui contingentis ratione aduersùs timorem contagionis, quæ testes deterret, licèt aliquid de iure laxatum est, non tamen prorsus aliqua testamentorum solemnitas peremptа est* [b]. Aliquid de iure sũmo laxari volunt Imperatores, sed non omnem iuris solemnitatem ex contagionis terrore remitti. Non leuis est eorum fauor qui morbo hoc præsẽtaneo perimuntur. Periculosa est grassantis pestilẽtiæ tabes. *Quà ruit, furibunda ruit, totámque per vrbẽ Fulminat, & cæcis cæca triumphat equis.* Sed neque absurdè neq; alieno loco hîc proponi potest quod de militari testamento ait Iurisconsultus, *Nullorũ* (inquit ex Diui Traiani rescripto Florentinus) *magis interest, quàm ipsorũ quibus id priuilegium datũ est, eiusmodi exemplum non admitti. Alioqui non difficulter post mortem alicuius militis testes existerent, qui affirmarent se audisse dicentem aliquem relinquere se bona cui visum sit: & per hoc iudicia vera subuertuntur* [c]. Sic etiã fallitur quisquis putat nullo delectu admittẽdas esse vltimas eorum, qui pestis morbo pereunt, voluntates, etsi scripta solẽnitate deficiantur: Hũc fauorem eis deberi: Idque magnum esse miseris & fatali

[a] Par arrest du Ieudy 19. de Decẽbre 1576. plaidant Brussel pour le Sieur de Sacquespee & Danguechin pour M. Langlois.

[b] L. *casus maioris* C. *de testamentis.*

[c] L. *Diuus. ff. de testa. militis.*

Source : BIU Cujas

fatali morbo afflictis solatium. Nam si passim quę-uis admittantur vltimarum voluntatum probationes, frequentissimæ deinceps erunt testamẽtorum non modò captationes, sed & falsitates: Atq; id ex vtilitate eorum, qui testes aderunt, coniicere licet. Solet enim periculosa pestilentiæ contagio amicos & familiares terrere: &(vt ait Seneca) *frater expauescit frater, & natum parens, gnatúsque patrem. Liberi pereunt malè*[a]. Itaq; ne ægroti omni auxilio destituti pereant, propinqui & amici solent mercenarios precio locare, qui ęgroto ministrent. Illi autem verè ac meritò mercenarij appellantur: siquidem sola mercedis spes qualicunque precio æstimata facit, ne pestilentem afflatum néve contagiosa ægri alloquia vitent aut metuant. Quàm iniquũ esset aut periculosum venales illas animas testamentorum & vltimarum voluntatum fideni asserere: ac potiùs ipsos falso testimonio de omnibus ægri bonis disponere! Viles (inquam) & mercenarios, qui solemnitatum, quæ in vltimis voluntatibus necessariæ sunt, ignari hoc omne dicent quod precio corrupti dicere compellentur. Etenim si vitam ipsam, qua nihil charius est, profundere & præsenti periculo obiicere aliqua stipis mihimíque æris mercede inuitantur: Quis non crediderit eos mediocris lucri & precij spe in magna opulentę alicuius hæreditatis controuersia facilè corrumpi posse? Periculosum est ergo istis casibus testamentanũcupatiua sine scriptis probationibus admittere. Nam & in milite scriptura requiri videtur, siquidem lex proponit militem literis sanguine suo rutilantibus vltimam suam voluntatem adnotasse[b]. Et ex Nouella Leonis hoc saltem

a *Seneca in Thyeste in princ.*

b L. 15. *milites. C. de testam. milit.*



Source : BIU Cujas

requiritur, vt actus ipse sacrosanctæ crucis nota signetur [a]. D. Hieronymus refert Hilarionem octogesimo ætatis suæ anno, quasi testamenti vice, breuem manu propria scripsisse epistolam, qua omnes diuitias suas Hesychio derelinquebat, Euangelium scilicet, & tunicam sacceam, cucullam, & palliolum [b]. Imperator Andronicus iunior moriens plurima mandauerat: sed Nicephorus Gregoras ea sola vim testamenti habuisse refert, quę scripta & in literas relata fuerant, ἃ δὴ μόνα γραφῇ παραδοθέντα ὡς διαθήκη νενόμισαι [c]. Itaque cùm de probationibus scriptis aut non scriptis agitur, alia est contractuũ, alia est testamentorũ consideratio. In contractibus neque scriptura, neque alia quęuis probatio dici potest esse de essentia contractus: sed ad hoc tantùm requiritur vt fides fiat quínam fuerit partiũ consensus. At in testamentis non satis est defunctum aliquid voluisse, nisi etiam solemniter voluerit. Non ergo sola nudæ voluntatis probatio sufficit, sed lex certas quasdam solemnitates præscribit, quæ omissę vltimam voluntatem, ne rata habeatur, impediũt. Multiplex autem ratio reddi potest cur tot solemnitates in testamentis potiùs quã in contractibus requirantur. Prima est, quòd vltimarum voluntatum falsitati ac suppositioni, quę semper frequentissima fuit, obuiam iri multa solemnitatum scrupulositate conueniens fuit. Dicit Aristoteles minùs frequentes esse fraudes eorum qui se alienis familiis inserere student, quàm illorũ qui falsa testamenta subiiciunt, cùm hoc impunè liceat, illud autem grauiter puniatur [d]. Hinc lex Cornelia de falsis dicta est testamentaria, quòd præcipuè ad vltimarum voluntatum securitatem intro

a *Nouella Leonis 72. l. fi. §. 2. C. de iure deliberandi.*

b *D. Hier. in vita sancti Hilarionis.*

c *Niceph. Gregoras lib. 9. histo. Rom.*

d *Aristo prob. sect. 29. quæ. 3.*

introducta & promulgata fuisset. Aliena testamẽta aut captare aut supponere Plinius improbissimũ esse genus falsi dicebat [a]. Quin & ipse Iustinianus testamenti cuiusdam meminit, quod falsa testium corruptorum assertione pro vero supponebatur [b]. Nec non etiam alia ratio exactiorem in testamẽtis, quàm in contractibus probationẽ veritatis meritò desiderat. Si de contractu inito agatur, debitor, qui ex fide promissionis conuenitur; potest facti sui datæque fidei rationem reddere: Ille vel ingenuè veritatem facti agnoscet, vel mentis suæ tenorem apta interpretatione explicabit. Sin falsa est promissio, falsitatem certus arguet. Si vi, metu, aut dolo extorta ab eo fuerit obligatio, licebit veras Prætori preces proponere, poterítque iudicis officiũ iure permittente interpellere. At quoties de testamento defuncti & vltimæ voluntatis executione agitur, non licet sopitos mortui cineres excitare, nec recta veráque voluntatis interpretatio ampliùs à defuncto exquiri potest. Itaque vt fraudibus occurri posset, antiquitas olim pleraque sanciuit securitates, quibus cautum videbatur, ne suprema voluntates detegi aut resciri, confingi aut aliæ pro aliis subiici & supponi possent. Suetonius testatur Neronis Claudij tempore aduersùs falsarios primùm repertum fuisse, ne tabulæ nisi pertusæ ac ter lino per foramina traiecto obsignarentur [c]: & hoc est quod Iurisconsultus ait, Incisum linum fuisse vt recognosceretur testamẽtum [d]. Testamenta autem etiam iure ciuili nuncupatiua dici solent, quæ scripta sunt testatore alteri supremam suam voluntatem dictante. Prudens autẽ antiquitas tot cautiones sollicita & exquisita

a *Plinius li. 2. epistola vltima in fin.*
b *Nouella 90. de testibus.*
c *Suetonius in Nerone Claudio cap. 17.*
d *L. Aurelius. §. testamento. ff. de liberat. legat.*



BIBLIOTHEQUE CUJAS PARIS

Source : BIU Cujas

cura proposuit, vt omnis fraudibus & testiũ falsitati via præcluderetur. Quin & consuetudines nostræ non minùs prudenter pleraſque alias solemnitates in vltimis voluntatibus obseruari voluerũt. Nã vt testamentum valeat, necesse est in scripta redigatur, à notario publico, testibus præsentibus excipiatur, fiátque expressa mentio ipsum testatorem voluntatem suam dictasse, lectum & relectum fuisse testamentum absque vlla suggestione. Ipsa etiam consuetudo voluit, vltimas voluntates non tantùm à notario publico, sed & à parochiæ rectore vel eius vicario ritè excipi. Hæc autem postrema consideratio ad huius controuersiæ decisionẽ neque superflua est neque inutilis. Etenim in magna grassantis pestilentiæ lue, solet laudabili Ecclesiæ instituto aut vicarius rectoris, aut alius in vnaquaque parochia presbyter deputari qui ægrotos inuisat, soletur, testamenta excipiat, immortalis lætitiæ spem morituris repræsentet, & sacramenta fidelibus Christianis in contiguo mortis administret. Fuit hoc olim Christianæ pietatis argumentũ, ægros pestilenti tabe infectos inuisere, curare, & solari. Sub Galli & Volusiani imperio magna pestis ab Æthiopia occidentẽ versus grassata est: Infideliũ cadauera iacebãt insepulta: At pij ægrotos sollicitè curabant, atque (vt testatur Cedrenus) sæpe eiusdem morbi periculum pestilenti egrotorum afflatu subibant. Οἱ εὐσεβέστεροι δὲ ἀσφαλέστατοι τοὺς νοσοῦντας θεραπεύοντες, εἰς ἑαυτοὺς τὴν νόσον ἐπισπῶντο, καὶ σὺν ἐκείνοις ἡ μετ' ἐκείνους τὸν βίον μετήλλαττον. a Cedrenus pag. 212. b Eusebius li. 7. ca. 22. Niceph. li. 6. cap. 10. Hoc idẽ & Eusebius & Nicephorus frequenter à Christianis fieri cõsueuisse testãtur. Diuus Cyprianus timidos illos increpat, qui terrore contagionis fratres

fratres suos Christianos ægrotos & languentes deserebant [a]. Gregorius Nazianzenus barbaram eorum impietatem detestatur, qui ægrorum salutis immemores, languentes visitare aspernabantur [b]. Magnus autem ille Basilius multis præconiis commendatur, quòd ægros non modò inuisere, sed & osculari, & tetris morbis affectos sollicitè curare soleret [c]. Hæc autem non leuis est, sed alicuius momenti consideratio. Nam si defuncta Titia tam cupido desiderij affectu, tantáque coniugis charitate de rebus suis testari voluisset, poterat suprema voluntatis testatione disponere, excipiente & scribēte presbytero illo, qui ad visitandos ægros ex solemni more in illa parochia deputatus fuerat. Rectius tamen & conuenientius fuerit omnes illas circunstantias omitti: vt ipsa constitutionis regiæ consideratione controuersię decisio consistat: Constitutio æqua sit an iniqua non est disputandum. Constitutio generalis est, quæ conuentiones quascunque vltimásque voluntates, nisi solemni scriptura celebratæ fuerint, reiicit & excludit. Dicere lubet cum Quintiliano, *Hæc lex* (inquit) *publica est, ad omnes pertinet: Testamentum priuatum est: Potentius est quod in albo lego, quàm quod in testamento* [d]. Misera quidem videtur eius conditio qui testari cupiens testamenti condendi facultate priuatur: sed publicę magis vtilitati quàm priuatorum voluntati prospiciendum. Specialis fauor si quando singulari æquitate occurrat, publicæ disciplinæ vigorem lædit, ipsámque vim & authoritatem legū frangere solet & violare. Eleganter Cæsar dicebat, *omnia mala exempla ex bonis initiis orta sunt* [e].

*SENATVS* solemni arresto bona defunctæ

a D. Cypr. serm. de mortal. al. de pest.

b Gregor. Nazian. in orat. de pauperum amore.

c Gregor. Nazianz. in orat. funebri in laudē Basilij magni.

d Quintil. decl. 374.

e Salust. in coniurat. Catilin.



Source : BIU Cujas

Titiæ patri Meuio adiudicauit, non admissa testamenti nuncupatiui per testes probatione [a].

a Arr. du 7. de Ianu. 1593 moy. plaidant pour Leonard Ladrat pere appell. & M. D. Arnauld pour Iean Grineau mary inthimé. Par lequel arrest le mary est debouté de la preuue du precedu testament. Les biens adiugez au pere, ordõné que l'Arrest sera leu & publié au siege pour seruir de loy à l'aduenir.

## *Nulli concedendam in vrbibus limitaneis immunitatem ab excubiis & portarum custodia.*

## CAP. XI.

VRBEM diui Quintini limitaneam Franciæ esse notissimum est. Ciuitatis illius iudices & magistratus diplomata Regia seu rescripta impetrauerant, quibus immunes ab excubiis & portarum custodia esse iubebantur. Hoc æquum esset nécne, & an ea diplomata à Senatu probari deberent, disceptatum est.

*PRO MAGISTRATIBVS.* Priuilegia & immunitates, licèt plerunque meritis aut dignitate tribuantur, tamen ex Principis nutu, arbitrio, & authoritate potissimùm pendent. Quoties autem Regia Principis indulgentia honores aut præmia quibusdam indulgeri & concedi voluit, nefas est suprema Regis iussa in cognitionem vocari: nec permittit Imperij maiestas exactè adeo & cõtumaciter in Principis dicta, facta, & rescripta inquiri. Rectè apud Tacitum eques ille Romanus M. Terentius dicebat. *Non est nostrum æstimare, Cæsar, quem supra cæteros & quibus de causis extollas: Tibi summum rerum iudicium Dij dedere. Nobis obsequij gloria relicta est* [b]. Regiam volũtatem admitti & suscipi, nõ autem corrigi vel rescindi conueniens est. Princeps magistratus istos immunes esse iubet. Laudandi qui Principum rescripta tan-

b Tacitus lib. 6. annal.

Source : BIU Cujas

tanquam diuina oracula, absque vlla causſæ cognitione probant & venerantur. Iudices & magiſtratus, quorũ ſpectabilis eſſe debet dignitas, Rex ſpeciali aliqua honoris prærogatiua à cæteris ſecernere voluit: illiſque, ne cum vili plebe miſceanturi priuilegia & immunitates non leui rationum momẽto indulſit. Si iudiciorum antiquitatẽ repetere liceat, Magiſtratus & Senatores olim ex virtute & morũ integritate, aliquãdo ex cenſu lecti & petiti sũt: Tamẽ qualeſcunque eſsẽt, Reipublicę sẽper interfuit eorum dignitatem aliqua veneratione coli & obſeruari. Romæ etiam plebeios iuri dicundo præfuiſſe Dion teſtatur [a]. At Iulius Cęſar iudicia ad duo genera iudicum redegit, Equeſtris ordinis & Senatorijs. Modeſtinus ciuitatis principẽ magiſtratum appellat [c]. Nihil certè indignius cenſeri debet, quàm ſi magiſtratus qui iudiciis præſunt, iiſdẽ muneribus obſtringi & obligari velimus, quibus viles & plebeios quoſvis ſubeſſe oportet. *Eſt enim propriũ munus magiſtratus* (inquit Cicero) *intelligere ſe gerere perſonam ciuitatis, deberéque eius dignitatem & decus ſuſtinere, ſeruare leges, & iura deſcribere, & fidei ſuæ commiſſa meminiſſe* [d]. Epictetus ab Adriano interrogatus quid eſſet Senatus, Ornamẽtũ, ait, vrbis, & ſplendor ciuiũ. Ammianus Marcellinus de Conſtantio Romam ingreſſo verba faciẽs: *Cúmque vrbi propinquaret* (ait) *Senatus officia reuerendáſque patritiæ ſtirpis effigies ore ſereno contemplans, non vt Cyneas ille Pyrrhi legatus in vnum coactam multitudinem regum*, (βασιλέων πολλῶν συνέδριον, apud Plutarchum [e]) *ſed aſylum mundi totius adeſſe æſtimabat* [f]. Saluſtius cùm Senatores à Romulo lectos refert, *Delecti* (inquit) *quibus corpus annis infirmum, ingenium*

[a] *Dio. Caſſius lib. 43.*
[b] *Sueton. in Iulio c. 41.*
[c] *l. Spadonũ. §. ſi ciuitatis. ff. de excuſ. tutor.*
[d] *Cic. li. 1. offic.*
[e] *Plutarc. in Pyrrho.*
[f] *Amm. Marc. l. 16.*

Source : BIU Cujas

ingenium sapientia validum erat [a]. Magistratibus quidem leges, sed populo præsunt magistratus [b], debentque consiliis & authoritate sua publicam dignitatem sustinere. Nam Magistratus vt olim in Rebuspublicis populi dignitatem & authoritatem, sic & in regio statu Principis maiestatem referũt [c]. Aristoteles de iis qui honores gerunt, & dignitates in Republica consequuti sunt, ἡ μὲν ἀξία λέγεται πρὸς τὰ ἐκτὸς ἀγαθά. Μέγιστον δὲ τῶν ἂν δείμειμ ὃ τῆς θεοῖς ὑποθέμεθα, καὶ ὃ μάλιστα ἐφίενται οἱ ἐν ἀξιώματι καὶ τὸ ἆθλα τῶν καλλίστων ἆθλον. Τοιοῦτον δ' ἡ τιμὴ [d]. Quinetiam ipsi Reges olim iudiciis præerãt, & illustre ac venerandum magistratus officiũ ipsi per se exercebãt. Iure Romano Senatores liberi ert & immunes ab omnibus oneribus omnibúsque sordidis & extraordinariis muneribus [e]. In Athenienſi Republica qui munera publica exercuerant, illi ἀτέλειαν παντῶν τῶν λειτουργιῶν consequebantur [f]. Quinetiam licèt dignitati magistratus nulla deberetur immunitas. At hoc certè muneris necessitati tribui & cõcedi conueniens esset. Neque enim æquũ fuerit iudices, dum lites dirimunt, delicta coercent, & ciuitatis politiam tuentur, à publico iudicandi munere ad excubias & portarum custodiam auocari. Vrbem Diui Quintini limitaneam esse, vrbésque limitaneas exacta cura & peruigili custodia indigere constat. Sed exiguus est iudicum numerus, nec potest eorum immunitas magnum vrbis custodiæ & securitati præiudicium afferre. Quòd si in ciuitatibus limitaneis magistratus assiduam & sollicitam iuris iustitiæque curam non gerant, plerunque inter arma, quorum strepitus leges & pręconis vocem exaudire impedit: prædonum

a Salust. in coniurat. Catil.
b Cicero li. 3. de legib.
c l. 1. ff. de offic. prefecti prætor. l. 1. ff. ad leg. Iul. de annona.
d Aristo. li. 4. ethic. cap. 7.
e L. Senatorum. l. nemo de dign. lib. 12. Cod.
f Demosth. in orat. cõtra Leptinem.

Source : BIU Cujas

num more certandum, non viuendum erit. Itaque iudices isti, cùm de obtinenda vacatione contendunt, non tam ocium quàm negocium dignitati suæ conueniens quærunt: Quietem & à militaribus muniis immunitatem petunt, magis vt iuri dicundo & negotiis forensibus libetè possint vacare, quàm vt sibi aut vlli desidiæ indulgeant. Magna enim & assidua censeri debet vigiliarum & excubiarum cura & sollicitudo, quæ olim suos specialiter in vnaquaque ciuitate magistratus habebat. Vt & Imperatores Theodosius & Valentinianus vigilum præfectos inter magistratus ordinarios recensent [a]. Cassiodorus etiam præfecti vigilum formulam præscribit [b]. At si iudices isti noctu excubias agere, interdiu portarum custodiæ vacare teneantur, nullum supererit tempus dirimendis litibus & controuersiis. Quin & ad magistratuum decus publicè interest iudices aliquo immunitatis honore à cæteris distingui, & à plebeiis muneribus dignitatis veneratione excusari.

a l. 1. C. de offic. præf. vrb. l. 1. C. de offic. præf. vigilum.

b Cassiod. lib. 7.

*PRO MAIORE ET SCABINIS DIVI QVINTINI.* Insolens videtur & iniusta iudicum istorum postulatio, quæ eò spectat ne se ac suos, nève patriam, suáque omnia custodire teneantur, ne pro se vigilare & excubias agere, ne ciuitatis suæ portas tueri, eásque ab hostili impetu & excursione vindicare compellantur. Vnde iudicibus istis hæc Sidonij Apollinaris verba obiici possunt, *Parum in commune consulitis, & cùm in consilio conuenitis, non tam curatis publicis mederi periculis quàm priuatis studere fortunis* [c]. *Oportet* (inquit Plinius) *priuatis vtilitatibus publicas, mortalibus æternas anteferre, multóque diligentius muneri suo consulere quàm*

c Sidonius Apollinaris li. 7. ep. 9. ad Græcum.

*quàm facultatibus* [a]. Lysias orator quosdam esse dicebat, qui ad priuatas res attēti publica omittunt, διὰ τὸ μὴ τὴν πόλιν, ἀλλὰ τὴν οὐσίαν πατρίδα αὐτοῖς ἡ γεῖσθαι. [b] Tacitus de Britannis agens, *Nihil aliud* (inquit) *aduersùs validissimas gentes pro nobis vtilius, quàm quòd in commune non consulunt. Rarùs duabus tribúsque ciuitatibus ad propulsandum commune periculum conuentus. Ita dum singuli pugnant, vniuersi vincuntur* [c]. *Priuatæ res* (inquit Liuius) *semper offecêre officiéntque publicis consiliis* [d]. *Pessimum est* (dicebat Galba) *veri affectus venenum, sua cuique vtilitas* [e]. Etenim iudices isti posthabito communi periculo priuati sui cómodi causa immunitatē petūt, séque à ciuilibus & necessariis muneribus excusari volūt. Iniusta est hæc & iniqua immunitatis postulatio, qua securitas publica negligitur & insuper habetur. Itaque magistratus isti magis exemplo quàm vacationis licētia publicam lædūt disciplinā. Dicebat Seneca, *Si sanis hominibus publica priuatis potiora sunt, sequitur vt is quoque charior sit in quem se Respubl. conuertit, quique publicæ salutis curam priuatæ quieti præponit* [f]. Extat Regis Ludouici 12. Constitutio de vrbiū limitanearū excubiis lata anno 1504. qua cōstitutū est, vt ipsimet ciuitatum incolæ excubias per vices agant. Nam salutem Reipublicæ tueri nulli magis conuenit, quàm aut principi aut ipsismet incolis [g]. Siquidem ciuitatis defensio inter personalia munera recensetur, & per ipsosmet ciues obiri debet [h]. *Nam cætera maleficia* (inquiebat Cato) *tum persequare vbi facta sunt. Hoc nisi prouideris ne accidat, vbi euenerit, frustra iudicia implores. Capta vrbe nihil reliqui fit victis* [i]. In cæteris Franciæ ciuitatibus, quæ limitaneæ non sunt, solent quieto pacis

a Plinius li. 7. epistola 18.
b Lysias in orat. cōtra Philonem.
c Tacitus in vita Iulij Agricola.
d Liuius li. 22.
e Tacitus lib. 1. hist.
f Seneca li. 1. de clementia.
g l. nam salutē. ff. de officio præf. vigilum.
h l. 1. circa princ. ff. de muneribus & honor.
i Salustius in Catil. conjurat.

to pacis tempore nocturnis excubiis præesse magistratus illi, quos Equites seu Præfectos vigilum vocamus: Eis adsunt milites stationarij, qui noctu per vrbem discurrunt, & vigilias pro salute & securitate publica agere tenentur. Romæ præfectus iste iurisdictionem hab bat. Præfectum hunc veteres νυκτοστρατηγὸν vel νυκτεπαρχον vocabant [a]. Apuleius nocturnæ custodiæ prę fectum [b]. Huius officium fuit per totam vrbem noctu coerrare: fures, incendiarios, effractores coërcere, si leuiore coërcitione indigeant, aut si seruilis sint conditionis [c]. At si atrox esset crimen, eos ad Prę fectum vrbis remittere puniendos [d]. Cassiodorus, *Quapropter* (inquit) *circa fures sollicitus esto, quos si tibi leges punire minimè præcipiant, tamen eos indagandi licentiam contulerunt* [e]. Vigilum cohortes sub Principe Augusto institutas Dio scribit [f]. Appianus tamen cùm dixisset Sabinum à Cæsare præfectum fuisse ad turbas & latrocinia in vrbe atque Italia comprimenda: Addit, καὶ ἐξ ἐκείνου φασὶ παραμεῖναι τὸ τῆς στρατείας τῶν νυκτοφυλάκων ἔθος τε καὶ εἶδος [g]. Præfectos seu equites vigilum in cæteris Franciæ ciuitatibus quieto pacis tempore nocturnis excubiis & publicæ securitati prouidere constat: Sed limitaneæ vrbes maiorem & sollicitiorem curam exigunt: eáque de causa conueniens visum est vigiliarum munus & portarum custodiam non vni, sed omnibus ciuibus, qui per vices excubias agant, committi. Limitaneis vrbibus pax neç quietem affert nec securitatem. Vicinus inimicorum terror, sempérque imminentes hostium insidiæ ciues custodiæ vrbis perpetua cura & sollicitudine intentos detinent. Iustinianus militum limitaneorum numerum, officia,

a *l. fi. §. legatis. ff. de muneribus & honor.*
b *Apuleius lib. 3. metamorph.*
c *l. pen. ff. de cond. caussa data*
d *l. 1. C. de officio præf. vig.*
e *Cassiodorus lib. 7. epis. 7. variarum.*
f *Dio lib. 55.*
g *Appian. lib. 5. ciuil. bell.*

Source : BIU Cujas

a l.2.C.de officio præf.prat. Afr. cia, & stationes magno studio describit a. Atque ideo limitanei agri militibus, non aliis donabantur & assignabantur. Lampridius narrat Alexandrum Imperatorem agros limitaneos militibus ita donasse, vt illorum essent, si hæredes eorum militarent, nec vnquam ad priuatos pertinerent: dicebátque attentius eos militaturos, si etiam iura sua defenderent b. Quò spectat illa Theodosij & Valentiniani constitutio, qua cauetur ne agri illi in priuatorum iura vllo titulo transeant, aut præscriptione vlla acquirantur c. Atque iidem illi Imperatores agros limitaneos non modò omni collationis & tributi onere immunes esse iusserunt d, sed & voluerunt duces esse militares iudices limitaneorum militum, qui ad repentinos hostium impetus repellendos disponuntur e. Quod autem in hac caussa iudices isti regiæ maiestatis ius & principalis rescripti authoritatem opponunt, obuium est & facile huic obiectioni satisfacere. Nam licèt in hoc Franciæ regno omnia Regiæ authoritati & supremæ Principis potentiæ subiiciantur: Hæc tamen semper fuit Regum Franciæ benigna moderatio, vt non prius rescripta sua vim legis habere voluerint, aut obsequij necessitatem requirere, quàm à Senatu æqua sint an iniqua cognitum fuerit, accedente postea solemni Senatus approbatione. Nerua commendatur quòd nihil egerit nisi de sententia Senatus f. Sic Adrianus Imperator res necessarias aut negotia magni momenti, non priuato consilio, ἀλλὰ μὴ χωρὶς βουλευτῶν πρᾶξιν g. Probus Imperator leges quascunque ederet, propriis Senatusconsultis consecrari voluit h. Claudianus de Honorio, *Gestarum patribus causas ex ordine rerum*

b Lampr. in Alex. cl.final.de fudis limitroph. lib. 11.Cod.

c dicta l. final. cl.final.C. de offic. milit. iud.

d

e

f Zonaras tom.2. pag. 199.

g Dio Cassius in Adriano, & Zonaras tom.2. pag. 203.

h Flau. Vopisc. in Probo.

*Euen*

Source : BIU Cujas

*Eu ntúsque refert, veterúmque exẽpla secutus Digerit imperij sub principe facta Senatu* [a]. Imperatores Theodosius & Valentinianus, antequam rescriptũ vllum legis authoritate sanciatur, volunt priùs *id ab omnibus tam proceribus nostri palatij, quam glorioſiſſimo cœtu vestro, Patres conscripti, tractari, vt vniuersorũ consensus nostræ serenitatis authoritate firmetur* [b]. Neque enim semper existimãdũ est omnia rescripta principalia veram regiæ volũtatis significationem referre. *Multa* (inquit Seneca) *nobis extorquẽtur, quæ nolumus scribere* [c]. Sed quemadmodum Tertullianus docet non omnia quæ fiunt, Deo iubente fieri, sed tantùm quæ iusta sunt [d]. Ita etiam si quæ rescripta iniqua obtineantur, conueniens est vt Senatus ea improbet & reiiciat. *Si quod rescriptum* (inquiũt Imperatores) *ſi qua lex fortè prætenditur, abreptæ huiuſmodi chartæ ex eorum manibus, ad noſtrã ſciẽtiam referantur* [e]. Sic & alio loco rescribunt Imperatores. *Quoniam plerunque ita in nonnullis cauſis inuerecunda petentium inhiatione conſtringimur, vt etiam non concedenda tribuamus, nec reſcripto quidem noſtro aduerſus formam latæ legis loci aliquid relinquatur* [f]. Principũ non alia censeri debet mẽs & voluntas, quàm vt rescripta æquitatis plena emittãt. *Non externa cogunt Deos* (ait Seneca) *ſed ſua illis in legẽ aterna voluntas eſt* [g]. Apud Tacitũ C. Cestius Senator disseruit, *Principes quidẽ inſtar Deorum eſſe, ſed neque à diis niſi iuſtas ſupplicum preces exaudiri* [h]. Itaque vt dignosci possit æqua sint an iniqua regia diplomata, iudicibus istis cõcessa: Illud generali regula præmittendum est, quoties necessitas ingruit & graue aliquod periculũ imminet, nulla priuilegia nullásque dignitatum immunitates attendi & spectari

[a] *Claudianus in 6. consulatu Honorij.*
[b] *L. humanum. C. de legibus.*
[c] *Senecæ lib. 4. controu. 3.*
[d] *Tertull. lib. 1. de exhort. ad caſtit.*
[e] *L. 3. C. de paganis.*
[f] *l. 1. de pertit. bonorum ſublat. lib.*
[g] *Senecæ lib. 6. de benef. c. 23.*
[h] *Tacit. li. 3. annal.*



Source : BIU Cujas

solere. Leges instante periculo & metu armorum quiescunt: multò magis priuilegia quiescere & cessare debent. Narrat Liuius Romæ, cùm à Volscis Romani sibi metuerent, Senatores omnes, quicunque per ætatem ac valetudinem poterãt, munus vigiliarum per se ipsos obiisse [a]. γένος γὰρ οὐδὲν οὐδὲ ἡλικίαν ὁ περὶ ψυχῆς δυσωπεῖται κίνδυνος, vt Heliodorus ait [b]. Appianus refert quotiescunque periculi imminentis occasione Senatui visum esset tumultũ decerni, nullam in tumultu bellico vacationum rationem habitam, nec in delectu habendo cuiusquam excusationem admissam [c]. Itaque Annibale Romanos vrgente, cùm belli terror magnus esset, M. Liuius & C. Claudius Nero Coss. colonos maritimos, qui sacrosanctam vacationem habere dicebantur, dare milites coegerunt [d]. Sic etiam cùm senatui renuntiatum fuisset Heluetios in armis esse, simúlque Gallici belli metus instaret, Senatus decreuit, vt Consules duas Gallias sortirentur, delectus haberetur, vacationes ne valerent, &c [e]. Vitellius ignarus militiæ, improuidus consilij, cùm vndique metu belli terreretur, seruorum numerũ & pondus argenti Senatoribus indicit [f]. Quinetiã licèt flaminum & sacerdotum commendatio supra cæteros fauores præualeret, tamen durante Gallico tumultu cessabat sacerdotũ immunitas. Plutarchus, οὕτω ὁ φόβος ἦν ἰσχυρὸς ὡς τεθέσθαι νόμον ἀφεῖσθαι τοὺς ἱερεῖς στρατείας χωρὶς ἂν μὴ γαλατικὸς ἦν πόλεμος [g]. Elegans fuit Episcopi illius Acatij Amydeni responsũ, qui cùm necessitatis & periculi imminentis occasione vasa Ecclesiæ suæ sacra alienasset, ὁ θεὸς ἡμῶν οὔτε δίσκων οὔτε ποτηρίων χρήσει, οὔτε γὰρ ἐσθίει οὔτε πίνει [h]. *Melius est* (dicebat D. Ambrosius) *seruare animas viuentium*

a Liuius lib. 2.

b Heliod. lib. 9.

c Appian. li. 2. bell. ciuil.

d Liuius lib. 27.

e Cicero lib. 1. epist. 17. ad Atticum.

f Tacit. li. 3. histor.

g Plutarc. in vita Camilli in fi. & in vita Marcelli in princ.

h Socrates li 7. Eccle. histor cap. 21. Niceph. Callist. li. 14. ca. 22.

quàm

quàm metallorum [a]. Athenis maxima fuerunt priuilegia posteris & familiæ Harmodij & Aristogitonis concessa: Quæ tamen omnia cùm instabat belli necessitas, cessabant [b]. Conueniens est ergo vt in vrbibus limitaneis, neque à muniis bellicis neque ab vrbis custodia vllæ concedantur immunitates. Perpetuũ enim in locis limitaneis ab Hispano & exteris imminet periculum, semperque existimari debet Annibal ad portas adesse. Ac sæpius contingit, vt si quando animo secùro quieuerimus, tum maximè ingruant & erumpant repentina ex hostilibus insidiis pericula, & vt ait Lucanus, *Pax est alta per omnes, Et tranquilla quies populos: Nos præda furentum, Primáque castra sumus*, Sidonius Apollinaris, *Rumor est* (inquit) *Gothos in Romanum solum castra mouisse: Huic semper irruptioni nos miserè Aruerni ianua sumus* [c]. Sic nec dissimiliter si quando circa regni limites excitari repentinum ab exteris periculum belli contingat, nos Hispanicæ irruptioni ianua sumus. Pericula hæc, quæ frequẽter eueniũt, non minùs magistratus respiciunt, quàm cæteros ciues: vt æquum videatur ab omnibus æquali affectu & communi cura securitati publicę prospici. *Atque hoc repentina* (vt Imperatorũ verbis vtamur) *aduentitiæ necessitatis sarcina ab omnibus ciuibus æqualiter deposcit* [d]. Neque enim eos laudaverim, qui, vt Reip. periculis occurrant, pericula ipsa expectãt. Certè & melius & tutius est (vt ait lex) in tempore occurrere, quàm post rem vulneratã remedium quærere [e]. Nam quòd iudices isti, vt probabilius excusẽtur, forẽsibus negotiis vacare velle dicunt: Hoc certè leue est, absurdum, ac potiùs ridiculum. Nam cùm excubiæ ab omnibus ciuibus

a D. Ambrosius lib. 2. offic. ca. 28.

b Demost. in orat. contra Leptinem.

c Sidonius Apollinaris li. 7. epist. 1.

d L. placet. C. de sacr. Eccles.

e L. si. C. quibus causis in integ. restit. non est necessaria. l. 1. C. quãdo liceat sine iudice se vindicare.



Source : BIU Cujas

per vices agantur, atque etiam ipsi ciues mutuis & alternis operis portas vrbis custodiãt, satis superque erit iudicibus istis & ocij & temporis ad lites dirimendas. Neque enim continuò, sed certis ac statis diebus vacare eos nocturnis excubiis & custodię vrbis oportebit. alus populi suprema lex esto, atque (vt ait Diuus Ambrosius) *patriam tueri*
a Cau. fortitudo 23. quæst. 3. *suma est iustitia* a: Quin & ipsi magistratus si præsẽtes adsint, ciuitatis custodiam, publicaque salutis securitatẽ tum exemplo, tùm etiam authoritate iuuabunt. Exemplo, siquidem cęteri ciues, vbi magistratus ipsos viderint hanc curam neque auersari neque detrectare, illi eandem non modò nõ recusabunt, sed & promptiore & alacriore animo suscipiẽt. Magistratus etiam authoritatis suæ præsẽtia turbas compescet, vbisque tranquillitatem componet. Nam si quæ rixa aut tumultus noctu excitetur, aut in ipsa portarum custodia exoriatur, magistratus si presens adsit delinquẽtes statim pœna coercebit, & seditiosos tumultuãtes dignitate sua & grauitate compescet & terrebit. *Nemo* (inquit Gregorius) *a murorum vigiliis aut custodia excusetur, sed omnes ad hæc munia obeunda generaliter compellantur, vt cunctis vigilantibus melius valeat ciuitatis custodia procurari* b. Nullus itaque ab istis excusetur, sed Reip. expediat eam plures habere defensores c. Romana plebs aduersùs Senatores, qui se immunes à militia asserebant, his verbis indignabatur, *Patres militarent, patres arma caperent, vt penes eosdem pericula belli, penes quos præmia, esset* d. Quòd si (vt præclarè ait Ammian. Marcellinus) nihil aliud est imperium, nisi cura salutis alienæ e: Magistratus isti, qui summos vrbis honores & ciuilia munera

b Ca. peruenit. extr. de immun. Eccles.
c L. nam reip. ff. de operis noui nunciat.
d Liuius lib. 2.
e Ammianus Marcellinus lib. 29.

cum

Source : BIU Cujas

cum imperio exercent, non modo erga patriam ingrati, sed & imprudentes sũt, qui rebus suis attenti, nimióque priuati commodi studio communem salutem omittunt, & publicam negligunt securitatem. Dicebat Liuius Consul, *Respublica incolumis & priuatas res facilè salvas præstat: Publica perdendo tua nequicquam seruies*[a]. Quàm indignum est in locis limitaneis inter media pericula solos magistratus otiosos sedere, atque eos non modò à salute communi & tuitione vrbis vacationes petere & excusationem affectare, sed & cæteros ad eundem communis securitatis contemptum & detrectanda munera ciuilia pernicioso immunitatis exemplo inuitare!

a Liuius li. 6.

*SENATVS*, nulla magistratibus data immunitate, omnes æquo iure ad custodiam vrbis teneri, & excubias per vices agere iussit[b].

b Arrest du 15 de Mars 158. plaidant Amelot pour les officiers de S. Quentin dem. en lettres: Et la Riuiere pour les Maire, & Eschevins de ladite ville deffendeurs.

*NON EST ABSIMILIS* alia quæstio, quæ ab eodem Senatu iudicata est. Ciuitas Ambiana inter limitaneas habetur, eandemque quam cæteræ vrbes limitaneæ, nec minùs sollicitam agit tam custodiæ diurnæ quàm excubiarum curam. SEIVS qui vnus erat ex præfectis ærarij (nos thesaurarios Franciæ generales appellamus) portarum custodiam munus esse necessarium & ab omnibus subeundum fatebatur: Ita tamen vt magistratus & quicũque aliqua officij publici dignitate pollent, non quidem ipsi portarum custodiæ adesse teneãtur: sed satis esse dicebat, si stipẽdiariũ vel ex suis domesticum aliquem delegarent, à quo munus illud personale, domini absentis vice, præstaretur. CONTRA SEIVM decuriones dicebant, ciuitatis custodiam nulla dignitatis exce-



Source : BIU Cujas

ptione nullâque immunitatis excusatione remitti posse. Lacedæmonios Aristoteles testatur necessarij huius muneris, quo salus publica continetur, nullam vacationem indulgere solitos, neque vnquam aliam admisisse excusationem præter πολυτεκνίαν, vt non alij ἄφορες essent & à ciuitatis custodia immunes. Scius seruiles stipendiarij alicuius & mercenarij operas offert & pollicetur. Leo Imperator hoc munus personale esse rescribit, & per ipsosmet ciues nulla excusatione præstari & impleri iubet a. Si viles sint & stipēdiarij custodes, non dubitandum quin ciuitas facilè apud mercenarios emptorem inueniat. Si venales animæ portis muríque præficiantur, eísque salus publica cōmittatur: Quæ securitas, quęve fidei obligatio ab iis expectanda est, qui neque pro aris & focis dimicant, neque vllo in patriam affectu & charitate incitantur? ENATVS custodiam vrbis non per stipendiarium vel mercenarium præstari voluit, sed personale munus esse iudicauit: Idque nulla habita dignitatis vel magistratus excusatione ab ipsismet ciuibus fieri & præstari iussit. b

a L. final. de quibus muneribus vel præsta. nemini liceat se excusare lib. 10. C.

b Arrest donné le Lundy 22. de Decembre 1586. entre les Majeur & Escheuins d'Amiens d'vne part, & M. Philippes du Bos d'autre part, plaidans Moenar & Asseline.

*Pendente & nondum decisa matrimonij quæstione, Accusatio furti interea cessare & quiescere debet.*

## CAP. XII.

MEVIA Titium super fœdere matrimonij corā iudice Ecclesiastico persequitur. Ille exinde Meuiā corā iudice laico furti accusat, eámque arguit sibi multa domi expilasse. Iudex

dex testibus extra ordinem auditis prehensionem aduersùs Meuiam decernit. Appellat Meuia & institutam matrimonij quæstionem, quæ fori Ecclesiastici est, coramque iudice Ecclesiastico mota erat, præiudicialē esse contendit, nec de furto quæri oportere quoad de matrimonij fœdere cognitum esset. Negat Titius se quidquam Meuiæ promisisse aut vllam coniugij fidem dedisse: sed Meuiam dicebat, ne de furto cognosceretur hanc super fœdere matrimonij quæstionem muliebri fallacia excogitasse.

*PRO TITIO.* Impudicarum mulierum hæc vbiuis perpetua fuit & specialis nota, vt impudentes existerēt: nihilque illis aut sanctum aut religiosum videretur, quod à cupiditate & luxuria alienū esset. Hoc autem tempore vsque eò feruet fertúrq; earum impudentia, vt nouo quodā fraudis & insidiarum genere, dum corpus suū venale prostituunt, illud postremò tententt, meretricios amores nuptiis conglutinare. Meuia mulier dedecoris plena multorúmque adolescentiæ pernicies, vtroque tam furti quàm calumniæ crimine insignem se venditat. Titius enim lasciuis eius illecebris & luxuriosis moribus inuitatus, familiarem cū illa cōsuetudinem exercuit: sed nulla coniugij consideratione, tanquam vnus è plebe & quiuis de turba admissus est. Quis enim via publica ire prohibetur? Illa verò, vt fallax est, & subtilis, & auara, familiaritatis illius occasionē sedulò amplexa est: Titiúmque auro, gemmis, ac plerisque multi pretij mobilibus spoliauit. Si Meuia nullius furti conscia est, quid probationes timet, quid matrimonij litē obtendit? Nam dū auara meretrix aliquo sperat effu-



Source : BIU Cujas

gio sibi impunitatem parare, illa probrosæ vitæ suæ dedecus infami latrocinij furtique crimine nobilitauit. Constat equidem nullam furti actionẽ marito aduersùs vxorem competere. Lex enim inter personas tam arcto & solemni vinculo cõiunctas non modò quęstionem furti denegat, sed nequidem actionem vllam, quæ famosa sit aut pœnalis, concedit [a]. Imò etiam soluto matrimonio honor præteriti coniugij nullam vel furti vel criminalẽ aliam persecutionem admittit [b]. Sed vt id locũ habeat, necesse est priùs de coniugio constet. Nam si nulla veritatis probatione exceptio Meuiæ passim admittatur: Quę mulier deinceps nocens erit, si ad eludendam accusationem liceat ei, quæ furti alteriúsve criminis postulatur, falsam & mẽdacem coniugalis fidei allegationem proponere? Neque enim in hac causa vllæ proferuntur matrimonij probationes, at neque etiam præsumptiones certáve indicia: Nullæ repræsentantur tabulæ nuptiales. Non ipsa sponsaliorum solemnia interuenisse dicuntur. Neque enim amor legitimus Titium Meuiæ coniunxit, non propositum matrimonij, non fides coniugij, aut cupiditas nuptiarũ: Sed meretricius ardor & lasciua voluptas, suadẽte venere impudica, Titium & Meuiam ad gratum & amabilem coitum impulit & perduxit. Sed simulatque Meuia Titium de furto vindicando agere velle resciit: Illa, vt accusationem eluderet, de fœdere matrimonij litem intendit, perfidiã Titij muliebri simulatione accusauit, & sanctam cõiugij fidem violari malitiosè conquesta est. Lex omnem nuptiarum præsumptionem inter eos reiici iubet, qui vel opibus, vel familię & nominis dignitate

a L. 2. C. rerũ amotarum.
b l. si quis vxori in princ. ff. de furtis.

gnitate impares sunt [a]. Meuia autem & diuitiarum cumulo, & generis nobilitate longè inferior æquari Titio non potest. Vixit sordidè & illiberaliter, orta parentibus sordidis & illiberalibus. Marito quidem aduersùs vxorem lex actionem furti non concedit, sed hoc demum si vxorem esse constet. Neque tamen ipsa coniugij dignitas impedit quominus rerum amotarum agere liceat, nec societatis inter coniuges initæ respectus amotas res repetere vetat: vt & lex aduersùs socium furti actione experiri permittit [b].

[a] *l. imperial. li. §. immò. Cod. de nuptiis.*

*PRO MEVIA.* Leuitatis & inconstantiæ crimen mulieribus imputari solitum, ecce nunc de mutabili & parum firma virorum fide victrici gloria triumphat. *Difficile dictu est* (inquiebat orator Crassus apud Tullium) *quanam causa sit, cur ea, quæ maximè sensus nostros impellunt, voluptate, & specie prima acerrimè commouent, ab iis celerrimè fastidio quodam & satietate abalienemur* [c]. Titius enim amore Meuiæ olim ardens vltrò matrimonij conditionem obtulit, Meuiámque ad nuptias reluctantem inuitauit. Saluianus, *Sicut corpus sine medulla: sic amor sine cupiditate esse non potest* [d]. Sed, vt ait Seneca, *voluptas citò implet & tædio est, ac post primum impetum marcet* [e]. Vbi vbi sunt fallaces illæ blanditiæ & perfidiosæ pollicitationes, quibus iste credulitatem meam decepit & elusit? Vbi blandæ & dolosæ perfidi istius amatoris assertiones, quibus indiniduam vitæ consuetudinem concepti issimis verbis & solemni promissione iurabat? Non tamen vel amoris meminit, vel illarum, quas aliquando communes habuimus, voluptatum. Eleganter poëta Catullus leues hos & perfidos amatores insecta-

[b] *l. rei cõmunis. ff. pro socio.*

[c] *Cicero li. 3. de orato. re.*

[d] *Saluian. li. 1. ad Eccles. Cath. pag. 321.*

[e] *Seneca lib. de vita beata c. 7.*



Source : BIU Cujas

tur: *qui dũ aliquid cupiens animus prægestit apisci, Nil metuunt iurare, nihil promittere parcunt: Sed simul ac cupidæ mentis satiata libido est, Dicta nihil metuere, nihil periuria curãt.* Etenim Titius amoris, quo efflictim deperibat, impatiens, pacta & promissa coniugij fide virginitatem inuitæ expressit: qua simul ac potitus est, statim Meuiam perfida mente fastidiuit, eúmque formæ, cuius ad satietatem vsque fruebatur, tædium cœpit. κόρος γὰρ ἔρωτος, τῶν ἔργων τὸ τέλος ἐστὶ, vt Chariclea apud Heliodorum & scitè & prudenter dicebat [a]. *Nihil* (inquit Plinius) *æquè gratum est adeptis quàm concupiscentibus* [b]. Pacatus in panegyrico, *Vicinum habent permissa fastidium* [c]. Eleganter Petronius, *Nolo quod cupio statim tenere, Nec victoria mi placet parata.* Seneca, *Magis iuuat bibere sitientem: Gratior est esurienti cibus* [d]. D. Hieronymus, *Ardentius appetitur quicquid est rarius* [e]. Copia satietatẽ & fastidium gignit: Amor duo habet extrema, Ætas formæ detrimẽtum adfert, & frontẽ rugis deturpat: Satietas amoris tædium parit, & quidquid licet, minus desideratur. Plinius, *Omnium rerũ cupido languescit, cùm facilis occasio est* [f]. Quintilianus, *Compositis ætatibus coacta matrimonia, tamen facilè fastidiunt, siue non habet omne quod licet voluptatem, seu continuis vicina satietas, siue durum est quod necesse est* [g]. Philammonis cuiusdam meminit Pausanias, qui cùm Argyopam nympham vitiasset, eius postea nuptias recusauit [h]. Gregorius Turonensis narrat de Leobardo, *qui rupta* (inquit) *promissione facta honestæ puellæ de coniugio atque donis confirmata in monasterium se contulit* [i]. At verò perfidus iste, qui neque iura coniugij, neque officia certi verique amoris nouit, postquam prima eius voluptas

a Heliodor. li. 1. histor. Æthiop.
b Plinius lib. 2. epist. 15.
c Pacatus in panegy. ad Theodosium.
d Seneca epist. 78.
e D Hier. lib. 3. epist. aduersùs Vigilãtiũ.
f Plinius 8. epist. 20.
g Quintil. decla. 306.
h Pausanias li. 4. in Messenicis.
i Greg. Turon. in vita Leobar.

re

refrixit, post deprædatam adolescentulæ istius virginitatem, insuper eam furti accusat, atque ita *Virginitas facta est peregrini præda latronis.* Ille enim etiam acerbum se præstat, & multis conuiciis Meuiam aggreditur. Noli suggillare miserias mulieris affectæ & afflictæ: *Coniugium pactamque fidem non crimina posco.* Quis enim non facilè videt accusationem istam à Titio institui, non quòd vera sit aut legitima, sed vt Meuia, quæ neque dolo satis & impudentia parum potest, implicita accusationi hac calumnioſa tam grauiter vexetur & detineatur, vt matrimonij quæstionem coram iudice Ecclesiastico motam persequi nequeat: neque istâ iudiciorum versutiâ Titius adolescentulam in summas angustias adductam, in ipso articulo temporis perfidâ & iniquâ accusatione opprimat? Dicam cum Diuo Hieronymo, *Abeant preces, blandimenta discedant: Debet amor læsus iraſci* [a]. Ita tamen ingratitudinem & perfidiam Titio exprobrare liceat, vt & mulieris istius innocentia defendatur, & Titius ita se lædi & reprehendi sentiat, vt tamen grauiùs & acriùs lædi & offendi meritò potuisse sciat. Itaque accusationem furti admitti non debere offendam, nulla verborum contumelia, nulla conuiciorum acerbitate. Neque enim hoc permittit reuerētia, quam maritis exhiberi lex requirit [b]. Hoc itaque primùm disquiri oportet, An liceat marito vxorem furti accusare. Illud autem ex iuris dispositione promptissimum est: Nullâ Titio aut famosam aut pœnalem actionem aduersùs Meuiam, si vxorem se probauerit concedi posse: Tùm quia lex erubescit atrocem hanc furti actionē aduersùs personam tam arcto vinculo coniunctam indulgere [c].

a D. Hiero. lib. 2. epist. 6. ad Heliodorum.

b l. aliam. in f. ff. soluto matrim.

c l. fin. §. fi. Code furtis.

Tum

Source : BIU Cujas

Tum quia ſocietas vitæ facit vxorem rerum mariti quodammodo dominam [a]. Imò ne ipſa quidem rerum amotarū actio, quæ honeſtiore nomine perſecutionis atrocitatem tegit, conſtante matrimonio vnquam dari aut concedi ſolet [b]. Hoc Titius cùm animaduerteret, actionem autem & calumniam ſuam admitti vellet, coniugij legitimi fidem Meuiæ denegat, eámque vxorem eſſe inficiatur. Quinimò allegat illam ignobilioris eſſe & imparis familiæ: Quaſi verò aut amor natalium ſplẽdorem attendat, aut nos ex familiarum dignitate vel generis humilitate nuptias diſtinguamus. Romani quõdam patritiorum coniugia à plebe ſeparārunt: Sed C. Canuleius de miſcendis patrum cum plebe connubiis rogationem tulit [c]. Obiicit Titius nullas proferri promptas promiſſi matrimonij probationes, *Credula res amor eſt*, ait Ouidius. Rectè Heliodorus, ἀ μὴ βασάνοις ψυχὴ καὶ πίστιν φιλεῖ [d]. Nam cùm Meuia de fide Titij, cui ſe totam crediderat, dubitare erubeſceret, nõ alias fidei datæ probationes ſcriptas exigere voluit. *Crea dimus blandis quorum tibi copia verbis.* Plinius, *Amat* (inquit) *qui ſe ſic amari putat vt tadium non pertimeſcat* [e]. Meuia tamen plures habet fidei datæ teſtes multáque alia promiſſi fœderis documenta. Præſumptio autem non alia idoneior deſiderari poteſt quàm quæ legis ipſius verbis innititur. *In libera mulieris conſunctione* (inquit Iuriſconſultus) *potius præſumitur matrimonium quàm concubinatus* [f]. Luxurioſa & impatiens Titij libido legitimas matrimonij ſolemnitates præuenit. Dicebat illa apud Quintilianum. *Habui maritum in amores præcipitem, in cupiditates pronum* [g]. Hoc non præſentis tantùm tem-

a *l.1.ff. rerum amotarum.*

b *l.2. Cod. rerum amotarum.*

c *Liuius lib. 4.*

d *Hel. Æthiop. hiſt. lib. 8.*

e *Plinius li.8.epi.21.*

f *l.in libera.ff.de ritu nupt. l. in concubinatu.ff. de concubinis.*

g *Quintil. decl. 251.*

poris

poris vitium est, sed & vetus antiqui sęculi modestia similes habuit, nec minùs inhonestas lasciuias, fœditates, & turpitudines, quæ tamen matrimonij sequentis prætextu excusabantur. Seneca, *Decentissimum sponsaliorum genus est adulterium, & inconsensu viduæ cœlibatus nemo vxorem duxit, nisi qui abduxit* a. Sed quid necesse est nunc pluribus verbis matrimonij quæstionem examinare, cùm hæc res ecclesiastici fori sit, & in hoc Senatu super fœdere matrimonij pronunciari nequeat? Interea rem ipsam spectemus. Titius coniugium denegat: Meuia autem illud verè promissum ac re ipsa contractum affirmat. Veritatis probatio ex litis euentu pendet. Hæc autem super matrimonij fœdere quæstio pręiudicialis est, & quandiu indecisa erit, accusatio furti suspendi debet. Nam si Meuia vxor pronuntietur, indecens fuerit furti vel accusari vel damnari eam, quæ Titij vxor propediem pronuntiabitur. Sin verò nulla datæ fidei sufficiens probatio reperietur, tùm finita fœderis cognitione, institutam olim accusationem Titius renouare ac de integro persequi poterit. Sed hoc tam triste & infaustum omen Deus auertat, qui vt periurij ac perfidiæ summus censetur & acerbus vindex, ita etiam credulæ simplicitatis defensor est & patronus. Neque enim patietur pudicitiam Meuiæ, quæ sub dubia matrimonij probatione in discrimen adducitur, contumeliosè adeò & ad inuidiam vsque proteri, & datam coniugij fidem impunè contemni & violari.

a Seneca li. 1. de benef. cap. 9.

*SENATVS* iudicauit matrimonij quæstionem præiudicialem esse, Titiúmque ac Meuiam ad iudicem Ecclesiasticum remisit, vt de fœdere

dere matrimonij priùs cognoſci oporteret, quàm accuſatio furti admitteretur [a].

[a] Arr. du Samedy 12. de Feurier 1583. dõné à la Tournelle, plaidãs M. P. du Lac, & Eſchorcheuel.

*Qui filiis donat aut legat, videtur patri donare vel legare.*

## CAP. XIII.

SEMPRONIVS, qui ex priore matrimonio liberos habebat, ad ſecunda vota tranſit & Meuiam vxorem ducit. Aliquo poſt tempore Meuia moriens teſtamentum condit, & priuignis ſuis, quos Sempronius ex præcedente matrimonio habuerat, ducentos aureos legat. Item Seio qui Sempronij mariti propinquus erat centum aureos eodem teſtamento donat. Poſt obitum Meuiæ hæredes legata illa in fraudem conſuetudinis facta dicunt: Quia ex lege municipali mulieri non licet quidquã marito vel donare inter viuos, vel teſtamento legare. Defunctam autem Meuiam contendunt, vt fraudem conſuetudini faceret & legis prohibitionem eluderet, non quidem marito quidquam donauiſſe, ſed legaſſe filiis mariti, quorum eadem ratio quæ & patris haberi debet: Quin & eâdem fraudis conſideratione legata Seio facta impugnant.

*PRO FILIIS SEMPRONII, QVI DEFVNCTÆ MEVIÆ PRIVIGNI ET LEGATARII ERANT.* Donationes inter virum & vxorem tam iure Romano quàm noſtris legibus prohibentur. Huius prohibitionis rationem hanc Plutarchus reddit.

Paupe-

Ρωμαῖος νομοθέτης ἐκώλυσε δῶρα διδόναι καὶ λαμβάνειν τὺς γαμμένους, οὐχ ἵνα μηδενὸς μεταλαμβάνωσιν, ἀλλ' ἵνα πάντα κοινὰ νομίζωσιν. a

Non ſunt ergo donationes illæ adeò odioſæ, vt generali & fuſa interpretatione etiam ad perſonas lege non expreſſas prohibitio conſuetudinis extendatur. Conſuetudo vxorem marito donare prohibet; Nullam priuignorum mentionem facit. Itaque nouerca iure noſtro municipali non prohibetur priuignis legare vel donare. Communis enim eſt iuris regula, vt quod lex non prohibet, permitti intelligatur b. Quinetiam lex mutuam laudat coniugum beneuolentiam, neque vult marito criminoſum eſſe meritis & blando ſermone ſupremum vxoris iudicium in ſe aut ſuos prouocare c. Iure autem ciuili ſola perſonarum coniunctio neque fraudis ſuſpicionem inducit, neque prohibitionis effectum ad alias perſonas extendi procurat. Elegans eſt in hac ipſa quæſtione Papiniani reſponſum. Si *gener* (inquit) *ſocerum hæredem reliquerit, taciti fideicommiſſi ſuſpicionem ſola ratio paternæ affectionis non admittit* d. Nam etſi pater filij, quem in poteſtate habebat, tacitam fidem interpoſuerit, lex ait non debere id filio nocere e. Imò etiam, expreſſo Iuriſconſulti reſponſo vitricus & priuignus inuicem ſibi donare non prohibentur f. Hoc ſi legibus Romanis locum habuit: multò magis noſtro iure obtinere debet. Conſtat enim apud Romanos hoc fuiſſe ius patriæ poteſtatis, vt patribus bonorum omniũ, quæ ad filios pertinerent, proprietas, aut certè vſusfructus competeret g. Itaque quoties filio legari aliquid aut donari contigerat: Simul etiam commodi illius fructus aliquis ac præcipuus ad patrem

a Plutarch. γαμικὰ παραγγέλματα.

b l. *ſtatuas. C. de relig. & ſumpt. funerum. l. ſicut. §. A. riſt. ff. ſi ſeruitus vindicetur.*

c l. *fin. ff. ſi quis aliquid teſtari prohi. l. fin. C. eo. ti.*

d l. *ſi. ff. de his qui vt indign.*

e l. *in fraudem. §. fin. ff. de his qui vt indign. l. ſi tacitum. ff. ad legem Falcid.*

f l. *60. vitricus. ff. de donat. inter virũ & vxor.*

g l. *cùm oportet. C. de bonis quæ liberis.*

Source : BIU Cujas

patrem peruenieba. At communi noſtro Franciæ iure parentes in bonis filij nullum ſeu proprietatis ſiue etiam vſusfructus ius habent. Vnica eſt patris in mobilium filij ſucceſſione ſpes, cùm filius patre ſuperſtite relicto prædecedit. Lex autem præcipitem hunc præmorientis filij obitum attendi & conſiderari vetat, atque eo caſu turbari ordinem mortalitatis tradit b. Neque enim æquum eſſe aut conueniens exiſtimat, vt voto parentum opponi queat tam lugubris & ominoſa interpretatio c. Quis enim parens eſt tam inhumanus qui non longiorem liberis quàm ſibiipſi vitam exoptet? *Quis* (inquit Tertullianus) *non magis filiorum ſalutem quam ſuam curat* d? Hoc eſt apud Senecam verè paternum votum. *Ita mihi libero & viuere contingat & mori*: *Ita oculos meos filij manus operiant* e. Rectè poeta Ouidius, *Dî pre cor hoc iubeant vt cunctibus ordine fatis Ille meos oculos comprimat, ille tuos* f. Cicero mulierem Mileſiam meritò damnatam memorat, quòd adiecto omni affectu materno, *ſpem parentis* (inquit) *memoriam nominis, ſubſidium generis, hæredem familiæ, deſignatum Reip. ciuem ſuſtuliſſet* g. Homerus continuum in Laerte moriendi deſiderium ex abſentia filij Vlyſſis refert: Δαέρτης μὲν ἔτι ζώει, διὰ δ' ἴυχεται αἰεὶ θυμὸν ἔχει μελέων φθεῖσαι δέπας· οὐδ' ἐπὶ μαζὸν ἔτι ἔρχεται ἐχεμύθως δ' πατρὸς ὀδύρεται ἰχνία μύθου h. Seneca de Martiæ in fratrem affectu. *Quem* (inquit) *non minus quàm libero, dilexiſti, excepto eo quod non optabat ſuperſtitem* i. Votum hoc verè paternum dici debet. *Eſt mihi ſitque precor noſtris diuturnior annis, Filia, quafœlix ſoſpite ſemper ero* k. Ac ne pater commodi cuiuſcunque occaſione legatum hoc procuraſſe videatur, paratus eſt in iudicio profiteri ſe

a *l. nam etſi parètib. C. de inoff. teſtam.*
b *l. cũ tale, in princ. ff. de cõdit. & demonſtrat. l. Iuſtinianus. ff. ſi quis omiſſa cauſa teſtamenti.*
c Tertull. *li. 2. aduerſus Marcionem.*
d Seneca *lib. 9. conſtou. 4.*
e Ouid. *in epi. Penel. ad Vlyſſ.*
f Cicero *pro Aulo Cluentio.*
g Homerus *lib. 15. Odyſſ.*
h Seneca *in conſolat. ad Martiam, in pr.*
i Ouidius *li. 6. Faſtorum.*

Source : BIU Cujas

se omni casu & in quemcunque seu vitæ seu mortis euentum legati illius emolumento renuntiare. Cur ergo in hac contentione donationis inter virum & vxorem prohibitio proponitur? Maximè cùm ex Papiniani sententia sola ratio paternæ affectionis taciti fideicõmissi suspicionẽ nõ admittat.

*PRO SEIO QVI EST SEMPRONII MARITI PROPINQVVS, ET MEVIÆ LEGATARIVS ERAT.* Diuersa est Seij & filiorum Sempronij causa, longéque distãs eorum consideratio. Liberis Sempronij nõ immeritò obiicitur, id omne quod filiis legatur, patris contemplatione solere relinqui. Hoc enim tacita fraudis suspicione nõ caret, cùm parentes filiorum commodis non minùs quàm suis moueri constet. At Seium cæterósque Sempronij propinquos hæc ratio non respicit, nec legis prohibitio vlterius progredi potest. Quid enim esset iniquius, quàm si vxor in mariti familiam ea lege transiret, vt in neminem eorum qui maritum vel affinitatis vel propinquitatis vinculo contingunt, vlla vel amoris vel beneficentiæ argumenta conferre liceret? Vterque tam Seius quàm Sempronius filios habent hæredes futuros: facultates possident separatas, diuersos penates, nulla bonorum communione, nulla inter eos inita societate. Cur Meuiam dicemus Seio capaci legare non potuisse, cùm ex isto legato nulla ad maritum Sempronium vtilitas vllo casu peruenire possit?

*PRO HÆREDIBVS MEVIÆ.* Maxima est supremarum voluntatum commendatio, quoties spontanea testatoris liberalitate aliquid legatur. Sed frequentes sunt captatoriæ eorum frau-



Source : BIU Cujas

des, qui blanditiis & assentando testamenta à languentibus & ægrotis extorquent. Atque id familiaris & assidua coniugum consuetudo non rarò efficere cernitur. Solon captatorias voluntates omnes reiici & improbari voluit, τὸ πειθῆναι οὐδὲν ἡγούμενος τοῦ βιασθῆναι διαφέρειν a. *Persuadere* (inquit Iurisconsultus) *est plus quàm compelli atque cogi parêre* b. At blanditiæ virorum (inquit Liuius) maximè ad muliebre ingeniũ efficaces preces sunt c. Quoties itaque legata aliqua blandimentis & volũtatis captatione obtineri contingit, rectè Comicus id non fieri ait ex vera vita, neque adeò ex æquo & bono: sed ex assentando, indulgendo, & largiendo. Vnde Seneca, *Amico ægrote aliquis assidet, probamus* (inquit:) *At hoc si hæreditatis caussa facit, vultur est, cadauer expectat* d. Diuus Cyprianus: *Perire ægrum voluit, qui censum pereuntis inuadit* e. Illud vnum in hac causa obiicitur, Meuiam cùm aliquid priuignis legauit, non tamen marito quidquam reliquisse. At quis non videt vel fidem filiorum electam, qui legatum tacita fideicõmissi fraude patri restituant: Vel legandi occasionem ex captatoria patris, qui filiis non minùs quàm sibi donari optauit, suggestione processisse? Sunt qui in istis controuersiis distinguendum & inquirendum existiment, vtrum priuigni, quibus legatum est, fuerint capaces meritorum nécne: vt si quãdo eueniat priuignos meritis & officiorum sedulitate testatoris in se beneuolentiam prouocare & conciliare potuisse, non leuis ratio considerationis illius habẽda videatur: Aliud autem obtineat, si, cùm infantes sint legatarij, primæque & puellaris ætatis, testator nulla alia quàm patris contemplatione præsumi queat

a Plutarc. in Solone.

b L. 1. §. quod autẽ. ff. de seruo corrupto.

c Liuius lib. 1.

d Seneca epist. 96

e D. Cypr. tractatu 1. aduersũ Demetriũ.

queat eis legare aut relinquere voluisse [a]. Verum hæ similésve distinctiones tam à Iurisconsultorum mente quàm ab æquitatis ratione remotæ sunt & alienæ. Nam si ætatis & meritorum probationes inspici oporteret, innumeras lites & plerasque fraudandi occasiones consideratio ista excitaret. Vlpianus ergo nullo ætatis habito respectu, nulla meritorum facta distinctione generaliter asserit, quodcunque inter ipsos coniuges, *aut qui ad eos pertinent*, aut per interpositas personas donationis causa agitur, non valere [b]. Etenim, si Papiniano credimus, filij plerunque legata non affectione propria, sed in honorem patris merentur [c]. Vt & sæpè filij propter parentes & parentibus aliquando propter filios donari constat [d]. Nam cùm natura pater & filius eadē penè persona (vt ait lex) esse intelligantur: non alia filiorum quàm parentis censeri debet conditio [e]. Filius dicitur portio & quodammodo pars corporis patris [f]. Hinc etiam Iustinianus vsumfructū patri per filium acquisitū non aliter penes filiū post patris calamitatem vult remanere, quàm si verisimile appareat testatorem filij potiùs quàm patris contemplatione vsumfructū reliquisse [g]. Quinetiam Iurisconsultus expressis verbis docet fraudem legi fieri, cùm filius hæres scriptus est ab eo, qui aut non poterat aut nolle simulabat patrem hæredem scribere: cū omnia quæ nostra sunt (inquit Iurisconsultus) liberis nostris ex voto paremus [h]. Seneca docet beneficia aliquando indignis dari in honorem parentum. *Ciceronem filium quæ res Consulem fecit nisi pater* [i]? Aristoteles tradit finem maiores habere vires & potiorem effectum, quàm media per quæ ad illum deuenitur.

a *Doctores ad l. dedi dotē. ff. de collat. bonorū. & l. quas. ff. de iure dotiū. & Titio cū. §. Titio gen. ff. de cōd. & demonst.*

b L. *si spōsus. §. generaliter. l. si vxor filio. l. cū hic stat. §. orat. ff. de donat. inter virū & vx.*

c *l. qui tutulam in prin. ff. de testa. tutela.*

d *L. 2. l. cū te spōsa. C. de donat. ante nupt.*

e *L. fin. C. de impuberum & aliis substit.*

f *L. cùm scimus. §. vl. de agri. & censitis lib. 11. C.*

g *L. fi. C. de vsufructu.*

h *L. nihil debent. ff. de interrest. §. sed nunquid. ff. de bon. poss. contra tabulas.*

i *Sen. l. 4.*



Source : BIU Cujas

At laborum nostrorum & sollicitudinum hic est finis, vt liberis nostris bona acquiramus, *Omnis in Ascanio chari stat cura parentis.* Itaque voto naturali parentes bona non minùs liberis, quàm sibi ipsis exoptant: idémque est filiis donare ac si patri donaretur. Nã & profectitia censentur quæcunque patris contemplatione obueniunt [a]. Non dissimilis est ratio eius pecuniæ quæ Seio legata est. Vlpianus enim legis prohibitione non modò ipsos coniuges eorúmque liberos, sed & omnes, qui ad eos pertinent, generaliter contineri dixit [b]. Seius patruelis est Sempronij, qui Meuiæ maritus erat: nec dubiũ uxorẽ non alia quàm mariti contemplatione Seio legasse. Quin & proxima inter coniunctas personas agnatio magnam inducit fraudis & taciti fideicommissi suspicionem.

a L. profectitia. ff. de iure dotiũ.
b Dicta l. si sponsus. § generaliter, & l. cùm hic status. 2. ratio. ff. de dona. inter virum & uxor.

*SENATVS* legatum à Meuia liberis Sempronij mariti factum nullum esse pronuntiauit, hęr: désque Meuiæ ab eius præstatione absoluit: Legatum autem Seio relictum probauit Senatus, illúdque ab hæredibus præstari voluit [c].

c Arr. du 8. de Feur. 1578. donné en la 3. Chãbre des enquestes au rapport de Monsieur le Grand Cõseiller en la Cour entre Mathurin Billorier appellãt, & Iean du Duit & Guillaume des Bordes Pere & tuteur des enfans de luy & de defuncte Marguerite de Nozieres sa premiere femme inthimez.

*NON ABSIMILIS* quæstio solemni arresto à Senatu decisa fuit. Consuetudo Rupellana [d] patrimonium, aut præcipuam vllam patrimonij antiqui partem donari aut prælegari vetat cuiquam ex legitimis hæredibus. Nos præsumptiuos hæredes vocamus, qui cùm proximi agnati sint, ad spem

Semblable arrest donné en l'Audience le Ieudy 12. de Iuillet 1584. entre M. Bonauenture de Lomont Procureur en la Cour appellant, & Françoise Bernard inthimee.

Pareil arrest donné le 10. de Iuin 1595. au proffit de Damoiselle Renee Cartier, contre Messire Iean de Ville-neufue a rapport de Monsieur Courtin en la grand Chambre, i'auois escrit pour ladicte Renee Cartier.

d *Art.* 43.

Source : BIU Cujas

ſpem hæreditatis à lege, etiam nulla teſtatoris diſpoſitione, vocantur. Titius teſtamento donauit non quidem Meuio hæredi præſumptiuo, ſed Seio Meuij filio. Quæſitum an donatio illa valeret. PRO SEIO. Odioſa conſuetudinum prohibitio reſtringi potiùs quàm extendi debet. Neque enim ſtatutaria earum diſpoſitio perſonas nominatim prohibitas egredi poteſt [a], & ex vulgata iuris regula, ſtatuta tantum diſponunt quantum loquuntur. Verbis ſtatuti ſeruiendum eſt, atque vbi verba legis deficiunt, deficere dicitur etiam ipſius diſpoſitio [b]. Cõſuetudo donari Meuio hæredi præſumptiuo vetat. At Seio hæredis præſumptiui filio donari vel legari non prohibet. In bonorum cauſſa non eſt eadem patris & filij conſideratio. Pater antiquo Romanorum iure plenum ius proprietatis in bonis filij habebat. Nouiſſimo autem Codicis iure vſumfructum habet [c]. At in Francia pater bona filij nec proprietatis titulo, nec vſusfructus iure poſsidet: neque etiam fructus in bonis filij collectos ſuos facit. Hoc autem vel proprietatis vel vſusfructus ius ſola patriæ poteſtatis conſideratione competebat. Itaque ſi filius emancipatus erat aut donatio in tempus emãcipationis collata, valebat donatio ſeu legatum, nec reſcindi poterat [d]. Lex fideicommiſſum valere & ſubſiſtere aſſerit, ſi in id tempus relictum ſit, quo filius ſui iuris per emancipationem efficeretur [e]. Vt de Petronia Vitellij vxore legimus, quæ filium Petronium ſub ea conditione hęredem inſtituit, ſi de patris poteſtate exiſſet [f]. Plinius filiam Domitij memorat ea conditione hæredem inſtitutam, ſi eſſet manu patris emiſſa [g]. Apud Vlpianum, ſi mater filio, qui in patris

a L. ſi verò. §. de viro. ff. ſoluto matrim.

b L. ſi furioſi. C. de nuptiis. l. ſi ſeruum. §. non dixit prætor. ff. de acquir. hære. l. hos accuſare. §. omnibus ff. de accuſat. l. fin. de prædiis decur. lib. 10. C.

c L. cùm oportet. C. de bonis quæ liberis.

d l. vbi purè. ff. ad Senat. Treb. l. ſtita eſſet. ff. quando dies legati cedit.

e l. ſi fideicom. §. ſi filio. ff. de legat. 3.

f Suetonius in Vitellio, cap. 6.

g Plinius li. 8. ep. 18. ad Ruf.

potestate est, donet, nullius momenti erit donatio, quia patri quæritur: sed si in castra eunti filio dedit, videtur valere, quia filio quæritur & est castrēsis peculij [a]. Hæc Vlpiani verba, *quia patri quæritur, quia filio quæritur*, satis apertè ostendunt, quoties de donatione filio facta agitur, valeat nécne, illud ex eo diiudicandū esse, an aliquod, an verò nullum patri ex ea donatione commodum quæratur. At iure nostro nec bona filij ad patrem pertinent, neque pater in eiusmodi rebus ius vllum sibi asserere, aut emolumenti vllius commodū sibi vendicare potest. Quinetiam consuetudo hęredi quidem præsumptiuo legari aut donari vetat. De hæredis hærede non loquitur. Appellatio autē hæredis iure ciuili ad hæredem hæredis non extenditur: Sic enim cùm testator dixit, *quisquis mihi hæres erit, idē impuberi filio meo hæres esto.* Vlpianus asserit hæredem hæredis ad substitutionem non admitti [b]. Quod autem obiicitur filium præmori posse, quo casu patri ius & emolumentum aliquod in bonis filij competit: Hoc certè non modò leue est, sed & à iuris præsumptione alienum. Leue est, siquidē ex plerisque huius regni consuetudinibus pater in mobilibus tantùm succedit. Quinetiā lex impium censet rationem istam attendi, cùm nō debeat voto parentum opponi tam lugubris & ominosa interpretatio [c]. PRO HÆREDIBVS CONTRA SEIVM. Vetus est iuris regula, hæredem hæredis censeri & dici posse testatoris hæredem [d]. Itaque quemadmodum hæredi præsumptiuo lex donari aut legari vetat: Ita neque etiam licet hæredis hæredi donare. Atque id tum maximè obtinet, cùm de liberis agitur, quorum contemplatio patrem

a *l.3.§.videamus, v. secundum hæc. ff. de dona. inter virum & uxorem.*

b *l. qui liberis. §. fin. ff. de vulg. & pup. substit.*

c *l. Iulianus. ff. si quis omiss. causa testam. l. cùm tale, ff. de cond. & demonst.*

d *l. fin. C. de hæred. instit. l. 7. si quis filius. §. fin. ff. de acquir. hæred. l. 194. qui persuccessionē. ff. de regulis iuris, l. scie dum. ff. de verb. sign.*

trém & vtilitate aliqua & multa etiam amoris benuolentia afficit. Hinc fit vt quod auus nepoti donat censeatur id patris contemplatione dare, adeò vt hoc omne ſtatim patri acquiratur [a]. Parentes enim omnia ex voto liberis parant [b]. Quis enim eſt affectus, qui paternum vincat [c]? Euripides, δεινὸν τὸ τίκτειν καὶ φίλτρον μέγα πᾶσίν τε κοινὸν ὥσθ' ὑπερκάμνειν τέκνων [d]. Liberos edimus, vt ex legitima prole diuturnitatis memoriam nobis in æuum relinquamus [e]. Vix autem nec vlla ratione licet cauſam & commoda filij à paterno voto ſecernere: Lex enim eandem patris & filij perſonã, eandẽ quoque portionem eſſe cenſet [f]. Nec diſſimili ratione cùm patronus filio ſuo relictum agnouit, non minùs à bonorum poſſeſſione contra tabulas repellitur, quàm ſi id quod agnouit ei ipſi relictum fuiſſet [g]. Hæc conſuetudinis Rupellanæ mens eſt, vt antiquum & auitum defuncti patrimonium æquali inter cohæredes iure ſine vlla prærogatiua diuidatur. Ratio conſuetudinis eſt, quia auitum illud patrimonium non à defuncto teſtatore relinqui cenſetur, ſed familiæ, poſteritati, proximíſque agnatis à lege deſtinari exiſtimatur. Leges autem non verba, ſed mentem ſpectari volũt. At verò eõſuetudinis mens læderetur, ſi vel vni ex hæredibus, vel eius liberis liceret prælegare. Nam qui hæredis filio legat, idem facit ac ſi hæredi ipſi donaret aut legaret. Nos enim quæcũque vel labore vel induſtria paramus, liberis acquirimus & poſteritati noſtræ deſtinamus. SENATVS filio hęredis præſũptiui nõ magis licere donare iudicauit, quã ipſi hæredi, atq; ita donationẽ Seio factam nullam eſſe pronuntiauit [h].

a *l.6.detẽ. ff.de collat. bon.*
b *l.ſcripto. ff.vnde liberi. l.nihil intereſt. ff. de bonis libert.*
c *l.fin.§.1. de curat.furioſi. l. iſti quidem. ff. quod metus cauſa.*
d *Euripides in Iphigen.in Aulide Act.4.*
e *l.liberorũ 220.§.fin. ff.de verb.ſ.l.§.fi. C.de impu. & aliis ſubſtit.§.eiuſdẽ de inut. ſtipulat.in Inſtit.*
f *l.ſi verò. §. ſi ſeruo. ff. de bonis libert.*
g *l.ſi verò. §. ſi ſeruo. ff. de bonis libert.*
h Arreſt du Ieudy 6.de Mars 1586. moy plaidant pour Hieroſme Fauereau appel. & M.A. Arnaut pour Iean Berger & Maurice Croizé Inthimés.



Source : BIU Cujas

*De donatione facta filio naturali & illegitimo.*

## CAP. XIV.

TITIA, legitimis liberis orba, Seio filio notho & illegitimo res suas immobiles donatione inter viuos facta, retento tamen vsufructu donauit. Post Titiæ obitum proximi agnati hæredes Seio naturali alimenta deberi fatentur, sed præter alimenta nihil. Donationem autem quæ illegitimo & naturali facta sit, nullam esse, illegitimam, & inofficiosam contendunt.

*PRO AGNATIS, HÆREDIBVS LEGITIMIS.* Innumeræ sunt & obuiæ matrimonij asperitates: magna & infinita nuptiarum & coniugij incómoda. Quid enim miserius aut magis ingratum, quàm perpetuam cum muliebri ingenio & indomito animali societatem vitæ, ac potiùs seruitutem exigere? Viros autem ad legitimum coniugium & solemnes nuptias non sola liberorum procreatio inuitat. Etenim concubinæ nobis liberos & prolem non minùs quàm legitimæ vxores præstãt & exhibent. Sed hoc præcipuum est matrimonij perpetuæ nuptiarum seruitutis solatium, quòd ex legitimæ prolis prærogatiua certi ex voto parentum designantur hæredes. Nihil enim parentes potiore desiderio exoptant, quàm vt liceat res labore suo & industria partas auitáque bona liberis necessario successionis iure destinare [a]. Quòd si donationibus liceat naturales legitimis æquare, vana est nuptiarum commenda

[a] *L. cùm ratio naturalis. ff. de bonis damnat. l. scripto in fin. ff. vnde liberis.*

Source : BIU Cujas

mendatio: nec deinceps quisquam matrimonij incommoda patienter feret. Ethnici apud quos concubinatus licebat, tamen succedendi ius solis legitimis reseruabāt: Isæus orator veterem hanc Atheniensium legem refert, νόθῳ μηδὲ νόθῃ εἶναι ἀγχιστείαν μηδ' ἱερῶν μηδ' ὁσίων a. At nos quibus Ecclesia concubinatum, fœdas libidines & illicitos coitus interdicit, qui matrimonij sanctitatem legitimámque viri & vxoris coniunctionē sacramentū esse & actū mysticum asserimus, tanto magis illegitimas & naturales à successionibus arcere & prohibere conueniēs est. Romanis legibus naturales filij aliquod in successione paterna ius habuerunt, eisque legari poterat: ac tum maximè si nulli extarent legitimi liberi b. Posteriores autē imperatorum constitutiones in odium naturalium & illegitimorum pleraque ex illa priore licentia detraxerunt c. Constantinus Imperator, si Iustiniano credimus, primus illegitimos naturaliū nomine donauit d. Neque id mirum, siquidem & ipse naturalis & illegitimus fuit. Nam Constans Imperator Helenam hospitis Drepanensis filiam, non solemni & legitimo nuptiarū ritu, sed furtiuo amplexu cōpressisse memoratur: Vnde natus est Constantinus, qui à Constante multo pòst tēpore agnitus fuit e. Æquitas autē canonica, licèt nothos & illegitimos à successionibus repellat f, alimēta tamē eis deberi & præstari voluit g. Romani nothos, spurios, & naturales inter se distinguebant Nos autē illegitimos & naturales omnes eodem vulgari nomine & communi appellatione bastardos vocamus, eósque in Francia ab omni succedendi iure, velut incapaces, remouemus & repellimus h. Quod & idem lege diuina obti-

a Isæus in orat. de Philoctem. hæreditate.
b Teto ti. C. de natu. li. l. 1. ff. vnde cognati. §. fi. de succ. in Inst.
c l. humanitas & auth. licet. Co. de natu. li. & Nou. 18. & Nou. 89.
d Nou. 74. in pri. quibus modis naturales effi. legitimi.
e Niceph. li. 7. c. 18. & li. 8. c. 2. & Zonaras to. 3. in pr.
f Ca. lator, & ca. tanta ext. qui filij sint legitimi.
g Ca. cùm haberet. & ibi glos. extr. de eo qui duxit in matr. quā polluit per adult.
h Masuerius in tit. de success. & in tit. de testa. §. quē naturales. Guido Pape qu. 280. & qu. 580.

nuit, eámque ob causam Iephthem sacra scriptura testatur à successione paterna fuisse repulsum [a]. Quemadmodum autem naturales à successione arcentur: ita etiam donationum incapaces censeri debent [b]. Ac maximè si vniuersa substantia donetur, aut si donatio latè adeò diffundatur, vt bona omnia penè cõtineat & hæredis institutioni æquipolleat. Sic Athenis notho & illegitimo non potuit vltra summam mille drachmarum donari. Νοθεία (inquit Suidas) τὰ τοῖς νόθοις ἐκ τῶν πατρῴων διδόμενα οὕτω καλεῖται, ἢν δὲ μέχρι χιλίων δραχμῶν. Apud Romanos olim cùm matrimonij tædia plerique omnes vitare cuperent, leges Iuliæ & Papiæ multis pręmiis ciues ad matrimonia inuitabãt, eósque magna pœnarum seueritate à cœlibatu deterrebant: cùm tamen Romanis seruitutem iugúmque matrimonij diuortio ac repudij licentia excutere liceret. Christianis autem, quibus diuertere non permittitur, matrimonium dici & definiri potest, viri sub muliebri iugo subiectio indiuiduam honestæ seruitutis consuetudinem continens. Itaque nulla est alia coniugalis patientiæ consolatio, quàm spes legitimæ posteritatis, cùm liberos ex solemni matrimonio procreatos certos hæredes habemus. At si donatione vel testamento spurios efficere licet bonorum successores, quæ deinceps erit legitimi matrimonij prærogatiua? At si ciuilia iura spectes, quem non potiùs iuuabit libidine vaga satiari, & libera scortatione delectari, quàm aut mulierẽ sæuo mariti imperio obsequiosè parêre, aut virum perpetuam pati vxoris petulantiam & procacitatem: Itaque naturales & illegitimos à successionibus, donationibus, bonísque

a Iudicum cap. 11.

b L. 1. Co. de natural. lib.

que paternis arcemus, vt solis alimentis contenti viuãt. Idque leges vnicum esse testantur illicitæ parentum libidini coercendæ & refrenandæ remedium [a]. Quin & muliebris verecundia magis odiosam reddit spurij istius conditionem: Sic enim Bartholus, magis (inquit) horrendum est in muliere habere filios naturales quàm in viro [b].

*PRO SEIO DONATARIO.* Controuersia hæc apertam iuris naturalis cum ciuili & positiuo iure litem & contentionem continet. Naturales liberos nulla à legitimis distinctione, quoad fœdus naturale, discerni, dixit Iustinianus, καὶ ἡ μὲν φύσις γνησίας προήγαγε τὰς γονὰς [c]. Neque id sine magna & graui ratione, siquidem lex ciuilis aut iuris solemnium defectus naturæ vim mutare aut stimulos naturales retundere nequit [d]. Dionysius senior nullo iure ciuili, nec ipsa quidem Principis authoritate naturalia iura dirimi posse dicebat, τοὺς μὲν τῆς πόλεως βιάσασθαι νόμους δύνασθαι τοὺς δὲ τῆς φύσεως μὴ δύνασθαι [e]. Hinc Paulus Iurisconsultus, *Parentes naturales* (inquit) *in ius vocare nemo potest. Vna est enim omnibus parentibus seruanda reuerentia* [f]. Affectum qui ad beneficia propensus sit, ab ipsa hæredis institutione & succedendi iure distinguimus. Successionum ius, ordinem, & gradus ex ciuili lege metimur: At quoties de beneuolo affectu & amica voluntate agitur, hoc omne naturali iure, non ciuili recenseri oportet [g]. Donationes autem ex sola affectione & gratuita donantis liberalitate pẽdent: Vt non sit nouum aut insolens naturales liberos ciuili lege à successionibus repelli: donationum tamen, quæ ab affectu pendent, censeri capaces. Sic de Abrahamo refert sacra scriptura,

*Dedit*

a *l. final. in verb. vitiũ paternum refrenandum. C. de nat. liberis.*

b *Barth. ad l. hæredibus. §. Titius. ff. ad Trebellianum.*

c *Nouella 89. quibus modis nat. effi. legit.*

d *l. amicissimos. §. Lucius. ff. de excusat. tutorum.*

e *Plutarc. in Apophthegm. regum & imper.*

f *l. parentes. ff. de in ius vocando.*

g *L. hos accusare. §. in omnibus. ff. de accus. l. adoptiuus §. seruiles. vers. vnde nec vulgo. ff. de ritu nupt.*

Source : BIU Cujas

*Dedit Abraham* (inquit) *cuncta, quæ possederat, filio Isaac: Filiis autem concubinarum reliquit munera* a. Sic etiam Athenis, quoties naturales à successionibus reiiciebantur, licebat tamẽ eis inter viuos donare & largiri ἀργύριον διὰ χειρὸς b. Nihil sponsaliorum cæremoniæ, nihil tabulæ nuptiales & matrimonij solemnia ad amorem & affectum naturalem addũt. Quinetiã cùm naturales & spurios quidam ad sacros Ecclesiæ ordines omnino admitti nollent, Diuus Hieronymus, atque ipse etiam Diuus Chrysostomus, censuerunt natales illegitimos liberis fraudi esse non debere. Habuerũt enim manum Dei opificis, nec dedignatus est Deus eos fingere, & animam dare c. D. Hieronymus, *Osee accepit vxorem fornicariam Gomor* (inquit) *& nascitur ei de meretrice filius Iezrael, qui vocatur semen Dei* d. Pericles legẽ aduersùs nothos & naturales tulerat, eísque ciuium iura concedi nolebat: At ille fato quodam & iusta numinis vindicta orbus amissis legitimis liberis vnicum filium nothum superstitẽ habuit e. Eleganter Euripides, Νόθοι τε πολλοὶ γνησίων ἀμείνονες. Quin & inclytos illos heroas, Herculem, Theseum, Castorem, Pollucem, Æneam, Romulum, cæterósque, qui se diis natos mentiebantur, verisimile est nothos & illegitimos fuisse, qui cùm iustos natales iactare non possent, originem suam ad deos referre voluerint. Romæ naturales & illegitimos libertini status fuisse credibile est. Nam cùm supra quatuor millia hominum ex militibus Romanis & Hispanis mulieribus, cum quibus connubium non erat, natos se assererent, Senatus oppidum, in quo habitarent, concessit, & coloniam illam libertinos appellauit f. At si omissa

a Gen. ca. 25.

b Suidas in dict. ἐπίκληρος.

c ca. nascitur. 56. distinct.

d D. Hie. epist. ad Magnum lib. 1. epist. 2.

e Plutar. in Pericle.

f Liuius lib. 33.

missa status conditione hoc præcipuè quæri oportet, quid & quantum liberis naturalibus relinqui leges Romanæ permiserint: Constat iure Pandectarum filium naturalem in tres vncias institui potuisse [a]. Iure autem Codicis, si nulli vel legitimi liberi vel parentes existerent, semis donari & legari naturalibus poterat [b]. At nouellis constitutionibus eò decursum est, vt etiam assem integrum eis liceret relinquere [c]. Quòd si de materna successione ageretur, non modò naturalem filium mater hæredem instituere poterat, sed & exhæredatus querelam habebat [d]. Illegitimorum autem alij sunt ex soluto & soluta, qui verè naturales appellari solent: Alij vel adulterini sunt, vel incestuosi, qui carnalis aut spiritualis matrimonij calcato fœdere ex illicita & illegitima copula procreati sunt. Incestuosos hoc loco appello filios ptesbyterorum. Nam de iis qui naturali fœdere violato in lucem eduntur, loqui horret animus. Verùm hæc omnia à proposita quæstione aliena videtur, aut certè paulò remotiora. Nam cùm nostro iure spuriis alimenta tantùm debeantur, neque eos vel hæredis institutione vel legatis honorare liceat, illud vnum disquiri oportet, cur donatione inter viuos filio naturali facta plus liceat quàm vel legato vel hæredis institutione. Vt certè frequenter in iure plerisque permitti videmus donare, quibus alienare aut testari interdicitur. Ratio est quòd cùm donare perdere sit: & nemo facilè suum iactare præsumatur, lex omnibus id concedi voluit quòd paucos vix & rarò facturos existimabat. Curiali donare permittitur: vendere non item [e]. Mulier intercedere non potest, aut si interceserit, Velleiani beneficio iuuatur:

a *l. Lucius. ff. de vulg. & pup. sub. stit. l. vxorem. §. pater naturalis. ff. delegat. 3.*

b *l. humanitatis, & auth. licet. Co. de nat. liberis.*

c *Nouella 89.*

d *l. si suspecta. §. 1. ff. de inoff. testa. l. hac parte. ff. vnde cognati. l. penult. C. ad Senat. Orfic.*

e *l. final. de prædiis decur. lib. 10. Cod.*

Source : BIU Cujas

tur : Donare tamen liberè potest, & cùm donauit nullum ei concedi solet restitutionis beneficium: *quia* ( inquit Iurisconsultus ) *facilius se obligat quàm donat*[a]. Sic pleræque apud nos consuetudines patrimonium & auita prædia legari vetant, aut de iis vltima voluntate disponi : aût certè plus tertia quartáve patrimonij parte testamento donari interdicunt. Verùm vix vllæ sunt consuetudines, quæ donandi inter viuos licentiam seuera prohibitione coërceant, sed maiori 25. annis licere volunt tam de quæsitis & aduentitiis bonis, quàm de auito patrimonio præsenti liberalitate disponere. Testamentum aliquis facilè condit, cùm & pœnitere liceat, & scriptam supremis tabulis voluntatem testatori, quandiu viuit, reuocare permittatur. At enixæ voluntatis & firmę beneuolentiæ argumentum est, velle inter viuos donare, & præsenti die rerum suarum proprietate spoliari. Itaque si libera est & permissa vnicuique inter viuos donandi facultas, cur parens filio naturali donare res suas vetabitur, quas cuiuis extraneo largiri potest? Nam si quod crimen natalibus hæret, id non filio obiici, sed parentum libidini imputari debet.

*SENATVS* donationem ratam esse voluit, & Seio naturali filio res donatas adiudicauit[b],

[a] l. 4. ff. ad Senat. Vellæanum.

[b] Arrest prononcé en robbe rouge par M. le Président Brisson le 27. de Mars 1584.

Qui

*Qui non habet in ære, luat in corpore.*

CAP. XV.

QVI ex mutuo alióve contractu obligatus est, si soluendo non sit & carceris tædio ad solutionem compellatur, implorare solet miserabile cessionis auxilium. At si quis ex criminis pœna, aut fraudis occasione, aliáve simili causa condemnatus, mulctam pecuniariam exoluere nequit, frustra cessionis remedium inuocat. Neque enim cessio locum habet in mulctis criminalibus aut extraordinariis, quarum damnatio ex delicto, fraude, dolóve procedit. Vnicum supereſt remedium, vt qui non habet in ære, luat in corpore: Scilicet vt qui mulctam pecuniariam à iudice irrogatam, ex bonis suis conficere & exoluere nequit: Is plectatur corporaria aliqua animaduersione, quæ simul atque inflicta fuerit, damnatum carceris tædio liberet. Solet ergò æris defectus corporis cruciatu frequenter suppleri, flagellorum, aliáve simili pœna: sed non id vel promiscuè vel passim. Alioqui, vt plerique omnes facinorosi sunt desperatæ frontis, qui perpetuam facti ignominiam & breuem flagellorum cruciatum partipédunt, quisquis ex facinore damnatus liberari vellet, statim post damnationis sententiam oblato corpore pœnas pecuniarias eluderet. Itaque antequam ad extraordinarium hoc remedium quis admittatur, expectari debet aliquod à tempore condemnationis spatium, vt damnatus carceris tædia & incommoda passus, adiecta temporis mora, plenam admissi sceleris & commissæ fraudis pœnitentiam agat. Itaque

Source : BIU Cujas

que ex Senatusconsultis pœnę pecuniarię in corporalem commutatio plerunque non ante, nisi post semestre à condemnatione tempus, admitti solet. Sed post vnius anni vel semestris temporis moram non solet denegari pœnæ commutatio, vt qui nō habet in ære, luat in corpore a. Hæc præmisisse satis sit ad faciliorem controuersiæ sequentis intellectum.

*TITIVS* Seio in certam pecuniæ quantitatem ex criminis causa condemnatus, damnationem pecuniariam in pœnam corporalem commutari postulauerat. Iudex non corporalem pœnam, sed certi temporis ieiunium indixit. Appellat Seius, dicitque ieiunium non esse temporalis aut corporalis animaduersionis genus, nec esse pœnam in quam soleat debeátve commutatio fieri.

*PRO TITIO.* Crudeles & inhumanæ creditorum acerbitates, Christianæ pietati inimicæ, barbaram tùm maximè referunt feritatem, quoties in debitoris corpus, nulla vtilitatis aut solutionis spe, nullo miserationis humanæ respectu, sæuitur. Quid enim Seio proderit, si Titius perpetuo carcere clausus, ibi miserè tędio & ærumnis conficiatur? Pericles hac potissimum iactatione gloriabatur, quòd nemo vnquam sua causa pullam vestem induisset, ὅτι μηδεὶς Ἀθηναίων μίαν ἱμάτιον δι' αὐτὸν ἐνεδύσατο b. Titius ante damnationem diu in vinculis causam dixit: Damnatus carceris tædia toto semestri tempore sustinuit. Cur tot támque diuturnis miseriis Seij crudelitas nondum expletur & satiatur? Augustus diuturnorum reorum, & ex quorum sordibus

a Par plusieurs arrests, & mesmes par vn arrest du Samedy 12. de Iuin 1593. plaidans Gillot pour l'appellāt, & Gaultier pour l'inthimé. Combien qu'en ceste cause il fust question d'vn qui auoit esté condamné pour vn furt & larcin fort qualifié: Toutesfois telles commutations de peine sōt arbitraires, & la Cour quelquesfois les reiette, & *ex qualitate facti* deboute ceux qui les demādent. Cōme il fut iugé par arrest dō. né le Samedy 29. d'Auril 1595. plaidans le Febure & du Fautray.

b *Plutarc. in Pericle.*

Source : BIU Cujas

dibus nihil aliud quàm voluptas inimicis quæreretur, nomina aboleuit a. Imperator Romanus Argyrus reos quorundam criminum diutino carcere clausos liberauit, ἐκίνησε πάσι φυλακὴν τῶν κατεσφιγμένων διὰ πικρὰς εἰρκτῆς b. Mulcta Titio irrogata pecuniaria est. Æquúmne videtur eum perpetua carceris seruitute detineri non in pœnā criminis, sed quia pecunia deest? Sapientissimus Salomon hanc aduersùs furti damnatū pœnam statuit, vt deprehensus reddat septuplum: At si omnem substantiā domus suæ tradat, liberabit se c. Titius si mulcta ex bonis cōfici queat, solui mulctam non abnuit: insuper & ieiunij pœna corpus suum affligi patitur. Ieiunium est quidē pœna Ecclesiastica, sed & corporalis. Nam Ecclesiasticæ pœnæ spirituales sunt aut corporales. Spirituales, vt excommunicatio: Corporales, vt ieiunium. Lex 12. tabularū alimēta libráque farris, quandiu debitor vinctus & nexus detineretur præscripserat. Inter veteres Caroli magni leges nō absimilis per ieiuniū pœna reperitur. *Quot diebus post placitum condictum venisse probatus fuerit, tot diebus abstineat à carne & vino* d. Sic etiā ad hordeum ablegatio non solùm ignominiæ, sed & pœnæ militaris genus erat. Vegetius, *Ita seuerè* (inquit) *apud maiores exercitij disciplina seruata est, vt & doctores armorū duplicibus remunerarentur armis, & milites qui parū in illa prælusione profecerāt, pro frumēto hordeū cogerentur accipere, nec ante eis in tritico redderetur annona, quā sub præsentia præfecti tribunorum vel principum experimentis datis ostendissent se omnia, quæ erant in militari arte, complesse* e. Marcellus cohortibus quæ signa amiserāt, hordeum dari iussit f. Suetonius de Augusto, *Cohortes, si quæ cessissent loco, deci-*

a *Sueto. in Augusto cap. 32.*

b *Cedren. pag. 596.*

c *Prouerb. cap. 6.*

d *Capitul. Caroli magni lib. 3. c. 69.*

e *Vegetius lib. de re militari.*

f *Liuius lib. 29.*



Source : BIU Cujas

a Suet. in Augusto cap. 24. b Dion li. 49. & Plutarc. in Antonio.

matas hordeo pauit [a]. Eandē militarē pœnam Antonium exercuisse referunt Dion & Plutarchus [b]. Apud Liuium Titus Sempronius Gracchus milites, qui secessionē fecerant, in pœnam detrectatæ pugnę iureiurando adegit, non aliter quàm stātes cibū potúmque quoad stipendia facerent, capturos esse. [c] Nihil ergo nouū aut insolens fecit iudex, si cùm de pœnę pecuniarię in corporalē cōmutatione ageretur, ieiunium imperauit, quod Ecclesia si quando indicere solet, nō alio intuitu facere creditur, quàm vt corpus aliqua denegati cibi macerationē vexetur & affligatur. Latinus Pacatus, *Nec solū* (inquit) *abundantem reiiciendo sumptum, sed vix necessarium vsurpādo demēsū, quod natura difficillimū est, emēdasti volentes.* Quòd si cōmutatio pœnæ nō fiat, nec venia vlla detur inopiæ Titij, qui nō habet vnde mulctā exoluat: Immanis Seij acerbitas pristinā illā Imperatoris Valentiniani crudelitatē referet. *Aliud audiebatur horrendū* (inquit Ammianus Marcellinus) *quòd vbi debitorū aliquē egestate obstrictū nihil reddere posse dicebatur, interfici debere pronunciabat* [d].

c Liuius li. 24.

d Ammianus Marcell. li. 27.

*PRO SEIO.* Humanitatis & pietatis magna est & fauore digna cōmēdatio, sed plerúque specie veri fallimur. Olim in Ecclesia ingēs fuit Christianę charitatis ratio, cùm pecuniæ in captiuorū redēptionē, & eorū qui carcere clausi miserabiliter cruciātur, liberationem impenderentur. Sed captiuitatis caussa solebat diligēter inquiri. Tertullianus bona Ecclesiæ depositapietatis esse ait, quæ nō epulis aut dissolutis cōuiuiorum potationibus dispensari debēt, sed egenis alēdis & senibus ętate domitis subleuādis. Addit Tertullianus, *Irē naufragis, & si qui in insulis vel in custodiis, duntaxat ex caussa Dei sella, alumni*

*lumni confessionis sua fiunt* [a]. Hæc Tertulliani verba, *duntaxat ex causſa Dei sectæ*, satis indicant Ecclesiã nõ alios captiuos fouisse, quã eos qui Christianæ fidei assertores, nec carceris incõmoda, nec cãptiuitatis tædia, nec martyrij cruciatus recusabãt. Errãt qui generali & indiscreto pietatis affectu omnibus, qui carcere detinẽtur, Christiana miseratione indulgendũ existimãt. Nã si publicæ disciplinæ vigor maleficia puniri & facinorosos dãnari iubet, nõ liberari: Quæ ratio est, vt quẽ delictorũ ratio in carcerẽ impegit, quique sceleris alicuius cõmissi odio prægrauatur, post facinoris probationes & iudicum sententiam, piorum hominum & Christianę plebis misericordiam sola carceris & captiuitatis cõsideratione mereri credatur? Aliquis profuso sumptu decoxit: & pecuniam, forsan à viduis & pupillis mutuò acceptã, non fortunæ vitio amisit, sed in ganeas, scorta, fœdasque libidines impendit: Cur ille, si carcere & vinculis ad soluendũ cõpellatur, fauorabilis existimabitur? *An verò* (inquit Quintilianus) *pecuniã aliquis accepturus per omnia vitia exhauriet, vt non alligetur ad aliquã soluẽdi necessitatem? Dura vincula alicui videtur: Dura cõditio seruitutis: Reddat quod accepit* [b]. Solonis lex hæc fuit, τὸν ἑαυτοῦ ἐνέχυρον ἀπαναιρῶν ἀπιμος ἔστω [c]. Si quis autẽ furtũ cõmisit, vel aliquẽ conuicio aut graui iniuria læsit, offẽdit, pulsauit: mulctã autẽ iudicatã non exoluat: Cur leui & momẽtanea flagellorũ pœna, ipsi creditori nihil profutura, nulla facta solutione liberabitur? Nõ est abistapœnę cõmutatione alienũ quod de Rutulo Sura refertur, cui cũpeculat[us] crimẽ à Syllã in Senatu obiiceretur, ipse accusationẽ ridẽs dicebat, Si cõuictus pronũtiaret, se dãnationis vice surã prębiturũ, puerorũ more, q̃ pilę excipiẽdę & remittẽdę

a Tertull. in Apolog.

b Quintil. declam. 3 11.

c Laert. in Solonis vita.



Source : BIU Cujas

rudes suram præbebant. Hinc Lentulus Sura dictus est a, quòd perditæ & desperatæ frontis, non vlla accusationis ignominia moueretur: & infamem damnationē suræ præbitione & leui aliqua castigatione eludere speraret. Demosthenes mulctę sibi irrogatę cùm satisfacere non posset, ἀδοθεὶς εἰς τὸ δεσμωτήριον, tandem è carcere euasit: Mulcta autem pecúniaria in exilij pœnam decreto publico commutata est b. In hac autem caussa sententia iudicis non tā pœnæ commutationem, quàm plenam & absolutā continet liberationē, siquidē nulla Titius animaduersione plectitur, sed tātùm ieiunare certis quibusdā in hebdomade diebus per aliquod tēpus iubetur. Illegitima pœna est inedia necari, nec debet præses aliquem dānare, vt necessariis vti non possit c. Ieiuniū pœna est nō ciuilis, sed Ecclesiastica: & species pœnitentiæ potiùs quā pœnæ. Nihil habet pœnitētia cōmune cū luitione ęris alieni vel mulctæ irrogatæ satisfactione. Neq; verò Ecclesiasticæ pœnæ ad leges ciuiles & prætorias condēnationes referri possūt. Hæc regula, *qui nō habet in ære, luat in corpore*, nō simplicē pœnitentiā Ecclesiasticā denotat, sed castigationē exigit tēporalē, & aliquē corporis cruciatū. Hinc est quod Iustinian⁹ per bonorū possessionē remitti dicit, τὴν τοῦ σώματος τιμωρίαν d. Eodémque referri potest, quod Imperator debitorem, nisi debitæ quantitati satisfaciat, cogi posse rescribit cōgrua atq; dignissima suppliciorū acerbitate e: Ne scilicet inopiæ suę cōfidētia fretus quasi impunitatis illecebra, vel ad bonorū decoctionem, vel ad audacius delinquēdū inuitetur f: Vnde olim inopes debitores creditoribus addicebātur in tēporariam seruitutē. Imperator, *Si quis* (inquit) *etiam pauperrimus erit, cogetur exhibere operariā seruitutem* g.

a Plutarc. in Ciceron.

b Plutarc. in Demosthen.

c L. non etiam. ff. de interd. & relegatis.

d Nouella 135.

e L. 1. Co. Theodos. qui bonis ex lege Iulia cedere possūt, li. 4.

f L. 1. §. generaliter. ff. de pœnis.

g L. si quis vnquā de annonis ciuicis, li. 14. C. Theod. Tit. 17.

Itaque

Itaq; si quis nó habet in ære, tergo luat [a]. *Generaliter placet* (inquit Vlpianus) *in legibus publicorum iudiciorum vel priuatorum criminum, qui extra ordinem cognoscunt præfecti vel præsides, vt eis qui pœnam pecuniariam egentes eludunt, coercitionem extraordinariam inducant* [b]. Tutor qui pecuniam pupillarem non exercuit, si ad damnum resarciendum idoneus non est, extra ordinem coercetur [c]. Qui seruum fugitiuum suscepit, in pœnam pecuniariam lege definitam condemnatur. *Quòd si* (inquit Constantinus Imperator) *ad prædictam pœnam soluendam is, qui susceperit, minimè sufficiat; æstimatione competentis iudicis castigatio in eũ procedat* [d]. Ac generaliter quoties ex causa inopiæ mutari pœnã videmus: illud ea cõditione fieri lex requirit, dũmodo aliqua dãnato corporalis castigatio infligatur [e]. Seneca in Suasoriis, *Et Ciceron, vt oportuit, de corio Cestij satisfecit* [f]. Plautus in Pœnulo, *Collo rẽ soluam iam omnibus* [g]. Vlpianus, *Si quis* (inquit) *iniuriã atrocem fecerit, qui contemnere iniuriarum iudiciũ possit ob infamiã suam & egestatem, Prætor acriter exequi hanc rẽ debet, & eos qui iniuriam fecerunt coercere* [h]. Cassiodorus, *Aut decem librarũ auri dispendio feriatur, aut si facultas vindictæ non sufficit, per fustium supplicia laceretur, & reddat debitum pœnis, quod non potuit compensare pecuniis* [i]. Idẽ Cassiodorus, *Triginta librarũ auri multa feriatur. Quòd si ad hoc damnum idoneus nõ potuerit inueniri, corporali supplicio pœnam luat, qui non potuerit in supradicta percussione sufficere* [k]. Iudicibus quidẽ liceat condemnationis suæ sententiã immutari, eiúsve seueritatem aliquatenus remittere [l]. Ac maximè si damnatus inopiã excuset [m]: Plinius, *Præ-*

a L. vlt. ff. de in ius vocando. l. si quis id quod. §. in seruos. ff. de iurisdi. omn. iudic.
b L. 1. §. fin. ff. de pœnis.
c L. 49. ob fanus. ff. de admin. tutorum.
d L. 4. qui. cunque. C. de seruis fugitiuis.
e D. L. 7. si quis. §. in seruos. ff. de iurisd. omn. iud. l. 9. qui ædes. ff. de incendio, ruina & naufragio.
f Seneca in suasoria in fine.
g Plautus in Pœnulo circa finẽ.
h L. si quis iniuriã. ff. de iniurius.
i Cassiod. lib. 9. variarũ, ep. 3.
k Cassiod. lib. 10. variar. ep. 28.
l L. eos qui §. fi. C. de modo multarum.



m L. illicitum. §. fin. ff. de offic. præf.

Source : BIU Cujas

ror (inquit) *Senatori multam dixit, egit ille in Senatu causam suam, sic vt deprecaretur: remissa est multa* a. Sed hoc tantùm iudici concedimus, vt damnationis seueritatem temperare possit & moderari: non tamen vt ei pœnã prorsus remittere permittamus. Pœnam pecuniariam ex causa inopiæ licet castigatione aliqua corporali commutare: sed vt nõ multam plena causæ cognitione irrogatam, iudici omnino liceat ad gratiam vel fauorem eludere. Hoc autem fieret, si ieiunij pœnitentia, quæ breuis est & facilis, sola Titium liberaret, nulla alia vel pleniore satisfactione vel grauiore castigatione.

a Plinius li. 4. epist. 29. ad Romanum.

*SENATVS* malè iudicatum fuisse pronuntiauit ab eo iudice, qui ieiunium in commutationem pœnæ pecuniariæ indixerat b.

b Arrest du Mardy matin 14. de Ianuier 1586. au roolle d'Amiens plaidant M. A. Arnault.

---

## De regio Lugdunensium nundinarum iudice.

### CAP. XVI.

MAGNVM est, celebre & frequẽs emporiũ Lugdunense. Iudex qui de nũdinarũ iure, de mercatorũ litibus, & qui de omnibus negotiis, quæquoquomodo Emporij illius negotiationem spectant, cognoscit, Regius est, & appellatur Conseruator regiorũ priuilegiorum ad Lugdunenses nundinas pertinentium. Debet autem Iudex ille iuri tam Romano quàm nostro operam dedisse, nec minùs, quàm cæteri iudices, Regiique magistratus, Senatus examen subire, atque etiam eruditionis doctrinæque specimen facere tenetur, antequ

Source : BIU Cujas

antequam magistratum suum ineat, munúsque exerceat. Mercatores, qui nundinas illas frequentãt, nouo studio obtinere tentarunt, ne Iudex ille conseruator regiorum priuilegiorum munus illud solus obiret, sed assessores duo ei adiicerentur, qui mercatores essent, & à mercatoribus vnoquoque biennio eligerentur. Atque vt id fieret, impetrant regia diplomata, quibus Rex tale eorum desideriũ sanciri principali rescripto iubebat. Ea diplomata Regia à Senatu probari & confirmari, atque (vt forensi verbo vti liceat) verificari postulabant. Eam verificationem Iudex Regius impediebat.

*PRO MERCATORIBVS.* Litium subtilitates & iuris versutiæ inter alios cuiusuis ordinis homines frequenter & vsu promiscuo locum habent. Soli mercatores negotiationem & commercia fide bona & candida simplicitate exercent. Vespasianus litium seriem cùm vbique maiorem in modum extitisse cerneret, extra ordinem iudices constituit, eósque forte elegit, per quos rapta bello restituerentur, quíque iudicia cẽtumuiralia, quibus peragendis vix sufficere videbatur litigatorum ętas, extra ordinem diiudicarent redigerẽntque ad breuissimum numerum. Franci, quos ad litigandum natura procliues esse constat, fouere consueuerunt numerosam litium frequentiam. Quin & sæculi huius corruptela pristinam auxit perfidiam, litiúmque moræ, quas longa & fallaci calliditate fraudatores nectunt, negotiatores sollicitè vexant, multásque commercio incõmoditates parere & afferre solent. Nam si facilem & expeditam aduersùs malæ fidei debitores dãnationem & iudiciorũ executionem peregrini mer-

a Suet. in *Vespasiano cap. 6.*



Source : BIU Cujas

catores non obtineant: Illi & ad nouas merces cõparandas pecuniis deficiuntur, (quod maximum commercij præiudicium est) & in superfluos sumptus atque inanem litium remoram mercaturæ lucra, si quæ sunt, impendere coguntur. Itaque non sine causa edicto regio statutum est, vt in vnaquaque prouincia mercatoribus speciales & extra ordinem iudices constituantur, quos ex ipso mercatorum collegio eligi & creari oportet. Hi magno commercij vsu & longa negotiationis experientia mercatorum lites nulla mora componunt, & forensiũ fraudum ignari absque pragmaticis controuersias nullis sumptibus promptóque & facili iudicio definiunt. At verò cur quod vbique in omnibus huius regni prouinciis statui fierique visum est, illud in sola Lugdunensi vrbe malo more & pernicioso contẽptu sperni & omitti permisimus? Quinetiam in cæteris prouinciis eorum, qui iudicia de mercatoribus reddũt, vnus iudex appellatur. Alij assessores sunt, quos consules tanquam consiliarios vocant. Omnes autem hi tam iudex, quàm Consules, sunt mercatores, eósque eligi à mercatorũ collegio necesse est. Nos autem Lugduni ne hãc quidem authoritatem & prerogatiuam nobis arrogare præsumimus. Iudex ipse sit Regius, & iuris tam Romani quàm Francici peritus. Satis est si duo mercatores iudici assessores dentur. Sic Alexander Seuerus ex consularibus viris quosdam audire negotia vrbana cum præfecto vrbis iussit [a]. Testatur Demosthenes Athenis fuisse sex viros Thesmothetas, qui inter mercatores ius dicerent [b]. Ipse etiam Alexander Seuerus Imperator *corpora omniũ constituit* (inquit Lampridius) *vinariorum, lupinariorum,*

a Lampr. in Alex. Seuero.
b Demost. in orat. ad aduersus Apaturium.

*rum, caligariorum, & omnino omnium artium, hisque ex sese defensores dedit, & iussit quid ad quos iudices pertineret* [a]. Sic & Lucianus mentionem facit eorum qui nauticis controuersiis iudicandis præficiebantur, quos ναυτοδίκας vocat [b]. Eadem ratione etiam ex Hieronis Syracusarum Regis statuto τῶν κατὰ ναῦν ἀδικημάτων δικαστήριον καθεστήκει ναύκληρος, κυβερνήτης, καὶ πρωρεὺς, οἵπερ ἐδίκαζον κατὰ τοὺς Συρακουσίων νόμους [c]. Neque verò sine magna & graui causa institutum videtur, vt mercatorum causas mercatores iudicent. Illi enim negotiationis periti lites, quæ ex mercium comparatione nascuntur, ipsásque negotiatorum discordias facilè nulláque molestia diriment & iudicabunt. Si de finibus regundis agatur, iudex solet mẽsores mittere, & per ipsos dirimere omnem finium quæstionem [d]. *Etenim si Quintus Scæuola ille augur* (inquit Cicero) *cùm de iure prædiatorio consuleretur, homo iuris peritissimus, consultores suos nonnunquam ad Furium & Casellium prædiatores reiiciebat: Si nos de aqua nostra Tusculana M. Tugionem potius quàm C. Aquilium consulebamus, quòd assiduus vsus vni rei deditus & ingenium & artem sæpe vincit: Quis dubitet de fœderibus & de toto iure pacis & belli omnibus iuris peritissimis Imperatores nostros anteferre* [e]? Valerius Maximus dicebat suæ quemque artis optimum & authorem esse & disputatorem [f]. Sic etiam Plato conductores sacræ aræ ad Euclydem Geometram ire iussit [g]. Rectè Aristoteles, ἕκαστος κρίνει καλῶς ἃ γινώσκει, καὶ τούτων ἐστὶν ἀγαθὸς κριτής [h]. Lampridius refert Alexandrum Seuerum si de iure aut de negotiis tractaret, solos doctos aut disertos adhibere solitum: Si verò de re militari, milites veteres & senes ac bene meritos &

a Lãprid. in Alex. Seuero.
b Lucianus in dialogis ἑταιρικοῖς.
c Athenæus lib. 5. cap. 7.
d D. si irruptione. §. 6. ff. finium regund.
e Cicero pro L. Cornelio Balbo.
f Valer. Max. li. 8. cap. 13.
g Valerius ibidem.
h Aristo. li. 1. ethic. cap. 1.



BIBLIOTHÈQUE CUJAS PARIS

Source : BIU Cujas

locorum peritos ac bellorum & castrorum [a]. Conueniens est ergo vt iudicia per eos reddantur, qui rei, de qua agitur, certissimam habēt cognitionem. *Periniquum & temerarium esse perspicimus* (inquit Imperator Anastasius) *eos, qui professiones aliquas seu negotiationes exercere noscuntur, iudicum, ad quos earum professionum seu negotiationum cura pertinet, iurisdictionem & præceptionem declinare conari.* At verò mercatorum de negotiatione iurisdictio non modò certa & commoda, sed & necessaria est. Nā cùm frequens sit apud nos litium multitudo, ipsæ etiam versutæ pragmaticorū fraudes in ordinariis tribunalibus dolos, calliditates, & moras debitorum augere solent. In foro δίκη δίκην τίκτει; & vt ait Phocylides ἔρις ἔριν ἀντιφυτεύει. Seneca, *Inter istos quos togatos vides, nulla pax est. Alter in alterius exitium leui compendio ducitur, nulli nisi ex alterius damno quæstus est* [c]. Achillis votum lubenter voueamus. ὡς ἔρις ἔκ τε θεῶν ἔκ τ' ἀνθρώπων, ἀπόλοιτο [d]. Plinius cùm Taprobanem insulam & Antichthonū Indiæ gentem fœlicissimā describeret, dixit apud eos neque fora neque lites vllas esse [e]. D. Ambrosius, *Christus est pax, in foro lites: Christus iustitia est, in foro iniquitas: Christus fides est, in foro fraus atque perfidia.* Anacharsis apud Laertium dicebat ἀγορὰν εἶναι τὸν τόπον ὡρισμένον πρὸς τὸ ἀπατᾶν καὶ πλεονεκτεῖν [g]. Mercatura ipsaque negotiatio milites execratur, nihilque est quod mercatores magis vexet, quàm si solito forensium hominum more iudicia protrahantur. Itaque omissis formulis inter mercatores nō sūmo iure: sed tùm ex bona fide, ex ęquo & bono omnia diiudicari oportet: Augustus nō duas tantùm tabellas, dānatoriā & absolutoriam, iudicibus dedit: sed & tertiā addidit,

cùm

a *Lāprid. in Alexādro Seuero.*

b *L. fin. C. de iurisd. omniū iudicum.*

c *Seneca lib. 2. de ira cap. 7. & 8.*

d *Homerus li. 18. Ilia.*

e *Plinius li. 6. ca. 22.*

f *D. Ambros. lib. 2. de virginibus.*

g *Laertius in Anacharsi.*

cùm omissa iuris seueritate aliquam haberi voluit æquitatis & bonæ fidei rationem [a]. Quid ergo aut mirum aut iniquum videri potest, si ad commodã negotiationis tractationem, atque vt mercatorum lites aptè & expeditè iudicentur, Lugdunense Emporium iudicem habeat Regium, cui assideant duo mercatores, apud quos omissa iuris seueritate æquitatis regula & negotiationis ratio forẽsibus versutiis præualeat?

a Sueton. in Augusto cap. 33.

*PRO IVDICE ET CONSERVATORE REGIO.* Mercatorum nimia hæc seu licentia seu temeritas coercenda videtur, dum illi iurisdictionem Emporij Lugdunensis, quæ semper Regia fuit, vsurpare & sibi arrogare nituntur. Quid enim aliud est vni Regio iudici duos mercatores assessores dare, ex quorum sententia iudicare necesse habeat, quàm iurisdictionis vim omnem & iudiciorum authoritatem à Rege in mercatores transferre? Pernicioſi etiam & pessimi exempli res est, si liceat iudices vnicuique arti & professioni speciales postulare Nam si mercatoribus hoc dicere permittatur, vnũquenque in sua arte peritissimum esse, cur non deinceps quiuis seu artifices seu cuiusvis ordinis homines eadem ratione sibi priuatam & specialem asserere nitentur iurisdictionem? Sic etiam si de semente, de cultura, de partiẽdis aut æstimandis fructibus, de vindemiis, de oliuetis agatur, similibúsque controuersiis quæstio sit: Cur non agricolæ eodem rationũ momento dicent, contentiones litésque suas à solis agricolis iudicari debere? Artifices etiam si quid artis suæ causa promiserint, aut contraxerint, aut si in exoluendo artificij sui precio æstimari quid-

piam

piam oportuerit: Illicò dicent ex suo collegio eligendos esse qui tales controuersias componant & definiant, nec alios vllos reperiri posse, qui de rebus istis lites & dissidia peritâ notione, certâque iudicij experientia, dirimere valeant. Quin & ipsi nobiles tum facta, tum etiam dissidia sua à viris nobilibus iudicari postulabũt, quemadmodum olim militum causæ militares habebant iudices [a]. Nobilium hæc erit expostulatio: Diuersam esse criminum rationem, diuersas etiam delinquentium pœnas & animaduersiones. Ignobilis & plebeius, si iniuria afficiatur, si verbo aut manu lædi eum contingat, ad iudicem honestè recurrit. Nobili probrosum & ignominosum fuerit, si se aut verbo lædi aut manu cædi patiatur, vel si læsus auxilium magistratus requirat, & forensem pragmaticorum operam imploret. Nobilis arma tractat & ense accinctus ambulat, vt se ab omni iniuriæ telo tueatur, & ἀδικεῖσθαι τὸν ἀδικοῦντα statim offendat. Hæc erunt magnifica nobilitatis ementitæ verba, si facta sua non ab aliis iudicibus censeri & coërceri voleat, quàm ab iis, qui contumaces & falso nobilitatis prætextu generosi, legum scita & iudiciorum formulas aspernantur. Tollendæ sunt deinceps & reiiciendæ omnes iurisdictiones regiæ, necnon & ordinaria magistratuum tribunalia remoueri oportet, si non alios quàm eiusdem ordinis iudices eligi & constitui videatur. Atque ista ratione imitandus esset Imperator Heliogabalus, qui Senatulum muliebrem creari & instituí voluit, cuius authoritate fierent Semiramitica Senatusconsulta de legibus matronalibus [b]. Quid verò aut ineptum magis aut ridiculum est, quàm si vllas esse mercatorum

[a] *l. fin. de re militari. li. 12. C. l. fin. C. de off. officio militarium iudicum.*

[b] *Lampri. in Heliogabalo.*

Source : BIU Cujas

torum lites, aut vllas negotiationis & commercij controuersias aliquis dicat, quæ non à iudicibus ordinariis & soleant & possint perite ex legum scitis & Iurisconsultorum responsis decidi? Si mercator socij perfidiam accuset, & commune societatis lucrum fraude mala intercipi conqueratur, aut si societate finita communem quæstum diuidi placuerit, titulus *Pro socio* æquitatis regulas iudici demonstrat, quibus negotiationis lucrum inter socios ex bona fide partiri docetur. Si ab institore aut seruo fraudatũ se mercator dicat, aut ipse institoris factum agnoscere recuset, decisiones petendæ sunt ex Iurisconsultorum responsis in titulo *de institoria*. Si debitor sit non soluendo, titulus *de tributoria* creditorum lites æquo iure dirimet, aut si creditorum aliquis potiore iure & priuilegio nitatur, titulus *de priuilegiis creditorum* responsa iuris suppeditabit: quibus nodosæ mercatorum contentiones facili & prompta æquitate solui & definiri poterunt. In summa dicere possumus, nullas esse quãtumuis arduas & subtiles, siue etiam difficiles, negotiationis cuiuslibet quæstiones, quæ non vel iure ciuili, vel regiis constitutionibus definitæ sint, & à iudicibus ordinariis facilè ex præscriptis legum iudicari queant. Ipsos autem mercatores à iudiciis & Reipublicæ administratione antiquitas remouit, tùm propter sordes & auaritiam, tùm propter insciti am & iudicandi imperitiam. Imperatorum rescripta negotiatores vetant dignitates assequi [a]. Aristoteles testatur legem apud Thebanos fuisse, qua vetabatur ad Rempublicam capessendam admoueri & admitti eum qui mercaturam exerceret, aut qui non multo tempore à mercatura & negotiatione

[a] *l. ne quis de dignit. li. 12. Cod.*

tiatione abstinuisset: ἀπὸ δίκης ἐπὶ ἀπραγμοσύνην τῆς ἀγορᾶς μὴ μετέχειν ἀρχῆς a. Apud Liuium, *Quæstus omnis indecorus Patribus est visus* b. Mercator facilè virtutis obliuiscitur, nec de honesto, sed de vtili frequẽter cogitat, votáque hęc concipere solet: *Da modò lucra mihi, de facto gaudia lucro*: Et *fac vt emptori verba dedisse ament* c. Seneca. *Non recipit sordidum virtus amatorem: soluto ad illam sinu veniendum est* d. Nam & mercaturæ dediti priuantur militia e. Paulus Iurisconsultus de mercatoribus agens, *Id genus hominum* (inquit) *ad lucrum potius vel turpiter faciendum pronius est* f. Aristoteles ait, ἀγ ἔμπορος ἐ τοιοῦτος ὤν καὶ πρὸς ἀρετὴν ὑπ' ἀνάγκης g. Auaritiam & sordes mercatoribus rectè aliquis imputabit, sed quoties auaritię adiicitur ignorantia, tùm demum iudiciorum læditur maiestas & magistratuum authoritas offenditur. Iustinianus eleganter, ἐ μὴν ἀλλὰ δεῖν γε ἔχειν δικαστὰς πάσῃ ὑπόμνησιν, μάλιστα μὲν νόμων ἀνεπιστήμονας ὄντας, δεύτερα δὲ ἐδὲ πραγμάτων εὐτυχοῦντας πέφυκε h. *Ignorantia iudicis plerunque est calamitas innocentis*, inquit Diuus Augustinus i. Itaque cùm mercatores rerum forensium sint imperiti, non possunt aptè iudicandi munus exercere, cùm ipsi ius & leges ignorent: necesse autem sit non ad voluntatem, sed ex præscriptis legum iudicia reddere k. Iudices & magistratus constitui iura volunt τοὺς ἐξ ἀγαθῆς γωνεξομένους δόξης καὶ πλείστου τοῦ δικαίου φροντίζειν παρεμφύνης l. Iudices in cæteris Franciæ ciuitatibus ex mercatorum collegio creari solere mercatores, allegant. At primùm cõstat iudices illos mercatorũ habere delegatã iurisdictionem ad certum genus causarum: certóque iurisdictioni mercatorum fines constitutionibus regiis præscribi, quos transilire illis

a Aristoteles li. 3. polit. cap. 3.
b Liuius lib. 21.
c Ouidius lib. 5. fastorum.
d Seneca li. 4. de benef. ca. 24.
e l. unica. Cod. in quibus causis miles fori præscr. vti non possit. l. unica. Ce negotiat. ne militent.
f l. iustissimo. §. proponitur. ff. de ædilitio edicto.
g Aristoteles li. 7. polit. cap. 9.
h Nouella 82. in prin.
i D. Aug. li. 19. de ciui. Dei ca. 6.
k l. nemo. C. de sent. & interlo. omnium iudicum.
l Iustinianus Nouel. 161. §. 1.

Source : BIU Cujas

illis non licet. Quæ autem emporij negotiationem & Lugdunenſes nundinas ſpectant, ea omnia ad iudicis iſtius conſeruatoris cognitionem pertinent. Perpetuus eſt magiſtratus, quem vſu continuo & aſſidua experientia edoceri veriſimile eſt: Mercatores autem, ſi, vt aſſeſſores iudici dentur, eos vnoquoque biennio eligi & creari oporteat, nouitij ſemper & inexperti aſſidebunt. Tunc enim munus eorum finietur, cùm per biennij experientiam aliquid noſſe incipient. Quin & hæc crebra adeò & frequens aſſeſſorum mutatio id efficiet, vt inter mercatores, qui Lugduni habitant, nemo non ad hoc aſſeſſoris munus vel proximo biennio vel aliquo deinceps tempore aſpirare præſumat. Quo fiet vt vicini & conciues mutuò ſeſe foueant & exterorum mercatorum iura gratificatione mutua & reciproca peruertant. In Lugdunenſi autem emporio plerique exteri nundinas frequentant liberæ immunitatis & priuilegiorum occaſione. Sunt enim nundinæ liberi mercatorum cœtus & negotiatorum conuentus ἀπολὶς ἀγοραῖοι πανηγύρεις. Deinde alia longè periculoſior ſuſpicionis occaſio ſeſe offert. Mercatores plerunque ſocietatem ſimul inire tacitis ac ſecretis pactionibus ſolent, ita vt reſciri inita ſocietatis conuentio nequeat. Sæpè itaque contingeret eum iudici aſſidere, quem clandeſtina & ignota ſocietate iuris controuerſi ratio, aut litis damnum ſpectat, ſeu filius & gener de re communi alieno nomine litigent, ſeu eorum interſit ne debitor cauſa cadat fiátque non ſoluendo. At iudex Regius nullius negotiationis particeps ex Regiis conſtitutionibus eſſe poteſt. Ipſe autē non aliter à Senatu admitti & recipi ſolet, quàm

ſi ſit

si sit spectatæ fidei, notæ integritatis, & eruditionis excultæ. Equidem exterorum ratio facit, vt necesse sit iudicem doctum esse & peritum. Mercatores externi idiomatis plerunque sunt ignari. Exterus Gallicè loqui nesciet: Iudex doctus Latinè interrogabit, vt nunc Latina lingua commune est omnium exterorum idioma. Quin & conuentiones pleræque inter Germanos aliósque diuersę nationis homines Latinè describi solent. Mercator ignarus siue iudicet, siue assideat, conuentiones eas non intelliget, opúsque habebit interprete. Hoc & magistratus dignitati indecorum, & Franciæ iudiciorum maiestati probrosum & ignominiosum fuerit. Publicè enim interest in ea ciuitate, quæ celebris est & antiqua, & in quam confluit frequens exterorum multitudo, magistratus esse Regios, doctrina & litteris imbutos, summa morum probitate commendabiles, qui exteris ius reddant. Longè enim diuersa est Lugdunensis vrbis & cæterarum ratio. In aliis Franciæ ciuitatibus plerique omnes Franci sunt, qui inter populares æquo iure disceptant. At Lugdunensis emporij celebritas magnáque illa nundinarum frequentia, exterorum negotiationes, commercia, & cœtus magno fauore cómendat. Strabo celebrat Lugdunése emporium & solemnes in eo mercatorum conuentus [a]. Ecclesiasticæ historiæ authores Lugdunéses nundinas memorant, & Christianorum olim martyria in ipsa nundinarum frequentia exerceri consueuisse tradunt [b]. Addit Eusebius, ἐστὶ δὲ αὐτὴ πανήγυρις πολυάνθρωπος ἐκ πάντων τῶν ἐθνῶν συνερχομένων εἰς αὐτήν [c]. Itaque nec leuis censeri nundinarum Lugdunensium celebritas, nec vulgaris æstimari debet eius vrbis

a Strabo lib. 4. geograph.

b Eusebius lib. 5. ca. 1. & cap. 3.

c Eusebius ibidem.

bis commendatio, *Vrbi Rhodanus ingens amne prærapido fluit, Arárque dubitans quò suos cursus agat, Tacitus quietis alluit ripas.*

*SENATVS*, confirmata iudicis conseruatoris iurisdictione, mercatores ab iniusta nouáque petitione repulit a.

a Par arrest les marchans sont deboutez de l'effect & entherinement des lettres par eux obtenues, & condamnés aux despẽs. M. R. Choppin plaidãt pour les Marchãs & M. S. Marion pour le conseruateur des foires, ledit arrest est du Ieudy 12. de Iuillet 1584.

## *De legitima matrimonij & ingenuitatis probatione.*

## CAP. XVII.

TITIVS ex Meuia, quã diu amore perdito dilexerat, filiam Seiam suscepit: & cùm tam ipse quàm Meuia simul per multos annos concordi affectu & beneuolo inter se animo vixissent: Titius semel atque iterum in iudicio, & apud acta testatus est se pro iusta & legitima vxore Meuiam olim in domo sua retinuisse, neque alia cõditione cum ea rem habuisse, quàm post promissam coniugij fidem, atque ideò velle, vt Seia filia legitima censeatur, hæréſque sibi tãquam iusto parenti existat. Constabat Meuiam humili genere ortam, cùm primùm in domum Titij venerat, ancillam & ministram fuisse. Constabat etiam matrimonium solemniter in Ecclesia celebratum non fuisse, nullam sacerdotis benedictionẽ, nullas tabulas nuptiales, nullásque fuisse solemnes cæremonias coniugiis adhiberi solitas. Itaque de Seiæ statu, déque controuersa Titij hæreditate actum fuit in Senatu.

*CONTRA SEIAM.* Nouum & insolẽs videri non debet, si hoc corruptissimo sæculo; quo nihil



Source : BIU Cujas

non licet, concubina matronæ dignitatem vsurpare, & spuria proles debitam legitimis agnatis hæreditatem consequi præsumat. Vxor dignitatis nomen est, concubina voluptatis. Sicut autē voluptas fucatam virtutis speciem plerunque assumit: Ita etiam concubinatus adumbratum legitimi coniugij honorem referre nititur. In matrimonio affinitas conciliatur, in concubinatu sanguis maculatur. Concubina contra votum parit, legitima vxor ex voto generat. Hæc suas nuptias profitetur, illa sordes suę coniunctionis dissimulat. Et tamen concubina semper vxoris legitimæ speciem imitari, & nomen veræ coniugis referre & consequi desiderat: atque, vt ait Poeta, *Coniugium vocat, hoc prætexit nomine culpam.* Concubina (inquit Canon) intelligitur, quæ cessantibus legalibus instrumētis vnita est, & coniugali affectu ascisitur. Hanc coniugem facit affectus, concubinam verò lex nominat a. *Inter concubinam & vxorem nisi dignitate nihil interest*, inquit Iurisconsultus b. Hinc fit vt concubinas, quæ se coniuges legitimas dicunt, lex tabulas nuptiales afferre requirat c. Et in concilio Arelatensi, canone sexto, vt matrimoniū à cōcubinatu discerneretur, cautum est ne coniugiū sine dote fieret d. Sic etiam apud Plautum Lesbonicus adolescens iudicare videtur ex dote concubinam à legitima vxore discerni. *Sed vt inops infamis ne sim, ne mihi hanc famam differant, me germanam meam sororē in concubinatū tibi sine dote dedisse magis quàm in matrimonium* e. Lex enim quoties dos dicta est & tabulæ nuptiales solēniter conceptæ, concubinatus præsumptionem omnem reiici iubet, & legitimū nuptiarum argumentum ex dote censet f. Ac maximè

a Can. omnibus 34. distin.
b L. 49. item legat. §. 1. ff. de leg. 2. l. 3. §. 1. ff. de donat. inter virum & vx. l. 3. ff. de concub.
c L. legem, & l. nuper. C. de nat.
d Can. nullum 30. q. 5.
e Plautus in trinumm. act. 3. sc. 2.
f Nouella 18.

Source : BIU Cujas

ximè si de coniunctione inter personas inæquales agatur, tabulas nuptiales ideò requiri iura volunt, vt legitimæ coniunctionis argumentũ præferant [a]. Etenim quoties tabulæ nuptiales exhibentur, licet pleræque aliæ solemnitates deficiãt, quin & multa contra nuptias argumenta proferantur, tamẽ Senatus prouisorio iudicio pro legitima nuptiarum præsumptione pronuntiare solet [b]. Magnam esse hanc tabularum nuptialium authoritatem indicat Tertullianus, cũ de matrimoniis gentilium agens ait, *Nunquid tabulas nuptiales de illo apud tribunal domini proferemus, & matrimonium ritè contractum allegabimus, quod vetuit ipse* [c]? D. Ambrosius, *Non defloratio virginitatis* (inquit) *facit coniugiũ, sed pactio coniugalis* [d]. Iuuenalis, *Si tibi legitimis pactãiũctámque tabellis Non es amaturus, &c.* Neque tamen verum esse asseremus solã dotaliũ instrumẽtorũ fidẽ satis esse, sed & alias legitimi matrimonij probationes requiri constat, si aliqua arguatur inæqualitas. Sic enim Papin. ait, *An maritalis honor & affectio pridem præcesserit personis cõparatis, vita coniunctione considerata perpendendũ esse respõdit: Neque enim tabulas facere matrimonium* [e]. Itaque cùm in hac controuersia ingens appareat inæqualitas inter Titiũ, qui diues erat ac nobilis, & Meuiã, quę pauper, egena, & sordidis parẽtib⁹ orta perhibetur: Nõ debet coniugiũ præsumi, nisi saltẽ exhibeãtur nuptiales tabulæ: idque potissimũ hoc casu, quo præcessit cõcubinat⁹. Aut certè deinceps spuriorũ à legitimis liberis nulla erit discretio, & spreta coniugij veneratione sequetur cõfusio pudicitiæ cũ luxuria, virtutis cũ vitio, honestatis cum libidine: Quæ omnia nisi discerni & di-

a L. *imperialis.* §. *itaque.* C. *de nuptiis.*

b Arrest du Mardy 16. de Iuin 1592. au profit de Rulles tuteur & curateur des enfãs pretendus de defunct Iean de Montalambert Sieur de Vaux: en laquelle cause il y auoit plusieurs presomptions contre le mariage: mais le seul contract de mariage assistoit les mineurs. M. D. Bouteiller estoit pour ledict sieur de Rulles, Du Lac & A. Arnault plaidoyẽt au contraire.

c *Tertul. li. 2. ad vxorem.*

d *D. Ambros. 2. de instit. virginis cap. 6.*

e *L. donationes in princ. ff. de don.*

stingui placuerit, omnis matrimonij dignitas & religiosa tanti sacramenti reuerentia insuper habebitur. Quin & ipse Papinianus dum Cocceij Cassiani clarissimi viri meminit, qui Ruffinã ingenuam honore pleno dilexerat, non tamen ideò matrimonium vocat, aut legitimam fuisse tradit coniunctionem [a]. Verùm ipsæ quidem tabulæ nuptiales ad certam coniugij probationem requiruntur. At sacræ cæremoniæ, benedictio nuptialis, & solemnitates Ecclesiæ non ad probationem, sed ad plenam matrimonij perfectionem, & vt rectè ac ritè initum censeatur, necessariæ sunt: Adeò vt ne ipsas etiã omittere debeamus trinas publicationes, quæ banna nuncupãtur, & quæ coniugij celebrationem præcedere in Ecclesia debẽt [b]. Tertullianus trinundinam promulgationem vocat [c]. Ideóque requirit Innocentius tertius, vt matrimonia priusquàm cõtracta fuerint, in Ecclesiis per presbyteros publicè proponãtur [d]. Eas autem bannorum proclamationes tam Lateranense quàm Tridentinum Concilium velut necessarias adhiberi voluerunt. Vt & constitutio Regia in comitiis Blæsensibus lata publicationes istas sub pœna nullitatis obseruari iubet. Nam vt concubinarum fraudibus, & clãdestinis connubiis obuiã iretur, conuenienS fuit, vt quæ palàm concubinatũ sordidè exercuerat, eadẽ etiã publicè sordes suas in Ecclesia velut abluere & expiare teneretur: ac deinceps nemo non resciret illam ex libidinosa concubina factam pudicam & legitimam vxorem. Verùm istæ cæremoniæ externæ sunt. At in Ecclesia plerique alij ritus sacri & solemnes requiruntur. Vt & ipsi olim ethnici legitimo nuptiarum vinculo multos ritus adhi

[a] L. eũ me bulis. §. 1 ff. de his quæ vt indign.

[b] Cap. 27. cùm in tua extr. de sponsal. ca. cum tua qui matri. poss. accus. can. aliter. 30. qu. 5.

[c] Tertull. lib. 2. ad vxorem.

[d] Cap. cùm inhibitio in princ. extr. de clandest. desponsa.

Source : BIU Cujas

adhibere consueuerant: Captabantur auguria: Intercesserant auspices: Sacrificio panis farreus adhibebatur: Iunonis pronubæ nomen inuocari solebat: Flammeo caput velabatur: Faces & tædas præferri oportebat: Nefásque erat nuptiarum solemnia sine sacrificiis inire & celebrare. Vnde Festus Pompeius asserit sponsas dici, quòd interpositis sacris *sponsas* facerent. Valerius in Argonauticis. *Inde vbi sacrificus cum coniuge venit ad aras.* Megadorus apud Plautum cùm vxorem duceret, *Ego, nisi quid me vis, eo lauatum vt sacrificem.* Et Euclio qui filiam suam nuptum collocabat, *Nunc lauabo vt rem diuinam faciam, ne affinem morer* [a]. Terentius, *Spatium apparandis nuptiis, vocandi, sacrificandi dabitur* [b]. Valerius Flaccus, *Ignem Pollux vndámq; ingalem prætulit* [c]. Ouidius, *Et faciat iustos ignis & vnda viros.* Constat enim solenia ignis & aquæ nuptiis interponi posse apud Romanos consueuisse [d]. Vlpianus in fragmentis, *farre conuenitur in manum certis verbis & testibus decem, & solemni sacrificio* [e]. Tacitus de Messalina agens, quæ C. Silio palã nupserat. *Atque illam audisse auspicũ verba* (inquit) *subisse, sacrificasse apud deos, discubitũ in er conuiuas, &c* [f]. Cicero, *Nihil fere quondã maioris rei, nisi auspicatò ne priuatim quidem gerebatur: Quod etiã nunc nuptiarum auspices declarãt, qui re omissa, nomen tantũ tenent* [g]. Apud Græcos Dea Euclia in nuptiis inuocabatur, eíq; ritè ac soleniter sacrificari oportebat [h]. Apud Romanos, authore Plutarcho, Cereris sacerdos adhibita sacra oratione coniuges legitimo ac soleni vinculo coniungebat [i]. Tacitus coniugales deos memorat [k]. Quintilianus, *vos profectò dij coniugales, &c* [l]. Hinc fit vt matrimonium omnis diuini atque humani iuris com-

a Plautus in Aulularia.
b Terent. in Phormione act. 4. scena 4.
c Valerius Flaccus li. 8.
d Plutarc. 1. quæ. Roman. l. pen. in fin. ff. de donat. inter virũ & vxor.
e Vlpia. li. 16. tit. 5.
f Tacitus lib. 11. ann.
g Cicero lib. 1. de diuinat.
h Plutarc. in Aristide.
i Plutarc. in præcep. nupt.
k Tacit. li. de moribus German.
l Quintil. decl. 347.



Source : BIU Cujas

municatio definiatur a. Sic etiam vxor dicitur humanæ & diuinæ rei socia b. Itaque si ethnici sacros in nuptiis ritus pro coniugij dignitate interponi voluerũt: Cur apud nos matrimonij honor & veneratio tantoperè vilescit, vt deinceps omnes Ecclesiæ solemnitates spernamus, & sacramentum hoc clàm, non à sacerdote, non in Ecclesia suscipi permittamus? Quomodo dicetur coniuges Deus coniunxisse, si Christiani sanctã sacerdotis in ipsa Dei Ecclesia benedictionem aspernentur? Ipsa etiã Francia in sponsalibus suas leges à cęteris gẽtibus diuersas, suósque habuit olim solemnes ritus c. Inter veteres Caroli magni leges hæc sanctio reperitur, *Dubiũ non est eã mulierem non pertinere ad matrimoniũ, in qua dicetur nuptiale non fuisse mysterũ* d. D. Ambrosius, *Nã cũ ipsum coniugiũ velamine sacerdotali & benedictione sanctificari oporteat, quomodo potest coniugũ dici, vbi non est fidei concordia* e? Concilio Carthaginensi quarto canone 13. constitutũ est, vt sponsus & sponsa in tẽplũ deducerẽtur ad benedictionem sacerdotis recipiendam. Euaristus ait nô aliter legitimũ censeri matrimonium, nisi sacerdotaliter (vt mos est) cum precibus & oblationibus à sacerdote benedicatur: Aliter cõtracta nõ coniugia, sed adulteria vel contubernia, aut stupra, fornicationes potius quàm legitima cõiugia esse f. Leo autẽ Imperator constitutionẽ expresse in id promulgauit, ne matrimonia citra sacrã benedictionẽ confirmarentur: neq; aliter quã adhibitis sacris cæremoniis & solẽnitatibus legitima censeri voluit cõiugia g. Tertullianus, *Vnde sufficiat* (inquit) *ad fœlicitatem eius matrimonij enarrandã, quod Ecclesia conciliat, & cõfirmat oblatio, & obsignatum Angelis renuntiat, Pater ratũ habet*

a L. ff. de ritu nupt.
b L. ad. uersus. C. de crimine expilatæ hæreditatis.
c Cap. 1. extra de sponsalibus.
d Capitul. Caroli magni lib. 7. ca. 80. Leo epistola 92.
e Diuus Ambros. li. 9. epist. 1.
f Can. primo 30. qu. 5.
g Nouella Leonis 89.

Source : BIU Cujas

habet a. Eleganter Diuus Ignatius, πρέπει τοῖς γαμοῦσι καὶ ταῖς γαμούσαις μετὰ γνώμης τοῦ ἐπισκόπου τὸν ἕνωσιν ποιεῖσθαι, ἵνα γάμος ᾖ κατὰ κύριον, καὶ μὴ κατ' ἐπιθυμίαν b. Non aliena est illa, quæ apud Harmenopolum extat, constitutio: μηδεὶς μυστικῶς στεφανούσθω πρότερον πλειόνων c. Huc pertinet illud Alexij Comneni apud Balsamonem de coniugiis, quæ requirunt sacram, quæ in eis peragitur, benedictionem d. Leo Papa, *Cum societas nuptiarum* (inquit) *sic ab initio constituta sit, vt præter sexuum commixtionem haberet in se Christi & Ecclesiæ sacramentum*, &c e. Etenim si matrimonium non tam in copula carnali consistit quàm in fœdere nuptiali, in quo est sacramentum Christi & Ecclesiæ: Quid indignius est, quàm si solo clandestino & libidinoso coitu & quali quali cõiunctione nuptias legitimas contrahi posse dicamus? Tũc enim matrimonium non legitima esset sanctáque coniunctio, sed spurcities, turpitudo, colluuies, & obscœnus concubitus. Eleganter Tertullianus, *Ideo penes nos occultæ quoque coniunctiones, id est, non priùs apud Ecclesiam professæ, iuxta mœchiam & fornicationẽ iudicari periclitantur* f. Itaque desponsatio clãdestina & occulti concubitus dissimulatio indecens adeò & bonis moribus cõtrãria olim videbatur, vt cùm ζώνη significet zonam sponsæ nuptialẽ, incestas nuptias quidam dici crederent, quę contrahebãtur spretis ritibus & solemnibus cęremoniis nõ adhibitis: & eam quæ vel sponsa vel legitima coniux esset, palàm nuptias profiteri & apertis indiciis declarare iuberent. Hinc legitima coniux annulo honorabatur, adeò vt Doctores plerique existimauerint per solam annuli dationem coniugium probari g. Eáque annuli oblatio dicebatur

a Tertull. lib. 2. ad vxorem.
b Dignat. epist. 8. ad Polycarp.
c Harmenop. lib. 4. tit. 4.
d Balsamõ in monocanõne tit. 13.
e Leo epist. 92. ad Rusticum.
f Tertull. lib. de pudicitia.
g Doctores in cap. ex literis de sponsalibus.



Source : BIU Cujas

subarratio matrimonij [a]. Sic etiam Tertullianus pronubum annulum vocat [b]. Aurum (inquit idem) nulla membra norant præter vnicũ digitũ, quem sponsus oppignorasset pronubo annulo [c]. Iuuenalis pignus matrimonij appellat. *De digito pignus si fortè dedisti.* Plinius, *Sponsæ annulus* (inquit) *ferreus, isque sine gemma* [d]. Annulus vxori dabatur non ornatus causa (ait Clemens Alexandrinus) sed vt obsignaret eodem annulo quæ domi erant [e]. Nulla autem in cõiugiis probatio plenior potiórque haberi solet, quàm si propinquis, amicis, vicinis sciẽtibus, matrimonium palàm contrahatur. Lucanus, *Pignora nulla domus, nulli coiêre propinqui.* Quin & ex sola amicorum præsentia, aut solemni & publica deductione probari matrimonium Doctores asserunt [f]. Quintilianus, *Aspice* (inquit) *illam virginẽ, quã pater tradidit, euntem die celebri comitante populo* [g]. Homerus, Νύμφας δ' ἐκ θαλάμων, δαΐδων ὑπολαμπομενάων, Ἡγίνεον ἀνὰ ἄστυ, πυκιὸν δ' ὑμέναιος ὀρώρει [h]. Eusebius dum memorat Constantinum nuptias secundi filij celebrasse, addit γυμφοστολήσαντος αὐτῷ βασιλέως τὸν παῖδα [i]. Catullus, *Prodeas noua nupta*, inquit, vt ostendat nihil in tanta coniugij celebritate commendabilius, quàm si nubentes palàm & coram omnibus prodeant. Ipsa autem clandestinitas suspectam reddit nuptiarũ & coniugij firmitatem [k]. Quin & clandestinitatis tùm præcipuè habetur ratio, si nuptiæ inter impares contrahantur. Tunc enim Papinianus plenas requirit probationes, adeò vt ne ipsæ quidem tabulæ nuptiales sufficiant [l]. *Impares nuptiæ* (inquit Apuleius) *& præterea in villa sine testibus factæ, legitimæ nõ possunt videri* [m]. Ista autẽ inæqualitatis ratio in hac causa potissimùm spectãda est. Cõstat enim

a Ca. tua nobis. & ibi glossa extra de despons. impub.
b Tertull. li. de cultu fœminarum.
c Tertull. in Apolget. cap. 6.
d Plinius li. 33. ca. 1.
e Clemens Alex. in pædagog. cap. 11.
f Decius cõsilio 153. Oldradus consilio 256.
g Quintil. decl. 307.
h Homerus Iliad. Σ. li. 18. circa finem.
i Eusebius in vita Constantini li. 4.
k L. vxor. C. de repudiis.
l L. donationes. ff. de donat.
m Apuleius lib. 6. de asino aureo.

Source : BIU Cujas

enim Meuiam ex sordida & humili familia ortam: Constat etiam eam primis diebus vt vilem ancillam Titio ministrasse, & hoc fuisse primæ familiaritatis initium. Illud autem inter epigrammata Græca celebratur, μήποτε δηλεύσασα γυνὴ δέσποινα γένοιτο [a]. Meuiæ dignitas in ipsa domo non alia erat, quàm vt sordida munera & seruilia opera exerceret, nisi quòd libidinosus dominus eam furtiuo cubili & lasciuo tandem amplexu dignatus est. *O matrimonium omni adulterio turpius*, ait Seneca [b]. Diuus Hieronymus indignatur quosdam ancillas iuuenes habere in ministerio, & præter vocabulum nuptiarum omnia esse matrimonij [c]. Saluianus, *Ad tantam res impudentiam venit, vt ancillas suas multi vxores putent, &c. deformantes sancti connubij honorem per degeneris contubernij vtilitatem, non erubescentes maritos se fieri ancillarum suarum, præcipitantes fastigium nobilium matrimoniorum in cubilia obscœna seruarum. Digni prorsus etiam illarum statu, quarum se putant dignos esse consortio* [d]. Itaque furtiuus ille concubitus ad luxuriam & voluptatem, non ad matrisfamilias dignitatem pertinet, cùm in cæteris omnibus Meuia vilis ancillæ munia obiret, mensæque herili non vt coniux, sed vt ancilla seruiliter ministraret. Vxores legitimæ, quæ sociæ sunt diuinæ & humanæ domus, charo coniugi assident, & sacra maritalis mensæ participant. Apuleius, *Accumbebat summum thorum maritus Psychem gremio suo complexus* [e]. Valerius Maximus, *Fœminæ* (inquit) *cum viris cubantibus sedentes cœnitabant* [f]. Tertullianus, *Vxor discumbit cum marito in sodalitiis* [g]. Vnde Virgilius, *Nec Deus hunc mensa, dea nec dignata cubili est*. Alexius Imperator cùm Imperatrici Eu-

[a] Epigram. li. 1.

[b] Seneca lib. 7. controu. 6.

[c] D. Hier. ad Rusticũ li. 2. epistola 13.

[d] Saluian. li. 4. de gubern. Dei, pag. 104.

[e] Apuleius li. 6. de asino aureo.

[f] Valer. Max. lib. 2. cap. 1.

[g] Tertull. lib. 2. ad vxorem.



Source : BIU Cujas

phrosyne infensus esset, & pudicitiam eius suspectam haberet συνουσιαστὰς destitit (inquit Nicetas[a].) Consortium mensæ iudicat consortium dignitatis. Vir vxorem perpetuo comitatu & consortio secum habeat, tanquam vnum corpus vnámque animam. Vnà viuendum, vnà pereundum. Hinc est quod inter alias solemnes nuptiarum apud Christianos cæremonias coniuges simul panem & vinũ gustare solent, tanquam duo necessaria quotidiani victus elementa, & pignora futuræ communionis mensæ. Hæc autem omnia eò spectant, vt matrimonij probationes non ex solo concubinatu aut libidinoso coitu, sed ex Ecclesiæ cæremoniis aliisve solemnibus aut nuptialibus tabulis petamus. Quin ex Imperatorum & Canonici iuris constitutionibus nuptias legitimas non alias censemus, præter eas, quas Ecclesia iusto ritu & solemni more celebrauit[b]. Concubinæ autem certissima illa sunt indicia, si clàm coit, si secretam exercet libidinem, si grauida clàm vterum gestat, si partus suos publicari veretur, nec consueto matronarum more à cæteris matribus familias & propinquis recès post partum inuisitur. Ouidius, *Hæc conscia culpa Conspectum lucémque fugit, tenebrisque pudorem Celat, & à cunctis expellitur æthere toto*[c]. Diuus Augustinus. *Sum expertus* (inquit) *quid distaret inter coniugalis pacti modum, quod fœderatum est generandi gratia, & inter pactum libidinosi amoris, vbi proles contra votum nascitur, quamuis iam nata cogat se diligi*[d]. Quòd autem Scia professionem & declarationem defuncti Titij proponit, hoc ad ingenuitatis probationem non sufficit, cùm satis constet professiones & nudas asseuerationes veritatem natalium non muta

a Nicetas pag. 15.

b Nouella 74. quibus modis natur. effic. legitimi. Nouellæ Leonis 89. ca. tanta vis ext. qui filij sint legitim. l. cùm quis, & leg. sequente. C. de natur. lib.

c Ouidius li. 2. Metamorph.

d D. Aug. lib. 4. confess. cap. 2.

Source : BIU Cujas

mutare [a]. Nam si deinceps sola & nuda patris professio ex naturalibus legitimos efficiat, quis in posterum perpetua coniugij tædia vltrò subire & graui nuptiarum iugo sese submittere volet, quis matrimonij incommoda & legitimæ vxoris iurgia patiens tolerabit, si posteritati etiam illegitimæ parentes bona cum securitate asserere poterunt? Non sola libido viros ad nuptias impellit, siquidem cōcubinatus voluptatem gratiorem & faciliorē absq; satietate præstat. Ipsa posteritatis ab intestato successuræ spes plerosque omnes ad nuptias inuitat, vt bona paterna legitimis liberis naturæ simul & parentum commune votum addicat [b]. *Matrimonia contrahuntur, quia creditur successura posteritas*, inquit Diuus Cyprianus [c]. Eleganter Lucianus, γάμοι διαδοχῆς ἀναγκαίας εὕρηνται φάρμακα [d]. Itaque cùm parentes ex affectu magis in liberis terreantur [e]: Æquum fuit succedendi iura & natalium securitatem non ex solo lasciui & luxuriosi parentis arbitrio pendere, sed ex iustis & solemnibus nuptiis proficisci. Quòd si patri licere dixerimus ante mortem tantillo temporis spatio nuda sua professione liberos ex concubina ortos legitimos efficere, nuptiæ deinceps remoueantur, intereat matrimonij dignitas, asciscatur concubina, aut etiam concubinæ plures ad voluptatem, lasciuiam, & libidinem retineantur: Ac tandem moriturus pater liberos, quales voluerit, legitimos faciet addito falso elogio se pridem eorum matri fidem coniugij promisisse. Rectè Iustinianus, *Nimis impium, nimis indignum est flagitiis præsidia quærere, & petulantiæ seruire: Iniusta libidinum desideria nulla de cætero venia defendat, nullum subleuet adminiculum* [f].

a l. non nudis. Cod. de probat. l. quidam cū filiū. ff. de verb. obli. c. cùm contingit. ext. de off. delegati.

b l. scripto. in f. ff. vnde liberi.

c D. Cypr. in symbolū Apostolorum.

d Lucian. ἔρωτες.

e l. isti quidem. §. fin. ff. de eo quod metus causa.

f l. legem Anastasij Cod. de natur. liberis.

PRO

*PRO SEIA.* Graue est publicæque honestati aduersum, post datam & agnitam cōiugij fidem, post procreatos liberos, legitimum nuptiarum statum controuertere, & calcato nuptiali fœdere liberorum conditionem disceptare, prolémque paterna arcere successione. Meuia, seu diuitias seu familiam spectes, inęqualis fuit, & impari cum defuncto conditione: Siquidem & pauper erat, & humili loco nata: nec præter virtutem bonósque mores aliud quidquam in dotem attulit. *Non flosculis redimita, sed moribus*, vt ait Diuus Ambrosius [a]. Sed quis aut paupertatis aut inęqualitatis intuitu assere re audeat matrimonij fœdus impediri: vel quia dos data non sit, non esse iustas nuptias? Eleganter ille apud Senecam, *Aliquis captare orbos senes vult, & suas spes in alienas mortes diffundere, excutiat testamenta, seruetur census. Vbi verò quæret vxorem, videat an nuptias suas amet, an nihil pluris faciat marito, an possit, si quid viro inciderit mali, vnà tolerare. Si his bonis fuerit instructa, dotata est* [b]. Apuleius, *Et dites* (inquit) *inferiores nuptias non recusent, & locupletium consortium inopes consequantur* [c]. Hoc autem Apuleius à Platone mutuatus est, qui, vt leges suas æquitate multa commendaret, his verbis vtitur, Τοίνυν φῶμεν, ὅτι ἀγαθῶν πατέρων νῦν τοὺς πρὸς τοῖς ἔμφρεσιν εὐδόξους γάμους γαμεῖν οἱ σοφοὶ παρανοῖεν ἂν καὶ μὴ φεύγειν τὸν τῶν πενήτων, μηδὲ τὸν τῶν πλουσίων διώκειν διαφερόντως γάμον [d]. Nam quòd Meuia seruiles operas Titio præstitisse dicitur, non magis hoc obiici potest, quàm quod de M. Catone Seneca dixit, eum coloni sui filiam duxisse, sed ingenuam [e]. Nam cùm Christiani omnes liberi simus, ingenui censeri debent etiam quicunque nobis tanquam serui ministrant

a D. Amb. lib. 1. de virgin.

b Seneca lib. 1. controu. 6.

c Apuleius lib. de Philosophia:

d Plato li. 6. de legib.

e Seneca li. 7. controu. 6.

strant & famulantur, nec vlla inter Christianos seruilis conditionis vestigia supersunt. Hinc Alexander tertius Pontifex à marito, qui ancillam vxorem duxerat, exigit, vt eam velut legitimam coniugem maritali affectione foueat, suscipiat, & amplectatur [a]. Quod & antea Iustinianus Nouella sua constitutione sanxerat [b]. Concubinatum obiicit aduersarius: At hæc promissæ fidei laus est, quòd Titius eam, quàm vsurariam habebat, legitimam vxorem assumere voluerit. Diuus Augustinus, *Quã primùm aliquis concubinam habuerat, non est peccatum in coniugem suscipere* [c]. Saluianus Vandalos laudat, quòd cogerent meretrices ad maritalem transire thorum: *Scorta* (inquit) *connubia fecerunt* [d]. Itaque si rerum gestarum fides ex ipsa facti veritate elici debet: Constat Meuiam adolescentulam cùm & pauper esset & humiles haberet parentes, primùm ancillam defuncti Titij fuisse: Deinde cùm illa assiduis officiis multóque obsequio defuncti beneuolentiam conciliasset: Titius promissa coniugij fide virginem compressit. Promissionis quidem ante nuptias factæ fides, neque tabulis dotalibus, neque scripta probatione constat. Sed aliquo post Seiam natam tempore Titius publicè apud acta & in iudicio professus est, pristinam cum Meuia consuetudinem & familiaritatem non concubinatum fuisse, sed legitimum matrimonium. Ideóque Meuiam, cui fidem dederat, legitimam esse vxorem suam, & Seiam inde procreatam legitimam esse filiam. Ex nouella Iustiniani constitutione naturales liberi, si eos pater testamento legitimos appellauerit, statim fiunt legitimi [e]. Et hæc quidem solemnis & vltronea patris professio dubitationem

[a] *ca. 2. extr. de coniugio seruor.*
[b] *Nouella 78. cap. 4.*
[c] *can. inter cætera 22. quæst. 4.*
[d] *Salustian. li. 7. de gubern. Dei pag. 265.*
[e] *Nouella 74. §. si quis sanè.*

Source : BIU Cujas

bitationē omnem remouet & excludit. Quid enim amplius ad matrimonij fidem requiri potest? Nuptias consensus magis quàm concubitus facit: At hîc & consensus adest & concubitus. Eleganter Calpurnius Flaccus. *Illam* (inquit) *vxorem legibus duxi, eámque pragnantem simul vidimus, & veri decem menses ambo numerauimus, & natum ex ea pignus accepimus* [a]. Nam quòd tabulas nuptiales confici debuisse obiiciunt: Illud demùm leue est paruíque momenti. Cōstat enim in nuptiis neque scripturā neque tabulas nuptiales necessariò requiri [b]: & Papinianus tabulas non facere matrimonium respondet [c]. Itaque hoc vnum disquirendum proponitur, an sacerdotalis benedictio & solemnes Ecclesiæ ritus necessariò accedere debeant. Etenim quædam cæremoniæ ad publicam duntaxat honestatem requiruntur. Tertullianus, *magis honorem refert lex nuptiarum, vbi habet & pudorem* [d]. Aliæ ad matrimonij tantùm & nuptiarum probationem exiguntur. Nam si sacerdotalis benedictio adhibitis consuetis Ecclesiæ cæremoniis palàm accedat, tunc & coniugium publicè omnibus innotescit, & ipsa matrimonij celebritas maiore cum dignitate conficitur. Non tamen si omissæ sint solitæ solemnitates, matrimonium vel dissoluitur vel imperfectum censeri potest. Hinc fit vt ex canonici iuris regulis licèt proclamationes illæ, quas banna vocant, requirantur [e]: tamen canonistæ, inter quos ipse etiam Petrus Lombardus, qui magister sententiarum dicitur, non adeo necessarias existimant, vt omissæ matrimonium nullum & irritum reddant, aut coniugij controuertēdi occasionem præbere possint [f]. Sunt enim solemnitates eiusmodi ad honestatem, non ad

[a] Calpurn. declam. 23.

[b] l. 13. neq; sine nupt. l. 22. si donationum. Co. de nuptiis. Nouelle 12. §. fin. Nouella 117. ca. 5. col. donatio. mus. ff. de donat.

[c] Tertull. lib. de monogamia.

[d] cap. cum inhibitio ext. de clā. & l. desponsa. t Petrus Lomb. lib. 4. distinct. 28.

Source : BIU Cujas

nō ad neceſſitatem. Quare Imperator Theodoſius ſanxit matrimonium abſque vlla pompa & celebritate nuptiarum, atque adeò abſque vllis dotalibus inſtrumentis firmum eſſe, liberóſque ex eo ſuſceptos iuſtos meritò cenſeri [a]. Duo ſunt potiſſimum, quorum occaſione, vt matrimonium ritè cōtrahatur, ſacra Eccleſiæ benedictio requiri videtur. Leonis Imperatoris conſtitutio, & canonica Euariſti ſanctio. Ipſa quidem Leonis nouella conſtitutio coniugia citra ſacram Eccleſiæ benedictionem ſubſiſtere & valere negat [b]: Sed quoties de fœdere matrimonij & legitimo coniugij vinculo agitur, nemo neſcit ex canonicis & Eccleſiaſticis cōſtitutionibus ius dici; ciuilia autem iura aut Imperatorum leges attendi non ſolere, Diuus Hieronymus: *Aliæ ſunt leges Cæſarum, Aliæ Chriſti: Aliud Papinianus, Aliud Paulus noſter præcipit* [c]. In illa autem Nouella Leonis Imperatoris conſtitutione, in qua in eos inuehitur, qui clandeſtino coitu & laſciuis amplexibus publicam & pudicam lædunt cōiugij honeſtatem, eſt aliquid memoratu dignum, cuius mentio hîc omitti non debet. Scripta eſt Nouella illa conſtitutio ad Stylianum ſacrorum officiorum magiſtrum. At Cedreni hiſtoria fidem facit Stylianum filiam habuiſſe eleganti forma, cum qua Leo Imperator furtiuam libidinem & clandeſtinos concubitus exercuiſſe traditur, nulla habita aut benedictionis Eccleſiæ aut honeſtatis publicæ aut maritalis fidei reuerentia [d]. Pudorem ſua conſtitutione profitetur adulter, & ad Stylianum aduersùs clandeſtinas libidines reſcribit ille, qui cum Styliani filia clàm & furtiua atque impudica conſuetudine laſciuiebat. Plinius eleganter,

[a] *l. 22. ſi donationū. C. de nuptiis.*

[b] *Nouella Leonis 89.*

[c] *D. Hier. ad Oceanum in epitaph. Fabiolæ.*

[d] *Cedrenus pag. 488.*

*Noſtri*

Source : BIU Cujas

*Nostine hos, qui omnium libidinum serui, sic aliorum vitiis irascuntur quasi inuideant, & grauissimè puniunt, quos maximè imitantur*[a]*?* Saluianus, *Accusatores eorundem criminum & excusatores execrantur publicè, quod occultè agunt: Ac per hoc damnare se cæteros putant, ipsos se magis propria animaduersione condemnant*[b]. Seneca, *Alius delator venit eius criminis, cuius manifestior reus est, & iudex damnaturus quæ fecit eligitur*[c]. Sic Augustus leges Iulias de adulterio sanxit, & vagos concubitus prohibuit, suámque prohibitionem multo pœnarum terrore firmauit[d]. Et tamen ille idem Augustus impudicissimè vixit in adulteria pronus, *adeò vt neque ipse, neque eius amici id negarent*, inquit Suetonius[e]. Septimius Seuerus Imperator adulterij caussam dixit[f]. Et tamen sub Seuero Imperatore de adulterio crudeliter adeo quæsitum fuit, vt eo imperante ter mille mœchi accusati sint adulterij & in ius vocati, refert Dion[g]. Non dissimiliter Leo Imperator ad Stylianum in adulteria inuehitur, & clandestinos concubitus damnat, punit, & execratur: Ipse tamen interea Styliani filiâ, quæ speciosa & eleganti forma commendabatur, clandestina consuetudine abuti consueuerat. Eleganter & verè Diuus Cyprianus, *Mentior nisi alios qui talis est intrepat*, (inquit) *Turpis turpes infamat, & euasisse se conscium credit quasi conscientia satis non sit. Iidem in publico accusatores, in occulto rei. In semetipso censores pariter & nocentes. Damnant foris, quod intus operantur. Admittunt lubenter, quod cùm admiserint, criminantur. Qui sedet crimina vindicaturus, admittit*[h]. Saluianus, *Punit iudex in alio peculatum, cùm sit ipse peculator: punit rapinam, cùm ipse sit raptor, &c*[i]. Sed cum Imperatorias

constitu

a Plinius lib. 8. epist. 22.

b Saluian. li. 3. de gubern. Dei.

c Seneca li. 2. de ira, cap. 7.

d Sueton. in Augusto c. 34.

e Suet. in Augusto, c. 69.

f Spartian. in Seuero in princ.

g Xiphilinus è Dione in vita Seueri.

h B. Cypr. li. 2. epi. 2. i Saluian. li. 7. de gubern. Dei. pag. 262.

Source : BIU Cujas

constitutiones, vbi de fœdere matrimonij agitur, attendi non oporteat, quid necesse est pluribus simulatam Leonis castitatē & corruptos mores accusare? Itaque canonicam Euaristi [a] sanctionem examinemus, quæ sacerdotis quidem benedictionem requirit, sed & alias multas extrinsecas & accidentarias matrimonij conditiones. Nam & dotari vxorem vult, & eam quæ nubit, à parentibus & propinquis tradi, & coniuges biduo vel triduo castitatem seruare. At quis nescit ea omnia necessaria non esse? Ipsa quidem dos nuptias non facit. Iustinianus: προῖκα μὲν γὰρ ἀποτελεῖ γάμος. γάμον δὲ προῖκες οὐ ποιοῦσιν [b]. Nam & sine dote matrimonium subsistit [c]. Itaque aut suspectū est meritò illud Euaristi decretum, aut certè dicendum est Euaristi mentem non hanc fuisse, vt significaret eas omnes cōditiones esse necessarias, ita vt si vna vel altera desit, irritum sit matrimonium: sed Christianos Euaristus hortari & monere voluit, ne coniugium occultè, sine testibus, & sine vlla celebritate contrahant. Ergo quæstionis istius decisio, an matrimonium citra Ecclesiæ benedictionē subsistat, ex aliis iuris canonici locis, atque ex decretalibus Pontificum epistolis petenda est. Primùm itaque coniugia infidelium valere & subsistere canonica dispositio iubet, nec post baptismi lauacrū separari debere [d]: At in coniugiis infideliū constat nullas adhiberi Ecclesiæ solemnitates. Quin & Pontifex Alexander tertius videtur constitutione quæstionem hanc expressè decidere. *Quidam* (inquit) *in domo sua mulierem receperat, ex qua prolem habuit, & cui fidem dedit se eam vxorem ducturum.* In ea facti specie nulla proponuntur Ecclesiæ solemnia, nulláque spon-

a *can. 1. & 230. qu. 5.*

b *Nouella 18. de triēte & semisse.*

c *l. quod si nulla. ff. de relig. & sumpt. fun. l. 8. si cùm dos. ff. rerū amo. 1. Nouella 74. & 127.*

d *cap. de infidelibus ext. de consang. & affin. c. fin. ext. qui filij sint legitimi.*

salia in Ecclesia celebrata memorantur. Tamen si postea contigerit vt idem cum filia vicini deprehensus per verba de præsenti eam desponsauerit, *Cogitur* (inquit summus Pontifex) *prima vt legitimæ vxori adhærere* a. Pontificia illa constitutio nihil aliud spectat, quàm vtrum coniugij fides data fuerit, & an post fidem datam præsens copula interuenerit: Vt inde constet, etsi solemnitas Ecclesiæ aut sacerdotalis benedicto omissæ fuerint, non tamen matrimonium infirmari, vel prolem minus legitimam reddi. Nec dissimiliter Clemens tertius hoc idem de matrimonio per vim contracto rescribit, si aliquo pòst tẽpore cohabitatio spontanea subsecuta fuerit b. Sic & aliis in locis matrimonia omissis solennibus contracta non aliter improbari iure Canonico videmus, quàm si in gradibus prohibitis clàm & occultè contracta fuerint c. Atque etiam expressa est Gregorij noni decretalis epistola: is qui fidem dedit mulieri (inquit Gregorius) super matrimonio contrahendo carnali copula subsecuta, etsi in facie Ecclesiæ ducat aliam, & cognoscat, ad primam redire tenetur d. Sic etiam Innocentius tertius de eo proponit, qui mulierem quandam in domo habuerat, quæ ex communi vicinorum rumore concubina credebatur, atque ex ea prolem susceperat: si tamen (inquit Pontifex) postea iurauerit se eam prius affidauisse in vxorem, proles susceptа & legitima erit & succedendi capax e. Nam quòd eo loco mentio fit desponsationis, quæ in capella quadam celebrata fuerat, idem etiam in hac caussa verè dici & proponi posset. Titius enim accersito presbytero Meuiam desponderat. Dubia quidem est & incerta desponsationis illius veritas:

a ca. 15. ve. niens ad. nos ext. de sponsal.

b ca. ad id ext. de sponsal.

c cap. cùm inhibitio. §. si quis verò ext. de clandest. desponsat.

d ca. is qui fidem ext. de sponsal.

e cap. per cuas. ext. qui filij sint legitimi.

Source : BIU Cujas

tas: Aliqua tamen extat & semiplena probatio, quæ fidem facit coniuges Ecclesiæ authoritatem non omnino spreuisse. Sed quæ facti sunt & incertam habent probationem, prætermittamus. Hoc vnum asserere satis sit, solemnitates Ecclesiæ & cæremonias, quæ ad matrimonij honestatem, coniugij decus, & publicum pudorem requiruntur, non adeò censeri necessarias, vt earum omissio matrimonij authoritatem & validitatem impediat. Rectè Calpurnius Flaccus, *Non est* (inquit) *filius tuus: Nuptiis enim solemnibus non est natus. Ciuis ergo, nisi faces ardenderit, & fescennina cecinerit, pater esse non poterit*[a]. Sic & in casu non adeò dissimili cùm quidam mulierem per septennium concubinam habuisset, & filium, quem ex ea susceperat, asseruisset ex fide matrimonij filium suum legitimum esse: Pontifex ingenuum eum esse iudicat, & legitimum, & succedendi capacem[b]. Magno se fauore commendat procreati liberi, vt accedente matrimonij fide ac publica patris assertione proles legitima censeatur. Quin & ex quorundam iuris Doctorum sententia sola patris professio ad hoc valet, vt matrimonium ritè contractum præsumatur[c]. Quod & ipse Iustinianus satis confirmat, cùm Nouella sua constitutione statuit, vt si quis filium filiámve, quos ex libera & ingenua muliere habuit, legitimos in aliquo instrumento nominauerit, non alia certior matrimonij probatio requiratur, & ea patris professio sufficiat, vt liberi succedendi iura habere existimétur[d]. Etenim in liberæ mulieris coniunctione potiùs præsumitur matrimonium quàm concubinatus[e]. Non mirum ergo si accedente quallibet patris declaratione & fidei coniugalis asser-

a Calpurnius Flaccus declam. 44.

b cap. per tuas ext. de probat.

c Boerius decis. 240.

d Nouella 117. §. 2.

e l. in liberæ. ff. de ritu nupt. l. i. „concubinatus. ff. de concubin.



Source : BIU Cujas

tione tam vxor iusta quàm legitimi liberi censentur.

*SENATVS* Seiæ, quam legitimam censeri iussit, paterna bona adiudicauit [a].

[a] Arr. du 22. d'Aoust 1592. la cause ayant esté auparauât plaidee & appointee au cõseil M. I. Constãt & moy plaidant. Toutesfois contre l'arrest il y a eu requeste ciuile obtenuë, mais c'est sur plusieurs moyens de faict.

*Parentes & consanguineos an sola professio & asseueratio faciat.*

## CAP. XVIII.

SEIVS filios habebat duos, vnum legitimum Philippum, alterum nothum & naturalem Titium: Sed cùm Titius Augeriam vxorem duceret, Seius pater naturalis & Sempronius Seij frater præsentes nuptiis interfunt. Tabulis nuptialibus Titij mentio fit tanquam legitimi, cuius Seius pater nuncupatur, & Sempronius patruum se eiusdem professus est. Augeria bona fide matrimonium contrahit, cùm Titium nothum esse & illegitimum nesciret. Post obitum Seij (quo tempore etiam decesserat Titius relicto Meuio vnico ex Augeria filio) hæreditas eius controuersa fit inter Meuium & Sempronium Philippi tutorem. Duplex erat quæstio, An professio Seij tabulis nuptialibus facta Titium ex notho legitimum efficere potuisset: Altera, An propter malam fidem Seij, qui dolosa asseueratione Augeriam circumuenerat, Meuius aliquid ex bonis aui Seij consequi deberet.

*PRO SEMPRONIO PHILIPPI TVTORE.* Legitimam ingenuitatis, consanguinitatis, vel affinitatis probationem non epistolis, aut professione, vel nuda asseueratione fieri constat, sed

nata

natales ingenuos & legitimos ex ipsa facti veritate pendere iura volunt [a]. Parentes & consanguineos sola natura aut adoptio facit, non nuda scriptura [b]. Vnde & Marcellus Iurisconsultus tradidit matris iusiurandum eiúsve assertionem non impedire, quominus post editum partum de veritate inquiratur, an editus sit, nécne, ex eo quem mater iurauit [c]. Legitima matrimonij cōiunctio plenam veritatis probationem & fidei monimenta desiderat. Quin etiam licet in matrimoniis pactisque dotalibus tabulæ nuptiales (quæ etiam tabulæ dotales dicuntur [d]) requiri soleant [e]. Non tamen ad certam & legitimam matrimonij probationem solæ nuptiarum tabulæ etiā signatæ sufficiunt [f]. Vt nec cōcubitus solus plena est & sufficiens matrimonij probatio [g]: nec vera & sufficiés nuptiarum fides vel ex ipsa annuli gestatione vel ex sola coniugij fama procedit [h]. Itaque seu tacitam Seij patris præsentiam, seu expressam eius in tabulis nuptialibus cōfessionem & asseuerationem spectes, tamen semper veritati locus supererit. Veritas autem hæc est, matrem Titij concubinam quidem Seij, sed non legitimam fuisse coniugem. Obiicitur quidem ipsius Augerię ignorantia & simplicitas, quòd Seiū legitimum esse bona fide credidit, quasi in matrimonio alterutrius coniugum ignorantia sufficiat [i]. Verùm non ea est huius controuersiæ quæstio, vt vel huius vel alterutrius coniugum ignorantia attendi debeat. Aliud enim est si de prolis ex eo matrimonio procedentis statu agatur: Aliud dicendum quoties de ipsis coniugibus quæritur. Nam si quis Meuium argueret non esse legitimum Titij & Augeriæ filium ob aliqua impedimenta seu affi-

a l. epist. & lege seq. C. de probat.
b l. nō nudis. C. de probat.
c l. ait prætor §. fin. ff. de iureiur.
d l. cū maritus. ff. de pactis dot. l. Seia Sēpronio. ff. de dona. inter virum & vx.
e l. 9. si vicinis. C. de nuptiis.
f l. donationes in concubinā. ff. de donat.
g l. nuptias. ff. de regu. iuris.
h ca. 11. illud ext. de præsumpt.
i ca. ex tenore ext. qui filij sint legitimi.

nitatis aut alia quæ Augeria ignorasset: Bona fides & alterutrius coniugum ignorantia impediret, ne Meuij status controuerti posset. Sed non ea est causæ istius disputatio. Nam inter partes conuenit Meuium esse legitimum Titij filium. Hoc vnum quæritur, an Titius legitimus fuerit Seij filius, aut talis inter partes censeri debeat. At ex Iurisconsultorum responsis & Imperatorum constitutionibus cõstat solam patris professionem, nudámque eius asseuerationem nihil potuisse nataliũ veritati seu addere, seu detrahere. Sic cùm Hostilia imprudens Eroti seruo, liberum eum esse credens, nupsisset, ex eóque liberos procreasset, de liberorum conditione consultus Antoninus rescripsit, vt ex libera matre editos, incerto tamen patre spurios ingenuos intelligi [a]. Seius Titium, cùm de nuptiis Augeriæ ageretur, filij legitimi appellatione honorauit & ornauit: sed hoc ad pudorẽ & futuræ prolis decus, non vt succedendi ius tribueretur. Quemadmodũ autẽ pater non potest eum qui legitimus est, professione sua spuriũ efficere [b]: Vt & matris assertio, quæ puerum absente marito enixa eum spurium esse apud acta professa est, veritati præiudicium nullum affert [c]. Sic neque etiam Seio fidem adhiberi conueniens fuit, cùm Titium, qui nothus & spurius erat, legitimum nominauit [d]. Obstat enim legis dispositio, quæ natalium veritatem falsę asseuerationi præfert. Illa autem Seij declaratio neque fraudi neque dolo imputari debet. Dolus enim est cùm quid fit mala mente & nocendi animo. At Seius non malo animo, non fallaci aut malitiosa voluntate: sed aut ad decus venturæ prolis, aut ex desiderio & naturali affectu Titium filij legitimi nomine

[a] L. 3. C. soluto matri.

[b] L. si suspecta. §. 1. ff. de inoff. testam. L. filium. ff. de his qui sũt sui vel alieni iuris. l. 4. in prin. ff. de liberis & posth.

[c] L. imperatores. ff. de probat.

[d] L. 5. C. de testamentis.

Source : BIU Cujas

nomine honorauit.

*PRO MEVIO.* Parentum assertiones & professiones seu iuris authoritatē, seu historiæ fidē spectemus, non ita leues sunt nec parui adeò momenti haberi cōsueuerunt. Nam si ius ipsum attēdamus, quoties quis aliquem asserit filium suum esse aut non esse, nō quidē assertioni paternæ omnino creditur: sed hoc tamen publica illa professio operatur, vt præsumptionis legitimæ vim habeat & contrarię probationis onus in aduersarium reiiciat a. Exempla autē pleraque referre ex historia licet, quibus parentum assertioni fidem habitam constabit. Cleomenes Demaratum negauit Aristonis filium esse non alio probationum argumēto, quàm quòd imprudens pater, cùm nuntiaretur vxor ante completum decimum mensem peperisse habito respectu temporis nuptiarum, dixerat, ὡς ἀνήμερος εἴη, atque ea potissimum ratione Demaratus regno pulsus est b. Sic etiam cùm Agis pudicitiam vxoris haberet suspectam, & Leotychidem sæpe non ex se, sed ab Alcibiade procreatum dixisset: Lacedæmonij Agesilaum Leotychidi, velut spurio, in regni successione prætulerunt c. Verùm etsi in hac caussa veritatem natalium nudæ asseuerationi præualere fateamur: illud tamē disquirendū supereſt, quid operetur mala fides Seij, qui dolosa & fallaci professione Augeriam in ipso matrimonij contractu circumuenit. Nullum est conuentionis genus, in quo bona fides magis desideretur quàm in matrimonio & tabulis nuptialibus, in quibus non de ipsa tantùm bonorum societate & communione agitur, sed præcipua posteritatis & familiæ cogitatio est. At si quæ fraus aut fallacia

a L. 1. §. Iulianus. ff. de agnos. libe. cap. per tuas, & cap. transmissæ ext. qui filij sint legitimi.

b Herodotus lib. 6. Erato.

c Plutarc. in Agesil. Pausanias li. 3. in La. conicis.



Source : BIU Cujas

acriter vindicari debet, ea maximè punienda est, quæ in ingenuitatis aut natalium mendaci & dolosa asseueratione fit. Etenim ea est coniugum mens, vt liberi, qui ex eo coniugio procreantur, in vtriusque familiæ agnationem & legitimam succedendi spem adoptentur. At cùm spurius pro legitimo, vel seruus pro ingenuo obtruditur, proles, quæ ex tali coniugio procedit, non eas refert prærogatiuas, neque ea consequitur familiæ iura, quæ vterque coniugum laudabili desiderio sperauit. Itaque si credulitas Augeriæ spectetur, illa bona fide existimauit se Titio legitimo Seij filio nubere, & legitimum eum credidit, quem esse talem & fama consentiens profitebatur, & patris assertio solemniter confirmauerat. Cur Augeria exactiùs aut curiosiùs veritatem inquireret, cùm ei religio esset in ipso contrahendæ affinitatis momento fidē soceri suspectam habere: Philippo autem, qui Seij hæredem se profiteretur, defuncti factum arguere, eiúsve turpitudinem aut malam fidem allegare nō licet? Sic in iure si quis defunctum, tanquam illicitæ mercis negotiatorem, accusauerit, licèt accusator in eo iudicio obtinuerit, præmiúmque meruerit, tamē poterit vt indignus à defuncti hæreditate reiici & remoueri [a]. Prætor dolum malum, fraudē & fallaciam vindicaturum se pollicetur: Restitutionis autem Prætoriæ hic est verus effectus, vt res in eum statū reponatur, qui futurus erat, si fraus & mala fides abfuisset [b]. Hoc autem aliter fieri non potest, quàm si Meuius in aui Seij hæreditate eadem iura cōsequatur, quæ habuisset, si & legitimus Titius, & veritati consentanea fuisset Seij patris professio. Etenim qui factum promisit, si id non præstet,

a L. 1. ff. de his quibus vt indignis.

b L. vnica. C. de repudiat. quæ in iudicio inteq. restituendi.

Source : BIU Cujas

præstet, succedit condemnatio *in id quod interest* [a]. At Seius cùm Titium suum esse & legitimum filium dixit, eum iure & ab intestato sibi successurum indicare voluit. Ipsa quidem professio natales non mutat, nec veritati præiudicium affert: Sed quia Seius neque præstat neque præstare potest quod promisit, vt legitimus sit Titius, succedere debet condemnatio *in id quod interest* in fauorem prolis ex eo matrimonio natæ. At verò *id quod interest*, non aliam habere potest condemnationem, quàm vt habeatur ratio portionis hæreditariæ, quã Titius, si legitimus foret, consequi debuisset. Spurio enim & illegitimo Augeria nec nubere voluit, neque aliter, quàm fallaci & dolosa Seij asseueratione, impelli potuit. Obiiciet aliquis, si in Seij successione eadem portio hæreditaria Meuio tribuatur, quam Titius si legitimus foret consequi debuisset, idem erit huius iudicij exitus, ac si Titius legitimus pronuntiaretur. At certè longè alia condemnationis istius ratio erit. Nam si Titium verè legitimũ fuisse proponeremus, Meuius nõ Seio tãtũ, sed & cæteris agnatis legitimo iure succederet, & omnia familiæ iura consequeretur. At si in sola Seij successione portio hæreditatia adiudicetur in pœnam fallacis asseuerationis, nullum fiet ei regulæ præiudicium, quæ falsam & erroneam patris professionem veritati non nocere asserit.

[a] *l. si quis ab alio. ff. de re iudicata.*

*SENATVS* Meuium, qui se hæredem aui legitimum asserebat, agentem repulit, & ab hæreditatis petitione summouit. Sed eodem arresto Philippum tanquam Seij hæredem *in damna & id quod interest* condemnauit, propter fallacem Seij asseuerationem. Eámque *in damna & id quod inter-*



Source : BIU Cujas

est, cõdemnationem Senatus eodem iudicio declarauit eiusdem esse æstimationis & valoris, quæ fuisset hæreditaria Meuij in auitis Seij bonis portio, si Titius Seij legitimus fuisset [a].

a Arrest prononcé en robbe rouge par M. le President de Morsãs le 14. iour d'Aoust 1582. Ledit arrest dõné entre Robert Cheuret tuteur de Nicolas Regnard appell. & Anne Touchard, & Laurens Regnard Inthimés.

IN PROPOSITA præcedẽtis cõtrouersiæ decisione Seij patris præsentia eiúsque declaratio, atque etiam Augeriæ, quæ nubebat, bona fides arresto causam dedit. Nos aliam adiiciemus controuersiam à præcedente non adeò alienam.

SEIVS Meuiam vxorem duxit. Intererant nuptiis fratres Seij: Nati liberi ex eo matrimonio: Post Seij obitum de eius hæreditate orta est contentio. Siquidem fratres Seij illegitimum esse matrimonium dicebant, quòd Seius tempore contracti matrimonij presbyter esset: & id quidem probatione scripta liquebat. Ideóque defuncti fratres liberos illegitimos esse & incestuosos, velut presbyteri filios asserebant. Liberi ignorantiam Meuiæ matris proponebant, quæ cùm presbyterum esse Seium nesciret, satis esse dicebant ad statum liberorum, si bona fides alterutrius coniugum interueniret. Insuper etiam fratrum præsentiam in ipso matrimonij contractu allegabant.

*PRO FRATRIBVS SEII.* Illegitima esse presbyterorum coniugia nemo ignorat: & iamdudum damnatum fuisse ab Ecclesiá priscam eorum opinionem, qui presbyteris licere volebant vxores ducere. Itaque liberos inde natos non modò spurios & illegitimos, sed & incestuosos esse iure canonico constat. Quemadmodum autẽ Romæ nefastus ille & infœlix dies haberi solebat, quo virginis Vestalis incestum deprehendebatur; Sic non minùs infausta & malè ominosa

contro

controuersia hæc censeri poterit, in qua presbyter vxorem duxisse & incestum commisisse dicitur, & in qua illi se legitimos asserunt & defuncti Seij bona velut paterna vindicant, quos ex incestuoso concubitu procreatos liquet. Sacerdotis votum eiúsque ordinatio expresso castitatis & perpetuæ continentiæ vinculo presbyteros Deo obligat. Solemnis hæc tantæ obligationis fides clericos ad castitatis promissæ obseruationem reuocat, quos alioqui æstus voluptatũ primíque libidinum motus in vita præcipites ferrent. Diuus Hieronymus, *Tu perfectum te fore pollicitus es. Nam quando relicta militia te castrasti propter regnum cœlorum, quid aliud quàm perfectam secutus es vitam* a? Tertullianus, *Nupsisti Christo: illi tradidisti carnem tuam: Illi sponsasti maturitatem tuam* b. Diuus Ambrosius, *Qua sese spopondit Christo, & sanctum velamen accepit: Iam nupsit, iam immortali iuncta est viro, & iam si voluerit nubere, communi lege connubij adulterium perpetrat* c. Diuus Cyprianus, *Christus dominus & iudex noster cum virginem suam sibi dicatam & sanctitati suæ destinatam inire cum altero cernit, quàm indignatur & irascitur, & quas pœnas incestis eiusmodi coniunctionibus comminatur* d! Rectè Cicero hãc legem statuit, *Sanctè vota reddunto* e. Qui fidem parenti aut patrono debitam fefellit, improbus, sacer, & ingratus perhibetur. An non impietatis reus erit quicunque fidem votam & obligatam Deo (qui communis omnium parẽs est & patronus) rupit & violauit? Presbyteri, qui ordinãtur, ad castitatis & cœlibatus obseruationem tenentur. Monachos quidem nó minus professionis votum adstringit: sed non solemni adeò aut legitima obligatione. Primùm enim

a *D. Hier. ad Heliod. epist. 1.*
b *Tertull. de velãdis virg. in fi*
c *D. Cypr. ad virginẽ lapsam.*
d *D. Cypr. lib. 1. epist. 11. ad Põpon.*
e *Cic. li. 2. de legibus*

mona

Source : BIU Cujas

monachorum professio solum regularis vitæ votum cõtinet. At presbyteri, qui sese Deo vouet, ordinatio sacro presbyteratus mysterio, & sacerdotis consecrationi accedit, cuius veneratio solemniorem reddit cœlibatus promissionem. Deinde monachalis professio plerunque ab adolescente: Immò etiam in puerili & tenera sexdecim annorũ ætate fieri potest, vt non immeritò quidam ætatis imprudentia circumuentos se querantur. At presbyter non aliter ordinatur, quàm anno ætatis vicesimoquinto, ætate firma, cùm & prudentia iudicium, & annorum experientia bene eligendi facultatem concessit. Itaque dubium non est quin Seij, qui presbyter erat, coniugium illicitum fuerit, impium, & incestuosum. Nam quòd fratrum præsentia allegatur, hoc vanum est & supersluum. Neque enim cuiusquam consensus rem illicitam, vel coniunctionem illegitimam & incestuosam confirmare potest. At isti matris Meuiæ ignorãtiam proponunt: Hoc apertæ calumniæ & malignæ subtilitatis argumentum in se habet. Nam cùm ignorantia sit negatiua scientiæ, quæ ratio esse potest probandæ ignorantiæ, vel quomodo negatiuam vllam propositionem probare licet? Immò neque etiam probabili vllo veritatis prætextu quisquam in ista facti specie ignorantiam præsumet. Scius presbyter erat & officio diuino publicè celebrando vacare solebat. Quis ita supinus est vt quod omnes sciunt solus ignoret [a]? Cùm enim ignorantia excusari dicitur, ea debet esse non perditi & nimium securi hominis, vt ait Iurisconsultus [b]. Ac tùm maximè cùm de incestis aut inutilibus nuptiis agitur, lex non alios excusat, quàm qui errore acerrimo,

a *l. regula. §. sed facti. ff. de iuris & facti ignor.*

b *L. plurimum. ff. de iuris & facti ignor.*

Sourcę : BIU Cujas

rimo, non affectato, insimulatóve, neque ex vili causa decepti esse dicuntur [a]. Sic etiam quicunque cum alio contrahit, certus esse debet de eius conditione cum quo contrahit [b]. Quinetiam cùm Seius aliquando non modò presbyter, sed & rector parochus fuerit, negari non potest eum in parochia sua diuinum officium celebrasse, & proclamationes in missa parochiali fieri solitas promulgasse. At cùm ex iuris canonici dispositione quodcũque in missa parochiali publicatur, notorium censeatur & publicum [c]: qua ratione ignorari aut nesciri potuit Ecclesiastica eius qualitas aut presbyteralis eius conditio, qui notorias illas publicationes promulgabat? Quin & hoc tempore odiosa est talis ignorantiæ excusatio. Priscis enim Ecclesiæ temporibus nemo non incestuosa presbyterorum coniugia abhorrebat. Vnde tunc facilè ignorantia præsumebatur & excusari solebat, quia nemo adeò perditus credebatur, vt sciens matrimonium cum presbytero aut moniali contrahendo in incesti crimen incidere vellet. Nunc verò non iisdem regulis, neque eodem iure viuendum est: siquidem nouæ opinionis homines in istud incesti Ecclesiastici crimen frequenter incurrunt, talésque nuptias in opprobrium cleri contrahunt, seu in Ecclesiæ Catholicę Apostolicæ Romanæ contemptum, seu quia id licere malo errore sibi persuadent. Vt certè Seium & Meuiam nouis illis erroribus infectos probationum indicia demonstrant. Dicamus ergo cum Innocentio tertio Pontifice. *Soboles de tali coniunctione suscepta prorsus illegitima censeatur, de parentum ignorantia nullum habitura subsidium. Cùm illi taliter contrahendo, non expertes scientiæ*

vel

a *l. qui cũ ita. Cod. de incestis & inu. nuptiis.*

b *l. qui cũ alio. ff. de regul. iuris.*

c *Can. cum 11. quæst. 3. & glossa in canon. quod dicitis 16. distinct.*

Source : BIU Cujas

vel saltem affectatores ignorantiæ videantur [a].

*PRO LIBERIS.* Communis est iuris canonici regula, Alterutrius coniugum bonam fidem in matrimonio ineundo sufficere, ad hoc vt valeat matrimonium & legitimus subsistat prolis inde procreatæ status. Atque ideò ea, quæ alij nupsit existimans virum suum decessisse, cogitur quidem, si prior maritus reuertatur, ad eum redire, sed neque pœnâ meretur, neq; ex eo facto corripi aut reprehẽdi debet [b]. Sic etiã ex Diui Augustini sẽtentia, si virgo nescius viro nupserit alieno, nunquam ex hoc erit adultera [c]. Nec dissimiliter si vidua nubat intra annũ luctus, non ipsa solùm, sed & qui eã duxit punitur. *Ignorantia tamen* (inquit Vlpianus) *excusatur non iuris, sed facti* [d]. Nam quoties de liberorũ statu & coniugij fauore agitur, qualis qualis ignorantia interuenerit, vix est vt liberos contra fidẽ matrimonij lex illegitimos vel spurios iudicari facilè permittat [e]. Vnde etiã sola ignorantia vxorẽ excusat, quę cùm maritum absentem decessisse crederet, alteri marito nupsit [f]. Vt & plerisque aliis casibus alter coniugum ex caussa ignorantiæ excusari solet [g]. Neque enim peccatum censeri potest, quod non est voluntarium: Voluntarium autem esse nequit, si malefaciendi animus desit, & quoties legitima veráque ignorantiæ excusatio proponitur. Hæc autem ignorantia tum maximè excusat, cùm publicè contractum est matrimonium: Aliud fortassis dicendum, si clandestina esset desponsatio [h]. Itaque licèt Seius se presbyterum esse sciens in mala fide fuerit, tamen Meuiæ bona fides statum liberorum conseruat, ad hoc vt legitimi censeantur, etiam vtriusque successionis ratione,

[a] Cap. cũ inhibitio. §. 1. extra de clãdest. desponsat. Cap. referentes, & ea. ex tenore extr. qui filij sint legitimi.

[b] Can. cùm per bellicam clad ẽ 34. qu. 1. & 2. c can. si virgo 34. q. 1. & 2. d l. liberorũ. §. fin. ff. de his qui not. infam. e l. qui in prouincia. §. 1. ff. de ritu nupt. f l. vxor. C. de repudiis. g l. 3. si ignorans. C. solute matrimo. l. qui contra. C. de incest. & inut. nuptiis, l. miles §. penult. ff. ad l. Iul. de adult. h l. qui contra, & glossa in verb. errore. C. de incest. nuptiis.

Source : BIU Cujas

ratione, quia nemo pro parte legitimus & pro parte illegitimus censeri potest. Atq; hoc ita olim à Senatu iudicatum plerique testantur [a]. Obiiciunt tamen in hac causa debuisse Meuiam curiosè & sedulò de veritate inquirere. At quosnam illa meliùs certiúsve de veritate inquirere & scrutari potuisset, quàm defuncti fratres, qui præsentia sua nuptiarum statum & Meuię credulitatem confirmarunt? Nam vt res ipsa ex certa veritatis serie iudicibus proponatur, Seius olim, multo ante nuptias tempore, ad presbyteratus ordinem promotus fuerat, ac tum in pago quodam diuertebat. Procedente tempore medicum se iactauit, cùm medicinæ aliquando operam dedisset. Vnde & in tabulis nuptialibus medicum se nominauit. Itaque & in hac vrbe medicus vulgò credebatur, & Meuia medico nubere se credidit. Adfuerunt præsentes fratres nec contradixerunt. Quis non meritò dixerit illos tacita & fallaci dissimulatione iuri suo præiudicasse? Quin potius si qui sunt qui pœnam mereantur, fratres isti animaduersione & reprehensione dignissimi sunt, qui facilem Meuiæ simplicitatem circumuenerunt [b]. Quemadmodum autem lex non eos tantùm, qui bona Ecclesiæ alienant, punit: sed & œconomos qui bona illa alienari patiuntur [c]. Sic & eadem ratione æquum est puniri fratres istos, qui cùm scirent tali coniugio incestum à fratre suo committi, non reclamauerunt, sed mala fide reticuerunt [d]. Nam, vt ait Iurisconsultus, qui prohibere potuit, tenetur, si non fecerit [e]. Nulla ergo iuris aut æquitatis ratio ferre potest fratres Seij, qui præsentes adfuerunt, ad nuptias istas improbandas instituta

[a] *Benedi. ad c. raynutius, in verb. raynutius, nu. 16. & 17.*

[b] *l. ea quæ commenda. §. fi. ff. de contra. empt. l. si quis affirmauerit. ff. de dolo.*

[c] *l. inhemus Co. de sacrof. Eccl.*

[d] *Ca. cùm in tua ext. de sponsal.*

[e] *l. scientiã in pr. ff. ad leg. aquiliam. l. 3. in omnibus. ff. de noxal. action.*

Source : BIU Cujas

instituta accusatione admitti : siquidem ipsi fuerunt eiusdem criminis participes, aut potiùs soli supersunt conscij, cùm Meuia ignorans & imprudés, illi verò scientes malitiosè authoritatem præsentiæ suę incestis nuptiis accommodare ausi fuerint. Cosconium memorant cùm Seruilia lege teus peteretur, ostendisse Valerium accusatorem eodem crimine teneri, atque etiam multorum facinorum nocentem esse. Iudices iniquum rati sunt eum victorem pronuntiare, qui palmam non tam de alio ferre, quàm de seipso dare merebatur. Itaq; accusator magis in Cosconij absolutione damnatus, quàm Cosconius in causa sua liberatus est [a]. Sic etiam si in odium fratrum, qui ipsi authores & participes incesti fuerunt, liberi legitimi pronuntientur, Senatus non tam nuptias presbyteri confirmasse, Meuiámque absoluisse censeri debet, sed potius iudicio solemni malignam fratrum præsentiam & insidiosam eorum reticentiam damnasse videbitur. Non equidem sola fratrum præsentia posset nuptias illicitas aut incestas confirmare, sed in hac causa duo simul concurrunt: Tùm quòd ignorantia Meuiam excusat & liberorum statum ex bona fide asserit: Tum quia fratres ab ista nuptiarum accusatione priuato præsentię suæ crimine excluduntur. Nam quemadmodum etiam is qui iustè & legitimè exhæredari non poterat: si tamen manu sua se exhęredem scripserit, de exhæredatione conqueri non potest [b]. Sic etiam etsi iure ipso nuptias istas illicitas esse & nullas admittamus, tamen fratres, qui subsignatis coniugij tabulis nuptias approbarunt, seipsos excluisse censeri debét: ne ad accusandum & improbandum matrimoniũ

admitti

[a] *Valer. Max. lib. 8. cap. 1.*

[b] *L. nõ puto. §. si quis sua manu. ff. de bon. possess. contab.*

admitti eos conueniēs sit [a]. Idque duplici ratione: Tùm quia turpi quęstu ad accusandum impelluntur [b]. Tùm quòd in culpa sint, qui Meuiam veritatis, quam nouerant, monstrare & certiorem facere noluerint. Generaliter enim in iure quod quis indicare potuit debuitve, si tacita fraude dissimulauit, nō auditur accusans: Imò (inquit glossa) ne denuntians quidem [c]. Quin & si quæstionem istam aut dubiam aut ambiguam proponamus: Tamen pendente lite controuersa hæreditas, prouisorio saltem iudicio liberis adiudicari debet. Vt cùm de Carboniana bonorum possessione agitur, Iurisconsultus ait, *Si iudex absolutam causam inuenerit, euidenterque probetur filium non esse, negare ei debet Prætor bonorum possessionem Carbonianam. Si verò ambiguam causam, hoc est, vel modicum pro puero facientem, vt non videatur euidenter filius non esse, dabit ei iudex Carbonianam bonorum possessionem* [d]. In hac autem causa exhibentur tabulæ nuptiales, ex quibus constat liberos esse in possessione filiationis, καὶ ἰυγενείας. Itaque aut causam ipsam iudicio definitiuo in fauorem liberorum decidi & terminari oportet: Aut si definitiuè non iudicetur, certè prouisorio Senatusconsulto liberis paterna hæreditas pendente lite adiudicari debet.

*SENATVS* prouisorio iudicio liberis paterna Seij & auita bona adiudicauit [e].

a Glossa in cap. cùm inhibitio, in verb. voluerit. ext. qui filij sint legitimi.

b cap. significante ext. qui ma. accusare possunt.

c Ca. cùm in tua. & ibi glossa extr. qui matrim. accusare possunt.

d l. 3. §. ea. ff. de Carb. edicto.

e Arrest du 28. de Iuillet 1598. plaidant M. Louys Buisson pour les enfans d'vn nommé Morceau appellans, & M. Arnauld pour les Inthimés. Par lequel arrest au principal les parties sont appointees au conseil. Et cependant par prouision partages seront faits suiuant les coustumes des lieux.



Source : BIU Cujas

*An quis in ea cauſſa, in qua patronus & aduocatus eſt, teſtis à parte aduerſa produci poſſit.*

## CAP. XIX.

QVÆSTIO agitata eſt in Senatu, vtrum aduocatus in ea cauſſa, in qua patrocinium alteri parti præſtat, teſtis aduersùs clientem à parte aduerſa produci poſſit: Et an inuitus teſtimonium dicere teneatur.

*PRO SEIO ADVOCATO.* Depoſiti ſacroſancta fides ab omnibus tanto cultu & tanta religione commendari ſolet, vt quiſquis depoſitum inficiatur, aut in depoſito mala mente verſatur, eum meritò virum impium & ſceleratum credamus. Cliens quicquid in cauſa ſua ſecretum & arcanũ nouit, id omne aduocati auribus & conſcientiæ committere & deponere conſueuit. Et id quidem depoſitum tantò ſanctius cenſeri debet, quantò ea omnia, quæ ad famam & exiſtimationem noſtram attinent, pecuniæ omnis æſtimationem excedũt. Aduocatus ergo, qui de re aliqua cõſultus eſt, & cuius fidei cliens arcanum cauſſæ ſuæ commiſit, ſi id palàm in iudicio profert & declarat, ré facit perfidã, nefariam, & ſceleratã. Euſebius Samoſatenus, cùm à Synodo quadam Antiochena electus fuiſſet, qui decretum Synodi aſſeruaret, & Conſtantius Imperator mandaſſet, vt niſi decretum exhiberet dextra ei amputaretur: Ille nõ modò dextram, ſed & læuam protulit, paratum ſe aſſerens ambas manus amputandas potiùs præbere,

quàm

quàm decretum sibi vniuersa totius Synodi fide commissum prodere & vulgare a. Eleganter Anaxandrides: Ὅστις λόγους δὲ πᾶσι καταθήκην ἂς λαβών, Ἐξεῖπεν, ἀδικός ἐστιν, ἢ ἀκρατὴς ἄγαν. Ὁ μὲν διὰ κέρδος ἄδικος, ὁ δὲ τοῦτο δίκαι' ἀκρατὴς ἴσως δι' ἀμέθειαν κακόν. Nullum est autem vitę genus, in quo prudentia maior & certior fides requiratur, quàm in aduocatorum munere: siquidem aduocatorum linguæ intemperantia periculosissima est. Cliēs enim patrono nihil celat, & aduocatum aperto pectore secretorum suorum omnium conscium & participem facit. Ecclesiasticę historiæ authores Ioannem Chrysostomum eloquentiæ natum & dicendis causis aptissimum extitisse narrant: ac primam hanc ei mentem fuisse, vt se foro dederet, & aduocati munus profiteretur. Sed cùm ei difficile videretur probitatem simul & forenses ac ciuiles actiones præstare, statuit sacrarum literarum studia excolere & Ecclesiasticę vitæ sanctitatē sequi b. Hoc ille forensis integritatis ignarus malè sibi persuasit. Si tamen deinceps aduocato liceat clientium secreta pandere, & causarum arcana fidei suæ commissa palàm & publicè proferre, eáque parum fido pectore effutire: In foro deinceps non æquitatis cognitio, sed latrocinium exercebitur: Tribunalia murices erunt, quibus litigantium simplicitatem vndique circumuenire & imputare licebit: & in iudicio non tēplum Themidis, sed spoliarium erit, si clientes tacita confessionis fide captare & irretire permittetur. At nos aliter iurisprudētiā tractamus: Nos (inquam) qui (vt ait Diuus Cyprianus) *Philosophi non verbis, sed factis sumus: nec vestitu sapientiam, sed veritate præferimus: Qui virtutū magis conscientiā,*

a *Theodoret. lib. 2. cap. 32. & 33. Histor. tripart. li. 5. cap. 49.*

b *Niceph. Eccles. hist. 13. cap. 2. Histor. tripar. li. 10. cap. 5.*



Source : BIU Cujas

a D. Cypr. ser. 3. de bono patientiæ circa princip.

quàm iactantiam nouimus [a]. Clientes à patrono non posse sine summa infamia deseri dicebat Cæsar [b]. Verba legis 12. tabularum hæc referuntur, *Patronus si clienti fraudem fecerit, sacer esto.* Virgilius quale sit hoc crimen satis ostendit, cùm hæc duo simul iungit, *Pulsatúsve parens & fraus innexa clienti*: Vt & eo loco Seruius: *Si clientes* (inquit) *quasi colentes sunt, Patroni quasi patres: Tantundem est clientem, quantum filium fallere.* Quinimò si admittamus aduocatum cogi posse testimonium aduersùs clientem dicere, ille aut clientis causam iuuabit, aut ei præiudicium afferet. Si clienti noceat & patroni testimonio causa clientis deterior reddatur, lædi videtur ius illud amicitiæ, quæ inter patronum & clientem esse debet. Sic enim M. Cato dicere solebat, pro cliente sæpe contra cognatos, aduersùs clientem nemo bonus vnquam testimoniũ dixit [c]: Vt & propinquos in leui iniuriarum causa non cogi testimonium dicere Senatus aliquando iudicauit [d]. Quòd si aduocatus clientis causam testimonio suo iuuat: hoc aut verè, aut ad gratiã facit. Si verè, suspecta manet aduocati in clientis fauorẽ fides. Sin verò in clientis gratiam veritatem occultat, periurus est, & seipsum lædit, suamque offendit conscientiam. Itaque nullo casu conueniens est aduocatum in ea causa, in qua patrocinium præstat, ad dicendum testimonium adhiberi. Reipublicæ quidem interest, crimina litigantium, temeritatẽ, dolos, fraudésque quocunque modo detegi & puniri: Sed nõ hoc exigit aduocati munus, vt quis tam exactè in clientis mores inquirat. Dicebat ille apud Gellium: *Aliter censor loqui debet, aliter rhetor* [e]. Sed in hac eadem quæstione Iurisconsulti verba sunt:

b Gellius li. 5. ca. 13.

c Gellius li. 5. ca. 13. dlugé par arrest que vn beau frere en vne actiõ d'iniures n'estoit pas tenu de deposer contre son beau frere. Arrest du Vendredy 20. de Iuillet 1582. plaidant M. le Beau pour l'appellant, & du Val pour l'intimé.

e Gellius li. 1. cap. 6.

*Manda*

Source : BIU Cujas

*Mandatis cauetur* (inquit) *vt præsides attendant, ne patroni in causa, cui patrocinium præstiterunt, testimonium dicant* a. Idque etiam iure canonico, vt & iure ciuili cauetur b. Vnicus sanè casus excipitur, vt si lis transactione finita sit, possit aduocati testimonium ad transactionis fidem & probationem adhiberi c. Sed quandiu lis pendet manétque indecisa, non potest patronus salua fide & conscientia in clientis perniciem testimonium ferre, & quicquid illi tacita fide commissum est, prodere & vulgare. Nam quemadmodum secretæ & in aurem sacerdotis factæ confessiones reu elari non debét, puniendúsque sacerdos qui eas detegit d. Sic & confessiones, quas cliens patrono suo tacito sermone committit, asseruari secretò & celari debēt. Munus enim aduocati, vt & sacerdotia, sacrosanctum est. Hinc est quod Vlpianus iuris ac iustitiæ meritò nos sacerdotes appellat e. Et Imperator laudabile esse asserit & vitæ hominum necessarium aduocationis officium f.

a *l. fin. ff. de testibus.*
b *Cap. Romana de testibus in 6. can. Statutum 2. quæst. 6. ca. si testes. §. testes. verf. patro. n. 4. quæst. 3.*
c *cap. ex literis & ibi not. ext. de trāsact.*
d *can. sacerdos 3. quæst. 7. cap. omnis de pœn. & remiss.*
e *l. 1. ff. de iustitia & iure.*
f *l. Laudabile. C. de offic. diue. iudic.*

*PRO MEVIO.* Laudabile quidem est & multo honore dignissimum aduocationis officium: sed duo potissimùm, quæ aduocatum præcipuè ornant & commendant, probitas morum & veritatis assertio. Etenim eũ qui non verè dicat, neque etiam benè posse dicere credendum est. At quisquis vocatus testari recusat, infami reticentia celare vult eam, quam nouit, & in qua laus præcipua aduocatorum consistit, veritatem. Vlpianus munus nostrum ac ciuilem iuris & iudiciorum scientiam vocat philosophiam veram. Cauendum ne nos eam pro vera [illegible] reddamus. Rectè Cicero, *Qui ostentationis aut quæstus causa philosophantur* (in-



Source : BIU Cujas

quit) *Sophistæ sunt appellati*[a]. Quid enim aliud est neruos virtutis incidere, nisi probitatem tollere & veritatem, effectrices eloquentiæ & moderatrices? Orator Cæcilius dicebat innocentiam esse eloquentiam: quia oratio debet esse bene morata vt persuadeat. Summum itaque oratoris pretium ex probitate dicentis pendet. Sirenum voces mulcent quidem aures, sed & decipiunt: At dulcis Musarum cantus simul & aures oblectat, & animum pascit. Atque vt nauis nec supparo purpureo nec ramis argenteis velocius impellitur: Ita nec ipsa eloquentia speciosis aut magnificis verbis lætior exurgit. Vt & forma, quæ natiuo colore splendet, gratior est & pulchrior, quàm quæ fucum & medicamina faciei asciuit. Argonautæ sibi Herculem adiunxerant, cuius virtute vellus aureum obtinerent; sed cùm in Propontidem simul peruenissent, Hercules Hylæ pueri submersi mœrore anxius Argonautas deseruit[b]: ac tùm illis necesse fuit ad magicos susurros & Medeæ carmina recurrere. Laudabiles aduocati illi, qui eloquentiam Herculi, virtuti scilicet, adiungunt. At si Hercules eos deseruerit, atque illi eloquentię suæ vires à probitate & virtute remouerint: ad cauillationes, fallacias, & sophismata confugiant necesse est. Ergo neque aduocato quidquam tentandum est, nisi quod fiat salua fide saluáque officij religione: & nihil est detrectandum, quod ad veritatem asserendã & defendam pertineat: duóque illa reiicienda sũt, quæ D. Cyprianus vocat coniurata & cõspirata dæmonia, mendacium & iniquitas. Vtriusque autem criminis reus est & nocẽs quisquis interpellatus veritatem prodere & testari recusat. Quòd si quis est

in

[a] Cicero in Academ.

[b] Theocriti scholiastes in 13. Idyllium.

Source : BIU Cujas

in orbe locus, in quo probitas sibi ius aliquod vindicare possit, equidem aut nusquam aut in supremæ Curiæ aduocatorũ subsellijs virtus & veritas illustri splendore enitent. Atque de hoc Senatu iactare licet illa Ciceronis de tribunali Caij Aquilij verba, *Certè aut apud eos, qui hic adsunt, veritas valebit: aut ex hoc loco repulsa, vbi consistat reperire non poterit* [a]. Etenim ex hoc aduocatorum Curiæ cœtu, tanquã ex equo Troiano, innumerabiles prodierũt viri aut heroes potiùs, *quos ardens euexit ad æthera virtus*. Seneca, dum oratoris definitionem illã laudat, *Orator est vir bonus dicendi peritus*, hanc vocem non M. Catonis esse, sed oraculi asserit: Addítque in mala ac improba ingenia vix & rarò cadere eloquentiam, *quam non mirarer* (inquit) *nisi animos, in quos se cõfert, eligeret* [b]. Plinius Reguli aduocati impudentiã, corruptos mores, & ingenij tarditatem arguens, memorat Herennium Senecionem mirificè Catonianam illam oratoris definitionem in Regulum è contrario vertisse, *Orator est vir malus dicendi imperitus*. *Non meherculè Cato ipse* (inquit Plinius) *tam benè verum oratorem, quàm hic Regulum expressit* [c]. Rectè Lacedæmonij Ephori prudens & vtile consilium nõ aliter probari & admitti voluerũt, quàm si à viro probo & laudato proponeretur. λόγος ἐξ ἀδοξούντων ἰσὸν κακὸν ὠδακτὸν ἑ ταυτὸ σθένει, vt dicebat Hecuba apud Euripidem. Est enim lingua ὄργανον πρὸς ἀγαθὸν, sed videndum ne aliquando pernicioso abusu fiat ὄργανον πρὸς κακόν. Elegans est ille Ciceronis locus, quem Ammianus Marcellinus refert: *Cùm nihil tam incorruptũ in Republica esse debeat quàm suffragiũ, quàm sententia, non intelligũt qui pecuniã corruperit, pœna dignus sit qui eloquentiã, laudẽ etiã*

[a] Cicero pro Quinctio.

[b] Seneca lib. 1. controuer. in prin.

[c] Plinius lib. 4. epist. 7. ad Lepidum.



Source : BIU Cujas

a Ammianus Marcellinus li. 30.

ferat a. Hoc inter reprobum & legitimũ nummum interest, quòd etsi vterque eandem Principis imaginem referat, tamen nummus hic, qui authoritate publica percussus est, tam in pretio quàm in vsu habetur, ille alter reiicitur & improbatur. Sic etiam vera oratio à falsa & mendaci hoc distat, quòd licet vtraque & dicendi facultate & verborum lenociniis niteat & magnis persuasionum argumentis firmetur: Tamen oratio, quæ veritatis fundamento nititur, si accedat dicentis integritas, commẽdatur, cogit, persuadet: fallax autem & improba Sophistæ oratio, bonis & grauibus ingrata, vix etiam quibuscunque aliis placet aut probatur. Magnam enim persuadendi vim habet probitatis opinio. Ideóque Caius ille Gracchus, *Peto* (inquit) *non pecuniam, sed bonam existimationem atque honorem.* Menelaus apud Homerum breui nec verbosa oratione persuadebat, Παῦρα μὺ ἀλλὰ μάλα λιγέως, ἐπεὶ ἦ πολύμυθος ἐδὲ ἀφαμαρτοεπὴς b. Quòd si, vt dicebat Plato, συμβολὴ ἱερὸν χρῆμα: Certè re sacra malè vtitur quisquis ingenij, eloquentiæ, & eruditionis gloria ad fallẽdum abutitur. Nam quo in loco non ausit aliquis peierare, si in oculis iudicũ peccat, si in Capitolio, vt ait Plinius, fulminantem peierat Iouem? Vnius Catonis præsentia in sacrario Veneris ludísque Floralibus immodestiam & nimiã lasciuiã continuit & coercuit. At in hoc intimo Iustitiæ sacrario quàm multi adsũt Catones, quorũ præsentia, ne quis celandæ veritatis studio teneatur, integritatis laudem & probitatis religionem excitare debet! Itaque vos, qui in his Curiæ subselliis gloriosa & erudita voce nomẽ famámq; eloquentiæ affectatis, *Sublimes animæ pulchrúmque*

b Homerus lib. 3. Iliados.

in

*in nomen ituræ*, prospicite, ne si contra iustitiam & veritatem tabularum, fori instar, armatam geramus linguam, dicamur φιλόσοφοι μέχρι τοῦ λέγειν ἄνευ τοῦ πράττειν: atque ex eorum numero simus, de quibus Quintilianus ait, *Multum se valere in iudiciis putant: Rapiunt malas aliquando causas* [a]. Diuus Bernardus ad Eugenium: *Miror quemadmodum religiosæ aures tuæ audire sustinent huiusmodi disputationes aduocatorum & pugnas verborum, quæ magis ad subuersionem quàm ad inuentionem proficiunt veritatis. Corrige prauum morem & præcide linguas vaniloquas & labia dolosa claude. Hi sunt qui docuerunt linguas suas loqui mendacium, diserti aduersùs iustitiam, eruditi pro falsitate: sapientes sunt vt faciant malum, eloquentes vt impugnent verum* [b]. Virtus autem & veritas firmam adeo honestæ orationis authoritatem asserunt, vt ἀληθὲς dicatur τὸ μὴ λήθῃ ὑπόπιπτον τοῦ δικαίου [c]. *Audaciorem veritas facit*, inquit Nazarius [d]. Homerus cùm in Achillis clypeo controuersam dubiæ litis decisionem describeret, vult præmiis donari non eos qui eloquentiùs oratione diserta dixissent, sed eos qui rogati rectiùs & veriùs sententiam tulissent, Κεῖτο δ' ἄρ' ἐν μέσσοισι δύο χρυσοῖο τάλαντα Τῷ δόμεν ὃ μετὰ τοῖσι δίκην ἰθύντατα εἴπῃ [e]. Vt & apud eundem Homerum Phœnix ait se datum Achilli non tam verborum quàm factorum illustrium præceptorem: Μύθων τε ῥητῆρ' ἔμεναι πρηκτῆρά τε ἔργων [f]. Roma orbis imperio nobilis, & Athenæ literarum gloria insignes, duos iactant oratorum omnium, qui vnquam fuere, eloquentissimos, Demosthenem & Ciceronem. Memorant tamen eodem cum illis tempore floruisse Phocionem & Catonem, viros non tam eloquentia quàm morum

a *Quintil. decla.* 268.

b D. Bernard. *lib.* 1. *de considerat. ad Eugenium ca.* 10.

c *Etymologicum vetus in dict.* ἀληθες.

d *Nazari. in panegyric. pag.* 89.

e *Homerus Iliad.* 18.

f *Homerus Iliad.* 9.

grauitate celebres: Hi licèt dicendi gloria inferiores essent, tamen quia viri probi, virtutis studiosi, imò & veritatis rigidissimi satellites erant, non minùs aut in ciuitate authoritatis, aut in populo persuadendo gratię habuerũt. Certè Demosthenes si quando Phocionem dicere incipientem videret, ἡ τῶν ἐμῶν λόγων κοπὶς ἀνίσταται inquiebat [a]. Bias Priennensis in causis orandis summus atque vehementissimus fuisse fertur, sed cũ maximæ esset integritatis, inde potissimam laudem est consecutus, quòd non alias quàm bonas causas defenderet & tueretur [b]. Itaque rectè Plinius in oratoris institutione commendat, vt mores primùm, mox eloquentiam discat, *quæ malè sine moribus discitur* (inquit Plinius.) Mercurium λόγιον eloquentiæ Deum & præsidem antiquitas finxit, eundémq; quoque veritatis antistitem esse voluit [c]. Suidas, postquam Mercurio eloquentiæ & suadelæ nomen tribui dixit, Quærit cur τετράγωνον αὐτὸν ποιοῦσιν. Addit, διὰ τὴν στερρότητα τοῦ ἀληθοῦς λόγου, propter firmitatem orationis verę [d]. Nam quemadmodum in quãcunque partem quadratum decumbat, rectum stat & βάσιμον: Sic etiam dicebat Æschines, οὕτως ἀχυρόν ἐστιν ἀλήθεια ὥστε πάντων ἐπικρατεῖν τῶν ἀνθρωπίνων λογισμῶν [e]. Liceat dicere olim Gallos sibi fœliciore numine prospexisse, qui non Mercurium fallacem Deum, sed Herculem Gallicum eloquentiæ suæ patronum & præsidem fingebant & venerabantur. Vnde mirum videri non debet, si sola Gallia (vt ait D. Hieronymus) monstra nõ habuit, sed viris semper fortissimis & eloquentissimis abundauit. Fortissimos & eloquentissimos iũxit: sic enim Hercules Gallicus, teste Luciano, pingebatur confertissimam hominum turbam post se

a *Plutarc: in vita Demosth.*

b *Diogen. Laert. in eius vita.*

c *Plinius lib. 3. epist. 3. in fine.*

d *Suidas in dictione ἑρμῆς.*

e *Æschines in orat. contra Timarchum.*

f *D. Hier. in epist. ad uersùs Vigilantium in princ. epist. 13. li. 3.*

se trahens, eósque omnes auribus vinctos: Clauam autem manu tenebat ad domanda hæc monstra, periuria, dolos, fraudes, & mendacia. Quemadmodum autem Græci ἑλίκωπες sunt dicti, quòd oculis versùs helicem perpetuò intentis nauigassent: Sic & aduocati sydus veritatis sibi ob oculos assidua cogitatione proponentes non tam causidici quàm veridici dicantur, atque illi cum Platone existiment τὴν ὀρθότητα καὶ τὴν ὠφέλειαν καὶ τὸ εὖ καὶ τὸ καλῶς τὴν ἀλήθειαν εἶναι τὴν ἀποτελοῦσαν [a]. Ideóque Græcus ille orator meritò dicebat conueniens esse vocem oratoris nihil à lege differre: χρὴ τὸ αὐτὸ θέγγεσθαι τὸν ῥήτορα καὶ τὸν νόμον [b]. Orator sit magis bonæ, quàm magnæ famæ: sit potius inter bonos quàm inter claros. Ac quemadmodum athletis solemne erat iurare se in olympicis certaminibus nihil fraude mala, nihil dolo commissuros, vt refert Pausanias [c]: Sic & inter aduocatos iusiurandum illud quotannis præstari & renouari solitum, hoc efficiat, vt neque mala fide, nec mendaci veritatis reticentia, neque vllo dolo malo ad victoriam litis obtinendam peruenire contendant. Dolum autē malum asserit Iurisconsultus non in eo tantùm esse qui fallendi causa obscurè loquitur, sed etiam qui insidiosa obscurè dissimulat [d]. Neque enim hæc est vera aduocati laus, vt quoquo modo & quavis ratione causæ victoriam reportet: Iusta iustè exequenda sunt. Plinius equitis Romani meminit, quem Claudius Imperator puniri iussit, quia in sinu ouum quoddam deferebat, quod superstitiosi magiæ naturalis cultores ad litium victoriam vi quadam latente & secreta prodesse existimabant [e]. *Solent pueri* (inquit Lampridius) *pileo*

a Plato li. 6. de legib.

b Æschines in orat. contra Ctesiphontem.

c Pausan. lib. 5. in Eliacis.

d l. ea quæ cōmendandi. §. fin. ff. de contrah. empt.

e Plin. lib. 29. cap. 3.

Source : BIU Cujas

*pileo insigniri naturali, quod obstetrices rapiunt, & aduocatis credulis vendunt: siquidem causidici hoc iuuari dicuntur* [a]. Remoueantur, quæso, omnes istæ impuræ, superstitiosæ, & fallaces litium victoriæ expectationes. Absit ab aduocato omnis auaritiæ & præuaricationis suspicio. Sub Traiano Nigrinus Tribunus plebis libellum in Senatu recitauit disertum & grauem, quo questus est vænire aduocationes, vænire etiam præuaricationes, in lites coiri, & gloriæ loco poni ex spoliis ciuium magnos & statos reditus [b]. Tacitus, *Nec quidquam publicæ mercis* (inquit) *tam vænale fuit, quàm aduocatorum perfidia.* Addit postea, *Indignum esse, vt quomodo vis morborum pretia medentibus: sic fori tabes pecuniam aduocatis ferat* [c]. Carneades olim malè audiebat, quòd sæpe, vt Cicero testatur, optimas caussas ingenij calumnia ludificari soleret. Seneca, *Hæc tot millia* (inquit) *ad forum prima luce properantia, quàm turpes lites, quantò turpiores aduocatos habent* [d]. In hæc autem vitia si incidamus & neglecta probitatis existimatione fallacem malitiosæ eloquentiæ gloriam affectemus, conueniet nobis quod Plinius dicebat. *Nos qui in foro & veris litibus versamur, malitiæ multum etiam nolentes addiscimus* [e]. At veri oratoris & patroni diserti munus est caussæ suæ veritatem & iustitiam ornata oratione confirmare. Neque enim oratores aut aduocatos eos existimauerim, qui toti sunt in aucupiis verborum, & vt ait Lucianus, ἐν τοῖς ὀνόμασιν, οὐκ ἐν τοῖς νοήμασι. Inde est quod Philippus Alexandri magni pater dicere consueuerat, Demosthenis orationes στρατιώτας εἶναι. At verò Isocratis λόγους ἐοικέναι ἀθληταῖς. Τέρψιν γὰρ αὐτοὺς ἔχειν θεατρικὴν [f]. At multo minus veros esse aduocatos

a Lampri. in Anton. Diad.

b Plin. lib. 5. epist. 14.

c Tacitus li. 11. ann.

d Seneca li. 2. de ira cap. 7.

e Plin. lib. 2. epist. 3.

f Plutarc. in vita Demosth.

eos crediderim eos, qui verborum lenociniis & orationis fuco iudicum religionem decipere & circumuenire, hoc demum esse oratoris munus profitentur. Quintilianus de calliditate aduocatorum disserens, qui nullam esse ingenio suo malam causſam ostendere student, addit, *Constituit natura arma nequitiæ, per quæ abducantur iudicum animi* a. Protagoras hoc se eloquentia & verborum industria effecturum pollicebatur, vt causa infirmior fieret fortior, τὸν ἥττω λόγον κρείττω ποιεῖν b. Atque in eiusmodi aduocatos grauibus verbis & acriter inuehitur Ammianus Marcellinus, eámque artem ex Epicuri sententia κακοπραγίαν vocat: *& apud eos* (inquit) *libertatem temeritas, constantiam audacia præceps, eloquentiam inanis quædam imitatur fluentia loquendi* c. His omnibus ostendere voluimus calumnias, mendacia, fraudes, periuria, etsi victoriam causæ clientis parare videantur: tamen à veri & probi aduocati munere alieniſſima esse. At quæ maior calumnia esse potest, quàm si alicui veritatem celare & malitiosa dissimulatione inficiari permittamus? Aut quæ maior huic ordini ignominiæ nota & infamia inuri potest quàm si à veritate testimonio suo perhibenda excusentur aduocati, qui non aliunde laudem quàm ab ipsa veritate sperare debent? Reipublicæ interest ne improbitati ac vitiis vlla pateat latebra, vllum suffugium, néve aliquod fraudi in iure iudiciisque præstetur patrocinium. Publicæ disciplinæ vigor maleficia puniri postulat d. *Leges* (inquit Tertullianus) *malos erui iubent, non abscondi: Confessos damnari præscribunt, non absolui: Hoc Senatusconsulta, hoc principum mandata definiunt* e. Monitiones illæ Ecclesiasticæ, quæ ad exquirendam

a Quintil. declam. 334.

b Gellius li. 5. cap. 3.

c Amm. Marcell.

d l. locatio. §. quod illi cite. ff. de publicanis.

e Tertull. in apologet. aduersus gentes.

Source : BIU Cujas

exquirendam veritatẽ in Eccleſia publicantur, hanc exceptionem ex vulgata clauſula & ſtylo conſueto olim continebant, *dempta parte & conſilio.* Nunc autem omni remota exceptione generales concedi ſolent. Eleganter D. Auguſtinus, *Quiſquis* (inquit) *metu cuiuſlibet poteſtatis veritatem occultat, iram Dei ſuper ſe prouocat, quia magis timet hominem quàm Deum: Vterque reus eſt & qui veritatem occultat, & qui mendacium dicit: quia & ille prodeſſe non vult, & iſte nocere deſiderat*[a]. Tertullianus ait, *Nihil veritas erubeſcit niſi ſolummodo abſcondi*[b]. Clerici, qui occulto reticentiæ crimine vera ſuppreſſerint, graui animaduerſione & pœna digni cenſentur[c]. Neque enim minus punienda eſt iſta veritatis occultatio, quàm mendacium: nec minus odioſa eſt improbitatis latebra, quàm ipſa improbitas. Sacra res eſt & propè diuina actio clienti patrocinium præſtare, lapſum prudenti conſilio erigere, fatigatum & oppreſſum recreare & iuuare. At celare veritatem, flagitioſos pœnis eximere, fraudes tegere & diſſimulare, non aduocati munus eſt, ſed impoſtoris. Hinc eſt quòd olim iure Romano iuſiurandum de calumnia ab aduocatis in quacunque parte litis exigi poterat. *Vt omni virtute ſua* (inquit Iuſtinianus) *omnique ope, quod verum & iuſtum exiſtimauerint, clientibus ſuis inferre procurent, nihil ſtudij relinquentes, quod ſibi poſſibile eſt: Non autem credita ſibi cauſa cognita quòd improba ſit vel penitus deſperata & ex mendacibus allegationibus compoſita, ipſi ſcientes prudentéſque mala conſcientia liti patrocinabuntur*[d]. Hæc eſt ergo propria aduocatorũ profeſſio, hoc eſt verum diſerti & eloquentis patroni officiũ, vt ſe veritatis laude, non reticentia aut mendacio commendari

a Cl. quiſquis 11. qu. 3.
b Tertull. li. aduerſus Valentinianos.
c l. 8. presbyteri. Cod. de epiſc. & cler.
d l. cum nõ nouam §. patroni. C. de iudiciis.

Source : BIU Cujas

dari oportet. *Nihil est* (inquit Cassiodorus) *aduocationis officio, si purè impendatur, ornatius*[a]. Neque enim laudandũ est, quod Cicero de Sulpitio refert, tantam eius in dicendo fuisse grauitatem, iucunditatem, breuitatem, vt posset vel vt prudentes errarent, vel vt boni minus bene sentirent perficere dicendo, Quod autem in hac causa Seius obiicit, & ciuili & canonico iure caueri, ne aduocatus possit in ea causa testis esse, in qua patrocinium præstitit: Hoc non generaliter, sed adhibita distinctione accipiendum est. Aut enim aduocatus à cliente testis producitur, aut ab aduersario. Si cliẽs, vt iuris factíque sui probationẽ asserat, velit aduocatum suum tãquam testem idoneũ producere, nõ dubium est, quin testis ille refutari & reiici possit, ex ea, quę inter patronum & clientem contrahitur, amicitia. In non dissimili causa hanc rationem verè & eleganter subiungit Imperator: *Ne ille* (inquit) *affectionis suæ memor incorrupti iudicis personam ac nomen sustinere non possit*[b]. Itaque diuersa hæc sunt, aduocatum testẽ produci aut à cliente, aut aduersùs clientem. Nam quod ex iure ciuili & canonico traditur patronum testẽ esse non posse in ea causa, in qua patronus fuit: hoc ita intelligendũ cẽsent Doctores, si aduocatus à cliente testis producatur[c]. Sed si aduocatus quispiã ea fide & integritatis existimatione sit, vt eius testimonium pars aduersa non modò nõ refutet & reiiciat, sed & eum audiri ciúsque testimonium admitti postulet, quo ore quaue excusatione aduocatus poterit hoc recusare? Constat enim omnes etiam inuitos cogi testimoniũ ferre[d]. Nam & isto casu periculũ hoc subire oportet, vt si aduocatus testis in fauorẽ clientis aliquid dicat, eius testimonium

a Cassiod. lib. 1. epist. 12.

b l. nemo. l. fin. circa fi. Co. ad asses.

c Glossa in dict. c. Romana de testibus in 6. in verb. in testẽ. Bart. ad l. deferre. §. idem decreuerũt. ff. de iure fisci.

d l. si quã. do. Cod. de testibus.

Source : BIU Cujas

monium inconcussum maneat, & in illius præiudicium valeat, qui eum testem produxit. Quòd si aduocatus testimonium ferre recuset, eius reticentia & silétium in conscientiam fraudis apud bonos & graues reuocabitur: Ac nemo non existimabit fraudem aliquam & fallaciam à cliente admissam, quam aduocatus prodere ac detegere nolit. Atque hæc aduocati accusatio forsitan excusanda magis videretur, si de criminis pœna, aut de capite clientis ageretur. Verùm hæc causa ciuilis est & pecuniaria, nó criminalis aut capitalis: atque in ea nó de capite cliétis agitur, sed de fraude & mala fide detegenda. Aduocatus cliéti fidem, sed iustitiæ & Senatui veritatem debet. Postremò, vt controuersiæ istius decisio exemplis & rerum iudicatarum authoritate confirmetur, Guido Pape hanc eandem quæstionem in Senatu Gratianopolitano agitatam testatur, tandem iudicatum fuisse cogi debere aduocatum, ipsúmque etiam litis procuratorem, testimonium ferre in ea ipsa clientis causa in qua aduocatus aut procurator fuit[a].

a Guido Pape qu. 45.

*SENATVS* iudicauit aduocatum, etiam inuitum, posse aduersùs clientem suum testem ab aduersario produci[b].

b Par arrest il fust dit que l'Aduocat & conseil pourroit estre ouy par forme de tesmoignage, & sauf à la partie ses reproches. L'arrest fut donné plaidans Dennet & Buisson le Lundy 18. iour de Iuin 1580. l'appellant se nommoit Barbin. I'ay entendu que cela auoit esté auparauant iugé par arrest en la premiere chambre des Enquestes au profit de Dame Iacqueline Girard Dame de Verrigny par arrest du 5. de Decembre 1579.

ANNÆI

# ANNÆI ROBERTI AVRELII RERVM Iudicatarum Liber tertius.

## *De Regaliis.*

### CAP. I.

VETVS ac verè Regia fuit Romuli lex, *Sacrorum omnium potestas sub Regibus esto.* Etenim Principis dignitas non leuem cum Ecclesiastica sacrorum cura cõiunctionem habere meritò censetur. Quo factum est vt Numa Rex ea faceret sacrificia, omniáque sacra munia obiret, quæ postea Flamini Diali commissa sunt [a] De regia sacrorum potestate Dionysius Halicarnasseus, πρῶτον μὲν ἱερῶν καὶ θυσιῶν ἡγεμονίαν ἔχειν καὶ πάντα δι' ἐκείνου πράττεσθαι τὰ πρὸς τοὺς θεοὺς ὁσίους [b]. Cicero scribit Romulum auspiciis, Numam sacris constitutis fundamenta iecisse Romanæ ciuitatis [c]. Quin & ad tuendam sacri ordinis dignitatem Romani etiam post eiectos Reges, quantumuis Regium nomen inuisum eis foret, propter sacra tamen Regem creabant, qui dicebatur Rex sacrificulus [d]: vt & Athenienses ha-

a Liuius lib. 1.

b Dionys. Halicarn. lib. 2.

c Cicero lib. 3. de natura deorum.

d Liuius lib. 2. Gellius li. 10. c. 15.

buere ſuum βασιλία, qui ſacris præeſſet [a]. Auguſtus Pontificatum maximum Imperio adiecit. Ægyptij dignitatem ſacerdotalem Regiæ iungi voluerunt. Perſarum Reges inaugurabantur & cæremoniarũ ſanctarum principes erant. Hebræis Iudæorũ Regibus oleo cõſecrari magnæ religionis inſtar fuit [b]. Neque verò ſacris tantùm præerant, ſed & miniſtros Eccleſiæ ac Pontifices præficiebant: Imò Iudæos Iuſtinus ex Trogo refert eoſdem & Reges & ſacerdotes habuiſſe [c]. *Iudæis* (inquit Tacitus) *ſacerdotis honos firmamentum potentiæ erat* [d]. Itaque nihil mirum ſi Regiam Principum poteſtatem etiam ad Eccleſiaſticorum munerum curam extendimus, quando ipſe etiam Diuus Auguſtinus in Donatiſtarum hæreſim & errores inuehitur, qui aſſererẽt Chriſti Eccleſiam neque opera, neque legibus, neque ſubſidio Principum vti debere [e]. Sed damnata eſt illa vox Donati hæreſiarchæ, *Quid eſt Imperatori cum Eccleſia* [f]. Non ergo à pietate alienum eſt, quod apud Stobæum Diogenes ille philoſophus dicebat, Ἀναγκαῖον τὸν τέλειον βασιλέα, σεσταγότα ἀγαθὸν ἤθους, καὶ δικαιοσύνης, καὶ ἰσηγορίας. Chriſtiani Principes olim, ac potiſſimùm Reges Francorum Prælatos Eccleſiaſticis dignitatibus tam Abbatiis quàm cæteris præficiebant. Lupus abbas Ferrarienſis Abbatiam ſibi beneficio Caroli Calui donatam & cõmiſſam teſtatur [g]. Scribit Aymonius Regem Guntrannum Epiſcopatus eis dediſſe, qui digni habebantur, Gregorius Turonenſis ſanctum Gallum Aruernenſi Eccleſiæ à Rege præfectum refert [h]. Carolus ſimplex Epiſcopatum Tungrenſem Richario contulit, reiecto Hilduino, quem Hermannus Archiepiſcopus clero fauente ordinauerat

[a] Demoſth. contra Neeram.
[b] Euſebius li. 1. Eccle. hiſtor.
[c] Iuſtinus lib. 36.
[d] Tacitus li. 3. hiſtor.
[e] D. Auguſtin. lib. 3. contra Creſcon. ep. 48. & epi. 50.
[f] Optat. Mileuit. lib. 2.
[g] Lupus epiſt. 40.
[h] Gregor. Turon. in vita ſanctis Galli.

uerat

Source : BIU Cujas

uerat [a]. Ac pleraque alia passim exempla tam apud Gregorium Turonensem, quàm alios authores reperias: quibus constet illud ius instituendi Prælatos Principibus nostris semper fuisse indultum, non tantùm, vt quibusdam videtur, à tempore Pipini regis ex concessione Zachariæ Pontificis, sed & multis ante Pipinum annis: cùm Reges nostri, Episcopatus, Abbatias, cęteráque beneficia & dignitates Ecclesiasticas Regia authoritate conferre solerent. *Non est* (inquit Lupus abbas Ferrariensis) *nouitium aut temerarium, quòd ex palatio honorabilioribus maximè Ecclesiis procurat antistites. Nam Pipinus à quo per maximum Carolum & religiosissimũ Ludouicum Imperatores duxit Rex noster originem, exposita necessitate huius Regni Zachariæ Romano Papæ in Synodo, cui Bonifacius martyr interfuit, eius accepit consensum, vt acerbitati temporis industria sibi probatissimorum decentibus Episcopis moderetur* [c]. Non tamen passim & quibusuis Principibus concedi expedit de rebus & dignitatibus Ecclesiasticis arbitrio suo disponere: sed conuenientius fuerit, si ex Hippocratis præcepto, dicamus sancta sanctis concedi, profanos à sacris arceri, τὰ μὲν ἱερὰ ἐόντα πρήγματα ἱεροῖσιν ἀνθρώποισι δείκνυται, βεβήλοισι δὲ οὐθέμις [d]. Diuus Ignatius eleganter, οἱ σαρκικοὶ τὰ πνευματικὰ πράττειν οὐ δύνονται, οὐδὲ οἱ πνευματικοὶ τὰ σαρκικά [e]. Laudandum est quod Diuus Ambrosius Imperatori Theodosio respondit, Purpura non Pontifices facit, sed Imperatores. ἀλουργὶς βασιλεῖς, οὐχ ἱερεῖς ποιεῖν εἴωθεν [f]. Itaque cùm Nicephorus Imperator generali decreto sanxisset, ne absque Imperatoris iussu vllus crearetur Episcopus [g], constitutionem illam Ioannes Zimisces Imperator Nicephori succes-

a *Frodoar. in chronico.*
b *Gregor. Turon. lib. 3. ca. 2. & cap. 16. & lib. 4. cap. 6. & lib. 7. cap. 17.*
c *Lupus epist. 81.*
d *Trallian. lib. 6. in fi. pag. 165.*
e *D. Ignat. epist. 11. ad Ephesios.*
f *Cedrenus pag. 262.*
g *Cedren. pag. 541. & Zonaras tom. 3 p. 162.*

sor reuocauit & rescidit [a]. Vnde aliquo pòst tempore plerique ac primarij sacerdotes Alexium Patriarchum remouendum contendebant, quòd non communibus suffragiis, sed sola Imperatoris authoritate creatus esset [b]. Apostolicus canon 29. deponi & reiici Episcopum iubet, quisquis Principum sęcularium potestate vsus, per eos dignitatem Ecclesiasticam adeptus est, Εἴτις ἐπίσκοπος κοσμικοῖς ἄρχουσι χρησάμενος δι' αὐτῶν ἐγκρατὴς γένηται ἐκκλησίας καθαιρείσθω καὶ ἀφοριζέσθω. Itaque cùm Theodosius Imperator à Synodo rogaretur vt Pontifices crearet, respondit supra se talem esse electionem: Prælatos autem Ecclesiæ, diuina gratia & splendore Ecclesiastico fulgentes, melius & dignius huic rei consulturos [c]. *Imperator bonus* (ait D. Ambrosius) *intra Ecclesiam non supra Ecclesiam est. Bonus enim Imperator quærit auxilium Ecclesiæ, non refutat* [d]. Nihil certè Regię maiestati conuenientius videtur, quàm si Christiani Principes Ecclesiæ instituta, ritus, & leges, ac sacerdotalia iura seruent & tueatur [e]. Nã cùm inaugurantur Reges, iusiurandum hoc solẽne præstare solent, Ecclesię iura integra se & illibata seruaturos. Nam & hoc idem iusiurandum ab Imperatore Constantinopolitanus Patriarcha, etiam plerũque dato solemni chirographo præstari procurabat [f]. Hoc autem præcipuum inter Ecclesiæ iura referri debet, ne Principes temerario conatu in dignitates Ecclesiasticas earúmque collationes irruant, cùm sacerdotum electio & Prælatorũ creatio Ecclesiastici iuris sit, & suffragiis cleri fieri debeat. Principes Christianos qui Ecclesiæ iura violare, aut Ecclesiastici officij res attentare præsumũt, exẽplo Regis Oziæ terreri oportet. Nã cùm Ozias ingressus

[a] Cedren. pa. 546. in fin. & pag. 547. & Zonaras tom. 3. pag. 166.

[b] Zonaras tom. 3. pag. 289. in fi.

[c] Theodoret. lib. 4. Eccl. histor. cap. 6.

[d] D. Ambros. epist. 32.

[e] ca. regum officium 3. quæst. 5. can. tribuum. 23. quæst. 8.

[f] Niceph. Callist. li. 16. hist. Eccl. cap. 26. Zonaras tom. 3. pag. 45.

Source : BIU Cujas

ingressus templum domini, adolere vellet incẽsum super altare thymiamatis, Azarias sacerdos, *Nõ est tui officij*, Ozia (inquit) *vt adoleas incensum Domino, sed sacerdotum, hoc est, filiorum Aaron, qui consecrati sunt ad huiuscemodi ministerium.* Cùm autem iratus Ozias sacerdotis verba aspernaretur, statim orta est lepra in fronte eius coram sacerdotibus [a]. Rectè ergo Eulogius cùm Imperatori in iis quę ad Ecclesiam spectabant, resisteret, dixit Imperatorem Valentem vnà cum Imperiali dignitate Episcopatus iura non sustinere. μὴ γὰρ, ἔφη, καὶ μετὰ τῆς βασιλείας καὶ τῆς ἱεροσυνης μετέλαχεν [b]. Vnde Iustinianus singularum ciuitatũ clericis & sacerdotibus, Ecclesiasticarum dignitatum electionẽ & ordinationem integrã relinqui voluit [c]. Sic & Rex Carolus Caluus post obitum Ercanradi Episcopi non ipse aliũ successorem dare voluit, sed clero Parisiensi electionẽ committere dignum & conueniẽs existimauit eóque nomine à Lupo abbate commendatur [d]. Hoc tamen Ecclesia Constantinopolitana Imperatori tribuere & deferre solebat, vt si plures dissentiente clero nominati & designati essent, Imperator vnũ ex his qualem ipse vellet, Patriarchã declarare posset [e]. At si hoc passim & absolutè Principibus concedatur, vt prælatos ex animi sui arbitrio in Ecclesia constituant, illi proculdubiò indoctos vilésque homines ad sacerdotia promouebunt, ac plerunque mancipia aulica dignitatibus Ecclesiasticis præficient: aut etiam Prælaturas promercales vili & sordida pecuniarum nundinatione proponent. Historiæ Ecclesiasticæ authores Iustinum Imperatorem sacerdotia vili pretio vendere solitum referunt [f]. Nicephorus Gregoras sub Andronico

a *Paralip. lib. 2. ca. 6.*

b *Theodoret. lib. 4. cap. 18. & Niceph. li. 11. cap. 23.*

c *Nouella 123.*

d *Lupus epist. 98.*

e *Niceph. Gregoras lib. 9. pag. 201.*

f *Niceph. Callist. lib. 17. Eccles. hist. cap. 33. in fi.*



Source : BIU Cujas

Imperatore Gerasimum patriarcham Constantinopolitanum memorat virum simplici ingenio fuisse, sed qui ob inscitiã ad Imperatoria obsequia aptissimus esset: Addit eleganter Gregoras, διὰ γὰρ τοῦτο τοιούτους οἱ βασιλεῖς ἐς τοιαύτας ἐκκλέγονται τὰς ἀρχὰς, ἵνα τοῖς τούτων εὐχερῶς ὑποκύπτωσι προστάγμασι, καθάπερ ἀνδράποδα καὶ μηδενὶ τῶν ἁπάντων ἐνάντια φρονῶσιν [a]. Sed cùm perpetuo Ecclesiæ instituto, sacrorum cura ad Reges & Imperatores pertineat, quid absurdius est aut iniquius, quàm si vitiorum occasione, aut quia Princeps aliquis occurrat, qui tanta potestate abusus sit, Regalia ideò iura violari, & veteres Ecclesiæ regulas euerti patiamur? Itaque si quod schisma inter Prælatos, vel si vacantis Ecclesiæ defectus aliquis contingat, Principes Ecclesiasticis dignitatibus consulere, & pacem Ecclesiæ procurare oportet. Defuncto Sisinnio Imperatores statuisse refert Socrates, ne vllus e clero Constantinopolitano ordinaretur Pontifex vel Patriarcha, quòd essent vani, arrogantes & κενόσπουδασταί: cùm tamẽ plerique ex clero Philippum, plurimi Proclum habere studerẽt [b]. vt & exauthorato Nestorio Proclus iussu Imperatoris in vacuã Ecclesiæ possessionẽ inducitur, cùm nõ esset medioeris de Episcopi electione contentio [c]. Nec alienum est hîc recẽsere quod Constãtinus Cæsar dicebat, Antistites esse intimorum quidem Ecclesiæ officiorum præsules, se autẽ diuini numinis authoritate cõstitutum exteriorũ Ecclesiæ officiorum Episcopum. Ἀλλ' ὑμεῖς μὲν τῶν εἴσω τῆς ἐκκλησίας. ἐγὼ δὲ τῶν ἐκ τὸς ὑποκαθεσταμένος ἂν εἴην [d]. Ecclesiarum autem Francię Cathedralium custodia Regi nostro, sede Episcopali vacante iure ac meritò incumbit. Quis enim melius iura Ecclesiæ, quàm

a Niceph. Gregoras lib. 8. hist. Romanæ pag. 133.

b Socrates lib. 7. cap. 20. histor. tripart. lib. 12. cap. 4.

c Niceph. Callist. li. 14. Eccles. hist. ca. 37.

d Eusebius lib. 4. de vita Constantini.

quàm Rex Franciæ Christianissimus seruabit & tuebitur? Et ipse quidem Diuus Gregorius testatur Francos Reges semper fideles Dei cultores fuisse, & sacerdotes grata veneratione dilexisse [a]. Innocentius tertius Pontifex hac commendatione vtitur. *Exaltationem regni Francorum sublimationem Apostolicæ sedis reputantes. Cùm hoc regnum benedictum à Deo, semper in ipsius deuotione permanserit, & ab eius deuotione nullo vnquam, sicut credimus, sit tempore discessurum, &c* [b]. Itaque cùm de iure Regaliæ institutus sit sermo, cõueniens est, vt hoc loco præmittamus, ius Regaliæ in eo potissimùm consistere, vt quãdiu vacat sedes Episcopalis, & quoad nouus successor iuramentum fidelitatis Regi præstiterit, (quæ vera apud nos Prælatorum inuestitura est) perceptio quorumuis fructuum, & omne collationum & obuentionum ius ad Regem Franciæ, tam eximio quodam & Regali iure, quàm in remunerationem custodiæ pertineat. Vt & imperator Nicephorus Phocas vacanti Ecclesiæ aliquem præficere solebat ad fructus, quandiu illa vacaret, percipiendos [c]. Itaque vacante Episcopali sede illud in hoc regno locum non habet, quod Canonistæ volunt, fructus & collationes futuro successori reseruari: sed ex iure Regaliæ Rex pleno iure, sede vacante, præbendas & alias Ecclesiarũ Cathedraliũ dignitates conferre potest. Atque hoc ius tanta dignitate commendari voluerũt maiores nostri, vt licèt nomen Regaliæ generale sit, multáque vniuersali sua appellatione comprehendat: tamen huic vni rei κατ' ἐξοχὴν præter cetera Regij sceptri iura, eximiaquadá & speciali prærogatiua Regaliæ appellationem tribuere visum sit. De

[a] D. Gregor. in epi. ad Regem Childebertũ Regestri lib. 4. epist. 97.

[b] Cap. nouit. extr. de iudiciis.

[c] Zonaras tom. 3. pag. 162.

[d] Toto titulo, ne sede vacante, & cæ. cùm olim, & ibi glossa extr. de maiorit. & obedientia.



Source : BIU Cujas

Regaliis solus iudicat Senatus, interdicta aliis iudicibus cognitione. Hoc autem Regaliæ ius Christianissimi Reges in Ecclesiis Cathedralibus non sine magna & probabili ratione sibi vendicãt. Cathedrales huius regni Ecclesiæ Regẽ Christianissimum agnoscere tenentur patronum, fundatorem, custodem, largitorem, ac munificum dotatorem. Nam si quædam sunt aliquibus in prouinciis Ecclesiæ, quæ fundationis suæ antiquitatem etiam ante sedem Regni & maiestatem Francici Imperij in illis regionibus constitutam iactant: tamen lege Regia omnia sub Principis ditione sunt, eiúsque imperio subiiciuntur. Siue enim populares regionis illius homines communi prouincialium consensu Regiæ maiestati se submiserint, seu reges Christianissimi armis prouincias illas occupauerint: iure belli omnia Regis & victoris fiũt. Itaque si quid Ecclesia iuris habet, si quos fundos latè possidet, annuósque percipit opulenti patrimonij reditus, hoc omne Regum liberalitati & munificentiæ acceptum referri debet, nec sine ingratitudinis nota id non agnoscere licet. Nam Reges Francię, præter cæteros orbis Christiani Principes, piissimi, Ecclesias eximiis donis ditauerunt, earúmque reditus diligenti cura asseruare & custodire studuerunt: eóque nomine clari & æternis laudibus dignissimi celebrantur. Hæc laus Regem Franciæ Christianissimum filium Ecclesiæ primogenitum commendat. *Boni Principis est ac religiosi* (inquiunt canones) *Ecclesias contritas atque conscissas restaurare, nouásque ædificare, & Dei sacerdotes honorare atque tueri*[a]. Quinetiam constat Feuda ab Ecclesiis possideri ex Regni legibus nõ posse, vt neq;

[a] can. boni principis 96. distin.

etiam

etiam à collegiis, neque ab iis personis, quæ manus mortuæ vulgari appellatione nuncupantur. Videmus tamen Ecclesias, Feuda, nobilèsque fundos, aliáque iura dominica possidere. Hoc autem sola Principis indulgentia Ecclesiæ concedi potuisse nemo non fatebitur. Vnde & olim Prælati Ecclesiastici (referente multis in locis Lupo abbate Ferrariensi) Regibus nostris obsequium, seruitium atque operas, non minùs quàm cæteri vassalli antiquo Feudorum iure debebant. Nam & hodie in nouo Episcopatus ingressu Regi fidelitatem iurare tenentur. Vt & Patriarchas Constantinopolitanos post cleri electionem ab Imperatore confirmari oportebat [a]. At cùm illud fidelitatis iusiurandum Regi præstatur, vera fit Episcoporum inuestitura. Sic enim Yuo Carnotensis, *Curia reclamante* (inquit) *plenariam pacem impetrare nequiuimus, nisi prædictus Metropolitanus per manum & sacramentum eam fidelitatem Regi faceret, quam prædecessoribus suis Regibus Francorum antea fecerant omnes Rhemenses Archiepiscopi & cæteri regni Francorum quamlibet religiosi & sancti Episcopi* [b]. Ex hoc autem fidelitatis iuramento & solemni inuestituræ concessione fit, vt si quando eueniat Prælatos aduersùs Regiam maiestatem rebelles authores coniurationis, aut seditionis participes esse: illi pœnam criminis læsæ maiestatis incurrant, etiam non expectata condemnationis sententia. Atque tum ex ipso die rebellionis (si modò publica & notoria sit) Senatus iuri regaliæ locum esse solènibus arrestis pronunciauit [c]. Regalia itaque locum habet vacante sede Episcopali. Nam cùm id omne quod vacat, cunctorum iniuriis sit expositum, Ec-

a Nicephor. Gregoras hist. Rom. lib. 3. pag. 26. in prin.

b Yuo Carnot. epist. 206. ad Paschalem Romanum Pontificem.

c Arr. solemnel donné à Tours le Matdy matin 15. de Feurier, 1594 moy plaidant pour M. Anthoine Masselin pour vne prebende de Senlis. Autre arrest dõné le Ieudy 16. de Feurier, 1595. plaidãt de Chezelle.



Source : BIU Cujas

clesia vacans, quę pastore viduata est, opus habet aliquo defensore, eget illa patrono & custode, qui Ecclesiæ iura seruet & tueatur. Quid ergo æquius proponi potest, quàm vt vacantis Ecclesiæ fructus legitimo iure Principi cedant & acquirantur, qui custos ac patronus omnia veri domini & conseruatoris munia præstat, quique solus legitimam Prælatis inuestituram concedere potest? Vnde & Diuus Gregorius ad Brunechildem Reginam sæpe de instituendorum Pontificum cura rescribit [a]. Itaque ex Canonistarum sententia ius Regaliæ ad Regem pertinet ratione custodiæ Ecclesiæ vacantis [b]. Vt & inter iuris Doctores Baldus Regem Francorum asserit custodem esse omnium Regni sui cathedralium Ecclesiarum [c]. Dicendum est ergo fructus vacantis Ecclesiæ ad Regem pertinere. Et cùm fructuum nomine contineantur collationes [d]: si quæ sint beneficia quæ aut à nemine possideantur, aut non ritè possideantur, Rex pendente regalia & ex iure illo eximio, potest ea beneficia, cui voluerit, concedere & donare, neque ea tantùm quæ in illo quasi interregno vacare incipiunt, sed & quæcunque tempore illo legitimum possessorem non habent. Constitutio Philippi Regis lata anno 1334. hoc satis apertè indicat, docétque ex iure Regaliæ posse Regem, cuicunque voluerit, beneficia omnia conferre, quæ aut iure tantùm, aut facto tantùm vacant, aut quæ tam de iure quàm de facto vacare comperiuntur. Vacatio iuris contingere intelligitur per obitum, resignationem aliósque modos, quibus iure beneficium vacare intelligitur. At beneficia de facto tantùm vacare dicuntur, cùm is qui titulum iuris habet,

[a] D. Greg. Regest. lib. 7. epist. 113. & 114. & lib. 11. epi. 8.

[b] Cap. generali, & ibi glossa de elect. in 6.

[c] Baldus in proœmio decretal. & ad cap. quanto de iudiciis.

[d] Glossa in cap. cùm olim extra de maiorit. & obedientia.

Source : BIU Cujas

habet, non plenè aut non ritè possessioni incumbit. Quanquam autem de Regaliis frequentes se offerant quæstiones, tamen ne illibatam hanc illustrem & verè regiam materiam omittamus: visum est duas proponi quæstiones, quę in Senatu tractatæ & arresto decisæ fuerunt. *Prior est.*

*MEVIVS* Archipresbyter Ecclesiæ Andegauensis Archipresbyteratum suum purè ac simpliciter *in manibus* ordinarij resignat mense Septembri 1587. Ruzæus Episcopus Andegauensis tunc temporis aberat, & cùm Parisiis esset, obiit pridie quàm resignatio illa à Meuio fieret. Tamen Episcopi Vicarius generalis, qui absente Episcopo resignationes admittere solebat, cùm Ruzæum Episcopum decessisse ignoraret, admissa Meuij resignatione, Seium de Archipresbyteratu prouidet. Sempronius beneficium illud, tanquam iure Regaliæ vacans, à Rege impetrat. Mota est & in Senatu agitata de Archipresbyteratus dignitate controuersia inter Meuium, Seium & Sempronium. Meuius dicebat resignationem factam nullam fuisse, ideóque se in pristina Archipresbyteratus sui possessione remansisse. Seius resignationem valere asserebat, & vicarium generalem ignarum mortis Episcopi potuisse bona fide institutionem Archipresbyteratus & prouisionem canonicam concedere. Sempronius Regalista dicebat, Meuij resignationem ad hoc valere, vt resignato iure Meuius non amplius esset Archipresbyter: non tamen valere institutionem vicarij, cuius mandatum morte Episcopi reuocatum fuisset: Quinetiam non adepta viuente Episcopo possessione, beneficium iure Regaliæ obtineri à Rege potuisse conten

Source : BIU Cujas

contendebat.

*PRO MEVIA.* Non est libera sine superioris authoritate de beneficiis dispositio, nec valet aut effectum sortitur beneficij resignatio, nisi quæ adiuncta Prælati superioris authoritate & approbatione fit [a]. Superior autem intelligi debet is qui ius habet instituendi & destituendi [b]. Ratione beneficij, institutus prælato ordinarij subiici censetur: Admissa autem resignatione, is qui resignauit, ab ordinarij & superioris iurisdictione, imperio, & potestate dimittitur. Itaque admissio resignationis est quædam liberatio à superioris potestate. Non ergo inconsulto superiore resignatio fieri potest, nec absque eius authoritate & licentia dimitti clericus debet, aut vacare beneficium censetur [c]. Olim ex primæua beneficiorum & Ecclesiasticæ politiæ institutione, non vtique licebat munus susceptum aut dignitatem in Ecclesia semel agnitam, quandocunque aliquis vellet dimittere. Verum id non aliter permittebatur quàm adhibita causę cognitione & petita superioris licentia [d]. Nam inter prælatum & Ecclesiam contrahi censetur, quasi nodo & vinculo quodam indiuiduo, spirituale matrimonium, vt non magis prælato concedi videatur Ecclesiam dimittere quàm viro legitimam coniugem. Aut certè non aliter dimittere licet Ecclesiam, quàm petita superioris licentia, & accedente authoritate Episcopi, qui solus spiritualis illius matrimonij dissoluendi legitimam habet potestatem [e]. Quinetiam aliena non est ab hoc proposito ea iuris regula, qua cauetur vnumquodque eodem modo dissolui quo colligatum est. Nam quemadmodum sola resignantis voluntas non hoc potest, vt resignatarius

a *Cap. ad monet. ca. quodin dubiis. cap. final. de renuntiat.*

b *Cap. ad hæc. §. fin. de officio Archidiac. ca. conquerente. de officio ordinarij.*

c *Canonicæ in ca. final. de renūtiat. Panormit. in cap. quod in nostris de conces. præb. & ca. quidam cedendi licentiam. de renunc.*

d *Cā. suggestum, & cā. sequ. 7. quæst. 1.*

e *Cap. 2. de translat. Episcopi, cā. Cenomanē. 55. dist.*

Source : BIU Cujas

gnatarius in vim ſolius reſignationis ſacerdotium, beneficiúmve aut dignitatem in Eccleſia conſequatur. Neque enim ius vllum in beneficio habet, niſi qui inſtitutionem canonicam ab Epiſcopo aut ſuperiore obtinuit [a]. Sic etiam ante ſuperioris, qui factam reſignationem admittat, approbationem, nō poteſt quis vel ab inito munere excuſari, vel ſacerdotium eiurare, vel à dignitate Eccleſiaſtica ſemel ſuſcepta recedere [b]. Non diſſimili ratione legatus Cæſaris, præſes, corrector Prouinciæ, abdicando ſe non admittit imperium [c]. Hinc fit vt reſignatio facta in manibus priuati alicuius aut alterius qui poteſtatem non habet, nulla ſit nullúmque habeat effectum [d]. Eadémque ratione collata in abſentem ſacerdotij & beneficij prouiſio non priùs rata eſt & effectum ſortiri dicitur, quàm reſignatario grata acceptáque habeatur [e]. In hac autem quæſtione Canonici iuris doctores diſtinguũt inter ius in re & ius ad rem. Ius in re habere intelligitur, qui legitimam & canonicam beneficij inſtitutionem obtinuit. Tunc autem non aliter fit vacatio iuris, quàm ſi renuntiatio in manibus ſuperioris facta & admiſſa ſit [f]. Ius ad rem habere cenſetur is, in cuius fauorem reſignatio facta eſt, aut qui à patrono præſentatur, cui tamen beneficium nondum collatum aut quæſitum eſt. Tunc autem renuntiatio qualiſcunque ſufficit etiam in manibus eius, cui ius conferendi non competit. Velut ſi aliquis electus, necdum ab Epiſcopo inſtitutus, electioni renuntiaret [g]. Ille enim non ius in re quæſitum habet, ſed ius ad rem, hoc eſt, ad beneficium obtinendum [h]. In hac autem cauſa conſtat & Meuium ius in re habuiſſe, & reſignationem in

a *Cap. cũ ſuſtationi. de iure patronat. dicto ca. quidã cedendũ licentiam de renunt.*

b *Guymierius gloſſator prag. mat. ad tit. de ſublat. el ement. literis. In verb. renũtiaſſe.*

c *l. Legatus. ff. de officio. præſidis.*

d *Cap. 2. ne ſede vacãte. cap. fin. de renunt.*

e *Cap. ſi tibi abſenti de præbend.*

f *dicto ca. final. de renuntiat. Panorm. in clem. 1. de renuntiatione.*

g *Cap. ſi electio de elect. in 6.*

h *Ca. verũ ſent. 2. de in integ. reſti.*

Source : BIU Cujas

in manibus eius, qui admittendæ resignationis potestatem non ampliùs habebat, & tunc priuatus erat, factam fuisse. Meuius ante renuntiationem legitimus fuit beneficij possessor, cùm institutionem canonicam multò antè tempore obtinuisset: & possessionem olim obseruatis iuris solemnibus adeptus esset. Vicarius autem generalis qui post Episcopi mortem resignationem admisit, nó amplius dici potuit vicarius, nec resignationis admittendæ potestatem habuit: siquidem statim ipso mortis Episcopi momento finita fuit Vicarij potestas [a]. Nam quæ à sola alicuius voluntate pendent, eius morte finiuntur, & mors, quæ victima rerum omnium linea est, cuncta resoluit, ac generaliter quælecunque mandatum morte mandantis extingui & finiri dicitur [b]. Sic & officium conseruatoris Ecclesiastici ipso iure per obitum concedentis expirat [c]. Idque ad instar serui Kalendario præpositi, qui post mortem domini pecunias, si quas mutuas tradat, non facit accipientis, qualiscunque ignorantia proponatur [d]. Non ergo sola eius qui resignat voluntas sufficit: sed simul voluntas ac potestas quasi inseparabiles concurrere debent, & vtraque ad actus perfectionem necessariò requiritur [e]. Ergo resignatio Meuij nec ritè admissa est, nec effectum vllum habere potuit. Si resignationem censeri nullam oportet, Scius nullum ius habet, siquidem ex resignatione nulla, Vicarius, qui tum priuatus erat, institutionem legitimam & canonicam concedere nequiuit. Sed neque etiam Sempronius Regalista ius in beneficio habet. Nam Regaliæ ius ad beneficia tantùm vacantia refertur: At si resignatio Meuij pro non facta haberi debet,

[a] Ca. si gratiosè de rescript. in 6. Doctores in ca. quòdam abbas de off. deleg., & ca. 1. in fin. ne sede vacante in 6.
[b] l. vxorē. 5. Scæuola, ff. de legat. 3. l. mādatum, Cod. mandati.
[c] Ca. fin. §. ff. de officio delegati. c. dudum de præbendis in 6. ca. licet de off. delegati dl. eius qui in prouincia. ff. de rebus creditis si certum petatur.
[d] Cap. cū super de off. deleg.
[e]

Source : BIU Cujas

bet, Meuius semper & in iure & in possessione beneficij remansit.

*PRO SEIO.* Resignatio ab Episcopi vicario admissa, & canonica eius institutio legitimus est Seij titulus. Ex notissimo enim locorum interuallo constat obitum Episcopi, qui Parisiis decessit, in Andium vrbe tam breui temporis spatio reseiri nō potuisse. Quicquid ergo resignatione Meuij admissa vicarius fecit, legitimè fecit, cùm mortem Episcopi ignoraret. Nec absimilis quæstio à Celso Iurisconsulto tractatur. Is qui prouinciæ alicuius præses fuit, potestatem omnem aduenientе successore amittit. Sed (inquit Celsus) si fortè præses prouinciæ manumiserit vel tutorem dederit, priusquam cognouerit successorē aduenisse, erunt hæc rata [a]. Sic & in hac controuersia potestas vicarij, cùm non ab alio, quàm defuncto Episcopo, penderet, moriente Episcopo & aduenientе nouo successore cessauit. Sed tum demùm hoc locum habet, cùm vicarius aut resciuit, aut scire potuit Episcopum, à quo ius & potestatem delegatam habebat, decessisse. Sic & in iure is, cuius authoritas vel iurisdictio rescripto posteriore reuocatur, potestatem tamen & authoritatis suæ ius retinet, quoad litteras illas reuocatorias vel resciuerit vel re ipsa receperit [b]. Ac generaliter quoties de sacerdotio vel de beneficiis Ecclesiasticis agitur, non antè, sed ab ipso scientiæ die reuocatio locum habere intelligitur [c]. Sic etiam institor, qui in prouincia præpositus est Kalendario, si contingat dominum Romæ decedere: etsi morte mandantis finiatur mandatum, tamen si quid institori bona fide solutum sit à debitore, qui mortem domini ignorabat, facta solutio

[a] *l. si fortè. ff. de off. præsidis.*

[b] *cap. audita de restitut. spoliat.*

[c] *Clemēt. vnicade renuntiat. l. si mandassem mādati. cap. ex parte decani de rescriptis.*

Source : BIU Cujas

solutio valet a. Hoc autem si in profanis rebus ac temporalibus obtinet, quantò magis in Ecclesiasticis obseruari debet, in quibus hoc studiosè vitandum docent canones, ne Ecclesia viduata maneat sine pastore? Vicarij potestatē morte Episcopi reuocari nemo inficiatur, sed reuocationis effectus à tempore scientiæ, non antè, locum habet b. Itaque in hac controuersa lite nullus iuris vel rationis prætextus Meuio adest, eiúsque causam tuetur. Nā cùm ab eo resignatum sit beneficium, ille se omni iure, si quod in beneficio habebat, abdicauit. At Meuius non modò resignauit, sed eius resignatio effectum sortita est, subsecuta institutione canonica, quæ ab eo ritè concessa est, qui potestatem suam retinebat, vsque dum Episcopum obiisse resciret. Itaque solus Regalista Semproniius supereſt, cuius iura & rationes recensēri & examinari oportet. Archipresbyteratus Andegauensis, de quo agitur, dignitas est, cui iunctam esse rectoriam parochiæ d'*Audart*, cōstat. An Rectoria Archipresbyteratui annexa sit, an Archipresbyteratus Rectoriæ, obscurum est & incertum, nec videtur scrupulosius inquirendum. Vnum hoc pro constanti regula constitui satis est, Regaliam in Rectoriis & beneficiis curam animarum habentibus locum non habere. Archipresbyteri munia Episcoporum & functiones omnes obeunt. Sicut Episcopus præest matrici Ecclesiæ: Ita etiā Archipresbyter præest plebi sibi commissę, atque ea ratione pastoris appellatione merito sortitur. Hinc fit vt non ab alio Archipresbyteratus dignitas obtineri & possideri queat, quā ab eo qui ad sacros ordines promotus sit. Archipresbyteratus enim, ac maximè ruralis, beneficium

a *l. eius qui in prouincia. ff. si certum pet. l. quod seruus, & l. si quis seruus. ff. de solut. l. si quis mācipiis. §. si quis imp. ff. de instit. act.*

b *Cap. fin. de officio vicarij in 6.*

Source : BIU Cujas

cium est sacerdotale. Itaque cēseri debet beneficiū curatum, habetque fori curam tam pœnitentialis quàm contentiosi [a]. Habet etiam Archipresbyteri in suo territorio animarum cutam & sacramentorum administrationem [b]. Si quis verò exquirat, cur Regalia in beneficiis curatis & rectoriis locum non habeat, in prompta ratio est. Rectores parochiarum (quos vulgari appellatione Curatos aut Curiones dicimus) Apostolorum vice funguntur, sacramenta administrant plebi sibi commissæ, verbum Dei prædicat: Archipresbyteri etiam (ac tum maximè si Rectoriam iunctam & annexā habeant) possunt benedictiones dare presbyterales, fontes benedicere, infirmos oleo perungere [c]. At horum omnium potestas à Principe, qui Regalias confert, sumi non potest. Nam, vt ait D. Augustinus, nemo dat quod non habet [d]. Vt neque etiam Proconsul antequàm prouinciam ingressus sit, iurisdictionem, quam non habet, mādare potest [e]. Rectores ergo seu Curati propter curam animarum & sacramentorum administrationem habent legitimam institutionem, quæ Episcopi authoritatem & canonicam missionē requirit [f]. Qui verò in rebus tantis potestatem sumunt ab eo qui non habet, nullam habere potestatem censeri debent [g]. Mitti enim illos oportet & instituī ab eo qui & instituendi & mittendi potestatem habeat. Nam licèt Christianissimi Franciæ reges diuino quodam & speciali numinis fauore vngantur cœlesti oleo, & inter eos, quos scriptura Christos Dei vocat, nec purè laici, nec profani sint, sed aliquatenus Ecclesiasticam sapiant dignitatem: Constat tamen eos sacramenta & spiritualia eiusmodi mysteria con-

a Cap. dudum de elect. Pano. in cap. de multa de præbendis.
b Cap. vt singulæ plebes de offi. Archipresbyt.
c Toto tit. de offi. Archipresb.
d Can. quomodo de cōsecratione distin. 4.
e L. obseruare. §. fin. ff. de offic. proconf.
f Panorm. in cap. auctoritas de inst. præla.
g Can. nulla ratio 23. dist.



Source : BIU Cujas

ferre non posse, ac multominus aliis conferendi potestatem & authoritatem præbere. Neque etiam cætera omnia eis licere, quę Rectores & Archipresbyteri possunt & posse debent. Etenim Reges nostri multis nominibus Christianissimorum decus meruerunt: sed ideò maximè, quia in spiritualibus dignitati sacerdotali & Pontificiis sanctionibus volentes semper se submisere, nec spiritualia Ecclesiæ iura inuadere vllo vnquam tempore tentarunt. Distinctæ sunt Principum & Prælatorum vices, distincta eorum munia, docetque Diuus Ambrosius Principem esse in Ecclesia, non supra Ecclesiam [a]. Ergo nec cadit iste Archipresbyteratus in ius Regaliæ, nec Meuius post resignationem & renuntiationem semel factam vllum ad istam Ecclesiasticam dignitatem, cui renũtiauit, regressum habere potest.

[a] D. Amb. de negotio fidei ad Cæsarem.

*PRO SEMPRONIO REGALISTA.* Non mirum si prolixa rationum serie multisque argumentis vterque tam Seius quàm Meuius Regaliæ iura oppignerare, & concessam Archipresbyteratus dignitatem retinere contenderint: Sola mala & iniusta causa colores & quæsitos rationum prætextus desiderat. Veritas simplex est, verborum ambages reiicit, & subtiles fallacis eloquentiæ fraudes aspernatur. Illud primo loco statuendum est, An in Archipresbyteratu isto, si vacasse probetur, Regaliæ iuri locus sit. Regaliæ ius in Ecclesia Andegauensi locum habere solemni Senatusconsulto iudicatum est [b]. Omnes autem dignitates Ecclesiasticæ tam præbendæ, quàm decanatus, Archipresbyteratus, cæteræque similes dignitates in Regaliæ ius incidunt. Atque id vno omnium

[b] Par Arr. du 23. de Iuillet, 1575. entre M. Iean Damours demandeur en regale, & M. Marc de l'Estag. François Chalopin & Iacques le Preuost defendeurs.

Source : BIU Cujas

omnium consensu ab iis traditum est qui de Regaliis tractatus ediderunt [a]. Dignitatibus autem & præbendis plerunque vniuntur rectoriæ & Ecclesiæ parochiales [b]. Quo casu cõueniens est vt accessorium naturam principalis sequatur [c]. Rectoriæ quidem eximio quodam iure censeri & æstimari solent. Prævalent tamen Archipresbyteratus cæteréque dignitates. Nam Archipresbyteratus non modò dignitatis appellationem meretur, sed & dignitas est, quæ in Curatos Rectoréque parochiarum cognitionẽ & superioritatẽ habet. Itaque Archipresbyteratus, tanquam magis dignus, trahit ad se minus beneficium [d]. Immò si rem ipsam rectè attendimus, Rectoria *d'Audart*, non concurrit cum Archipresbyteratu, sed annexa est dignitati Archipresbyteratus. Iure autem ciuili constat id omne quod accedit, eius rei naturã induere, cui accedit [e]. Sic etiam quod pignori adest & adiicitur, pignus cẽsetur [f]. Locus sacer & religiosus cùm rei profanæ accedit, nõ minus quàm res profana alienari & distrahi potest [g]. Res enim quælibet transit cum ea omni causa & accessione quę iũcta ei & vnita est [h]. Itaque Rectoria *d'Audart*, annexa dignitati Archipresbyteratus eodem iure censeri debet. Et quemadmodum dignitas ipsa, ita etiã Rectoria vnita in Regaliæ ius cadit: ne contingat vnam eandémque rem diuerso iure censeri [i]. Nam quod obiicitur, Archipresbytero cõpetere spiritualia multa iura, quæ à Principe laico sumi non possint, nec etiam à profana manu expectari aut postulari debeant: id sanè absurdum est & alienum. Nam simulatque Sempronius Regaliæ iure Archipresbyteratum conse-

a Ruzæus de Regal. priu. 40.
b Ca. extir pandæ. §. quia verò depræbẽdi. ca. statutũ de resc. in 6.
c Cap. accessoriũ de reg. in 6. l. 138. cùm principalis. l. 171. nihil dolo. §. cùm principalis. ff. de regu. iuris.
d l. quæritur. ff. de statu homini, ca. quod in dubiis de cõsec. Eccl.
e l. quę religiosis. ff. de rei vẽd. l. quod in rerum. §. quòdsi post. ff. de leg. 1. f l. si conuenerit. §. si nuda. ff. de pig. act.
g l. in medicis. ff. de cõtr. empt.
h l. si via constit. §. si fundus. ff. de seru. urb. pred. l. 8. si ex toto. ff. de leg. 1. i l. eum qui ples. ff. de



*usucap. ca. cùm in tua de decimis.*

Source : BIU Cujas

quutus fuerit, ad sacros ordines promoueri eum oportet. Quæ promotio omnia confert atque eorum omnium potestatem concedit, quæ ab Archipresbytero fieri debent & celebrari. Promotio autem illa ab Episcopo fit, qui omnia, quæ spiritualia & Apostolici muneris sunt, conferre & committere potest. Neque enim à Principe laico ea omnia conferri aut postulari debere asserimus. Hoc itaque iacto fundamento in Archipresbyteratu isto Regaliæ locum esse: illud vnum superest demonstrandum, An beneficium vel de iure, vel de facto vacauerit. Respectu Meuij vacauit de iure. Respectu Seij vacauit de facto. Quin & vtriusque respectu tam de iure quàm de facto vacauit. Regalia autem locum habet, quotiescunque siue de iure & facto, siue de iure tantum, aut de facto tantùm vacare beneficium contingit. Meuij resignationem secura est prouisio, quam Episcopi vicarius generalis concessit. Hunc prouisionis titulum ritè & legitimè à vicario concessum antequàm Episcopi obitus resciretur, Seius pluribus rationibus ostendit. Addere licet solam sufficere renuntiationem, quamuis nulla subsecuta fuisset prouisio. Adhibenda tamen inter resignationes distinctio: Si resignatio fiat *in fauorẽ*, adhibita hac solita clausula, *nec aliter, aliis vel alio modo*, videtur renuntiatio esse quadantenus conditionalis, vt non aliter quis beneficio abdicare se velle intelligatur, quã sub ea conditione, si is in cuius fauorem resignatio facta est, non modò prouisionem canonicam obtineat, sed & beneficio ipso cum effectu, & fructuum possessione ísque commodo gaudeat. At cùm resignatio pura est, simplex & absoluta, qualis fuit

Meuij

Meuij resignatio cæteræque omnes, quæ coram ordinario fiunt, resignãs ius omne, quod in beneficio habebat, purè ac simpliciter ab eo tempore amisisse seque eo abdicasse intelligitur [a]. Et hæc est frequẽs in hac quęstione Canonistarũ sententia [b]. Immò per solam resignationem vacare dicitur beneficium, tam quoad titulũ quàm quoad possessionẽ [c]. Itaque ex sententia Diui Cypriani periculosum est etiam in diuinis si quis cedat iure suo. Neq; enim id postmodum recipere potest quod semel cessit [d]. Ergo respectu Meuij qui se iure suo volens abdicauit, beneficium rectè ac meritò dicetur vacasse. Seij autem respectu vacatio beneficij certa est, nec dubium vllum recipit. Nam remoto Meuio Seius de facto possessioni non incumbebat aut certè eo tempore possidere incepit, quo iam Episcopus de cess. rat. Tunc autem locum habuit Regalia, quæ ipso iure statim à morte Episcopi incipit. Quin & ex iisdem rationibus consequens est, vtriusque respectu tam de iure quàm de facto vacasse beneficium. Nam Meuius, qui se dignitatis titulo volens abdicauerat, ab eo tempore neque ius vllũ habuit, nec sine iure possessioni incumbere licuit. Meuius autem reuocato vicarij mandato titulum habuit cõtrouersum, & defuncto Episcopo possessionem aperta Regalia ritè & legitimè prehendere non ampliùs potuit.

*SENATVS* Arresto prouisorio in fauorem & commodum Regalistæ iudicauit [e].

*POSTERIOR* quæstio est, *An litigium faciat Regaliam.*

*TITIVS*, qui Ecclesiæ Diui Petri in vrbe Ande-

a *Cap. ad aures de his quæ vi metúsve causa fiũt. ca. de multa de præbendis. ca. si electio de elect. in 6.*

b *Ludouicus Gomes ad Reg. de infirmis resignat. qu. 19.*

c *Textus in ca. quod in dubiis de renũtia.*

d *can. quãquam periculosũ sit 7. qu. 1.*

e Par Arrest les parties furẽt apponees au Cõseil, & cependant la recreance adiugee au Regaliste. L'arrest est du Mardy 23. de Ianuier, 1590. Buisson plaidant pour *M.* Iacques le Ieune, du Moulin pour M.



Guillaume Bourreau, & moy pour *M.* René Gaignard.

Source : BIU Cujas

gauensi Decanus erat, decessit mẽse Septẽbri, 1584. facta Decanatus sui in fauorem Meuij resignatione: Sempronius tamẽ beneficij dignitatisque illius seu per obitum Titij vacans esset, prouisionem & canonicam institutionem à summo Pontifice vel ordinario impetrat. Itaque Meuius resignatarius & Sempronius iudicio contendunt, & inter eos lis controuersa de decanatu per biennium cõtinuum durat: Ac tandem mense Iulio 1586. Meuius sententia primi iudicis victor & legitimus ex causa renunciationis successor pronunciatur. Appellat Sempronius: Non tamen obstitit appellatio, quo minùs Meuius in possessione remaneret. Nam cùm iudicium esset prouisorium [a], sententia non obstante appellatione executioni mandari debuit. Pendente necdum decisa appellatione Ruzæus Episcopus Andegauensis obiit mense Septembri 1587. Lis autem, quæ inter Meuium & Sempronium multò antè cœperat, arresto definitiuo [b] tandem finita fuit. Et illud quidem arrestum in fauorem Meuij redditum est anno 1588. Seius iure Regaliæ à Rege prouisionem Decanatus postulat & obtinet, Meuius Regaliæ locum non esse contendit. Status causæ hic erat, An aperta anno 1587. per mortem Episcopi Regalia Decanatus, qui tum litigiosus erat, in Regaliæ ius incidisset. Nam Seius Regalista vnam hanc prouisionis & liberalitatis Regiæ rationem proponebat, quòd eo tempore, quo sedes Episcopalis vacabat, appellatio Sempronij nondum fuisset decisa, sicque appellatione pendente beneficium litigiosum esset.

a Sentẽce de recreãce.

b Arrest de pleine maitennue.

*PRO SEIO.* Beneficij inter duos controuersi non hic aut alter ex litigãtibus certus ac legitimus

possef

Source : BIU Cujas

possessor censeri debet, sed pendente lite dubium manet & incertum possessionis ius. Idque Constantinus Imperator rescripto suo satis aperte testatur: *Nemo ambigit* (inquit Imperator) *possessionis duplicem esse rationem, aliam quæ iure consistit, aliã quæ corpore. Utramque autem ita demùm esse legitimã, cùm omnium aduersariorum silentio & taciturnitate firmatur. Interpellatione verò & controuersia progressa, non posse eum intelligi possessorem, qui licèt possessionem corpore teneat, tamen ex interposita contestatione & causa in iudicium deducta, super iure possessionis vacillet ac dubitet* [2]. Si litis motæ & controuersiæ in iudicium deductę ratio efficit, ne quis legitimus rei possessor cẽseatur, litis occasio Regaliæ locum facit. Nam Regaliæ locus est, quoties beneficium vacat. Vacare autẽ beneficiũ intelligitur, cuius nõ est certus & legitimus possessor, vt & bona vacantia dicuntur *à Nomen*, quæ dominum & possessorem verum certúmque non habent. Hinc factum est vt ex Senatusconsultorum authoritate Doctores regulam hanc constituerint, litigium facere Regaliã [b]. Nec dissimili ratione quoties duo de iure patronatus contendunt, superior ordinariúsque collator pendente controuersia & lite nondum decisa prouidet de beneficio, & cuicunque volet, titulum conferre potest [c]. Eadem etiam ratione duobus de beneficio litigantibus, Rex, vacante sede, tanquam superior, beneficium cui volet conferre potest, ne Ecclesia, de cuius titulo ambigitur, viduata maneat sine pastore. Decanatus Andegauensis litigiosus erat eo tempore quo sedes Episcopalis vacauit. Interuenerat quidem primi iudicis sententia, sed cùm ab ea appellatum fuisset, appellationis interpositæ effe-

[2] L. Nemo. C. de acquir. & retin. possess.

[b] Philip. Probus in tractatu Reg. quæst. 25.

[c] Ca. quoniam extra de iure patron.



Source : BIU Cujas

ctus hic fuit: ne sententiæ ratio vlla haberi debeat. Appellatio enim non modò sententiæ effectum suspendit, sed & iudicatum extinguit. *Prouocationis remedio* (inquit Marcianus Iurisconsultus) *condemnationis extinguitur pronuntiatio* [a]. Iudicij autem exitum spectari æquum non est, nec quia Meuius arresto tandem victoriam aduersus Sempronium reportauit, ideò minùs Regaliæ locus erit. Nam licèt aliquis iudicio victoriam litis consequutus fuerit, non vtique perpetuum est eum bonam causam habuisse. Iudicia plerunque per iniuriam iudicis non ex meritis causarum redduntur [b]. Ius est etiam si Prætor iniquè decernat [c]. Deinde in Regaliæ quæstione spectandum est tempus, quo sedes vacauit, & qualis eo tempore fuerit beneficij conditio. Tunc autem litigiosum fuisse Decanatum non ambigitur. Itaque non refert quinam exinde fuerit controuersiæ litisque exitus, quia inaudito Regalista non potuit colluſorio iudicio vllum Regaliæ præiudicium fieri. Nam si hoc liceret, vt frequentes sunt pragmaticorum in beneficialibus fraudes, rarò vlla vacarent Regaliæ iure beneficia. Semper enim lis aliqua petuò pendens & indecisa vacationi futuræ prætederetur, cuius litis occasione in fauorem superstitis colluſorium victoriæ iudicium fieri & componi liceret. Atque ita nec vacaret beneficium, nec vnquam Regaliæ locus esset.

[a] L. 1. in fi. ff. ad Sena. Turpil.

[b] L. si per imprudentiam. ff. de cuict. l. seruo. §. cùm prætor. ff. ad Senat. Treb.

[c] L. penul. ff. de iustitia & iure. l. ingenuũ. ff. de stat. hominum.

*PRO MEVIO.* Iuris ratio non admittit, vt litis & controuersiæ in iudicium deductæ occasio possit vel dominij vel possessionis causam mutare. Iudex enim non tribuit ius, sed declarat tantùm, & ius suum cuique reddit. Inde est quòd iustitiæ

iustitiæ finis dicitur ius suum cuique tribuendi. Nemo enim sine iure in iudicium prouocat, nec sine iudicio ius suum ab inuitis consequitur. Sententiam iudicis non esse iuris attributiuam, sed declaratoriam testantur Iurisconsulti: Et cùm de seruitute contentiosa tandémque vni adiudicata ageretur: *Non debet* (inquit Vlpianus) *ei seruitus tradi aut cedi, siue rectè pronuntiatum est, quia habet, siue perperam, quia per sententiam non debet seruitus constitui, sed quæ est declarari* [a]. Vnde etiam is qui manumitti debet, nõ potest liber à iudice pronuntiari. *Constitutio Diuorum Fratrum* (inquit Iurisconsultus) *non liberum pronuntiari præcipit, sed restitui ei libertatem iubet* [b]. Iudex ergo aut declarat tantùm, aut certè confirmat. At qui confirmat, nihil de nouo dat. Nam & in fauorem fisci bona vacantia intelliguntur, non quandiu lis durat, sed post irritum pronuntiatum testamentum, & intestati possessionem ab omnibus repudiatam [c]. Quin & in plerisque videmus coniugium carnale cum spirituali comparari. At Iurisconsultus mulierem, quæ coniugem amisit, vacantem appellat [d]. Sic Græci in Concilio Antiocheno vocabant χολάζουσαν ἐκκλησίαν, & beneficium vacans dici debere existimandum est, cùm decessit is, qui ex titulo legitimæ prouisionis possessioni beneficij incumbebat. Non potuit autem in hac causa decanatus Diui Petri Andegauensis dici vacans, cùm tempore sedis vacantis Meuius tam ex iure legitimæ prouisionis, quæ ex causa resignationis concessa fuerat, quàm in vim sententiæ possessioni incumberet. Appellatio quidem interposita fuit: sed iure nostro prouisoria iudicia executioni mandari debere con-

a *l. sicut. §. sed si quæritur. ff. si seru. vind.*

b *l. qui se dicit. ff. de iudiciis.*

c *l. intra quatuor. §. fin. ff. de diuersis tẽpor. præscr.*

d *l. qui cœtu. §. fin. ff. ad le. Iul. de vi pub.*



Source : BIU Cujas

ſtat, etiam non obſtante appellatione. Itaque vacationem iuris titulus & prouiſio ex cauſa reſignationis facta impediebat. Neque etiam vlla vacatio facti proponi poteſt, cùm Meuius ex rei iudicatę authoritate facto ipſo poſſideret. Vera enim facti poſſeſſio ea eſt, quam quis corpore acquirit, & cui corpore incumbit [a]. Itaque litis occaſio nec rei conditionem, nec poſſeſſionis cauſam mutat, neque etiam vacationem beneficij inducere poteſt. Quòd ſi litigium faceret Regaliam, pleræque fraudes fierent, & manifeſta inde ſequeretur iniquitas, ac potius abſurditas. Nam ſi quis Epiſcopum videat aut ætate decrepita ſenem, aut graui ægritudine confectum, lites cupidè atque audacter mouebit vel moueri procurabit, & controuerſá reddet, quæcunque viſum fuerit, dicœeſis illius beneficia, vt exinde ſi mori Epiſcopum contingat, ipſe impetrata ex iure Regaliæ prouiſione legitimos beneficiorum poſſeſſores expellere poſsit. At quid hoc aliud eſſet, quàm iudicia in certam & manifeſtam inuidiam trahere, & in ipſo iuris iuſtitiæque aſylo apertam iniquitatis & iniuſtitiæ ſedem figere & ſtatuere: Iuſtitiæ enim proprium cenſetur reddere vnicuique quod ſuum eſt. At ſi ex ſolo litis prætudicio, vacaret beneficium: conſequens eſſet poſſeſſorem à Prætore, qui litis æſtimator eſt, de poſſeſsione deiici: cùm tamen poſſeſſores legitimi ad Prætoris tribunal conſeruandæ poſſeſſionis cauſa, velut ad ſanctiſſimum iuris præſidium, recurrere ſoleant. Catonis Cenſorij votum hoc fuit, forum muricibus ſterni. At quę maiores inſidiæ proponi poſſent, aut quis locus forenſi regione periculoſior, ſi vnde auxilium petas,

[a] *Oloſſa in cap. cũ noſtris de cõceſſione prębenda.*

petas, inde iniuria nascatur: & statim atque aliquis beneficij opimi possessor Prætoris opem implorauerit, illico de possessione deiectus & deturbatus intelligatur, ad hoc vt Regaliæ locus sit & vacare beneficium existimetur?

*SENATVS*, Seium regalistam à petitione repulit, Meuiúmque in legitima Decanatus sui possessione solemni arresto confirmauit [a].

Hoc tamen Senatusconsultum ità accipi debet, vt regula illa, *litigium facit Regaliam*, nō passim aut indistinctè locū habeat, sed possessoris personam inspici, litis motæ qualitatem & causæ merita expendi oporteat. Vt in proposita quęstione Meuius de facto ac naturaliter possidebat, simúlque etiam titulum iuris habebat iustissimum: Sempronius verò nullo iure litem intenderat iniquam & temerariam. At regula iuris est, casum inuolutum & implicitum accipere declarationem ex euentu [b]. Lis inter Meuium & Sępronium finita fuerat supremo tandem senatus iudicio, & lis ipsa declarationem acceperat ab euentu, qui Meuium fuisse ab initio legitimum possessorem demonstrabat. Itaque vt litigium non faciat regaliam, oportet & litigium esse iniquum, & eum qui de facto possidet, iustum esse beneficij possessorem. Quòd si is, qui facto ipso possidet, iniustus esset possessor, petitor autem qui litem intendit, titulum iuris habeat & legitimam beneficij institutionem: Si pendente lite Regalia aperiatur, hoc est, vacare contingat sedem Episcopalem, tunc litigium facit Regaliam. Durum quidem videtur eum, qui titulum iuris habet, & legitimam beneficij institutionem, & facto ipso ac naturaliter possideret, si non ab iniusto possessore

a Arr. du Lūdy 2. de Iuill. 1590. Boutellier plaidant pour M. René Fougeray demādeur en Regale. Et moy plaidant pour M. Iean Darien defendeur pour raisō du Doyēné de S. Pierre d'Angiers

b *l. fin. ff. si ex noxali caussa agatur.*

Source : BIU Cujas

possessore prohiberetur, ius suum amittere, si lite pendente vacare sedem Episcopalem eueniat, & tamen litigij ratio efficit, vt vacare beneficium censeatur. Hoc enim Regalia sibi vendicat, vt quoties sede Episcopali vacante beneficium vel de iure & facto, vel de iure tantùm, vel de facto tantùm vacare dignoscitur, nec certum ac legitimum habet possessorem, Rex suo iure beneficium donare & conferre cui volet possit. Itaque lis iniqua aduersùs iustum possessorem mota Regaliam non facit. Ipsa quidem possessionis ratio magni est momenti. Nam si iustum litigium aduersùs iniquum possessorem moueatur, Regaliæ locus est: atque tum Regalia in præiudicium tam iniqui possessoris, quàm etiam iusti petitoris locum habet: reseruata tamen petitori aduersùs iniustum possessorem in id quod interest condemnatione.

---

*An titulus sacerdotalis alienari possit, aut resignari.*

## CAP. II.

TITIVS eo tempore quo presbyter ordinatus est, beneficium quoddam Ecclesiasticum possidebat, quod sibi pro titulo sacerdotali esse declarauit. Illud autem cùm aliquot pòst annis in fauorem Meuij resignasset Seio, resignationis illius occasione ius in beneficio quæsitum fuit. Vtrum resignatio valeret néne ambiguo iure controuertebatur.

*PRO TITIO.* Antiquis Ecclesiæ constitutioni

Source : BIU Cujas

tionibus, ac maximè ex Chalcedonensi Concilio statutum est, ne clericus ordinari in presbyterum possit, nisi cum titulo [a]. Imò & ex Concilio Lateranensi promoueri ad sacros ordines non debet, nisi is cui extra seruilia opera facultates abundè suppetunt. Itaque quemadmodum stipendia capi & in causam iudicari non possunt [b]: ita etiam titulus ille sacerdotalis, qualiscunque sit, seu in beneficio Ecclesiastico seu in patrimonio consistat, non potest in causam iudicari aut aliam pro debito executionem capi, ne si presbyter eo spolietur, cogatur in opprobrium cleri mendicare. Neque enim alia ratione aliámve ob causam titulus requiritur, quàm vt reditus illius ad alimenta destinetur. Quin etiam si aliquem ad sacrum presbyteratus ordinem sine titulo promoueri contingat, Episcopus sufficientes beneficij reditus & alimenta ei supplere & assignare tenetur [c]. *Ne fortè fratrum penuria* (inquit Lupus Abbas) *non solùm bona & honorem obscuret, sed etiam Dei nostri prouocet vindictam* [d]. Itaque constitutione Regia in Aurelianēsibus comitiis lata [e], cautum est, ne liceat rem, quę titulo sacerdotali destinata est, alienare. Nam cùm bona Ecclesiæ sint clericorum merita stipendia, nec vllo magis respectu quàm in alimenta ministrorum Ecclesiæ olim donata sint [f]: ideóque D. Hieronymus dicat clericos Ecclesiæ stipendiis ali & sustentari debere [g]. Titulus sacerdotalis nō immeritò velut inter Ecclesiæ bona recenseri solet, vt ex eius fructibus & perpetuo reditu assignentur conuenientia stipendia militiæ clericalis. Mendicitas enim in Ecclesiæ dedecus & opprobrium cleri vergit. Rectè D. Hieronymus, *Mendicat infœlix clericus in plateis,*

a *Can. neminem 70. distinct.*

b *l. stipendia. Cod. de execut. rei iudicatæ.*

c *Cap. cum secundum extra de prębendis.*

d *Lupus abbas Ferrar. epi. 19.*

e *Artic. 12.*

f *Ca. Episcopus de prębendis.*

g *Can. fin. vers. clericos 16. qu. 1.*

Source : BIU Cujas

*teis, & seruili operi mancipatus publicam à quolibet poscit eleemosynam: Et quidem ex eo despicitur cunctis sacerdotale officium, dum misericordia desolatus iustè putatur ad hanc ignominiam deuenisse* [a]. Nec dissimili ratione Romulus non alios sacerdotes creari & eligi volebat, quàm qui censum idoneum & sufficientem haberent [b]. Lex ciuilis paupertatem vilitatem appellat [c]. *Paupertas* (inquit Seneca) *maledicto probróque est, contempta diuitibus, inuisa pauperibus* [d]. Solon, vt refert Aristoteles, magistratus ex censu creabat, τὰς ἀρχὰς ἐκ τῶν γνωρίμων καὶ τῶν εὐπόρων κατέστησε πάσας ἐκ τῶν πεντακοσιμεδίμνων, &c [e]. Sic etiam Romæ Senatores ex censu legebantur. Seneca, *Senatorum gradum census ascendit: Census equitem Romanum à plebe discernit: Census in castris ordinem promouet: Censu iudex in foro legitur* [f]. Romani autem duabus de causis pauperes à magistratibus repellebant. Tum quia (vt ait Gellius) *res pecuniáque familiaris obsidis vice pignorísque esse apud Rempubl. videbatur, amorísque in patriam fides in ea firmamentúmque erat* [g]. Tum etiam quòd in angusta paupertate pauci sunt, qui hoc iactare possint, *Non sum quidem locuples*, (inquiebat ille apud Quintilianum) *Sum inops censu, sed integer, sine fabula* [h]. Rarò pauper bonus est. Vulgatum Spartæ prouerbium Alcæus refert, πενιχρὸς οὐδεὶς πέλετ' ἐσθλὸς [i]. Horatius, *Magnum pauperies opprobrium, iubet Quiduis & facere & pati, Virtutísque viam deserit arduæ* [k]. Itaque per titulum sacerdotalē prouisum clericis, ne post ordinationem egeant, tùm quia paupertas plerunque in quoduis scelus & omne nefas impellat; tùm quòd mendicitas in Ecclesiæ dedecus & opprobriū cleri esse videatur. Annuum reditum ipsúmque patri

a Can. diaconi sunt quos 93. distinct.
b Dionys. Halicarnass. lib. 2.
c l. 2. Cod. quando & à quibus quarta pars.
d Seneca epist. 115.
e Aristot. li. 2. polit. cap. 12.
f Seneca li. 2. controu. 1.
g Gellius li. 16. c. 10.
h Quintil. decl. 300.
i Diog. Laertius in Thalete.
k Horat. li. 3. ode 24.

patrimonium, quod quis pro titulo habere se professus est, alienari cōstitutio Regia vetat. Beneficia autem etiam pro titulo sacerdotali esse possunt [a], atque eadem ratione perpetuò retineri debent, vt nec cedere, nec resignare ea liceat. Paulus Iurisconsultus ait moribus nostris non conuenire filium temporalem habere. Ita etiam disciplinæ Ecclesiasticæ non conuenit titulum sacerdotalem, qui ad alimēta presbyteri destinatur, temporalem habere. Nam ex Concilio Placentino Gratianus refert sancitum fuisse, vt sine titulo facta ordinatio irrita habeatur, vtque in qua Ecclesia quis intitulatus est, in ea perpetuò perseueret [b]. Canones perpetuò in ea Ecclesia perseuerari frustra requirunt, nisi resignationes, & quasuis Ecclesiæ illius tituli'que sacerdotalis cessiones simul etiam prohibuisse existimemus.

a Can. episcopi 80. distinct.

b Can. sanctorum 70. dist.

*PRO MEVIO.* Pleraque sunt, in quibus nos antiquæ puritatis vmbram sectantes, pietatis veræ exempla imitatione vana referre volumus. Tituli sacerdotalis laudabile fuit institutum. Sed si quis in hac causa tituli sacerdotalis fauorem proponi meritò posse crediderit, ille & primitiuæ Ecclesiæ regulas, & sæculi huius abusus nescire se fateatur. Apostoli olim cùm per singulas Ecclesias presbyteros cōstitui voluissent [c], vnaquęque Ecclesia suum habebat presbyterum & pastorem. Itaque primo illo pietatis & integritatis sæculo nullus presbyter creari aut ordinari solebat, nisi cùm Ecclesiæ vacanti præfici aliquem conueniens videbatur [d]. Diuus Hieronymus, *In naui vnus gubernator, in domo vnus dominus, in quamuis grandi exercitu vnius signum expectatur* [e]. Anacletus Papa ita constituit,

c Act. Apost. c. 14.

d Can. Ecclesias 13. quæst. 1.

e D. Hier. li. 2. ep. 13. ad Rusticum.

constituit, *Episcopi* (inquit) *non in castellis aut modicis ciuitatibus debent constitui, sed presbyteri per castella & modicas ciuitates atque villas debent ab Episcopis ordinari & poni: Singuli tamen per singulas titulos suos*[a]. Euaristus autem, qui Anacleto successit, primus titulos in vrbe Roma presbyteris diuisisse perhibetur. Itaque primis Ecclesiæ temporibus nō fuit presbyterorum, qualis est nunc, frequens turba & vaga multitudo, cùm beneficiorum sub tyrānis persecutoribus non alij essent reditus & prouentus præter martyria. Sed tunc ex primæua Ecclesię institutione si quę Ecclesia pastore suo orbata alium desideraret, ordinabatur presbyter, qui ab Ecclesia vacante, cui præficiebatur, titulum sacerdotij sui assumebat: atque ita nemo sine titulo ordinabatur. Exinde autem cùm Christiani Imperatores, Ecclesiâ donis locupletatâ, clericos eximio immunitatum & priuilegiorum iure ornassent, plerique voto frequenti clericatum affectare & appetere visi sunt. Itaque Constantinus Imperator edixit ne decurio, vel ex decurione progenitus, vel etiam quiuis alius patrimonio instructus in defuncti clerici locum cooptaretur: dicebatque Constantinus opulentos publicas necessitates subire oportere, pauperes autem Ecclesiarum substantiis locupletari. Sed tamen cū piæ & frequentes Christianę plebis largitiones pleroſque ad Ecclesiastica munera & opimos beneficiorum reditus inuitarent, multique etiam nulla vrgēte necessitate, nullaque Ecclesia vacante presbyteros se ordinari appeterent, hanc effusam licentiam canon sextus Cōcilij Chalcedonensis coercuit, quo absolutè prohibetur vllum ordinari presbyterum, nisi qui alicui specialiter

a Can. Episcopi 80. distinct.

specialiter Ecclesiæ præficeretur: & hoc est quod appellant ordinari cũ titulo. Indignum sanè & inciuile presbyterum ordinari, cui locum nullum assignes, vbi munus suum exerceat. Videat is, quem Ecclesia presbyteratus honore dignatur, se neque ad honorem solum, neque ad reditum ordinari, sed ad munus aliquod Ecclesiæ obeundum. Itaque titulum rectè interpretabimur functionem & locum certum in Ecclesiæ ministerio. Quinimò olim quoties quis titulum sacerdotij semel aliquando habuerat, non licebat titulum illum dimittere, nec licitè ad aliam transire poterat Ecclesiã. Eusebius Cæsareæ Episcopus, cùm habita solemni electione in Antiochenę Ecclesię sedem traduci eum clerus vellet, addita etiam Imperatorij iussus authoritate, restitit, nec in aliam Ecclesiam, dimisso contra canonem Ecclesiasticum titulo, transferri se passus est a. Hoc enim fieri antiqua disciplinæ Ecclesiasticæ regula vetabat b: nisi fortè Reipublicæ Christianæ interesset virum aliquem, rara & singulari eruditione insignem, in maiorem sedem transferri. Vt cùm Gregorius relicta Nazianzena Ecclesia, & Proclus, qui Cyzici fuerat ordinatus, ad Constantinopolitanam sedem euecti sunt c. Vel etiã si qui ad rigidum & austerum monachatus votum transire vellent. Lupus Abbas Ferrariensis Guenilonẽ Episcopum Senonensem increpat, quòd sacerdotibus relinquendi suos titulos licentiam denegaret, cùm illi hoc facere se profiterentur, vt liberius & districtius institutionem beati Benedicti sequi & imitari possent d. Itaque olim nec licebat sine titulo ordinari, nec titulum semel suscep tum dimittere passim permittebatur: sed singu-

a *Nicephi. li. 8. Eccles. hist. ca. 45. Euseb. lib. 3. de vita Constantini. Socrates li. 1. cap. 24.*

b *Nicephi. li. 6. cap. 4. in fin. & lib. 12. ca. 13. Hist. Tripart. lib. 2. c. 22.*

c *Nicephi. li. 12. ca. 11. & lib. 14. c. 37. & 39. hist. tripa. li. 12. c. 7. & 8.*

d *Lupus epist. 29.*



Source : BIU Cujas

li presbyteri singulas habebant Ecclesias. Idque vetustis Caroli magni legibus statutum est a. Exinde tamen cùm plerique aut magno pietatis ardore, aut affectata simulatione, ad sacrum presbyteratus ordinem promoueri desiderarent, secuta est promiscua presbyterorum turba, & infinita multitudo. Illud tamen absque vllo cleri opprobrio, quàdiu pietas & morum integritas eos in officio continuit, simúlque etiam Christianæ plebis religio clericis alimenta largitione pia subministrauit. Verùm refrigescente Christiana charitate inopia clericos & presbyteros ad vilem quæstum & seruilia opera adegit. Idque magno Ecclesiastici ordinis dedecore, vt videbatur: licèt Diuus Paulus dixerit, laboramus operantes manibus nostris. Erat enim Diuus Paulus σκηνοποιὸς b. Itaque canone quinto Lateranensis Concilij sub Alexandro tertio habiti, veritum est, ne Episcopus vllum sine certo titulo, de quo necessaria vitæ perciperet, in diaconum aut presbyterum ordinaret: Aut si ordinasset, cogeretur conuenientia stipendia militiæ clericalis assignare. Indecens videbatur clerico seruile opus aut manuale opificium exercere, vt & apud plerasque gentes (Herodoto teste) indecorum & indignum fuit mechanicis opificiis mancipari c. Itaque titulus olim officij muneríque intuitu requisitus ad annuum prouentum & reditum referri cœpit. Desideratus est pastor non vt oues pascat, sed qui gregem tondeat, & otiosus amplo beneficij opimi reditu saginetur. Inde & alius secutus est abusus, vt titulus sacerdotalis non tantùm de certo beneficij titulo intelligeretur, sed & ad patrimonium referretur; quasi sacerdotij

a Cap. Caroli magni li. 1. ca. 92.

b Act. Apost. cap. 18.

c Herodo. in Euterp.

sacro

sacrosanctus character titulum non requireret, si modò is, qui ordinabatur, haberet sufficientes temporalis patrimonij reditus [a]. Hunc abusum videtur error Gratiani induxisse. Nam cùm Chalcedonensis Concilij canon hæc verba haberet, ἐν ἐκκλησίᾳ πόλεως ἢ κώμης, *in Ecclesia vrbis aut pagi*, Gratianus vertit, *in Ecclesia vrbis aut possessionis* [b]. Itaque crediderunt titulum sacerdotalem non tantùm de Ecclesia & beneficio Ecclesiastico, sed & de possessione temporali vel patrimonio intelligi debere. Hinc fit vt nostro iure titulus, qui in presbyteri ordinatione requiritur, abusiuè etiam ad patrimonium temporale referatur. Abusiuè etiam in titulo solum reditum & annuum ad alimenta prouentū spectamus. Inde est quòd frequens prouisionum ex causa resignationis stylus hæc verba continere solet, *aliunde ex fructibus Ecclesiasticis commode viuere habens*. Itaque abiit pristina illa disciplinæ Ecclesiasticæ integritas, neque vlla amplius supersunt vestigia canonis illius Ecclesiastici, qui trāslationes vetabat, ipsósq; clericos titulū Ecclesiamque suam maioris & amplioris beneficij spe dimittere prohibebat. At nunc hoc vnum spectatur, ne presbyter egeat & abundè possit in otio viuere. Et id quidem corruptos huius sæculi mores arguit. Sic cùm olim census equites & magistratus faceret, Plinius expostulat sanctius & vtilius fuisse inquirere, non quale habeat patrimonium magistratus, sed cuius existimationis sit. Non dissimiliter etiā in clerico & sacerdote probitatē morū & integritatē inspici, non facultates aut patrimonij reditus inquiri cōueniens videtur. D. Hieronymus, *Præsce sarcinā sæculi* (inquit) *Ne quæras diuitias: Nudus & leuis in cœlū*

a Cap. 4. Episc. ext. de præbendis.

b Can. nemmem 70. distinct.



Source : BIU Cujas

*euola, ne alas virtutum tuarum auri deprimant pondera* [a]. Eleganter Diuus Ambrosius, *Qui sine auro misit Apostolos, sine auro Ecclesias congregauit* [b]. Antiqua Ecclesię regula fuit, ne clerici diuitiis & reditibus propriis abundarent. Hoc enim est paupertate voluntaria emere spem futurorum pręmiorum, vt ait Saluianus. *Bonæ mentis soror est paupertas*, inquiebat ille. Rectè autem Aristoteles inter problemata hæc duo quærit, διὰ τί ἡ πενία πρὸς τοὺς χριστοῖς τῶν ἀνθρώπων μᾶλλον ἢ πρὸς τοὺς φαύλους ἐστίν. Item & illud, διὰ τί ὁ πλοῦτος πρὸς τοὺς φαύλους μᾶλλον ἢ τοὺς ἐπιείκεσιν ἐστίν [c]. Quis pius clerico probrosum existimauerit, si cum Diuo Hieronymo gloriabundus hęc verba iactet, *Nudam crucem nudus sequor*? Diuus Ambrosius, *Qui fidei militiam sequitur* (inquit) *agelli sui fructibus, si habet, debet esse contentus: si non habet, stipendiorum suorum fructu* [d]. Atque etiã Diuus Hieronymus monet stipẽdiis & sumptu Ecclesiæ clericos ali debere, hos tantùm quibus deest patrimoniũ, & quibus aliunde non suppetit, vnde se queant sustentare [e]. Patrimonium autem illud quod quis ordinationis suę tempore & tituli sacerdotalis nomine habere professus est, an alienari possit, nécne, dubium est, nec satis iure nostro definitum. Nam licèt constitutio Regia hoc expressè prohibere videatur, tamen plerique viri docti, & nostri iuris consultissimi censent liberè patrimonium illud alienari posse [f]. Verùm in hac lite de controuersa beneficij Ecclesiastici resignatione agitur. Constitutio Regia de beneficiis nec disponit, nec si velit potest disponere, cùm Princeps Ecclesiasticæ politiæ non præsit, neque vllum in beneficia Ecclesiastica ius habeat. Itaque decisio quæstionis huius

ex

a D. Hier. ad Exuperantiũ lib. 1. epist. 29.

b D. Ambros. lib. 2. offic.

c Arist. sect. 29. problem. 4. & 8.

d D. Ambros. lib. 1. off. cap. 36.

e D. Hier. ad Damasum.

f M. le Maistre au traictẽ des criées, c. 32. Glossa & canonistæ in ca. tuis de præbendis.

ex sacris canonum aut Pontificum constitutionibus petenda est. Obiicitur Gratiani authoritas, qui ex concilio Placentino statuit, vt in qua Ecclesia quis intitulatus est, in ea perpetuò perseueret. Hæc autem constitutio nihil in fauorem tituli sacerdotalis speciale statuit aut continet. Sed antiquam Ecclesiastici canonis regulam & seueritatem refert, cùm olim translationes & transitiones de vna Ecclesia in aliam prohiberentur. Prima instituti illius origo ab ipso persecutionum tempore petenda est, cùm in Ecclesia statutum esset, vt is qui presbyter ordinatus aliquam Ecclesiam susceperat, Ecclesiam persecutionis & martyrij metu non desereret, sed intrepidus & interritus in ea perpetuò remanere & perseuerare teneretur [a]: Exinde autē sub Principibus Christianis cessante martyrij & persecutionis metu, ambitionis & auaritiæ occasio effecit, ne cui liceret ampliorís sedis desiderio, aut maioris prouentus expectatione, relicto priori titulo ad aliam Ecclesiam se conferre, ἀντίκρυς τοῦ καιροῦ, διδασκόντος ὁμοῦ καὶ φρονεῖν ἅπαντας ἐν τούτῳ ἐξ ἀρχῆς οἷς ἐτάχθησαν μὴ μεταβαίνειν πόλιν, inquit Theodoretus [b]. Huc referre licet quod inter Caroli magni constitutiones his verbis statuitur, *Vt presbyteri, qui in titulis consecrantur, secundum canones antequam ordinentur promissionem stabilitatis loci illius faciant* [c]. Sed quis nescit corrupto hoc sæculo veteres illas Ecclesiæ regulas in desuetudinē abiisse, & beneficiorum non minùs licitas esse, quàm temporalis patrimonij alienationes, permutationes, & resignationes? Itaque nulla ratio est, quæ beneficij in titulū concessi resignationem magis prohibeat & impediat, quàm aliorū quorūuis beneficiorū, cùm

a *Nicephor. li. 12. ca. 13.*

b *Theodoret. li. 1. ca. 19. & passim apud authores Ecclesiasticæ historiæ.*

c *Capitul. Caroli magni li. 5. cap. 108.*



Source : BIU Cujas

id nullius canonis aut decretalis epistolæ authoritate contineatur. Quinimò Innocentius Pontifex cuiusdam meminit, qui beneficium suum alteri in titulum & ordinationem commodauerat ad tempus, sub fiducia & restitutionis repromissione[a]. At si beneficij in titulum concessi interdicta fuisset resignatio, vana proponeretur ab Innocentio retrotraditionis spes & restitutionis repromissio. Neque verò est quòd distinguamus an qui titulum resignat, aliunde reditus ad alimenta habeat. Ipse enim sibi prospicere debet, nec resignatarius anxia nimis & curiosa sollicitudine alienas facultates recensere & examinare tenetur. Verùm quemadmodum si de eo agatur, qui rerum ad ciuitates pertinentium administrator est, satis esse ait Iurisconsultus, si eo tempore, quo creatus fuit, idoneus esset: nec attenditur an postea facultatibus lapsus bona alienauerit[b]: Sic etiam, licèt ordinationis tempore ex antiquæ disciplinæ vmbra titulus aliquis aut Ecclesiæ aut patrimonij requiratur, non tamen id perpetuò possideri necessarium est. Satis diues est clericus, quem perpetua vitæ morúmque probitas etiam nullis facultatibus spectabilem facit.

[a] Cap. per suas 17. ex. de simonia.

[b] L. 2. §. si eo tempore. ff. de admi. rerum quæ ad ciui. pertin. l. sciendū. §. fin. ff. qui satisd. cogantur.

*SENATVS* prouisorio iudicio ei beneficium adiudicauit, cui ex resignatione Titij, eiúsque occasione, ius quæsitum fuerat: sicque resignatio beneficij à Titio facta, quasi legitima & ritè facta, arresto isto confirmata fuit[c].

[c] Arrest par lequel les parties sont appointees au Conseil: & cependant la recreance adiugée à M. Iean Colas. L'arrest est du Ieudy 16. d'Auril, 1592. moy plaidant pour ledit M. Iean Colas appellant, & Boutellier pour M. Iean Sourchard & Pierre Fai. feu Inthimez.

An

*An præbendæ præceptorialis fauor graduatorum nominationi præualeat.*

## CAP. III.

LEGE in Aurelianensibus comitiis lata constitutum est, vt in vnaquaque Ecclesia Cathedrali, reditus vnius præbēdæ, quæ prima vacaret, assignaretur præceptori, qui scholis authoritate publica pręficeretur. Ea autē præbēda pręceptorialis appellari solet. Contigit vt mense Iulio, qui graduariis destinatus est, præbēda per obitū canonici vacaret. Episcopus Bellouacensis præbendam illā eiúsque reditum præceptori assignat. Meuius graduatus præbendam sibi in vim gradus deberi contendit.

*PRO PRÆCEPTORE ET INCOLIS CIVITATIS.* Necessariæ quidem sunt in Republica leges illæ, quæ pœnis scelera ciuium coercent, sed omniū optimæ & præclarissimæ sanctiones haberi debent, quæ crimina laudabili iuuentutis institutione præueniunt. Etenim si leges ciuitatis præceptores pueris & adolescentibus ad virtutem & mores formandos studiosè procurant, fit vt adulti ciues nil pœna dignum committant. Hanc Persicarum legum præstantiam laudat Xenophon, quòd apud cæteras nationes leges commissa crimina vindicent & puniant, Οἱ δὲ Περσικοὶ νόμοι προλαβόντες ἐπιμέλονται ἕπως τὴν ἀρχὴν μὴ τοιοῦτοι ἔσονται οἱ πολῖται οἷοι πονηροῦ τινὸς ἔργου ἢ αἰσχροῦ ἐφίεσθαι a. Pręceptores autem ipsi, qui sollicito studio educationem & mores adolescētię cu-

a *Xenophō li. 1. Cyropad.*

rant, quíque iuuentutem ciuitatis bonis artibus erudiunt, nunquam vel ſatis commendari vel merita largitione & dignis prȩmiis foueri poſſunt. *Nec enim is ſolus Reip. prodeſt* (inquit Seneca) *qui candidatos extrahit, & tuetur reos, & de pace bellóq; cenſet: ſed qui iuuentutem exhortatur, qui in tanta bonorum præceptorum inopia virtute inſtruit animos* [a]: πηγὴ γὰρ καὶ ῥίζα καλοκαγαθίας, τὸ νομίμου τυχεῖν παιδείας [b]. *Scilicet* (ait Quintilianus) *vt ea quidem quæ manu fiũt, confiteantur egere doctoribus, virtutem verò (qua nihil homini quo ad deos immortales accedere propius datum eſt) obuiam & illaboratam, tantùm quia nati ſumus, habeamus* [c]. Regia conſtitutio duo ſanciri voluit. Primũ, vt præceptor authoritate publica & accurata inquiſitione ſcholis præficeretur: Alterum, vt ei ſtipendia de reditu Eccleſiæ; & de præbendȩ vnius fructibus ac prouentu aſſignarentur. Prius illud legem Sophoclis refert, qua cauerat, vt ne quis philoſophorum præeſſet ſcholæ, niſi id Senatus ac plebs decreuiſſet [d]. *Magni intereſt* (inquit Cicero) *quos quiſque audiat quotidie domi, quibuſcum loquatur à puero, quemadmodum patres, pædagogi, matres etiam loquantur.* Nam, vt ait Seneca, vtilis educatio mores facit. Liuius *Mos erat Faliſcis* (inquit) *eodẽ magiſtro liberorũ & comite vti, ſimúlq; plures pueri, quod hodie quoque in Græcia manet, vnius curæ demandabantur. Principũ liberos, ſicut ferè, qui ſcientia videbatur præcellere, erudiebat* [e]. Mecænas apud Dionẽ, dũ Auguſtum de præceptis fœliciter adminiſtrandi imperij monet, diſciplinã & primȩ ciuiũ ætatis inſtitutionẽ in primis cõmẽdat, ἵνα ἕως τε ἔτι παῖδές εἰσιν, εἰς τὰ διδασκαλεῖα συμφοίτωσι, docétque optimo atque egregio principi timẽdũnõ eſſe, ne quis ſub recta diſciplina τραφεὶς καὶ παιδευθεὶς

a Seneca lib. de trãquilli. tanimi ea. 3.
b Plutarc. περὶ παίδων ἀγωγῆς.
c Quintil. lib. 12. cap. 2.
d Diogen. Laertius in vita Theophra.
e Liuius lib. 5.

πρωτεύειν ἐν τοῖς πολεμικοῖς. Πλὴν γὰρ τοῦτο τοὺς τε ἀμαθεῖς καὶ τοὺς ἀσυλλογίστους ὑπερτιμᾶν δεῖ a. Aristoteles etiam pluribus ostendit antequam artes & scientiæ in pretio essent, solos militares viros ciuitatibus præfuisse, qui cùm omnia per vim gererent & facilè res nouas molirentur, ἐξίσχυσαν τυραννίδες πρότερον μᾶλλον ἢ νῦν b. Sertorius cùm vellet barbaram Hispanorum feritatem mansuefacere, eorum amicos conciliare, sibíque aliquo securitatis pignore prospicere, pueros & adolescentes ex familiis nobilioribus in Oscam vrbem deduci curauit, atque iis Doctores præfecit literarum Græcarum & Latinarum peritissimos, quibus è publico salaria pendi iussit c. Lampridius Adrianum Cæsarem magno laudum præconio commendat, quòd & Academias instituisset, & eorum studiosus esset, qui liberales artes profitebantur d. Apud Persas in eo loco, qui ἀκροθίνια ἀγορᾶ dicebatur, pueri & adolescentes simul eruditebantur, quibus præerant ἐν τῷ γυμνασίῳ τοῦ ἄστεως τοὺς παῖδας ἐκτρέφοντες διδασκάλους e. Bardas sub Imperatore Michaele Theophili filio scholas cuiusque scientiæ constituit, & doctores designauit, singulísque stipendia de publico decreuit, omnibúsque Leonem Philosophum præfecit f. Alexius Comnenus Imperator scholam instituit, in qua pupilli pauperúmque liberi docerentur, victúmque & alimenta tam docentibus quàm discentibus assignauit g. At si hæc præceptorum & professorum commendatio vllibi locum habet: certè in isto Franciæ regno causa eorum potior & præcipua haberi debet, cùm studia Galliarum semper florentissima fuisse Diuus Hieronymus asserat & testetur h. Iulius Agricola referēte Tacito sedem ac ma-

a Dio lib. 52.

b Aristoteles lib. 5. politic. cap. 5.

c Plutarch. in Sertorio.

d Lampridius in Adriano.

e Xenophon. lib. 8. Cyropæd.

f Zonaras tom. 3. pag. 229.

g Zonaras tom. pag. 239.

h D. Hieron. ad Rusticum lib. 2. epist. 13.



Source : BIU Cujas

gistram studiorum Massiliam paruulus habuit, *Locis* (inquit) *Græca comitate & prouinciali parcimonia mistum ac bene compositum* [a]. Ausonius professores Academiæ Burdigalensis recenset, singulósque magnis laudibus ornat [b]. Eumenius Rhetor in oratione pro scholis instaurandis coram viro perfectissimo præside Galliæ habita, *Merentur & Galli nostri* (inquit) *vt eorum liberis, quorum vita in Augustodunensium oppido ingenuis artibus erudiatur, & ipsi adolescentes vt eorum indoli consulere cupiamus.* Tacitus de Augustodunensium vrbe, quæ caput gentis erat, nobilissimam Galliarum sobolem liberalibus studiis ibi operatam meminit [c]. Sic etiam Gregorius Turonensis refert Guntrano Aurelianensem vrbem redeunti ciues obuiam processisse, vt hinc lingua Syrorum (inquit) hinc Latinorum, hinc etiam ipsorum ludæorum in diuersis laudibus variè concreparet [d]. Qui locus satis testatur etiam tum Aurelianenses Gallos studiosos fuisse tam Latinæ, quàm Hebraicæ, & Chaldaicæ linguæ. Quēadmodum autem præceptorum & professorum labor ingens est, industria autem Reipublicæ vtilis & fructuosa, sic etiam præmia non vulgaria eis rependi & deferri semper conueniens visum est [e]. Iulius Cæsar omnes medicinam Romæ professos & liberalium artium Doctores, quò libentius & ipsi vrbem incolerent, & cæteri appeterent, ciuitate donauit [f]. Magnum autē fuit ciuitate donari, *Eas ciuitas data est* (inquit Tacitus) *cùm id rarum sit, nec nisi virtutis pretium.* Suetonius Verrium Flaccum Grammaticum temporibus Augusti sestertia centū singulis annis salarij nomine accepisse refert [g]. *Vespasianus* (ait idem Suetonius) *ingenia & artes vel maximè*

a Tacitus in vita Iulij Agricolæ.

b Ausonius comment. profess. Burdigal.

c Tacitus li. 5. anual.

d Gregor. Turonensis li. 8. ca. 1.

e L. vnica. C. de studiis liberalibus vrbis Romæ. & L. medicos. C. de profess. & mediciis.

f Sueton. in Iulio Cæs. cap. 42.

g Sueton. de claris grammat.

Source : BIU Cujas

*maximè fuit. Primúsque è fisco Latinis Græcisque rhetoribus annua centena constituit* [a]. Sic & Antoninum Pium, Capitolinus scribit bonorum artium doctoribus per omnes prouincias iussisse honores & annua salaria deferri [b]. Hanc eandem Athalarici Gothorum Regis in professores liberalitatem & munificentiam Cassiodorus testatur [c]. Itaque non mirũ, si Rex Franciæ Christianissimus constitutione in celebri comitiorum Aurelianensium conuentu lata iussit præceptores authoritate publica scholis præfici, & singulos in vnaquaque vrbe è sacro præbendæ vnius reditu alimenta & salaria consequi. Ecclesiasticos reditus rectè in professorũ causam impendi placuit, cùm professorum honos, præmium, eorúmque labori remuneratio sacra etiam diuinæ scripturæ authoritate commendetur. *Qui docti fuerint* (inquit Daniel Propheta) *fulgebunt quasi splendor firmamenti, & qui ad iustitiam erudiunt multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates* [d]. Vetus Ecclesiæ institutum fuit, scholas, vetum pietatis seminarium, multa cura multóque studio tueri & ornare: Atque hoc olim Prælatorum Ecclesiæ & antistitum munus & officium fuit [e]. Ætherius Lyxoensis Episcopus pueros ciuitatis suæ collegit & instituendos commisit cuidam clerico, qui se doctorem & literarum professorem dicebat, cui vineas & reditum largitus est, inquit Gregorius Turonensis [f]. Carolus magnus Episcopos monet, vt scholas ad ministros Ecclesiæ edocẽdos & instruẽdos in congruis locis institui & ordinari procurent [g]. Demetrius Alexandrinus Episcopus Origenem etiam adhuc adolescentem Alexandrinæ scholæ præfecit: Ille autem primùm Grammaticas disciplinas

a Sueton. in Vespa. cap. 18.

b Capitolinus in Ant. Pio.

c Cassiodorus li. 9. variarum.

d Daniel cap. 12.

e Can. cũ multa 86. dist.

f Greg. Turon. lib. 6. cap. 36.

g Capitul. Caroli Magni, li. 2. cap. 5.

Source : BIU Cujas

disciplinas & philosophiam docebat : sed exinde cùm Ecclesiæ illius doctores persecutionis tempore abessent, sèque occultarent, sacras litteras professus est [a]. Ecclesiæ prælati liberales artes cæteràsque ethnicas disciplinas multùm ad Theologiæ studia conferre existimauerunt [b]. Hinc Anatoliũ scholæ Aristotelicæ à ciuibus Alexandrinis præfectum refert Eusebius [c]. Ac passim apud authores Ecclesiasticæ historiæ comperias mentionem fieri scholarum, in quibus promiscua laude Ethnicæ & Philosophicæ scientiæ nõ minùs, quàm Ecclesiasticę & Theologicę docebantur. Hoc enim Gratianus multa Doctorum Ecclesiæ authoritate, exẽplis, & sentẽtiis probat [d]. Quin & Saluianus refert in Carthaginensi vrbe scholas artium liberalium & Philosophorum officinas, tum linguarum, tum morum esse gymnasia [e]. At contrà Iulianus Apostata vetuerat, ne Christiani liberales artes aut discerent aut docerent [f]. Videbat enim literarum & antiquitatis cognitionem plurimùm conferre, tam ad interpretationem sacrarum scripturarum, quàm ad refellendos impiorum & hæreticorum errores [g]. Itaque cùm Christianæ pietatis disciplinam externa artium liberalium scientia iuuaret, factum est vt etiam abbates in monasteriis præceptores ad docendos & erudiendos tam in profanis, quàm in sacris literis monachos requirerent [h]. Idque Diuus Chrysostomus multis rationibus cõprobat [i]. Vnde etiam monasteria ab exercitio virtutis & literarum dicebantur ἀσκητήρια. Et in Concilio Viennensi sub Clemente 5. sancitum fuit, vt in singulis monasteriis esset eruditus magister & Doctor, qui monachos erudiret, & bonis artibus imbueret [k]. Itaque

[a] Eusebius lib. 6. cap. 3. & c. 18.
[b] Niceph. li. 5. Eccle. hist. c. 18. & cap. 37. Sozomen. li. 2. ca. 17.
[c] Eusebius lib. 7. c. 32.
[d] Totã distinct. 37.
[e] Saluian. li. 7. de pro uid. Dei.
[f] Sozomen. lib. 6. c. 17. Niceph. li. 10. cap. 25. & hist. tripar. lib. 6. c. 17.
[g] Niceph. li. 10. c. 21. & ca. 26.
[h] Euagrius lib. 4. c. 38. & Beda lib. 3. cap. 3. eccles. hist.
[i] D. Chrys. in tract. ad. meriùs uituperatores uitæ monasticæ.
[k] Clemẽs. 1. §. penult. de statu monach. & c. 2. extra de magistris.

Source : BIU Cujas

que si fauorabilis est iuuentutis institutio, si Ecclesia Episcopis & prælatis hoc munus demandauit, si præceptorum stipendia rectè & meritò ex sacris Ecclesiæ reditibus sumi debent : cur denegabitur præceptori vacans hæc præbenda, quam Episcopus pio erga iuuentutem affectu concessit & contulit? Graduatis debentur præbendæ, sed non aliæ, quàm quę vacant iis mensibus qui graduatis affecti sunt. Quæ verò à lege præceptori destinata est, dici non debet vacasse, sed illi tribuenda est, cui constitutio Regia eam assignauit, ne legis destinationem vanam & sine effectu arguamus. Quinetiam si inquirere lubet, cur graduatis pars tertia vacantium beneficiorum destinata est, non alius proponi potest, quàm studiorum fauor. Neque enim vacantes illæ præbendæ aut huic aut illi specialiter destinantur, sed studiosis iisque omnibus, qui post laudabilem in studiis progressum gradu aliquo insigniuntur. Quis autem dignior gradus in studiorum causa proponi potest, quàm præceptoris, qui cæteris ad doctrinam ducem se & moderatorem præstat? Quin etsi eum non potiore, sed æquo iure cum aliis censeri debere dicamus, conueniens certè est, vt Episcopo licere velimus pia & laudabili gratificatione vti, atque vacantem præbendam aut graduato, aut præceptori, cui voluerit, conferre.

*PRO MEVIO GRADVATO. Qui prior est in cursu* (inquit eleganter Cyprianus) *prior est & ad præmium* [a]. Magna quidem referri potest iuuenilis institutionis commendatio : Magnus est eorum fauor, qui scholis præficiuntur, & qui adolescentes liberalibus artibus erudiunt. Sed non est æquum ista studiorum contemplatione graduatos, quorum

[a] D. Cypr. lib. 3. epi. 9.

BIBLIOTHEQUE CUJAS Paris

Source : BIU Cujas

quorum non alia est quàm doctrinæ & eruditionis professio, reiici & repelli. Pietatis & Theologiæ studium, puerilis institutionis curæ meritò solet præferri. Sic enim post incendium illud ingens & vniuersam Ecclesiæ Constantinopolitanæ conflagrationem, Iustinianus Imperator, cùm aliam Ecclesiam ædémque sacram non minùs splendidam & magnificam extruere decreuisset, vt pecuniæ ad sumptus abundè suppeterent, stipendia magistris liberalium artium olim assignata reuocare non dubitauit [a]. Si conueniens visum est stipendia liberalium artium & salaria præceptorum cedere in causam reparationis Ecclesiarum, an vlla potior proponi potest Ecclesiæ ruinam minantis refectio & instauratio, quàm si Theologi viri docti, laurea & gradu insigniti, præmiis dudum assignatis ornentur? *Multi* (inquit Diuus Hieronymus) *ædificant parietes & columnas Ecclesiæ substruũt: marmora niteni: auro splendent laquearia: gemmis altare distinguitur: Et ministrorum Christi nulla electio est* [b]. Meuius Theologiæ sedulam operam dedit, & in vim gradus nominatus fuit. At ex cõcordato inter summum Pontificem & Regem Christianissimũ intio, beneficia certis anni mensibus concedi graduatis in fauorem studiorum oportet. An non maior esse debet eius commendatio, qui diuturno tempore Theologiæ, aut iuri seu canonico, seu ciuili operam dedit, & gradu aliquo ex meritis insignitus est, quàm eius qui puerorum institutionem accepto pretio profitetur? *Maiora certamina maiora sequuntur præmia* (inquit Tertullianus [c].) Iuuenum institutio eò tendit, vt ad aliquem doctrinæ & eruditionis gradum perueniant. Æquúmne aut

conue

[a] Zonaras tom. 3. pag. 52.

[b] D. Hie. epi. ad Nepotianũ li. 2. epist. 12.

[c] Tertull. ad Scapulam.

Source : BIU Cujas

conueniens fuerit ſpem futuri in ſtudiis progreſſus eis nocere aut præiudicium afferre, qui iam gradum aliquem conſecuti ſunt, & qui in remunerationem anteacti laboris & præteritarum vigiliarum, beneficio aut priuilegio aliquo frui & gaudere debent? Addere liceat antiquiorem eſſe graduatorum cauſam: Noua enim recénſque eſt conſtitutio Regia, quæ præceptoriales illas præbendas introduxit. Cur nouus fauor iuri antiquo nec minùs fauorabili derogabit? Cedit minùs dignum digniori a. Cùm duo priuilegiati concurrunt, qui prior eſt tempore præfertur b. Si minor annis cum maiore filiofamilias contraxit, in reſtitutione maior ætatis habetur ratio, quàm Senatuſconſulti c. Inter eos qui Reipubl. cauſa abſunt, potior videtur eius ratio, qui læſus arguitur d. Antiquius priuilegium primúſque fauor eorum eſt, qui in vim gradus nominati præbendas vacantes ſibi concedi & indulgeri ſuo quodammodo iure poſtulant. Vterque fauorem ſtudiorum meritò prætendit: ſed æquius eſt, vt iis faueamus, qui iam decurſo ætatis ſuæ maiore ſpatio ſtuduerunt, quàm illis qui aut iuuenes ſtudent aut iuuenili inſtitutioni operam dant. *Præmia ſenioribus, iuuenibus exempla proponuntur*, inquit Plinius e. Nam cùm inſtitutio fiat, vt quis tandem ſcientiæ laurea & gradu inſignitur: ſi qui ſint, qui liberalibus artibus aut iuri aut Theologiæ tanto ſtudio incubuere, vt ad aliquem gradum peruenerint, an non fauorabiliores ſunt illis, qui in primo aut medio curſu ad metam properant? Rectè apud Tacitum Antonius cecidiſſe in irritum labores dicebat, ſi præmia periculorum ſoli aſſequantur, qui periculis non affuerint f.

a *Cã. de iuuenio. 76. diſtinct. l. quæ religio ſis. ff. de rei vendicat.*

b *l. dotis. C. de iure dotium.*

c *l. verum. §. fin. ff. de minoribus*

d *l. ff. ex quibus cauſis maiores.*

e *Plinius in panegyrico.*

f *Tacitus lib. 3. hiſt.*

Militum

Militum magna quidem sunt priuilegia, sed non omnium eadem. Alia tyronum, alia veteranorum sunt. Veterani à nauium fabrica excusantur, inuiti militare non coguntur, exactores tributorum eligi aut constitui nequeunt, immunitates habent tam operum publicorum quàm vectigalium a. Quis verò tyronibus hæc eadem tribui oportere existimet? Iniquus sit quisquis eadem fauoris prærogatiua graduatos cæteris, qui aut docere aut discere incipiunt, comparare aut cõponere velit, vel qui vtrosque æquo iure cẽseri debere asserat. Quòd si omissa æquitatis ratione mero iure quæstio dirimenda est, constat expressa canonici iuris constitutione controuersiam istam decidi. Nam in hac eadem aut certè non dissimili quæstione, si assignari oporteat à capitulo prouentum vnius præbendæ, vni magistro, ac fortè duobus, Ecclesia Metropolis grauetur: Innocentius tertius Theologum Grammatico præferendum asserit b. Postremò in hac causa omittendum non est, præbendæ, de qua agitur, collationem in fauorem præceptoris ab Episcopo factam admixtã habere fraudis, versutiæ, & calliditatis prudentiam. Ideo enim Episcopus institutionis puerilis & litterarum fauorem proponit, vt auaritiæ & proprix vtilitati probitatis prætextum & virtutis imaginem prætendat. Hoc enim tentat Episcopus, alienis copiis & alieno dispendio constitutioni Regiæ satisfacere. Constitutio Regia hoc requirit, vt Episcopus conferre teneatur præbendam, quæ exinde præceptorialis dicatur, & præceptoribus perpetuò assignetur. Episcopus Bellouacensis conferre quidem vult præbendam, sed alienam, si ita dicere licet, & quæ ad eum

a Toto tit. de veteranis lib. 12. Cod. & tit. priuil. veteranorum. ff. & l. fi. de priuil. decurionum.

b Ca. quia nonnullis circa finem ex. de magistris, & gloss. ad ver. effectũ in pragm. tit. de collat.

Source : BIU Cujas.

eum nihil pertinet. Neque enim Episcopus de prębendis, quæ tempore graduatis destinato vacant disponere potest aut gratificatione vti, sed illæ graduatis destinantur & affectæ sunt, eísque ex necessitate conferri debent. Episcopus itaque subtili commento, dum hanc præbendam præceptori offert, nihil de suo cócedit, nec de suis collationibus quidquam indulget, sed potiùs graduatis præbendá, quæ eis certissimo iure quæsita est, extorquere & præripere conatur. Constitutio Episcopum adstringit & obligat, vt de suis vnam conferat. Nam etsi constitutionis verba primæ præbendę vacantis mentionem facerent: hoc tamen non aliter intelligi æquum videretur, quàm vt ea conferatur & concedatur, de qua liberè Episcopus posset disponere. Neque enim iuris canonici dispositio permittit eiusmodi statuti verba ad eam præbendá referri, quæ maiori ordini, seu dignitati, vel antiquiori priuilegio destinata est [a]. Quòd autem præceptor iste ex magno doctrinæ & eruditionis merito sese graduatis æquandum & comparandú asserit, hoc sanè nullius est momenti, nec attendi debet. Nam quicunque ad Baccalaureatus, licentiæ, aut doctoratus gradum promotus non fuit, is licèt sit doctissimus, non tamen graduatus censeri potest, ac præcipuè ad hoc vt nominationis in vim gradus faciédæ priuilegium habeat. Nam & ipsi graduati, si se ex more non inscripserint & nominauerint, non possunt beneficium vacans in vim gradus obtinere. Beneficia enim graduatis debentur ex ordine & antiquitate nominationis.

[a] Ca. cùm in Ecclesiæ de præbendis in 6.

*SENATVS* præbendam Meuio graduato adiudicauit, sed & eodem arresto pręcepit Senatus,

vt Episcopus primam vacantem præceptoriali prębendæ assignaret, atque interea ipse ex suo reditu salaria præceptori pendi & exolui procuraret [a].

a Par arrest la prebende contentieuse est adiugee à M. Pierre le Brun gradué nommé, & ordonné qu'en attendant qu'vne autre prebende vacque, l'Euesque de Beauuais baillera au precepteur les fruicts & reuenu d'vne prebende. L'arrest est du Mardy matin 4. de Feurier 1586. entre les habitans de Gerberoy appellans, & M. Pierre le Brun Inthimé. Ieplaidois pour ledit le Brun.

b Ca. concesso. can. quatuor, & canonibus sequẽtibus 12. quæst. 2.

---

*De fructibus Ecclesiastici beneficij, quomodo inter hæredes defuncti & successorem in beneficio diuidantur.*

## Cap. III.

PRÆLATI, Abbates, cæterique alij quotquot sacerdotia vel beneficia Ecclesiastica tenent ac possidẽt, fructus ex beneficiis suis omnes, quãdiu viuunt, liberè percipere & de iis disponere possunt. Nam licèt olim ex sacris canonibus redituũ Ecclesiasticorũ perceptio & dispensatio laudabilem illam diuisionem & distributionem admitteret, vt vna Episcopo, altera clericis, tertia fabricis & Ecclesiarũ reparationi, quarta redituum pars pauperibus tribueretur [b]. Nũc tamen beneficiorum reditus & fructuum cõpendia à prælatis, iisque qui beneficia possident, ita liberè percipiuntur, vt sine vlla contentione & absque vlla alia distributionis necessitate, omnes prouentus sibi pleno iure acquirant. Itaque cùm prælatus decedit aut resignat, multæ oriri solent quęstiones & controuersiæ inter defũcti hæredes & eum qui beneficio successit. Certè primis illis nascentis Ecclesiæ temporibus, quandiu antiqua Christianæ disciplinæ seueritas locum habuit, tãtùm abest vt clericorum hæredes & propinqui in fructibus

Eccle

Ecclesiastici prædij seu perceptis seu percipiendis ius vllum sperare possent: quinimò sacris canonum constitutionibus, ne viuo quidē clerico licebat ex beneficiorū reditibus aliquid propinquis suis donare aut liberali manu quidquam cōcedere & largiri [a]. Nam etsi aliquādo laudentur clerici, qui suis victum & vestitum præbent [b], quíve propinquos liberant vel à captiuitate, vel à fame, aliáve egestate [c]. Hoc tamen non aliter licere, eisve permitti canones olim voluerunt, quàm si magna aliqua necessitas ingrueret: quo casu clerici necessaria suis subministrare & largiri possent [d]. Voluit prisca Ecclesiæ disciplina, vt clerici & quicūque ordini Ecclesiastico consecrantur, non alios deinceps affines & cognatos, præter pauperes Christi, habere se præsumant: vt apud eos charitas Christiana pauperes & egenos maiore affectu, quàm humana sanguinis & affinitatis ratio propinquos complectatur & commendet [e]. At verò si qui affines & propinqui reditus Ecclesiasticos sibi vel hæredis titulo vel proximitatis iure vendicare velint, Diuus Ambrosius clericum beneficij Ecclesiastici possessorē monet, vt hos expellat & auersetur. *Non te propterea Deo dedicasti* (inquit Diuus Ambrosius) *vt tuos diuites facias, sed vt vitam tibi perpetuā fructu boni operis acquiras, & pretio miserationis peccata tua redimas. Putant se parum poscere, præmium quærunt tuum, vitæ tuæ adimere cōtendūt fructū, & accusant quòd eos diuites non feceris, cū te illi velint æternæ vitæ fraudare mercede* [f]. Hinc illa Diui Hieronymi expostulatio, *Vidimus nuper* (inquit) *& planximus Crœsi opes vnius morte deprehensas, vt bisque stipes, quasi in vsus pauperū cōgregatas stirpi & posteris derelictas* [g]. Pelagio hāc ab

a *Ca. præsenti de officio ordinarij in 6.*
b *Can. omnino, & glo. in verb. vt mercede 38. dist. can. studeat tot. 50. distinct.*
c *Can. non satis 86. distinct.*
d *Can. cæterum 86. distinct. can. quisquis 12. qu. 2. can. si cupis 16. quæst. 1.*
e *Can. charitas. 5. proximos de pœnitentia di. 2.*
f *Can. est probanda. 86. dist.*
g *D. Hier. ad Rusticū li. 2. epi. 13.*



Source : BIU Cujas

eo, qui Episcopus ordinabatur, exigi voluit promissionis cautionem, vt nihil vnquam per se, per filios, siue quâlibet propinquam, aut domesticam, vel extraneam personam de rebus audeat vsurpare Ecclesiæ & vniuersa tẽpore Episcopatus sui quæsita, Ecclesię dominio sociare teneatur, nihil vltra id, quod permissum fuerat, filiis suis vel hæredibus relicturus [a]. Itaque non illi tantùm acriter reprehendebantur, qui Ecclesiasticos prouentus in domesticos sumptus & propria commoda impendebãt [b]: sed & vetabatur Episcopus in administratione rerum Ecclesiæ opera suorum vti, & Ecclesiastica officia propinquis committere [c]. Quin & olim ne fieret rerum Ecclesię confusio, statutum erat distingui solemni inuentario bona Episcopi propria ab illis rebus, quę ex Ecclesiasticorũ prædiorum reditibus percipiebantur. Res proprias Episcopus propinquis aut viuus donare, aut moriens testamento relinquere poterat: Ecclesię bona & reditus non licebat [d]. Sed & aliquando ipsa Ecclesia tam propriis clericorum bonis, quàm cæteris succedebat. Diuus Hieronymus, *Sit hæres, sed mater filiorum, id est, gregis sui Ecclesia, quæ illos genuit, nutriuit, & pauit. Quid nos inferimus inter matrem & liberos? Gloria Episcopi est pauperum inopiæ prouidere. Ignominia sacerdotis est propriis studere diuitiis* [e].

a Can. de Syracusanæ 28. dist.
b Can. Legant 37. dist.
c Can. decenter, & ibi glosia 89. dist. & glosia in can. Carthaginensis. In verb. nec filios 61. distinct.
d Can. sint manifestæ 22. quæ. 1
e D. Hier. ad Nepotianum li. 2. epist. 12.

MAGNA sanè fuit pristinæ disciplinæ seueritas, ingens Prælatorum Ecclesię primitiuæ inhumanitas, qui propinquos & affines pro extraneis propemodũ habere videbantur, imò cùm propinquis solis donare expressa prohibitione non liceret, durior fuit propinquorum, quàm extraneorum

Source : BIU Cujas

rũ conditio. Sed & nimis dissoluta videatur corrupti huius sæculi licentia, dum Prælati, Abbates, cæteríque Ecclesiastici in præsens luxuriam suam fouent, & in futurum auaritiæ & commodis propinquorum, ex patrimonio Ecclesiæ neglecta pauperum & Ecclesiæ ipsius cura, prospiciunt. Superfluum tamen hoc loco fuerit publicos mores vno omnium consensu deprauatos criminari & accusare. Itaque conuenientius erit omissa veteris Ecclesiasticæ disciplinæ regula, res, prout nunc obtinent, tractare: Idque vnum quærere, qualis fieri & iudicari soleat fructuum diuisio inter defuncti hæredes, & eum qui in beneficio succedit. Nam licèt quæstiones illę frequenter se offerant, neque sint inutilis & infructuosæ tractationis: varię tamẽ sũt iuris nostri consultorum sententiæ. Quin & varia atque etiam contraria Senatusconsulta in istis cõtrouersiis recitari & proponi solent.

Quidam clericum beneficij possessorem vsufructuario comparant, perceptóque omnes fructus ei concedunt: in percipiendis autem nullum omnino ius tribuunt. Fructuarius enim non modò fructus omnes perceptos facit suos sibíque acquirit, sed & si fructibus iam perceptis nec dum extantibus decesserit: pensionis tamen, quam à colono solui oportet, dies nondum venerit: nihilominus integra pẽsio hæredibus fructuarij quæsita dici debet[a]. Sic etiam clericorum, qui beneficia Ecclesiastica obtinent, dignitas nihil minùs mereri videtur, quàm vt fructus perceptos non modò sibi legitimo iure acquirant, sed & ad hęredes commodum eorum transmittant. Clericus beneficij possessor in fructuum perceptione an marito comparari de-

[a] L. *defuncta. ff. de vsufructu.*



Source : BIU Cujas

beat, nécne, quæsitum. Pleraque enim sũt, quæ magna diuersitatis ratione mariti conditionem à clero beneficiario secernant. Maritus si fundum dotalem locauit, stari oportet locationi à marito factæ, si & tempore congruo facta sit, ipsáque locatio in solitum & ordinarium temporis spatium, non autem immodicum extendatur [a]: aliud in clerico aut prælato. Nisi enim quis ex resignatione beneficium obtineat, successor locationi à defũcto beneficiario factæ stare non tenetur. Vt neque etiam proprietarius stare tenetur locationi, quam defunctus vsufructuarius fecit [b]. Itaque in partiendis Ecclesiastici prędij fructibus dotalium fructuũ ratio aliena erit, aptiúsque & conuenientius fuerit ad vsufructuarij exemplum rem ipsam reduci. Maritus enim rei dotalis dominus censetur: At prælatus aut alius beneficij possessor, vt & ipse fructuarius, in ipso dominio nullum, sed in sola fructuum perceptione ius habet. Itaque in hac ipsa fructuum diuisionis materia plerique iuris canonici interpretes adductis hinc inde multis rationibus Ecclesiasticos beneficiorum possessores fructuariis comparant [c].

Sunt alij qui fructus omnes cœpti anni tam perceptos quàm percipiendos prælato, eiúsque hæredibus tribuunt. Itaque licèt prælatus & clericus initio anni decedat, ei tamen eiúsque hęredibus fructus omnes anni illius adiudicari debere existimãt. Quod etsi prima facie aut absurdum & iniquum, aut certè communi Doctorum sẽtentiæ aduersũ videatur, tamẽ ea opinio nec rationibus nec exẽplis caret. Sic enim in fideicõmissario dicimus spectari nõ solere, an maior pars anni præterierit [d].

Sic

[a] L. filiofam. §. si vir. ff. soluto matrim.

[b] L. si quis domũ. §. 1. ff. locat.

[c] Panorm. in cap. quo uelamine prælati uices suas. Archidiac. in can. alienationes 12. quæst. 2.

[c] Glossa in cap. si propter. In uer. primi anni de rescriptis in 6. & Glos. sa in l. 1. de annonis ciuilibus. C.

[d] l. Hereun. ff. de usur.

Source : BIU Cujas

Sic & diem functo legato Cæsaris comitibus salarium non modò præteriti, sed & residui temporis præstari debet [a]. Idémque in plerisque aliis iudicari & responderi solet [b]. Nec dissimiliter si fructibus iam maturis distractus sit fundus, fructus omnes illius anni emptori cedunt [c]. Quinetiam quod de adueniente pensionis die dictum fuit, id sanè dubij iuris est, nec videtur satis certa regula definitum. In vsufructuario quidem pensionis dies non spectatur [d]. At in emptore Paulus ait, si dies pensionis nondum venisset, cùm addicta sunt prædia, eos quoque fructus emptorem consequuturum [e]. In annuis autem legatis, quæ alicui ex testamento in alimentorum causam debita præstantur, eadem æquitatis ratio fructus omnes illius anni tribuit, etsi annus cœptus quidem sit, sed non præterierit. Ideóque si quis vxori decem annua legauerit, vxor autem per quinquennium & quatuor menses vixit, Modestinus respondet integri sexti anni legatum deberi [f]. Falluntur autē qui Bonifacij Pontificis constitutionē in hoc allegāt, vt probent fructuū, qui nondū percepti sunt, lucrū ad hęredes post prælati aut beneficiarij obitū non transmitti [g]. Illa enim Bonifacij constitutio non generalis est, sed de Episcopis, collegiis, aut capitulis agit, à quibus bona aliqua vacantis Ecclesiæ occupata sunt. Vt constat eiusmodi vsurpationem illicitam & illegitimam haberi [h]. Non eadem est eius ratio, qui beneficium iure licito & ex legitima institutione & canonica prouisione possidet: Ille enim meritò fructus non sibi tantùm acquirit, sed ad hæredes pleno iure & bona fide transmittit. Nam licèt canones beneficij Ecclesiastici fru-

a L. diem functo. ff. de offic. assessorum. l. sed addes 19. §. fi. ff. de loc.
b L. si quis in sacris de proximis sacrorū scriniorum, lib. 12. C.
c L. Iulianus. §. si fructibus. ff. de actionibus empti. l. si fraudator. §. fructus. ff. quæ in fraudem credi.
d L. defuncta. ff. de vsufructu.
e L. fina. §. vlt. ff. de iure fisci. l. Iulianus. §. si fructibus. & §. in locatis. ff. de actionibus empt.
f L. vobis. ff. de annuis legatis. l. nec semel. §. 1. ff. quando dies legati cedat.
g Bonifac. in ca. præsenti de offic. ordin. in 6.
h Cap. quia sæpè de electione in 6.



Source : BIU Cujas

ctus in alimenta clerici destinent: non tamen ea ratio personam hæredis ab omni illo fructuum emolumento remouet aut reiicit. Sic enim lex annonas publicas ait non tam titulis dignitatũ, quàm singulorum meritis ex Diui Constãtini liberalitate attributas. Neque tamen ideò minus annonarũ emolumenta dicimus etiã ad hæredes transire & transmitti [a]. Itaque magna ęquitatis ratione, atque etiam ex quorundam iuris doctorum sententia dicendum videtur, idem etiam in præbendis, beneficiis ac reditibus Ecclesiasticis obseruari, vt fructus omnes anni cœpti, sed nondum præteriti ad hæredes transmittantur [b].

Tertia opinio eorũ est, qui dicunt seu percepti sint fructus & collecti, siue extantes & percipiẽdi, fructuũ pro rata portione anni distributionẽ fieri inter defuncti prælati seu beneficiarij hæredes, & eum qui in beneficio successor est. Et hæc quidem opinio verior est & æquior, & à Senatu plerisque arrestis confirmata. Distributionis huius æquitatem exemplis probari & asseri conueniens est. Annonam militarem constat singulis aut alternis diebus militibus pręstari [c]. Clerici milites sunt Christi, cæteri sunt milites sæculi: Cur quod in sæculi militibus, non idem in militibus Christi dicemus, vt æquum censeatur in singulos dies & ex ratione temporis quotidianis clerici alimentis consuli & prospici? Idque potissimùm, cùm requirant canones clericis ante ordinationem assignari stipendia militiæ Christianæ [d]? In hac autem similibúsve cõtrouersiis hoc præcipuè attendi & disquiri solet, an fructus ratione iuris, an ratione oneris tribuantur. Vsufructuarius dicitur ratione iuris fructus perci

a L. 1. de annonis ciuilibus li. 11. Cod.

b Io. Faber ad §. is verò de rerũ diuis. in instit. & Glos. in d. L. 1. de annonis ciuilibus. C.

c L. 1. de erogat. militaris annonæ lib. 12. C.

d Cap. 2. non liceat, & cap. Episcopus, & cap. tuis ext. de præbendis.

percipere & consequi. Vnde etiam nonnulli existimant nullo fructuum naturalium ciuiliúmque discrimine, fructuario perceptos fructus omnes in totum acquiri: percipiendos autem & nondum collectos neque in totũ neque pro parte hæredibus fructuarij deberi [a]. Sic & legibus Feudorum, cùm de eiusmodi diuisione fructuum inter dominum & hæredes vassalli agitur, partitio fructuum ratione iuris dominici fit extraordinaria quadam proportione & iniqua temporis distinctione [b]. At cùm non iuris, sed oneris ratione fructus alicui acquiruntur, diuisio ista fructuum alia, eáque diuersa consideratione distinguitur, atque etiam temperatur, vt pro rata portione temporis adhibita oneris & officij ratione fructuum partitio dispensetur. Proponamus aliquem canonicam beneficij Ecclesiastici institutionem eiúsque legitimam possessionem mense Iulio obtinuisse, & sequenti mense Septembri post fructus omnes omnino perceptos decessisse: quanta foret iniquitas ac potiùs absurditas si clericum aut prælatum vsufructuario compararemus? Nam & successor beneficij egere cogeretur, pérque nouem integros menses sine vllo fructuum emolumento vllísque alimentis altari deseruire: Et defunctus tam breui temporis spatio, ipsóque trimestri, collectis totius anni fructibus, magno vniuersi reditus lucro hæredem suum locupletaret. Quin potius æquitati canonicæ conueniens videtur, Ecclesiam sacros Ecclesiastici patrimonij reditus sibi aliquatenus retinere, & beneficij ipsius fructus, qui ad alendos clericos destinantur, fructuúmve nondum consumptorum partem aliquam successori reseruare [c]. Odiosum enim & à

a D. l. defunctæ. ff. de vsufructu. l. 8. in f. ff. de annuis legatis. l. 13. si vsufructuarius mesc. ff. quib. modis vsusfr. amittatur.

b Tit. 28. hic finitur lex. §. his consequenter, lib. 2. Feudorum.

c Cap. 12. relatũ ex. de testamẽtis. c. fi. extra. de peculio cler. cap. cęterũ de dona.

ratione iuris alienum videri potest hæredem præmia defuncti, debitique officij, quod nondum defunctus impleuerat, honorarium & mercedem nullo suo merito consequi. Nō dissimiliter Imperator Anastasius de hæredibus silentiariorum agens, qui post defuncti silentiarij obitum aliquid ex emolumentis & salariis defūcto debitis sibi tribui & præstari postulabant, rescripsit, nō oportere alios labores aliorū aliis fructū vel lucrū afferre [a]. Eadémque ratione Plinius iudicatū fuisse à Senatu refert aduersùs hæredes scribæ, qui ante legitimū salarij tēpus decesserat [b]. Dutū tamen fuerit, si aduersùs Prælati aut clerici hæredes idem respondeamus, ne vllam fructuū portionem eis percipere liceat. Sed æquius visum est habita ratione officij à defuncto præstiti, hoc ei concedi, vt tantundem lucri & emolumenti ex beneficij sui reditu ad hæredes transmittat, quantū laboris & operæ in munere suo Ecclesiastico & deseruiendo beneficio viuus impenderat. Sic enim post obitū eorū qui militiam aliquam exercuerant, si quid annonarū ærariarū aut aliūde debeatur, vel si quid quouis titulo quæsitū sit, lex hoc omne ad hæredes peruenire illísque concedi æquissimū iudicauit [c]. Itaque hanc omnem fructuum diuisionem aliqua iuris regula & æquitatis moderatione temperari placuit. Idque non alieno nec dissimili prædij dotalis exemplo. Quemadmodum enim maritus fructus habet ad sustinenda onera matrimonij [d]: sic etiam prælatus & quiuis clericus sacros fundi Ecclesiastici reditus percipit & consequitur, non vt eos pleno iure lucrifaciat, sed vt ipse cultui diuino

a L. finali. de silentiariis lib. 12. C.

b Plinius lib. 4. epistola 12. ad Arrianū.

c L. omnimodo §. fi. C. de inoff. testā. l. his scholaribus de erogat. milit. annonæ lib. 12. C. Nouella 55. & Nouell. 53.

d L. si pater. ff. de iure dotium.

diuino addictus beneficij fructus in necessariam victus sui & alimentorum causam impendat. Quin etiam cùm omnis canonica beneficij institutio cēseatur matrimoniū spirituale [a], conueniens est tam dotales quàm sacros beneficij fructus pari passu ambulare. Itaque sicut maritus fūdi dotalis fructus cōsequitur pro rata portione tēporis: Papinianus [b], Pōponius [c], & Iulianus [d], dicūt pro portione anni: Iustinianus Imperator [e], & Triphoninus [f], dicūt pro rata tēporis: Paulus [g] ait pro rata anni: Ita etiā fructus beneficij, siue percepti sint, siue percipiēdi, debent inter hæredē & successorē diuidi pro rata tēporis & pro ea anni parte, qua defūctus Ecclesiastici muneris onera & cultus diuini impensas subiit. Tertullianus, *Non possunt* (inquit) *separari in mercede quos opera coniungit* [h]. Quid enim esset iniquius quā si successor maturis beneficij fructibus ad paratas epulas accederet, & totius anni reditū in ipso statim ingressu consequeretur? Ac rursū si proponamus defunctū mense Octobri obiisse, quid esset iniquius quàm vniuerso reditu percepto hæredem fructus omnes sola perceptionis ratione sibi vindicare: successorē interea reliquo anni tempore ad sequentem vsque messem victu & alimētis spoliatū altari seruire? Æquius visū est Geometrica proportione fieri redituū & fructuū partitionem. Hæc ergo fructuū pro rata temporis diuisio communi Doctorum calculo approbatur. Sicque reiectis aliorum opinionibus postrema hæc de partiendis pro rata anni fructibus sententia, vt verior & æquior, non ipsa tantùm iuris ratione, sed & Sena

a Ca. 10 quisiuisti, ex. de testamentis. e. inter corporalia de translat. Episcopi.
b l. si diuortio. §. si fūdum. ff. soluto matrim.
c l. si alienā ff. eodem titulo.
d l. si marito. §. vlt. ff. soluto matrim.
e L. unica. §. sed & nouissimi. C. de rei vxor. actione.
f l. cùm in fūdo. §. diuortio. ff. de iure dotiū.
g Paulus lib. 22. lib. 2. recept.
h Tertullian. de resurrect.
i Guymierius ad §. item quod si Ecclesia. In ver. acquisitos, tit. de annatis in pragma. Canonista in d. c. pra. senti de officio ordinarij in 6.

*& in ca. relatum 20. & ca. officij ext. de testam. & in c. finali ex. de præbend. & in ca. relatum 20. & ca. officij ext. de testam. & in c. finali ex. de præbend. clericis aruna.*

Source : BIU Cujas

& Senatusconsultis & frequenti rerum iudicatarum authoritate confirmatur.

Verùm præmissa ista fructuum partitionis & diuisionis ratione, illud obscurius, aut certè non minus controuersum supereſt, quando incipere annus & à quo tempore censeatur. Atque in ea quæstione varia & diuersa Senatus iudicia citãtur & proponuntur. Itaque necesse videtur hoc omne certa aliqua æquitatis regula definiri. Nam quomodo fructus pro rata anni aut legitima portione diuidemus, nisi prius illud constiterit, quando & à quo tempore annus incipiat? In ea autem quæstione certant inter se tres diuersæ opiniones. Quidam ex ipso perceptionis fructuum tempore principium anni collocant: Alij rationem haberi volunt eius temporis, quo defunctus possessionem adeptus fuerat: Tertia opinio eorum est, qui à mense Ianuario initium anni computari volunt. Atque hi omnes sententias suas tam rationibus tutantur, quàm arrestis & rerum iudicatarum authoritate confirmant.

Qui ab ipsa fructuum perceptionis die principium anni constitui debere contendunt, multis rationibus nituntur. Nam cùm de fructibus fructuúmque diuisione agatur, ipsa fructuum perceptio attendi debet, & annum constituere videtur: vt non tam duodecim mensium spatium & anni vertentis cursus, quàm ipsa perceptionis ratio annum efficiat. Vnde fit vt si terra bis in anno fructus producat, (quod de quibusdam regionibus Plinius refert) vnicum duodecim mensium spatium duos annos ratione duplicis fructuum perceptionis cõstituat a. Philo Iudæus mundi creationem dicit eo tempore

a *L. 7. fructus ad l. diuortio. §. ad donationes, ff. solut. matr.*

Source : BIU Cujas

tempore fuisse, quo terra fructus paratos ac maturos statim exhibuit: Vt quemadmodum benignus & gratiosus conuiuator aduenientes conuiuas suos lautè ad paratas epulas excipit, neque eos conuiuij nondum præparati tædio & expectatione torquet: Ita etiam diuinæ bonitatis numen primum hominem, excellens manuum suarum operæprecium, lauto hospitio & præparato maturitatis fructuum conuiuio opiparè & comiter excipere voluit[a]. Creationis autem mundi initium, primi anni principium fuit. Itaque si, vt asserunt, Sol cùm in libra erat, conueniens videbitur, vt ipsa fructuum perceptio annum & aperiat & claudat, atque ea ratione annus ab vna ad aliam vsque fructuum perceptionem constituatur. Sic enim cùm aliquot annua ex reditu bonorum legata sunt, non mensis Ianuarius, velut anni initium, attèditur, sed spectari oportet tempus quo fructus percipiuntur. Idque ex Papiniani sententia obtinet[b]. Nec dissimili ratione Bonifacius onerum præstationem nõ ex anno ac mensis Ianuarij cursu recensetur, sed ex sola fructuum collectione spectat, vt ipsa præstationis ratio ad nouos vsque reditus referatur[c]. Itaque cùm dicimus defuncti beneficiarij hæredes consequi fructus pro rata temporis anníque portione: annum ita attendi oportet, vt eius initium statuamus ab eo tempore, quo fructus percipi consueuerunt. Multiplex est fructuum diuersitas, variósque fœtus terra suo quosque tempore parturit: Non tamen ideò varia perceptio pro fructuum diuersitate dicetur, imò vnus tantùm reditus vnúsque singulorum annorum fructus censebitur. In hac ergo quæstione perceptionis diem ex eo tempore

[a] *Philo li. de mundi opificio.*

[b] *l. Firmit. §. pater. ff. quãdo dies legati cedat.*

[c] *Cæ. præsent. §. porro. In verb. vsque ad nouos reditus de offi. ordinarij. in 6.*

Source : BIU Cujas

pore metiri nos & attendere oportet, quo terra fructus promptiores, quíque primi maturuerunt, exhibet & producit. Quod plerunque contingit mense Iunio. Atque hanc ob causam annum perceptionis fructuum crediderunt constitui debere à die festo Diui Ioannis Baptistæ vsque ad sequentis anni diem eidem Diuo Ioanni consecratum & dicatum: Vt ex eo tempore annum incipere & fructuum diuisionis regulam definiri oportere dicamus. Idque etiam arrestis [a] à Senatu iudicatum fuisse asserunt.

Alij, qui diem adeptæ possessionis spectandum dicunt, multa proferunt rationum momenta, quibus opinionem suam tueantur. Nam cùm fructus beneficij in alimenta destinari constet: æquũ est vt pro rata temporis, quo clericus altari seruire cœpit, fructus ei ad alimenta acquirantur. Itaque nulla æstimatio commodior, nulla fructuũ diuisio magis conueniens proponi potest, quàm si dies mortis ad tempus præcedens & adeptæ olim possessionis diem retroferatur. Sic etiam ex lege Aquilia cùm seruus occisus est, debetur æstimatio quanti plurimi eo anno fuit. Ita autem fit à lege æstimatio illa, vt spectetur quantũ proximis 365. diebus seruus valuerit, & ab eo tempore æstimari quàm plurimũ potuerit [b]. Atque ita de momento in momentũ, de die in diem ex ciuili ratione annus æstimatur [c]. Eadémque ratione cùm agitur de diuisione fructuũ fundi dotalis, Iurisconsultus ait spectandũ esse tempus, quo fundus dotalis traditus est, & ex die quo dotalis prædij possessionem maritus adeptus est, annum computari [d]. Sic & in iisdem aut certè non dissimilibus quæstionibus, cùm

[a] Arr. du 11. de May, 1577. dõné en la 5. Chambre entre M. Guillaume Bertrand heritier du defunct sieur Bertrand Cardinal de Sens, & Dame Magdaleine Bertrand Dame de Châtemesle appellants d'vne part. Et M. Iacques de Roftaing Abbé de Bonnefõs Inthimé d'autre part.

[b] *l. ita vulneratus. §. æstimatiõ. ff. ad leg. Aquil.*

[c] *l. 3. §. minorem. ff. de min.*

[d] *l. 5. de diuisione. ff. soluto matrimon.*

Source : BIU Cujas

cùm fructus beneficij in vsum aliquem destinari & assignari contingit, attendi tempus & considerari debet à die vacationis aut possessionis adeptæ a. Atque vt hæc omnis contentio & diuersitas vnica distinctione absoluatur, dicere possumus, si politicam anni rationem attendamus, annũ à mense Ianuario censeri oportere: Sin autem de fructibus agatur, neque alia quàm simplex fructuum consideratio proponatur, videri annum ab vna perceptione in sequentem fructuum perceptionem æstimari & computari debere. Cùm verò de fructuum lucro aut diuisione déque fructibus pro rata certi alicuius temporis portione acquirendis agitur, habita oneris & alimentorum ratione, ex die adeptæ possessionis regulam & initium computationi annorum præscribi dicemus. Atque hæc de spectanda adeptæ possessionis die opinio, aliquâ nititur rerum iudicatarum authoritate b.

a *Glossa & doctores in ca. si propter. de rescriptis in 6.*

Rectius tamen & æquius commodiúsque, meo iudicio, faciũt, qui mensem Ianuariũ in ista fructuum diuisione principium anni constituunt. Neque enim quidquam aptius aut conuenientius proponi potest, quàm si initiũ anni tũc statuamus, cùm post hybernum tropicum Sol perfecto & absoluto Zodiaci cursu ad nos reuerti incipit. Meritò enim Ouidius, *Bruma noui priuia est, veterisque nouissima solis: Principium capiunt Phœbus & annus idem.* Idẽ etiã Ouidius, *Ianc biceps anni tacitè labentis origo* c. Nam cùm ante Numam annus decem tantùm mensiũ esset, primus Numa, teste Plutarchõ d, menses duos addidit, Ianuariũ & Februariũ: Atque exinde vno omniũ consensu Ianuarius mensis

b Arr. du Ieudy 3. iour d'Aoust, 1579. au profit des heritiers de M. de la Garde Cõseillier en la Cour, plaidant Dauidis pour l'appellat, & Martin pour l'intimé.

c *Ouid. li. 1. fastorum.*

d *Plutarc. in Numa.*

Source : BIU Cujas

mensis principium anni esse cœpit. Itaque in fructibus Ecclesiastici beneficij diuidendis nulla aptior vel æquitati conuenientior ratio haberi potest, quàm vt ex antiqua & inueterata consuetudine, & ex sacrorum canonum regula Ecclesiasticos reditus dispensemus. Nam Concilij Antisiodorensis primus canon satis indicat Kalendas Ianuarias olim solemnes etiam vsque ad superstitionem. Deinde cùm fructus beneficij in alimenta clerici destinentur, quæsitum est aliquando, an præteriti tantùm temporis intuitu & anteacti laboris contemplatione fructuum ratio haberetur: an verò fructus in futuri temporis alimenta & quasi anticipationis iure assignari oporteret. Egebit namque clericus si à mense Nouembri expectari tempus messis & vindemiarum sequentis anni oportebit. Optimum itaque visum est ita annum constitui, vt fructuum collectio medio anni tempore fieret, vt ea ratione quocunque tempore aliquis beneficio & altari addictus deseruire, & debito officio incumbere cœpisset, ille pro rata temporis fructus antè collectos aut proximè colligendos consequeretur. Quòd si principium anni ab eo tempore spectari dixerimus, quo quis beneficij possessor fuerit, fructuum partitio plures habebit ambages, necnon & perplexas atque difficiles controuersias. Nam cùm possessio facti sit, frequentes erunt de veræ & legitimæ possessionis tempore contentiones, nec facilè conueniet, quando quis verè, pacificè & naturaliter possedisse cœperit, simúlque etiam inquiri oportebit, quot & quales fructus vacationis tempore & adeptæ possessionis die defunctus in beneficio repererit, & quam fructuum illorum

partem

Source : BIU Cujas

partem hæredes prædecessoris successori proximè defuncto, præstiterint. At si Kalendas Ianuarias anni initiũ statuamus, facilis erit fructuum partitio, eáque tam æquitati quàm æqualitati conueniens. Vt & olim primis canonum regulis, quoties clericus beneficij possessor vel parsimonia vel aliunde ex reditibus Ecclesiæ bona quædam acquisiuerat, fiebat ex Toletano Concilio æqualis inter Ecclesiã & defuncti sacerdotis hæredes bonorum quæsitorum & relictorum diuisio a. Ecclesiam autẽ repræsentat successor, qui ad cultum Ecclesię & celebrationem sacri officij obligatur. Perceptionis quidem ratio in vsufructuario ius tribuit, sed antea diximus perceptionis considerationem non spectari in beneficiario: siquidem omnes anni postremi reditus seu pezcepti seu percipiendi pro rata temporis diuiduntur. Absurdum ergo fuerit, si annum cẽseri & statui dicamus ab ipsa fructuum perceptione, quæ nullum ius tribuit nihilque operatur. Æquius ergo, meliúsque, & commodius videtur, si à mense Ianuario annum ita æstimemus, vt quot mẽsibus aliquis beneficij possessor cultui diuino operam impenderit, tot ille fructuum partes ferat. Reliquæ verò annui reditus partes successori relinquantur: Hoc autem solemni arresto sancitũ est b. Atque exinde multis Senatus iudiciis ea partiendorum fructuum ratio confirmata fuit. Itaque in foro illud pro generali regula certóque iure obseruari debere crediderim, Inter defuncti hæredes & successorem pro rata anni diuisionem fructuum fieri: Annum autem à mense Ianuario spectari & constitui oportere.

a *Can. 4. Toletani Concilij 9.*

b *Arr. dõné pour reiglemẽt & auec grãde cognoissãce de cause le 19. d'Auril 1578. entre M. Iean de Mazille Abbé de S. Vincẽt de Senlis appellant, & Thassin & Thibault consors & inthimez. Et cõbien qu'aucuns des Arrests cy-dessus alleguez soyent posterieurs: Si est-ce que i'estime ce reiglement meilleur & plus certain.*



Source : BIU Cujas

*Ecclesiastico iudici de fœdere matrimonij cognoscere licet, sed de damnis & eo quod interest pronuntiare non permittitur.*

## CAP. V.

SI de fœdere matrimonij quæratur, iudex Ecclesiasticus de ea re cognoscit. Sed cùm lite mota inter Titium & Meuiam super fœdere matrimonij in futurum promissi, necdum cõsummati, Ecclesiasticus iudex vetuisset Titium ante litis decisionem matrimonium cum vlla alia contrahere, & tamen Titius spreta iudicis prohibitione Seiam vxorem duxisset: Quæsitum est, quænam supereſſent iudicis Ecclesiastici partes. Ipsum quidem matrimonium cum Seia contractum & consummatum amplius dirimi non poterat. Petebat ergo Meuia vt Titius ob violatam coniugij antea promissi fidem & neglectam iudicis prohibitionem *in damna & interesse* condemnaretur. Iudex Ecclesiasticus Titium, *in damna & interesse* condemnat. Appellat Titius *tanquam ab abusu*, dicítque officialem, qui iudex Ecclesiasticus est, de ipso quidem matrimonij fœdere potuisse pronuntiare, non autem de damnis & eo quod interest, quia eius rei cognitio ad solum iudicem laicum pertineat.

*PRO MEVIA.* Temeritatem & audaciam Titij nemo satis mirari potest, qui rupto coniugij fœdere, post violatã matrimonij fidem, spretósque verecundiæ fines, condemnationem *in id quod interest*, quæ in similibus causis solita est & æquitati conueniens videtur, controuertit, &

ne

Source : BIU Cujas

ne in ipsa quidem iudiciorum religione, vlla pudoris & probitatis vestigia retinet. Postquam enim fidem solemniter datam violauit, simul ipsam iudicis prohibitionem neglexit, quid aliud nunc superest, nisi vt *in damna & interesse* litisque expensas solito iudiciorum more condemnetur? Obiicit Titius, iudici Ecclesiastico hoc non licere. Sed quid est absurdius, quàm iudicem illum, qui causæ principalis competens est, non posse de ea controuersia, quæ incidit & accessoria est, cognoscere? Sic enim iudex criminalis, cuius de maleficio cognitio est, videtur causam ciuilem, si quæ incidat, posse dirimere [a]. Vt è conuerso iudex ciuilium causarum si criminalis ciuili incidenter accedat, poterit de ea iudicare [b]. At verò tantum abest, vt cùm dotis causa aliáve incidit in causam matrimonij, iudex Ecclesiasticus de ea nequeat statuere: quinimò mirari se rescribit Clemens summus Pontifex iudicis illius imprudentiam, qui cùm sententiam diuortij ex causa consanguinitatis tulisset, ipse tamen de dote restituenda nihil pronuntiauerat [c]. Nam & iure ciuili, quoties quæstio status disceptationi bonorum concurrit (inquit Imperator Alexander) nihil prohibet, quominus apud eum quoque, qui alioquin super causa status cognoscere non possit, disceptatio terminetur [d]. Sic licèt arbiter nequeat in liberali causa assumi [e]: tamen per arbitri sententiam status controuersus decidi poterit, si ea quæstio in aliam causam incidat, de qua principaliter & ordinario iure cognoscebat [f]. In hac ergo controuersia potuit is, qui causæ principalis iudex erat, super incidẽte & accessoria quæstione pronuntiare: Ac maximè ad tuendam & vin-

a L. 4. §. *si dicatur. ff. finium regund.*
b L. *nullũ. C. de testibus.*
c *Cap. de prudentia extra de dona. inter vir. & vx.*
d L. *quoties C. de iudiciis.*
e L. *nõ distinguemus §. de liberali. ff. de arbitris, cap. causa extra de in integr. restit.*
f L. *Cũ proponas, C. de iureiur.*



Source : BIU Cujas

dicendam authoritatem suam, eúmque mulctandum, qui spreta magistratus authoritate nuptias contraxerat. Appellationes autem *ab abusu* passim licere & permitti inciuile est. Hoc enim remedium olim aduersùs Ecclesiasticorum in iura regia vsurpationes introductum in minimis rebus promiscuè vulgari, & in leuissimis causis admitti non expedit. Imperatores Constantinopolitani κακίαν deferri curabant, non in velitationibus aut leuibus pugnis, sed magnis in præliis laborante atque periclitante exercitu a. Romæ Tribunitia intercessio primis temporibus sacrosancta fuit, eámque Reipubl. Romanæ neruum fuisse firmúmque munimentum refert Polybius. Sed postea seditiosis Tribunorum factionibus & promiscuo abusu, facta est intercessio Tribunitia, vulgare adeò & frequens remedium, vt impedimentum rerum bene gerendarum diceretur. Sic & non dissimile quidpiam dicit andem poterit de appellationibus istis, quæ *ab vsu* nuncupatæ, olim raræ & solemnes, nũc verò frequenter adeò etiam in priuatis & leuibus causis vsurpãtur, vt iam in solam iurisdictionis Ecclesiasticæ inuidiam, fiant iniuriarum & iniquitatum propugnacula. Quid verò aut iniquius dici aut improbius excogitari potest, quàm eum qui coniugij fidem, spreta insuper magistratus authoritate, violauit, posse tam insignem perfidiam in hoc Senatu etiam cum impunitatis spe, nullo excusationis prætextu, proponere & iactare?

a Eusebius in vita Constantini, & lib. 9. hist. Eccl. ca. 9. Niceph. li. 7. hist. Eccl. cap. 29. & cap. 37. & lib. 13. cap. 35. Zozomen. lib. 1. cap. 4.

*PROTITIO.* Quoties de appellationibus *ab abusu* iudicandis agetur, ridiculus fuerit quisquis appellationum illarum regulas & initia peti à iure canonico debere dixerit. Nam & in plerisque Pontificiæ

ficiæ constitutiones ab vsu fori nostróque iure discrepant,& istæ appellationes, quæ *ab abusu* dicuntur, iura regia & laicam iurisdictionem ab Ecclesiasticorum vsurpationibus vindicant & tuentur. Iure autē canonico Ecclesiasticæ iurisdictioni supra alias omnes faueri solet. Atque hinc fit, vt cùm lis super fœdere matrimonij orta est, si quidem Pontificias sanctiones obseruari oporteret,in consequentiam quæstionis principalis ipsa dotis restitutio cæteráque alia in Ecclesiastico foro peti & adiudicari debeant [a]. Aliud iure nostro obtinet. Neq; enim de aliis cognoscere potest iudex Ecclesiasticus, quàm quæ merè spiritualia sunt, aut quæ ad sacramenta pertinent. Quòd si lis controuersa res sæculares & pecuniarias spectet, eorum ratione iudex Ecclesiasticus nullam habere iurisdictionem intelligitur, vt ita diuisum cum Ioue imperiū Cæsar habere meritò censeatur.Itaque ex Senatusconsultis nostróque iure obtinet, vt in illis quæ sunt diuersi fori,etiam is qui competens est causæ principalis iudex, non tamen possit aut debeat de accessoria cognoscere.Sic in causa matrimonij licèt quæstio status implicitè contineatur, & ex legitima coniunctionis & status iudicio ius ipsū successionis controuersæ pendeat:tamen qui de causa matrimonij cognoscit, non potest de hæreditate pronūtiare,quia diuersi fori cognitio est [b]. Eadem ergo ratione licèt Officialis Episcopi de fœdere matrimonij inter Titium & Meuiā competēti iure cognosceret, tamen simulatque nuptiæ cum Seia initæ omnem coniugalis cum Meuia fœderis disputationem amouerunt, restabat sola de damnis & eo quod interest quæstio.Hæc autem cōtrouer-

a *Ca.2.extra de donat. inter virum & vx.*

b *Cap.tuā extra de ordine cognit.*



Source : BIU Cujas

sia merè ciuilis est & laica, non spiritualis. Neque verò Titius, dum se ad iudicem laicum remitti postulat, vllam in se perfidiæ labem agnoscit, aut *in damna & interesse* cõdemnari posse fatetur. Verùm statim atque competens controuersiæ huius iudex aditus fuerit, Titius innocẽtiam suam tot tantísque rationibus & argumentis, tótque probationibus confirmare & asserere paratus est: vt inde appareat hanc Meuiæ expostulationem, impudentẽ esse mulieris impudicæ & inuerecundæ calumniam. Nunc autem non de causa, sed de iurisdictione agitur. Neque verò alienum aut absurdum erat cõtrouersam quæstionis huius disputationem generali distinctione dirimere, vt dicamus in iis omnibus, quę sunt eiusdem fori, iudicem illum, cui principalis causæ cognitio competit, posse de incidenti & accessorio simul etiã cognoscere: Secus in iis quæ sũt diuersi fori. Hæc autẽ distinctio non est sine exemplo & Iurisconsultorum authoritate. Sic enim iure Romano non poterat latrunculator de causa ciuili, ac ne quidem connexæ quæstionis ratione iudicare [a]. Inde fit vt eius iurisdictio neque principaliter neque etiam accessoriè prorogari queat [b]. Itaque in hac causa cùm iudex Ecclesiasticus de damnis & eo quod interest pronũtiare ausus fuerit, atque ita cognitionem pecuniariam sibi arrogare, dicendum est eum abusiuè pronuntiasse. Maneant vnicuique iurisdictionis suæ fines, nec iudices Ecclesiastici in regiam iurisdictionem irrumpant, aut quidquam vsurpare præsumant. Sufficiat Officialibus cæterísque Ecclesiasticis iudicibus, si eis spirituales & Ecclesiasticæ controuersiæ omni remota cognitione pecuniaria relinquantur.

a L. *solemus. §. latrunculator. ff. de iudic.*

b L. *testamento. C. de testamẽtis.*

SENA

*SENATVS* iudicauit malè & abusiuè ab Ecclesiastico iudice pronuntiatum: illámque de dánis & eo quod interest controuersiam ad iudicẽ laicum, qui Regius & ordinarius erat, remisit[a].

a Arrest du Mardy matin 17. de Iuillet 1584. plaidans la Riuiere pour l'appellant comme d'abus, & Masson pour l'intimee. Item par autre arr. en vn faict semblable.

*An pater inuitus filio donare propter nuptias ideo cogi possit, quòd antea liberis volens donauerat.*

## CAP. VI.

TITIVS cùm liberos tres haberet, Sempronium, Seium & Meuiã, Seio infensior & asperior videbatur: vt parentum quorundam varij sunt & inæquales circa liberos affectus. Itaque pater Titius Meuiam nuptum cum dote 600. aureorum collocat. Exinde etiam Sempronio vxorem ducenti parem 600. aureorum summam propter nuptias & in fauorem matrimonij donat. Seius negligi se exclamat, & aliquo iusti doloris prætextu conqueritur fratrem sororémque non modò nuptiis legitimis iunctos fuisse, sed & non mediocri pecunia donatos. Suas autem nuptias insuper haberi nulla ætatis habita ratione. Itaque Seius cùm per ætatẽ ei liceret, interpellato sæpiùs patre, tãdẽ nullo paternæ liberalitatis beneficio vxorem ducit. Dein patrem in ius vocat, ab eóque postulat sibi eam

Titius Prestre est accusé par Meuius qui n'estoit pas Prestre. L'official dõne sentence, par laquelle il absoult Titius, & condamne Meuius és dõmages & interests, liquidez à 200. escus & par corps. Meuius appelle comme d'abus.



Par Arrest il est dit mal & abusiuement iugé en ce que l'Official auoit condamné és dommages & interests & par corps. Et pour ce regard les parties sont renuoyées par deuant le Iuge Lay. L'arrest donné à la Tournelle le Samedy 27. de May 1595. plaidant Bouchel pour Toussaincts Triguier appellant comme d'abus, & Dagues pour François Bildard inthimé.

Source : BIU Cujas

dem 600. aureorum ſummam donari & præſtari. Neque enim ſe crimẽ aliquod aut ingratitudinem vllam commiſiſſe profitetur, cuius occaſione indignus patria beneuolentia iudicari debeat. Iniquum autem eſſe, ſi nulla ingratitudinis ſuſpicione notatus, tamen paternæ liberalitatis expers negligatur & reiiciatur. Titius verò pater inuitum ſe cogi quidquam filio donare, nouum eſſe & inauditum contendebat.

*PRO SEIO.* Inuidam fratrum inter ſe æmulationem nihil citius acriúſve excitat, quàm iniuſta paternæ voluntatis inæquabilitas. Æqualis natura parem & æqualem inter liberos affectum ſuadet. Rectè itaque apud Quintilianum frater ille iuſtiſſima expoſtulatione fratrem compellat, *Pater nobis idem fuit, eadem onera nobis, eadem bona reliquit: Cur tu locuples es, ego nudus, ego egenus?* Saluianus indignatur quoſdam inhumanitate parentum inferiores fratribus relinqui, vt etiam ſi paupertate non egeant, cõparatione tamen egere videantur. Egregium & inſigne, ſed tamen miſerum & improſperum, paternę in affectu naturali æquitatis exemplum aptè hoc loco proponi & ex Nicephoro referri poteſt. In illa Theſſalonicenſis plebis cæde, quam Theodoſius Imperator furens & iratus mãdauerat, cùm milites filios duos ciuis & mercatoris Theſſalonicenſis ad necem traherent, pater pro eis deprecabatur, & ſalutem auro pecuniaque redimere tentabat. Milites patri conceſſerunt, vt altero tantùm interfecto, alterum eorum, quem pater eligere veller, ſaluum reciperet. Ambigente patre, & modò hunc, modò illum reſpiciente, atque inter filios æquo affectu dilectos diu multumque hærente,

a Quintil. declam. 336.

b Saluian. li. 3. ad Eccl. Catholi. pag. 135.

Source : BIU Cujas

hærente, dum nec proloqui nec alterutrum eligere pietas paterna valet, (tanta eos amoris æqualitate fouebat) milites vtrumque trucidauerunt [a]. Omnis paterni affectus iniquitas si non plectenda, at certè vituperanda est. Ὁ γὰρ μισότεκνος καὶ πατὴρ πονηρὸς (inquiebat Æschynes) οὐκ ἄν ποτε γένοιτο δημαγωγὸς χρηστὸς, οὐδ' ὁ τὰ φίλτατα καὶ οἰκειότατα σώματα μὴ στέργων οὐδέ ποτε ὑμᾶς περὶ πλείονος ποιήσεται τοὺς ἀλλοτρίους, οὐδέ γε ὁ ἰδίᾳ πονηρὸς, οὐκ ἄν ποτε γένοιτο δημοσίᾳ χρηστός [b]. Itaque in parente non ingens modò affectus, sed & amoris æqualitas desideratur. Vnde pleræque huius regni consuetudines vetant, ne pater vnius ex liberis conditionem in hæreditate sua cęteris potiorem aut meliorem facere studeat. Sic etiam iure Romano inter filios filiásque bona paterna æquo iure diuidi æquissimum esse statuitur [c]. Lex enim liberos ad parentum successionem, si intestati decedant, ęqualiter admittit, siue ius prętorium spectes, siue etiam ciuile [d]. Atque id Iustinianus áb antiquo legis duodecim tabularum iure procedere testatur [e]. Quinetiam non ineleganter iuris doctores dicunt, patrem qui duos habet filios, non debere hunc verè filium, alterum autem priuignum facere [f]. Apud Senecam Pollio dicebat, *Inter patres & filios id solùm iudex putat licere quod oportet* [g]. At hæc inæqualis in paterno amore disparitas non modò prohibetur, sed & perniciosa est, siquidem fratrum inter se odia exasperat. Ipsa enim propinquitas & fratrũ proxima coniunctio tùm maximè ad inuidiam prona est & procliuis: cùm inter eos aliquem cæteris præferri & prædiligi cernunt, adeóque vehemens est naturalis eorum liuor, vt magis doleant fratri quàm extraneo donari [h]. Tacitus, *Quæ apud*

a Niceph. li. 12. Eccl. hist. ca. 40. in f.

b Æschin. cõtra Ctesiphont.

c l. si inter filios. C. fa. mil. ercis. d l. 1. C. vnde liberi. l. si post mortem. §. fin. ff. de bon. poss. contra tabulas. l. pen. in fi. C. cõm. diuidundo

e l. lege. C. de legitimis hæred.

f Angelus in Auth. de nuptiis. §. illud quoque.

g Seneca lib. 7. controu. 5.

h l. cùm oportet in prin. In verb. quod etiam grauius. Co. de bonis quæ liberis.

concordes vincula charitatis, incitamenta irarum apud infensos erant [a]. Culpandi patres, qui si liberos habent aut præstanti ingenio aut forma præcellentes, eos cæteris anteponunt: illis autem iniquiores se palàm & acerbiores præstant, quibus vel ingenij dotes tardiores sunt, vel corporis vitia deformitatem afferunt: quos tamẽ & charius fouere, & ampliore facultatum parte iuuare conueniẽtius esset. Dies Lucio Manlio à M. Pomponio Tribuno plebis dicta fuerat, quòd filium iuuenem nullius probri compertum, extorrem vrbe, domo, penatibus quotidianâ miseriâ exerceret. *At quam ob culpam?* (inquiebat Pomponius) *Quia infacundior sit & lingua impromptus. Quod natura damnum vtrum nutriendum patri, si quicquam in eo humani esset, an castigandum ac vexatione ingenij fasiendum fuisse? Ne mutas quidem bestias minus alere & fouere, si quid ex progenie sua parum prosperum sit.* Hæc Liuius [b]. Quemadmodum autem diuini numinis æquitas splendorem lucis huius super iustos & iniustos æqualiter spargit, inquit Tertullianus [c], & vt ait Diuus Cyprianus, *super bonos & malos aqualiter facit diem nasci, & lumen solis aboriri, & cum imbribus terram rigat, nemo à beneficiis eius excluditur, quominus iustis similiter & iniustis indiscretas pluuias largiatur* [d]. Sic & hoc ipsum paternæ bonitati conuenit, vt parentes liberorũ merita & officia æquo affectu expendant, nullamque affectionis, vt nec bonorum prærogatiuam inter liberos constituãt. Dicebat ille apud Senecam debere patrem nosse vitia liberorũ & ferre [e]. Nam & ipsa natura luxatis membris & contusis potiora submministrat alimenta. Pleriq; tamen parentes, filios præstantes, eruditos, & summi ingenij

a Tacitus lib. 1. annal.

b Liuius lib. 7.

c Tertull. lib. de patientia in prin.

d D. Cypr. sermone de bono patientiæ.

e Seneca lib. 7. controu. 1.

Source : BIU Cujas

ingenij viros, si quos habent, solent facultatibus suis locupletare, opes ingerere, & quæcunque per leges licet, eis donare: Liberos autem qui vel corpore inualidi & deformes, vel ingenio stupidiores habentur, nullo liberalitatis & charitatis genere fouent, atque istis nihil aliud successionis iure relinquunt, quàm quicquid auferri leges non patiuntur: æquius facturi, si aduertant ingeniosos aliena ope minùs indigere: stupidiores autem, qui magnas animi dotes non habent, paternum auxilium & alienam industriam meritò expectare. Crates Thebanus grādem pecuniam dicitur apud trapezitam deposuisse, ea conditione, vt si filij idiotæ essent, pecuniam eis redderet: sin autem Philosophi, nummos plebi largiretur, & distribueret, quòd pecuniis Philosophi non indigerent[a]. Leontius Philosophus cùm filios duos, vnicam autem filiam haberet, illos quidem stupidiores, hanc autem eleganti forma & præstanti ingenio: Valerium & Ætium filios bonorum suorum hæredes reliquit, Filiam autem, quæ Athenais dicebatur, exhęredem scripsit, aut certè moriens ei nihil donauit: hoc addito responso, Naturam satis & abundè filiæ prospexisse magnis ingenij dotibus magnáque formæ commendatione. Neque eum fefellit opinio. Illam enim Theodosius Imperator in vxorem accepit, & pro Athenaide Eudoxiam nominauit[b]. Itaque qualis qualis sit Seius, naturalis pietas stipem & alimenta à patre ei præstari desiderat. Quemadmodum enim in legis explicatione, per quam filius patrem alere tenetur, Seneca ait legem illam pro malis patribus scriptam esse: bonos etiam sine lege ali[c]: sic & hoc casu cùm

a *Diogen. Laert. in vita Cratetis Thebani.*

b *Cedren. pa. 276. in f. Niceph. li. 14. c. 23. Zonaras tom. 3. pag. 34.*

c *Seneca lib. 1. contou. 7.*

Seius

Source : BIU Cujas

Seius amplam familiam, vxorem, prolémque habeat, facultates autem possideat exiguas: nulla proponi potest excusatio, cuius prætextu pater nō modò eū alere eiúsque familiam exhibere, sed & ei liberali aliqua largitione subuenire non teneatur [a]. Hæc quippe liberalitas verè paterna est benedictio. Sic enim in sacris scripturis Axa filia agrum irriguum à patre Caleb postulatura dicit, *Da mihi benedictionem* [b]. Multa forsan liceret expostulare aduersùs iniquum, aut certè inæquale patris Titij iudicium: Sed quia, vt ait Saluianus, *etiam in bona caussa humilis esse, in quantum res finit, filij apud parentes debet oratio* [c]: Satis erit dixisse paternum esse officium filias dotare & filiis donare propter nuptias. *Neque enim* (inquit Imperator) *leges incognitæ sunt, quibus cautum est omnino paternum esse officium dotem vel ante nuptias donationem pro sua dare progenie* [d]. Saluiani verbis durum patrem compellabo. *Vos vtique vestri sanguinis indoles non ad incognitorum hominum cogit dilectionem, sed ad vestrorum reuocat charitatem: Nec alienos vobis aliena, sed vestros vestra commendat. Neque id orat vt eos ametis quos nunquam ante vidistis, sed vt eos non oderitis quos puto non diligere non potestis* [e].

*PRO TITIO PATRE.* Nihil pietati magis est aduersum, nihilque debitæ parentibus reuerentiæ acriùs repugnat, quàm velle coactam ab inuito patre liberalitatem extorquere. Rectè pater ille apud Quintilianum, *Fateor* (inquiebat,) *non possum lusus arguere qui donari ætati possunt. Non es luxuriosus, sed contumax. Hæc minus ferenda sunt vitia: Quicquam tibi me viuo tuum est* [f]? Dicebat apud Liuium Turnus, *Nullam esse breuiorem cognitionem*

quàm

[a] *l. si quis à liberis. ff. de liberis agnosc.*

[b] *Iudicum cap. 21.*

[c] *Saluian. ep. ad Y. patium & Quietam.*

[d] *l. fi. C. de dotis promiss.*

[e] *Saluian. in epist. ad Ypatiū & Quietam, pag. 296.*

[f] *Quintil. decl. 375.*

Source : BIU Cujas

*quàm inter patrem & filium: pauciſque tranſigi verbis poſſe. Ni pareat patri, habiturum infortunium eſſe* [a]. Indignari lubet cum Seneca, *Fera* (inquit) *manſueſcunt alentibus: Huius rabies etiam nos, à quibus nutritus eſt, depaſcitur* [b]. Parentum veneratio apud bonos tanta eſt, vt filius patrem, non quia benignus eſt aut liberalis, ſed quia pater eſt, amet & reuereatur. Tu, ſi pius eſſe voles, paternæ liberalitati vim ne afferas, & patris donare recuſantis voluntatem, ſeueræ legis inſtar, colas. Sin vultur es, at certè cõtumax & ingrate fili, cadauer expecta, nec de bonis paternis patre viuo cogitare præſumas. Cur enim paternam hæreditatem præcipiti diuiſione præripere vis? Cur patrem viuum videntémque ſimulato coactæ donationis prætextu, bonis exuere conaris? Exclamare Titius poteſt iiſdem verbis quibus pater ille apud Senecam, *Viuo* (inquit) *& iam patrimonium meum diuiſum eſt* [c]. Improbus eſt quiſquis de viui hæreditate ſollicitus eſt, ait Iuriſconſultus [d]. Atque in non diſſimili quæſtione Vlpianus, *Præmatura* (inquit) *ſpes eſt collationis, cùm adhuc viuat is, cuius de bonis quarta debetur.* [e]. Seius ex Iuſtiniani conſtitutione allegat paternum eſſe officium, dotem & donationem propter nuptias pro ſua dare progenie: Additque Seius æquitatem & naturalem pietatem hoc requirere, vt qui æqualiter filius eſt, patris munificentiam & liberalitatem cum fratre & ſorore æquo iure diuidat. Verùm hac in re aliquid paterno iudicio condonandum. *Inter liberos* (inquit Quintilianus) *hac vna differentia eſt apud animum patris, quòd ſemper maiorem locum habet is, cuius miſeretur* [f]. Seneca, *Parentum amor magis in ea quorum miſeretur inclinat* [g]. Itaque in iſto paternæ

[a] Liuius lib. 8.

[b] Seneca li. 2. de ira cap. 7.

[c] Seneca lib. 6. contro. 1.

[d] l. 2. §. interdum. ff. de vulg. & pup. ſubſtit.

[e] l. 1. §. ſi impubere. ff. de collat. bonorum.

[f] Quintil. decl. 328.

[g] Seneca epiſt. 66.

Source : BIU Cujas

ternæ liberalitatis iudicio distinguenda est donationis, quæ Meuiæ dotis nomine facta est, conditio ab ea donatione, quam Seius fratri Sempronio propter nuptias factam fuisse conqueritur. Quis enim ignorat, & ex naturali pietate, & ex publicæ honestatis regula, & communi omnium voto, id potissimùm à parentibus requiri, vt si filias grãdes habeant, illis legitimam nuptiarum conditionem procurent, dote pro facultatum modo assignata? Lex ipsa paternæ voluntatis libertatem & liberalitatem, filiarum respectu & nuptiarum contemplatione, aliquo obligationis vinculo adstringere voluit. Magna est apud omnes castitatis commendatio. Pudorem tamen & continentiam in mulieribus & puellis multò potiùs, quàm in viris requiri etiam testis est ipsa natura. Nam si quando defunctorum cadauera fluctibus euehuntur, fœminarum prona fluitant, virorum supina: velut ipsa natura pudoris disciplinam inter defuncta corpora discernente [a]. Itaque prudens est & pia sapientis sententia, *Super filiam luxuriosam* (inquit) *confirma custodiam, ne quando faciat te in opprobrium venire inimicis* [b]. Parentum enim omnium censeri debet & præsumi idem esse animus, qualis Virginij illius, qui morte quàm contumelia, filiam amitti melius esse ducebat [c]. Idcóque prudens pater, ne quid turpe contingat, néve filia præceps in impudicitiam prolabatur, honesta coniugij cautione omni periculo prouideat. *Quid enim* (inquiebat Lucretia) *salui esse potest mulieri amissa pudicitia* [d]? *Sola virginitas* (ait Apuleius) *cùm semel accepta est, reddi nequitur* [e]. Hinc Diuus Ambrosius eorum eleemosynas eximia laude commendat, qui vir-

a *Plinius li. 7. c. 17. Solinus c. 5.*
b *Eccl. ca. 42.*
c *Liuius lib. 3.*
d *Liuius lib. 1.*
e *Apuleius Apolog. 2.*

gines

gines parentibus orbatas, tuendæ pudicitiæ gratia, connubio locant, nec solùm studio, sed etiam sumptu adiuuant [a]. Itaque quicquid pater filiæ Meuiæ dotis nomine donauit, id ex iusta & necessaria caussa præstitisse censebitur, cùm ex Diuorum Seueri & Antonini constitutione pater filiam dotare teneatur atque etiã inuitus cogi possit [b]. *Cùm pater filiam dotauit* (inquit lex) *pietas patris non est reprehendenda* [c]. Diuersa autem est filiorum conditio, quibus propter nuptias donare non est necesse. Nam licèt quoties pater propter nuptias filio sponte & vltrò donauit, liberalitas illa quasi paterno officio congrua laudetur [d]: Non tamen vt vlla incumbat necessitas, aut vt nolens aliquis donare filiis cogatur. Neque apud nos vllo vnquam iure obtinuit, vt filius sanus ac robustus à patre inuito donum & liberalitatem, seu nuptiarum ratione, seu alio vllo titulo, extorqueat. Seio ætatis vigor annique iuueniles robur & vires subministrant. Caduca senectus Titium patrem monet vt sibi parcè prouideat. Senes à muneribus personalibus excusantur [e]. Libertam, quæ operas debet, ætas ab operarum præstatione releuat & immunem reddit [f]. Dicam ergo quod pater ille apud Quintilianum, *Suscipe laboris tui partem: satis in te laborauimus: iam deficit ætas: iam quietem poscit senectus* [g]. At tu me senem inualidum, facultatibus, quas in extremum senectutis viaticũ reseruaui, & exuere præmatura festinatione conaris, & simulato indignationis prætextu fratrem sororémque trahere in inuidiam postulas: *Charissimis irascuntur* (ait Seneca) *quòd minora nobis præstiterint quàm mente concipimus, quàm quæ alij tulerint, cùm vtriusque rei*

para

a D. *Amb. lib. 2. offic. cap. 15.*

b *l. qui liberos al. l. capite. ff. de ritu nuptiarũ. & d. l. fi. Co. de dotis promiss.*

c *l. 1. §. sed si libertus. ff. si quid in fraudem patronii*

d D. *l. fin. C. de dotis promiss.*

e *l. si vltra de decur. lib. 10. Co.*

f *l. liberta. C. de operis libertorum.*

g *Quintil. decl. 298.*

Source : BIU Cujas

*paratum remedium sit. Magis alteri indulsit, nostra nos sine comparatione delectent. Nunquam erit fœlix quem torquebit fœlicior: Minus habeo quàm speraui, sed fortasse plus speraui quàm debui* [a]. Si filius exhibere se & operi sufficere possit, Vlpianus respondet iudices æstimare oportere, ne non debeant ei alimenta decerni [b]. Eleganter Cassiodorus, *Pullos suos audaces aquilæ tandiu procurato cibo nutriunt, donec paulatim à molli pluma recedentes adulta ætate pennescant, quibus vt constiterit firmus volatus, nouellos vngues in prædam teneram consuescunt, nec indigent alieno labore viuere, quos potest captio propria satiare* [c]. Quod si Seius non alimenta, sed donationem decerni postulat, iniquus est qui beneficium ab inuito expectat. Donari dicitur quod nullo iure cogente conceditur [d]. *Beneficium id est*, (inquit Seneca) *quod quis dedit, cùm illi liceret & non dare* [e]. Hoc si in omnibus verum est, quanto magis pater, cuius iussa filius venerari, & ad cuius indignationem pallere debet: necessitatem donandi imponi sibi indignum & iniurium meritò existimabit? Parentes coli conueniens est velut τοὺς δευτέρους καὶ ἐπιγείους τινὰς θεοὺς καὶ τῶν θεῶν εἰκόνας [f]. At Seius peruicax est & contumaciter se gerit, dum à patre inuito & renuente donandi necessitatem extorquet. Pater olim Meuiæ & Sempronio donauit. At hoc nullo iure cogente fecit, nulla adactus necessitate, nec ex cuiusquam importuna flagitatione liberalis fuit. *Mores tuos patri debes approbare, non patris regere*, inquiebat Latro apud Senecam [g]. Nulla autem inæqualitas argui aut proponi potest: si quidem Sempronius & Meuia quicquid dotis donationísve propter nuptias titulo cõsecuti sunt, post mortem patris

a Seneca lib. 3. de ira cap. 30.

b l. si quis à liberis. §. sed si. filius. ff. de liberis agnosc.

c Cassiod. li. 1. variarum, c. 38.

d l. Donari. ff. de dona.

e Seneca lib. 3. de benef. ca. 19.

f Stobæus cap. 77.

g Seneca lib. 10. controu. 3.

patris conferre tenebuntur a. Excitet Seius paternam in se beneuolentiam, atque meritis & officiorum sedulitate donandi voluntatem prouocet. Patrem à filio in ius vocari quauis ex causa inuerecúdum est: at in ius vocari, vt nolens & inuitus bonis vel bonorum parte se exuat, filiúmque contumacé locupletet, nefas & indignum. Patrem in liberos munificum esse & liberalem laudabile est: at filios paternam liberalitatem non obsequiis, sed aduocata prætoris authoritate exigere: non meritis, sed vi & coacta iudiciorum necessitate prouocare impium est, nefarium, & illiberale.

a L. vt liberis. C. de collat.

*SENATVS* non modò Titium patrem ab iniusta filij Seij petitione absoluit, sed & solemni iudicio Seium iussit veniam temerariæ litis & importunæ flagitationis à patre deprecari b.

b Arrest du 19. Decembre 1583. entre Pierre Rousseau appellant, & Guy Rousseau intimé.

---

*Cùm frater fratrem interfecit, vtrum occisi hæreditas fisco, an verò proximo agnato deferatur.*

## CAP. VII.

TITIVS fratrem Meuium cùm occidisset, de occisi hæreditate magna fuit & ardua contentio: Fiscóne bona vindicarentur, an proximo agnato hæreditas competeret. Fiscus Titium non incapacem, sed indignum dicebat. Indigno autem bona in commodum fisci auferri solét. Quòd si eum proponamus neque incapacé neque indignũ fuisse, fatendum est hæreditatẽ ei delatam & quæsitam. At cùm postea fratricidij cõuictus &



Source : BIU Cujas

dãnatus fuerit, consequens est in generali bonorũ Titij confiscatione, simul etiam contineri ea omnia bona, quę, tãquam hæres Meuij fratris, consequutus erat. Proximus autẽ agnatus dicebat, Titiũ non indignum, sed incapacem iudicari debuisse, & nullo tempore fuisse hæredem: Itaque statim ipso mortis Meuij momento proximum agnatum excluso Titio hæredem fuisse. In hac autem controuersia Fisci nomine significari volumus dominum loci, in quo sita erant bona Meuij, & ad quẽ confiscatio bonorum Meuij, légitimo iure pertinebat.

*PRO FISCO.* Non leuis est ea differentia, quã Romani Iurisconsulti inter indignum & incapacem statuerunt, magnámque huic controuersiæ lucem afferet, si discrimen illud rectè & ex vera iuris interpretatione expendatur. Indignus cẽsetur is, qui licet iuris subtilitate capax sit, tamen quod iure cœpit, retinere non potest, & ab eo tanquã indigno hæreditas aufertur ac fisco applicatur. Vnde fit vt qui vel dolo malo, vel incuria, aut summa aliqua negligẽtia defuncto mortis causam prębuit: qui defuncti mortem non vindicauit: qui inuitum testari coegit, aut testari volentem prohibuit: qui defuncto status controuersiam mouit, qui de viui hæreditate pactus est, aut per calumniam falsum esse testamentum dixit: Illi omnes iuris subtilitate capaces quidẽ censentur, & hæreditatem vel legatum capiunt: sed postquam accepêre non retinent. Fiscus enim hoc omne illis velut indignis aufert. a Nam ex Iurisconsultorum sententia indignus dicitur qui capax est iure, sed incapax effectu: Incapax autem existimatur qui tempore hæreditatis delatę, vel relicti legati, tam iure quàm effectu incapax erat,

a *Toto titulo de his quibus vt indignis. ff. & Cod.*

Source : BIU Cujas

erat,& ad quem hæreditas aut legatum ex ipsa sola incapacitatis ratione nullo momento pertinuit. In hac autem controuersia Titius in fratris Meuij cęde crimen non modò graue & atrox, sed & nefarium atque atrocissimum commisit. Verùm quale quale sit crimen,nemo vel ante institutã accusationem,vel etiam pendente reatu ante sentẽtiam damnatus dici potest,neque etiam vel ciuiliter mortuus vel incapax censeri debet. Titius ex ipso quidẽ commissi fratricidij momento improbus, imò nequissimus & sceleratissimus existimari meruit.Sed ante damnationem leges neminẽ vel incapacem , vel infamem , vel etiam intestabilem haberi volunt.Neque etiam iura sceleratos viros, idcò tantùm quia scelerati habentur,à successionibus & hęreditaribus arceri iubent. Itaque fratricida succedendi capax est. Verùm quia publicæ honestatis pudor non patitur,vt quis ex facinore suo lucrum & commodum reportet [a]:Ideò lex æquum esse censuit,vt improbo fratricidæ & istiusmodi viris insigniter facinorosis post damnationem hæreditas tanquam indignis auferretur.Hinc fit vt mulier,quæ maritum,à quo hæres scripta erat,necauit,hæreditate priuari debeat [b].Nam si hæres qui mortem defuncti non vindicauit, indignus censetur [c]:quantò magis eum, qui defuncti mortem atroci scelere procurauit,indignum meritò existimabimus ? Illud autem generaliter iure ciuili obtinet , vt quoties indignitas hæredis factum & culpã respicit,hæreditas,quæ ei velut indigno auferetur,fisco applicetur [d].Vnde apud Modestinum Meuia, quæ vt præcipiti & nefaria festinatione bona à marito donata consequeretur , maritum

[a] L. *siue hæreditas de nego. gestis.l. itaque fullo. ff. de furiis.*

[b] L. *seruẽ. C. de his quæ vt indignis.*

[c] L. 1. C. *de his quæ vt indign. l. ei qui. ff. eod. titulo.*

[d] L. *Papinianus. §. memineris. ff. de inoffi. testam.*



Source : BIU Cujas

veneno ſuſtulerat, accuſata eſt à defuncti ſorore: & cùm primi iudicis ſententia abſoluta, pẽdente appellatione deceſſiſſet. Modeſtinus crimen quidem morte extinctum ait, ſed eorum quæ ſcelere acquiſita fuerant, Fiſco perſecutionem & repetitionem competere [a]. Ratio in promptu eſt: Nam is, cui vt indigno hæreditas aufertur, non tamen deſinit hæres eſſe [b]. Atque ideò ſi quis agat familiæ erciſcundæ, eíq; obiiciatur de morte teſtatoris, *Hoc* (inquit Iuriſconſultus) *ad diuiſionem rerum hæreditariarum non pertinet* [c]. Non pertinet, ſcilicet, quia cohæredis in ea re nihil intereſt. Nam etſi criminis obiecti veritas exinde probationibus eluceat, portio hæredi nefario & indigno adiudicata, non cohæredi, ſed ipſi fiſco vendicari debet. Itaque tantùm abeſt vt iſtis caſibus agnato proximo ius vllum quæratur, vt ne ad ipſos quidẽ homicidę filios quidquã peruenire debeat: Ac ne ipſa etiam ciuilis portio, quę ex damnati bonis poſteritati legitimæ reſeruatur, in iis rebus tãto ſcelere partis obtineat [d]. Sunt tamen qui in contrarium obiiciant illud iuris reſponſum, in quo Pomponius, *Si vir* (inquit) *vxorem ſuam occiderit, dotis actionem heredibus vxoris eſſe dandam, Proculus ait, & recte: Non enim æquum eſt virum ob facinus ſuum dotem ſperare lucrifacere* [e]. Sed non animaduertunt eo loco Pomponium de marito agere, qui vxorem in adulterio deprehenſam iure occidit. Quo caſu nihil fiſco vindicari poteſt: Maritus enim iuſtum dolorem exxecutus eſt [f]: Neque tamen lex voluit marito vllam lucri ſpem inde proponi: Primùm ne maritus ex pudoris ſui iactura quæſtum facere ſperet infamem & ignominioſum. Deinde ſi contingeret

[a] L. Lucius Titius. ff. de iure Fiſci.
[b] L. ex facto. §. Iulius. ff. de vulg. & pup. ſubſtitut.
[c] L. his conſequenter. §. 1. ff. fam. ercis.
[d] L. cùm vxorio. §. vlt. ff. de bonis damnat.
[e] L. ſi ab hoſtibus. §. fi. ff. ſoluto matrim.
[f] L. ſi quis in graui. §. 1. in fi. ff. ad Senat. Sil.

Source : BIU Cujas

ret virum tam proiecti pudoris esse & frontis adeò perfrictæ, vt vel lætus lenocinium exerceat, vel dissimulatione sua adulterij admittendi occasionem præbeat: periculum esset, ne tandem spe improbi lucri illectus vxoris occidendæ consilium caperet, dum ex pacto conuento alióve iure dotem lucrari gaudet. Quod probabiliter cõtingere posse alio loco tractat Scæuola a. Sic apud Valerium Caius Ticinius Fanniam mulierem impudicam non alia mente vxorem duxerat, quàm vt eo crimine repudiatam, dote spoliaret b. Eò referri potest quòd Pomponius in illo iuris responso addit. *Non enim æquum est virum ob facinus suum dotem sperare lucrifacere.* Itaque licèt maritus iustum dolorem sit executus, non tamen vel æquum est vel honestum, vt ex tanto infamiæ suę dolore quidquam lucri consequatur: Hoc autem casu de fratricida scelerato & impuro agitur, qui manus diras, nefãdas, & in sanguinem fraternum violentas exercuit. Nam quemadmodum æquitas non patitur, vt apud eum quidquam ex hæreditate fraterna remaneat: ita neque etiam iuris ratio permittit, vt ad proximũ agnatum hæreditas deferatur c. Frequenter enim in iure contingit, vt etiam ij qui non admittuntur, cæteros tamen excludant d: Proximus autem agnatus in hac similive quæstione nullam querelæ aut expostulationis occasionem habet. Nam si frater fratrem non interfecisset, agnatus ille gradu remotior non succederet. An æquum videri debet ex fratricidio lucrum vllum ab agnato obtineri, qui, si nullum admissum crimen foret, nihil obtinuisset? Nam cur ille lucrum ex propinqui morte ferat, cuius hæres non esset, si aut na-

a L. 14. *is cuius. ff. ad leg. Iul. de adult.*

b *Valer. Max. li. 8. cap. 2.*

c L. *cùm ratio. §. præterea. ff. de rebus damnat.*

d L. 2. §. *si agnatus. & l. equissimum. ff. ad Sena. Ter.*



Source : BIU Cujas

turali morte obiisse illum, aut ab alio quàm à fratre cæsum fuisse proponeremus?

*PRO AGNATO PROXIMO.* Nihil mirum si fratricidam ex ipso statim delicti commissi tempore etiam ante accusationem vllam aut damnationem, incapacem esse dicimus. Nam licèt pleraque delicta non notent nisi condemnatio secuta sit: sunt tamen quædam quę statim etiam citra condemnationem infamiam inurunt & incapacitatis notam iniiciunt. Quod plerunque contingit, cùm propter atrocitatem facinoris factum ipsum confestim notat, nec expectatur sententia iudicis. Hinc fit vt cùm de crimine maiestatis agitur, eum, qui sceleratissimum illud facinus audaci consilio & cogitatione temeraria aggressus est, statim quodammodo sua mente puniri rescribat Imperator [a]. Itaque ipso criminis maiestatis momento, si no[t]orium sit, Regaliæ locum esse Senatus iudicauit [b]. Sic & in grauioribus criminibus, cùm de raptu, aut de lenocinio, aliisve agitur, sententiam nota infamiæ præcedit [c]. Idque etiam in plerisque aliis casibus & delictis locum habere iuris interpretes asserunt [d]. Sic apud Quintilianum cùm de sacrilegio ageretur: *Non est intuendum* (inquit) *quo tempore aperuerit se culpa, sed quo tempore cõmissa sit. In cæde spectanda est damnatio: In sacrilegio tempus ipsum intuendum. Statim ergo vt fecit sacrilegium, deuotus huic pœnæ est, & antè ista bona ad Deũ pertinere cœperunt, quam lex damnaret* [e]. At si quod crimen graue est, & pœnam meretur, fratricidium ipsum non modò atrox, sed nefandum: non sceleratum, sed horrẽdum iudicari debet. *Vox sanguinis fratris,* (inquit Dominus) *clamat ad me de terra* [f]. Elegans est Quintiliani locus,

a L. *fin.* C. *ad leg. Iul. maiest.*

b Arrest du Mardy 15. de Feurier 1594. moy plaidant pour M. Anthoine Masselin demãdeur en Regale.

c L. *palàm.* §. *fi. de ritu nuptiarum. auth. de raptu virginum.*

d Glossa in *l.* 1. *In var. qui eã quæ in potestate. ff. de his qui not. infam.*

e Quintil. *decla.* 324.

f Gen. c. 4.

Source : BIU Cujas

locus, *Equidẽ, iudices, admirari me confiteor, aut constitutas esse tantis de sceleribus pœnas, aut vllos inueniri potuisse mortaliũ, in quos caderet ista suspicio, fratrem suũ potuit aliquis occidere? Non obstitit tacita natura? non sanguinis ius? non sceleribus manus suas obiecit quæcunque est illa, quæ creditur esse pietas fratrem occisuro? Nõ succurrit communis uterus? Non eadem causa vitæ? Non una primordia? Non illa consuetudo, quæ alienos etiam ac nulla necessitudine inter se coniunctos componere & astringere affectibus potest? Consuetudo actæ pariter infantiæ, pueritiæ, studia, lusus, tristitia, ioci. Nã, quid est aliud fraternitas quàm diuisus spiritus a?* Nicetas refert fraternas inimicitias Volci & Stephani, qui Neemanis Triballorũ principis filij erant: ac tandẽ Volcus victor fraterna cæde manus polluit: Nicetas autem nefarium hoc facinus multa verborum acerbitate persequitur b. *Nã quæ potest amicitia esse tã fœlix, quæ imitetur fraternitatẽ?* inquit ille c. Fratricidiũ itaque capitale crimen est, cuius pœna non ipsum modò delinquentis corpus afficit, sed & defuncti bonis hæredem legitimum assignat. Nam lex homicidam omni emolumẽto priuat, eúmque vllo criminis sui lucro locupletari indignũ cẽset, nec patitur vt defuncto, cuius mortẽ procurauit, succedat. Nemo enim ex eodẽ facto eadémq; culpa pœnam & præmiũ simul mereri potest d. Illud autem vtrum indignitatis, an verò incapacitatis ratione fiat quęritur. Nos incapacem eũ dici volumus qui per leges capere non potest. Titius autem fratricida nullo tẽpore defuncti bona per leges capere, aut legitimã hæredis qualitatẽ sibi arrogare potuit. Neque enim vlla fuit Meuij hæreditas ante necem commissam. Necem autem Meuij spectare & attendere non

a *Quintil. decla. 321.*

b *Nicetas in annal. pag. 264.*

c *Quintil. decla. 321.*

d *Can. si quemlibet. 12. quæ. 2.*



Source : BIU Cujas

possumus, quin simul eodémque instanti Titium fratricidam proponamus. At leges non patiuntur vt frater homicida capiat & consequatur fratris à se occisi hæreditatem. Itaque in ipso cædis commissæ instanti grauitas criminis sæuum homicidã abominatur & reiicit: eúmque fraterno cruore aspersum, incapacem ipso statim momento censet, iubétque vt omisso fratricida hæreditas ad agnatum proximum transmittatur. Hoc enim frequens est in iure, vt qui inhabilis est, reliquis non obstet, & tunc qui vno gradu remotior est, habeatur pro agnato proximiore [a]. Sic in non dissimili quæstione eorum qui hæredes instituti postea deportantur, eadem habetur ratio ac si scripti hæredes non essent: atque eo casu succedendi ius ad hæredes proximè scriptos deuoluitur [b]. Eadémque ratione mulier, quæ intra tempus luctus nubit, omnium donationum, hæreditatũ, & legatorum expers & incapax iudicatur, túncque ea omnia scriptis hæredibus, vel cohæredibus, aut legitimis ab intestato venientibus reseruãtur [c]. Legatarius, qui celat testamẽtum, ipso quidem legato priuatur: legatum apud hæredem remanet [d]. Hæres, qui testatoris voluntati intra annũ non paruit, priuatur omni luero hereditario: hoc autem cæteris ex ordine vel accrescit vel ad eos deuoluitur [e]. Sic cũ filiis ingratis hæreditas aufertur, eorum portiones ad nepotes ex illis natos deueniunt [f]. Sed ne exemplis ab hac quæstione remotis & alienis diutius immoremur, nihil proponi potest expressius, quàm Pomponij responsum illud, in quo cùm vxor à marito cæsa fuisset, etsi maritus superstes ex pacto dotem lucrari debere videretur: tamen ex Iuris-

a L. si post mortem. §. liberi qui contra tabulas. ff. de bon. poss. contra tabulas.
b L. 1. C. de hæred. instit.
c L. 2. C. de secundis nuptiis.
d L. pen. C. de legatis.
e Authen. hoc amplius. C. de fideicom.
f Nouella 22. de nuptiis. §. soluto, & §. quante.

cón

consultorum Proculi & Pomponij sententia, maritus ipse ob facinus suum dotis emolumento priuatur: hæredibus autem legitimis actio dotis acquiritur, non autem fisco a. Nec est quòd distinguamus iure an iniuria mulier cæsa fuerit. Primum enim constat, marito hanc occidendæ vxoris, quæ in adulterio deprehensa est, licentiam non semper cōcedi b. Deinde cur non quemadmodum eo casu omni posthabita vel incapacitatis vel indignitatis distinctione lucrum pacti dotalis marito occidenti aufertur, nec tamen fisco applicatur: Ita etiam excluso fratricida cæteros propinquos, qui nihil cōmeruerunt, admitti volumus? Sic in non dissimili casu rescribunt Imperatores, sororem, quæ cædem fraternam licito iure vindicat, non posse hæreditatem ab vxore, quæ hæres instituta est, repetere: si maritum non fuisse vxoris dolo necatum probetur c. Vnde à contrario sensu inferre licet: si vxor probetur mortem mariti procurasse, sorori ius fuisse hæreditatem ipsam consequi & vindicare. Non dissimiliter qui fratrem occidit, vt totum feudum haberet, feudo quidem priuatur: sed illud ad proximum agnatum deuoluitur d. Neque enim fratris aut vnius ex agnatis factum, cæteris, qui eiusdem sunt familiæ, nocere & præiudicium afferre conueniens est e. Illud quidem verissimum esse fatemur quod asserit Paulus, quoties portio à lege definita ex bonis damnati filiis reseruatur, non augeri liberorum portiones eorum omnium ratione quæcunque damnatus ex crimine consequutus fuit f. Nam vt ait Seneca, *Lucrum istud non est oppositum sceleri, sed immixtum*. Itaque certissimi iuris est ea omnia, quæ à patre per scelus quæsita sunt,

a *l. si ab hostibus. §. si vir. ff. soluto matrim.*

b *l. marito. ff. ad leg. Iul. de adult.*

c *l. furorem. Co. de his quibus vt indign.*

d *Cap. 1. §. similiter, & glossa. In verb. fratrem. quibus modis feudum amit.*

e *l. 1. §. fratris. ff. si quis aliquē testari pro hær.*

f *D. l. cùm ratio. ff. de bonis damnat.*

g *Seneca epist. 87.*

a L. si quis cùm falso. c. ad leg. Cornel. de falsis.

filiis auferti a. Nam vt patres à delinquendo deterreantur, iubet lex plerisque casibus filios omni paternæ substãtiæ cõmodo & emolumento priuari b. Quinetiam ne videatur in hac causa nouum, etiam filiis aut fratribus exclusis aliquando agnatos proximos admitti, lubet id exemplo ex feudorum iure petito confirmare. Si vassallus in dominum deliquerit, filio quidem feudum aufertur, sed agnati proximi eo non priuantur c. At verò in hac causæ istius controuersia, actor, qui aduersùs fiscum contendit, & Titij occisi bona sibi adiudicari postulat, is nec filius est nec hæres fratricidæ: sed agnatus, qui omisso fratricida tanquam inhabili & incapace, hæreditatem Meuij iure proximitatis petit. Quòd si excluso agnato, fiscũ qui nullo in defunctũ affectu incitatur, admitti dicamus: nemo deinceps supererit, qui vindictam cædis vltionémque in conscios persequi curet. Hæc sollicitudo hæredem spectat, cæteróque omnes quos lugubre amissi propinqui desiderium tangit: Atque iis potius, quàm fisco, solamen hæreditatis iure proximitatis debetur. Quod autem Vlpianus dixit d, ad diuisionem rerum hæreditariarum non pertinere quæstionem de morte testatoris: illud huic causæ & controuersię non conuenit. Quin potius Vlpianus aut de cęde defuncti ab alio commissa agere voluit, quasi necem ipsam ab omnibus hęredibus vindicari oportuerit, non autem vni hęredum vindictam specialiter delegari: Aut de vno cohęredum Vlpianus loquitur, qui cùm in vindicanda defuncti morte cessauisset, cęteri cohęredes propter neglectam & omissam cędis vindictam repelli eum debere asserebant: Aut etiam

b L. 1. C. de maiur. liberis. l. si quis incestuoso. C. de incestis nuptiis.

c Capeuntico: tit. si vasallus feudo priuatur. l. 2. feudorum.

d In dicta l. his consequenter famil. ercis.

fortassis

fortassis indicare voluit Iurisconsultus, vindictæ pecuniariæ, si quę ex tali vltione sperari legitimè potest, non eandem esse rationem ac cęterarum rerum hereditariarum. Vindicta ipsa non emolumento & adiudicationis pecuniariæ lucro censeri debet, sed assidua piáque defuncti veneratione illius memoriam coli eíque debitum honorem rependi oportet. Non hoc synceri affectus officium est, defuncti memoriam aut lucri expectatione aut ignauo quęstu prosequi: sed probi píique heredis est omissa pecuniariæ pœnę contemplatione tam nefarium scelus vlcisci, & authores cędis defuncti grauiter vindicare. Neque etiam obstat quod ex Modestino [a] obiicitur eo casu, quo vxor maritum veneno sustulit, repetitionem eorum, quę tam graui scelere acquisita fuerant, non sorori, sed fisco competere. Nam illius responsi plures proponi possunt rationes. Prima quòd cùm vxor sententia primi iudicis innocens fuisset pronuntiata, & postea decessisset, mors superueniens crimen extinxerat. Deinde apud Modestinum posthumi natiuitate testamentum ruptum fuerat: Ideóque non vxor marito sed posthumus patri, atque exinde posthumo filio mater successerat. At illa veneno non posthumum, sed maritum sustulisse proponitur. Non ergo de eius successione agebatur, qui veneno necatus fuerat: siquidem mutatione personę diuersa habetur hereditatis ratio. Paulus Iurisconsultus, *Castrensia* (inquit) *mutatione personæ esse desierunt* [b]. Sic etiam ex ipsa personę posthumi mutatione diuersa censetur, non eadem esse hereditas: Tamen quia scelus commissum quoquo modo puniendum fuit, bona, quę scelestę & nefarię

[a] *Dicta L. Lucius. ff. de iure fisci.*

[b] *L. 90. per procuratorem in f. ff. de acquir. hered.*

vxori

vxori quæsita fuerant, repeti & auferri oportuit. Indignitas autem & incapacitatis ratio ita plerunque habetur, vt indigni existimentur vt plurimum, qui post ius sibi delatum, aut certè quouis modo indignos se præstiterunt: Incapaces censentur, quos iuris delati tempore lex capere prohibuit. Fratricidam statim in ipso cædis commissæ instanti incapacem fuisse meritò dixerimus, ne hominem manibus fraterna cæde madentibus & facie fraterno adhuc cruore aspersa, ad hæreditatem admittamus. Sed an agnatis proximis id noceat nécne, Ioannes Gallus, Boerius, & Molinæus quæsierunt, atque illi omnes vno consensu fratricidam censent nullum agnatis præiudicium quominus excluso fratricida succedant, afferre: Idque multis arrestis iudicatum fuisse testantur a.

a Boerius quæst. 25. Ioan. Gallus quæ. 266. & ibi Molinæus

SENATVS agnato hæreditatem Meuij excluso fisco adiudicauit b.

b Arr. dõné cõtre le Sieur de Nemours, lequel comme Seigneur de Bray sur Seine prétendoit les biens iure fisci, & fut l'arrest prononcé en robbe rouge le 7. de Septembre, 1566. & est l'Arr. enregistré au Greffe criminel.

QVOD IN FRATRICIDIO Senatus arresto superiore sanciuit, idem antea in parricidio duobus arrestis iudicauerat c.

c Par deux arrests dõnez cõtre Odet, & Guillaume Tarquais, l'vn du 6. d'Auril, 1554. L'autre du 2. de Mars 1560.

ALIA QVÆSTIO in eodem Senatu non minus controuersa disputatione agitata fuit & decisa. SEIVS & Meuia coniuges mutuam inter se donationem fecerant, qua conuenerat vt superstes præmorientis coniugis bona omnia mobilia consequeretur. Meuia sororem habebat Titiam, quæ aliquo post donationem tempore à Sempronio occisa fuit. Accusata est Meuia tanquam conscia & cædis illius nefariæ particeps: Atque etiam tandem conuicta est Sempronium cædis authorem receptasse & occultasse. Damnata est Meuia, eodémq; cõdemnationis iudicio priuata fuit bonis & occisa;

Source : BIU Cujas

occisæ sororis hæreditate. SEIVS, qui Meuiæ maritus erat, non ideò minùs mobilia defunctæ Titiæ sibi adiudicari postulabat. Hac autem ratione nitebatur, quòd crimẽ vxoris dicebat non posse iuri sibi antea quæsito & donationi dudum factæ nocere. At si Meuia vxor sororicidij conuicta non fuisset, dubium non est quin eidem Meuiæ hereditas sororis Titiæ competeret: Quo casu maritus, qui vxori Meuiæ superstes fuit, omnia mobilia vtriusque tam Titiæ præmortuæ, quàm Meuiæ, quę superuixerat, consecutus fuisset. EX ALTERA PARTE, eam mobilium successionem proximus defunctæ Titiæ agnatus Seio controuertebat, ac Meuiã Titiæ sorori neque in mobilibus neque immobilibus succedisse dicebat. Siquidẽ Seius Meuiæ maritus nullum aliud ius habere poterat nisi mutuæ donationis occasione. Donatio autem mobilia ad coniuges pertinentia, non alia vlla bona complectebatur. Itaque Seius ex donationis titulo ius habuit non in mobilibus Titiæ, quæ nullo vnquam tempore ad Meuiam pertinuerant, sed in iis tantùm quæ Meuiæ vxori viuente ea ipsóque mortis tempore competebant.

*PRO SEIO MARITO.* Nihil dici potest iniquius, quàm si maritus alienæ culpæ dispendium luat, & ob crimen ab vxore commissum dãno aut præiudicio vllo afficiatur: Siquidem damnatò etiam ob crimen læsæ maiestatis marito, salue manent vxori tam dotis quàm donationis propter nuptias actiones: hoc enim iure Romano cauetur [a], & Senatusconsultorum authoritate confirmatur. Meuia crimen commisit & damnata est: Verùm pœna suos teneat authores, nec ad alios extendatur,

[a] *l. quisquis §. vxores. Co. ad leg. Iul. maiest. l. quinque legibus. ff. de bonis dãnat. l. cũ duobus. §. vltim. ff. pro socio.*

tẽdatur, quàm eos qui delicti participes sunt. Nam licèt iuris ratio non permittat Meuiam vllum ex bonis Titiæ commodum percipere: Quia tamen nostro iure absque vlla additionis solemnitate hereditas statim propinquioribus ab intestato acquiritur, habenda est Meuiæ ratio, non vt penes illam res aliqua aut emoluméti quidquã remaneat, sed vt mutuæ donationis titulo mobilia Titiæ ad maritum, qui nihil deliquit, deuoluantur & perueniant iure quodam transmissionis. Plerunque enim hæreditatis etiam non delatæ, aut nondum aditę, ius transmitti posse videmus[a].

a l. vnica. Cod. de his qui ante apertas tabulas.

*PRO AGNATO PROXIMO.* Non eò spectat agnati petitio, vt donationis mutuæ inter coniuges factæ vim & effectum vllo modo controuertat. Donatione Seius superstes bona præmorientis mobilia cõsequi debet. Quis Seium vetat mobilia illa sibi vendicare quæcunque ad Meuiam mortis tempore pertinuerunt? De illis nulla inter partes controuersia: sed de bonis mobilibus Titiæ agitur, quæ Meuia nullo tempore habuit. Nam quod obiicitur non esse æquum vt Seius ex delicto vxoris damnum vel præiudicium vllum patiatur: hoc in quæstionis veriss. mum est, sed non in quærendis. Quemadmodum enim substitutio, quæ nondum competit, extra bona nostra esse dicitur [b]: Ita nec Titiæ bona contineri potuerunt donatione illa mutua, quæ inter Seium & Titiam coniuges facta est. Nondum enim Meuiæ ius vllum in iis quæsitum fuerat. Debitor non potest in fraudem creditoris bona acquisita repudiare aut alienare; sed si de quærendis agatur, potest debitor vel non adire hæreditatem, vel repudiare [c].

b l. substitutio. ff. de acquir. rerũ dom.

c l. qui autem ff. quæ in fraudem credit.

Deinde

Source : BIU Cujas

Deinde quemadmodum crimen vxoris Seio obesse non potuit, ita neque etiam prodesse debet. Quod tamen contingeret si mobilia Titiæ Seio adiudicarentur. Nisi enim Sempronius impellente & suadente Meuia Titiam interfeciſſet, atque eius vitæ cursum scelerato ictu maturaſſet, Titia etiamnum superstes viueret: Aut certè cùm sorores non magno ætatis interuallo distarent, dubium & incertum erat, quænam præmoreretur. Quin & omissa mortis, consideratione, nonne potuit Titia bona sua mobilia aut inter viuos extraneo donare, aut testamento legare, ab iisque sororem Meuiam excludere? Sic in non dissimili quæstione Vlpianus de serui occisi æstimatione agens quærit: si seruus hæres institutus esset, an hæreditas illa in æstimatione veniat. Distinguit Iurisconsultus an delata sit hæreditas, nécne. Nam si viuo testatore & hæreditate nondum delata seruus occisus fuerit, nulla fiet hereditatis, quæ nondum obuenerat, æstimatio a. Quemadmodum autem bona eius qui viuit, & iura nondum delata repudiari non possunt, quia nondum competunt b: Ita neque etiam Titiæ bona vllo tempore ad Meuiam pertinuisse dicimus. Ante cædem commissam viuebat & valebat Titia: Nulla fuit viuentis hereditas. Ipso autem cædis commissæ momento, Meuia sceleris particeps incapax fuit, nec marito Seio ius vllum acquirere potuit. Hereditas enim quæ neque adita est, neque lege permittente defertur, transmitti nullo modo potest c. At Titiæ hereditas nullo iure aut quæsita aut delata Meuiæ fuit, siquidem ipso mortis Titiæ instanti Meuia cædis conscia incapax fuit.

a *l. inde Neratius. §. idem Iulianus scribit si institutus. ff. ad l. aquil.*

b *l. qui superstitis. ff. de acquir. & omitt. hæred. l. 1. §. decretalis. ff. de successorio edicto.*

c *l. cùm antiquioribus C. de iure deliberādi. l. 1. §. in nouissimo. C. decad. toll. l. vnic. Co. de his qui ante apertas tabulas.*

SENATVS

Source : BIU Cujas

*SENATVS* bona Titiæ mobilia agnato proximo adiudicauit: quasi nullo tempore Meuiæ fuissent, nec per consequens mutua coniugum donatio ad ea extendi posset[a].

a Arrest du 12. de Feurier 1590. plaidât Chauuet pour M. Vrbain Blanchet, qui estoit le mary appellant. Et moy pour M. Iacques du Gué & consors Inthimez & demandeurs en requeste ciuile.

*Compromissi pœnam statim appellatione interposita committi, nec pœnitentiæ locum esse.*

## CAP. VIII.

TITIVS & Meuius super lite inter eos mota in arbitros sub pœna compromiserunt. Arbitri damnato Meuio Titium victorem pronuntiarunt. Appellat Meuius. Antequam Senatus de appellatione & causæ meritis cognosceret, Meuius arbitrorum sententiæ parere vult, & ab appellatione recedere paratum se declarat. Quæsitum est an pœna ab eo deberetur.

*PRO MEVIO.* Pœna quæ non ex lege, sed ex conuentionis fide debetur, committi solet, si pactioni non stetur, quoties vel aliquid contra fidem datam gestum est, vel cùm id quod conuenit, statuto loco aut tempore non præstatur. Ita tamen vt si quæ mora, si quæ culpa admissa est, ea purgari possit, dummodo in continenti debitor fidem agnoscat & promissis satisfaciat[b]. Et hoc est quod in iure dicitur, celeri satisfactione posse debitorē sibi consulere[c]. Pœnam autem, quæ ex compromisso procedit conuentionalem esse constat. Quæ autem mora, quæve culpa in hac causa à Meuio admissa sit, non alienum erit examinare. Arbitri cùm de lite cogno

b l. si ita quis. §. Seia ff. de verb. obligat. l. & si posit tres. ff. si quis cautionibus.

c Cap. postuis. extra de locato.

Source : BIU Cujas

cognouissent, pro Titio pronuntiauerunt. Meuius appellare se declarauit. At si etiam nunc ille & iudicatum controuertere, & arbitrorū sententiæ reluctari, & in appellatione animo pertinaci insistere vellet: dubium non est quin & pœna ex compromisso deberetur, & ex regia constitutione exolui prius pœnam, quàm de appellatione cognoscatur, oporteret. Sed ô durum & acerbum creditorem, qui non litis victoria contentus est, non ipsa debitoris confessione, qui iudicatum offert, & arbitrorū sententiæ satisfacere paratus ab appellatione recedit: sed & pœnam insuper ex sola appellationis voce, inconsulto calore emissa, cōsequi iperat. Meuius appellare se dixit, sed statim pœnituit, & pœnitentiæ indicia non modò tacita mente, sed & certa atque aperta animi declaratione expressit: Siquidem ab ipso interpositæ appellationis die persequi appellationis iudicium noluit, ipsamque appellationem pro derelicta & deserta habuit. Quin & in Senatu nunc expressa animi restatione declarat, nolle se appellationi inconsultæ pertinaciter insistere, & arbitrorū iudicio reluctari. Lex voluntatē cum effectu, non ipsum nudæ vocis sonū, vel inanē sine affectu animi destinationē castigare & coercere solet. Hinc fit vt si quid extra familiā alienari sub pœna prohibeatur, aliquid autē ea conditione fuerit alienatū, vt in continenti debeat familiæ restitui: non intelligatur pœna cōmitti vel deberi [a]. Sic etiā qui patronum in ius vocauit, si eum pœniteat & actionem remittat, non punitur [b]. Eadémque ratione si quid incapaci donatū aut legatū fuerit, sed ea conditione vt statim restituat, dispositio illa non censetur nulla, sed valet & subsistit dona-

a Angelus ad l. voluntar. C. de fideicom.
b L. quamuis. ff. de in ius vocando.



Source : BIU Cujas

tio[a]. Si emphyteuta inconsulto domino & contra legem emphyteusos alienet, venditio autem nullũ effectum habuerit, vel quia solemnitas aliqua lege municipali requisita deerat, vel aliam ob causam res alienata restituta statim fuerit: licet emphyteuta vendendi animum habuerit, eáque voluntas ad actum aliquem processerit: tamen quia venditio sine effectu remansit, Baldus censet pœnam nullam eo casu committi, nec emphyteutam iure suo cadere[b]. Nec absimiliter quicunque rem apud se depositam vendens contra depositi fidem deliquit, excusatur tamen si postea redimat, & res in potestatem domini reuertatur[c]. Sic etiam absoluitur à pœna, qui illicò post acceptum iudicium ea quæ vi aut metu ademptа fuerant restituere paratus est[d]. Si posthumus viuo testatore nascatur & statim decedat, manet heredis institutio, nec ideò minùs hæres scriptus hereditatem consequetur[e]. Quemadmodũ etiam cùm testator vxorem rerum legatarũ proprietate priuat, adiecta hac cõditione, *si nupserit vxor quamdiu filius, quem vnicum defunctus reliquebat, vinet.* Nupsit vidua viuo filio, sed filius statim postea decessit: nulla cõmittitur prohibitionis pœna, nec priuatur vxor rebus sibi sub ea prohibitionis cõditione legatis[f]. Nã vt pœna cõmittatur, lex spectare solet nõ id quod momento fit, sed quod durat & effectũ aliquẽ habet[g]. Versum non videtur quod versũ nõ durat[h]. Satisdatio quæ non durat, satisdatio non est[i]. Solutio si quæ statim repeti

a L. cogi. §. hi qui solidum. ff. ad Senat. Trebell. L. si consentiẽte. C. de donat. ante nupt.
b Bald. in l. 2. C. de iure emph. & in l. ab emptione. C. quando liceat ab empt. discedere. Bartholus tamẽ contrarium censet, in l. si à me. ff. ad leg. fal.
c L. sequitur. §. item Labeo. ff. de vsucap. l. ex hoc. §. ait prætor. ff. de alien. iudicij mutandi cau. facta.
d L. hoc edicto. ff. de publicanis. l. electio. §. neque. ff. de noxal. act. l. si cum exceptione. ver. hæc autẽ actio. ff. quod metus caus.
e L. posthumus præteritus in prin. ff. de iniusto rupto test. f Nouellæ 22. de nuptiis. §. quoniam infirmas. Nouella 2. de non eligẽdo secundo nub. §. 1. g Glossa in l. qui fideiussorem. in verb. cogetur. ff. de transact. h L. si pro parte. §. versum. ff. de in rem verso. i L. 1. §. quod ait prætor. ff. quor. legatorum.

Source : BIU Cujas

petitur,ea nec vera solutio censetur nec liberationem inducit[a]. Eadem ratione non debet censeri appellatio verè interposita,quæ non durat,quæ statim repetitur, & quam euentus ipse satis indicat magis incõsulto animi calore interpositã, quàm vt arbitrorũ sententiæ & authoritati præiudiciũ vllũ fieret.In iudiciis ἀκριβοδίκαιον attendimus.In arbitris non exactam adeò seueritatem aut id quod asperũ & immite est,sed æquũ & bonũ spectamus.Meuius ab interposita appellatione recedit:Iudicatum soluere paratus est:Si quid in appellãdi proposito cõmissum est,cur non subitam hanc & celerẽ pœnitẽtiam Titius pro satisfactione legitima accipiet?

[a] L. qui sic solvit.ff. de solutionib.

*PRO TITIO.*Compromissorum commendatio fauore maximo digna est,quia & litium moræ arbitriis resoluuntur, & cõtrouersiæ inter propinquos absque publico iudiciorum strepitu priuatim intra parietes diiudicãtur.Vt ea ratione victor quod suum est consequi possit:Victus sine dedecore,sine tædio & damnosa litis diuturnæ expensa quidquid æquum est præstare iubeatur. Olim stari debebat sententiæ arbitri siue æqua esset siue iniqua[b].Et ex Antonini constitutione ab arbitris appellare[c] non licebat.Nisi fortè essent arbitri iuris aut iudices specialiter delegati:quo casu ab iis appellare permittebatur[d].Sed iure nostro arbitrorũ authoritas,certáq; cõpromissorũ securitas ex sola pœna pẽdet,quæ nisi stricto iure obseruetur,vt si quid in legẽ cõpromissi peccatũ sit,vindicetur,frustra ad arbitros omissa iudiciorũ seueritate recurretur.Itaq; si publicè interest arbitria impunè non violari,& si quid cõtra arbitri sententiã aut cõpromissi authoritatẽ fiat, pœnã ex lege cõpromissi cõmitti,vt neque à iudice appellationis venia indul-

[b] L. dict. §. stari.ff. de recep. arbitris.

[c] L. 1. C. de arbitris.

[d] L. arbitri.ff. qui satisdare cogantur, ca. ab arbitris de offic. delegati in 6.



Source : BIU Cujas

geatur, nec vlla pœnitentiæ excusatio admittatur. Appellauit Meuius, & fidem compromissi appellatione violauit, siquidem appellatio sola iudicatum non modò suspendere sed & extinguere dicitur [a]. Pœna ergo commissa fuit, & semel commissa iure debetur. At nũc pœnitet séque ab appellatione recedere paratum Meuius protestatur. Ratio in promptu est. Peritos consuluit: Arbitrorum sententiam æquissimam esse comperit, & cùm nullum ex appellatione fructum speraret, appellationem vult omittere. Itaque hæc non pœnitentia est, sed consulta prudentia eius, qui ab appellatione recedit non compromissi religione, sed ex necessaria æqui iudicij obseruatione, postquam iustã arbitrorum sententiã nullo appellationis gravamine conuelli posse animaduertit. Satis est ad pœnam quòd appellatio semel interpòsita fuit, licèt Meuius ab ea prudenti consilio recedat. Nam semper verum est eum appellasse. Eleganter Quintilianus, *Quantocunque tempore egi, nihil obest non consummasse. Neque enim eum eum qui non vicit negaueris pugnasse, neque eum qui fructus non percepit, negaueris possedisse, aut eum qui naufragium fecerit, negaueris nauigasse* [b]. Obiicit Meuius quicquid non durat, spectari non solere. At quàm hoc non sit in iure perpetuũ, multa declarant. Si proprietas vxori legata sit sub hac conditione, *cùm liberos habuerit*, censetur proprietas in perpetuum acquisita, si filios habuerit, licèt statim decesserint [c]. Hæres institutus sub conditione matrimonij, hæres manet etsi non durauerit matrimonium [d]. Si testator hanc fideicõmisso conditionem adiecerit, *donec binos liberos educauerit*, si quis ex liberis duos filios procreauit, nec superstites reliquit,

[a] *l. 1. ff. ad Turpillianum.*

[b] *Quintil. decla. 249.*

[c] *L. cùm vxori. §. quãdo dies legati cedat. d L. si quis heredẽ. C. de inst. & substit.*

Source : BIU Cujas

reliquit, videtur fideicommissi onere liberatus [a]. Exempla hæc & istiusmodi pleraque alia proponi possunt, quæ à Doctoribus adhibitis variè distinctionibus tractantur [b]. At verò in hac controuersia de pœna iure commissa & semel acquisita agitur. Lex autem non eo tantùm casu pœnam ex compromisso deberi vult, si appellatio duraverit, sed etsi vel appellatum vel aliquid contra compromissi fidem gestum esse dicitur. In istiusmodi autem quæstionibus, nec pœnitentiæ, nec moræ purgationi locus esse potest. Vnde si arbiter intra Kalendas Septembreis dari iusserit, ac debitor statim post Kalendas solutionem offerat: cómissa semel pœna perpetuò debetur & solui debet [c]. Itaque cũ Meuius qui appellando compromissi fidem & authoritatem violauit, nunc paratum se dicat ab appellatione recedere, sera hæc est pœnitẽtia, nec pœna semel cõmissa deinceps à iudicibus remitti posse videtur. Sic etiam si depositarius rem depositam vendiderit, eamque postea redemerit, & res deinde sine dolo malo perierit, Vlpianus teneri eũ depositi respondet; *Quia* (inquit) *semel dolum fecit cum venderet* [d]. Eadémque nec absimili ratione si mãcipiũ ea lege alienatum fuerit ne venderetur, adiectaque fuerit pœna, atque exinde seruus alienatus fuerit statimque redemptus: non facit redemptio, quin pœna semel commissa debeatur [e]. Neque alienum est quod ait Quintilianus, *Cœpit, egit, nec lex vllo scripto hoc comprehendit, vt illi necesse sit agere vsque ad finem. Nam etsi iudices concedissent & absoluissent, ille tamen egerat. Apparet igitur non exitu iudicij constare actionem, sed impetu* [f]. Sed ne pluribus exẽplis res certa demonstretur, dicendum est, ab eo

a L. *hæredibus in pri. ff. ad Sen. Trebell.*

b *Doctores in d l. si quis hære. Bart. consil. 181. Baldus lib. 5. consilio 42.*

c L. *Celsus. ff. de recep. arbitris. l. traiectitia. ff. de act. & oblig.*

d L. 1. §. *si rem depositam. ff. depositi. l. si à me. ff. ad leg. fal.*

e L. *si duabus. §. vendidi. ff. de diuersis temp. præscript.*

f *Quintil. decla. 249.*



Source : BIU Cujas

tempore quo Meuius compromissi religionem appellatione violauit, illicò pœnam fuisse commissam, quam Meuius nec ficta pœnitentia, nec alia vlla excusatione reuocare potest. Pœna enim ista sub conditione conuenit, si arbitrio non pareatur. Meuius arbitrorum sententiæ appellatione sua contradixit. Satis est ergo conditionem semel extitisse, & pœnam fuisse vel solo temporis momento commissam.

*SENATVS* pœnam compromissi appellatione interposita semel commissam exolui à Meuio oportere iudicauit.

a Arrest prononcé en robbe rouge par M. le Président de Morsan, le Ieudy auant Noel 1582.

---

*An retractus gentilitius in venditione grandium arborum locum habeat.*

## CAP. IX.

QVÆSITVM fuit, An retractus gentilitius in venditione grandiũ arborũ & syluæ non caduæ locum habeat.

*PRO MEVIO RETRAHENTE.* Arbores grandes, quę fundo inhærent, & nondum cęsæ sunt, facere partem fundi constat: siquidem etiam ipsi fructus pendentes partem rei facere dicuntur [b]. Quinetiam in iure illud plerunque spectari solet, an ea quæ in fundo sunt, in eo perpetuæ moræ caussa esse censeantur [c]. Sic & ex Pomponij Iurisconsulti sententia, si dominus fundi arbores stantes vendidit & pretium recepit, non tamen emptor habet vendicationem. *Arborum, quæ in fundo continentur* (inquit Pomponius) *non est separatum corpus à fundo, & ideò vt dominus*

b L. *fructus ff. de rei vendicat.* c L. *cætera. §. fin. ff. de leg. 1.*

Source : BIU Cujas

minus suas specialiter arbores vindicare emptor non poterit, sed ex empto habet actionem [a]. Quemadmodum ergo si fundus aut fundi portio alienaretur, locus esset retractui: idem etiam dicendum facta grandiū arborum, quę adhuc stantes & erectę existunt, vēditione. *Dudum proximis consortibúsque concessum erat* (inquiunt Imperatores) *vt extraneos ab emptione remouerent* [b]. Sic & sub Imperatore Romano seniore constitutū fuerat, vt si fundus, vinea, aliave res immobilis alienaretur, proximi cognati ex ordine propinquitatis extraneo emptori præferrentur. Itaque in hac causa est aliquid speciale, cuius ratio dubium omne quod esse potuit remouet. Nā Meuius actor agnatus est proximus & hæres præsumptiuus Sempronij, qui grandes illas arbores vendidit: ipsúmque Meuium legitima spes obuenturæ Sempronij hæreditatis spectat. Itaque actio Meuij eò tantùm spectat, vt conseruentur nec cædantur grandes illæ arbores, in quibus consistit potissima fundi amœnitas. Et hanc quidē conseruationē procurat sine vllius damno aut iniuria. Nā & venditor Sempronius pretium, quod stipulatus est, habebit: & emptor nummos à se exolutos cum legitimis impensis & sumptibus recuperabit & consequetur. Semper autem ei faueri solet, qui vel nunc dominus est, vel qui ius in proprietate voto legitimo sperat, quoties grandium arborum cæsuram prohibet. Vnde est quod vsufructuarium & emphyteutam, si arbores cædant, directus dominus, qui ius proprietatis habet, omnis vel vsusfructus vel emphyteuseos iure priuare potest [c].

*PRO SEIO EMPTORE.* Nihil absurdi° hoc retractus iudicio proponi posse, ipsa so-

a *l. Quintus Mutius. ff. de act. empt.*

b *L. dudū. C. de contrah. empt.*

c *L. Proculus. l. arbores, & l. arboribus. ff. de vsufructu. l. diuortio. §. si fundum. ff. soluto mat. l. diuus. ff. de vsu & habitat. Barth. ad l. in fraudē. §. conductor ff. de iure fisci.*



Source : BIU Cujas

la retractus consideratio & consuetudinis mens satis indicat. Ideo enim introductus est retractus, vt alienata prædia in eadem familia conseruentur & retineantur. Quoties autem dominus fundi grandes arbores in eo stantes alienat, non aliā mēte id fecisse præsumendus est, quàm vt venditæ arbores cædantur & tollantur, simúlque cæsis arboribus aliæ denuò succrescant; fiátque aut sylua cedua, aut ex nouis arboribus aliæ vtilitates nouíque reditus percipiantur. Itaque absurdū est in iis arboribus admitti retractum, quas ex lege vēditionis cædi oportet. Neque enim proprietarius pati velle existimandus est partem illam fundi sibi inutilem & infructuosam iacere. Quin potius hoc volet, vt nouis arbusculis ex trunco cæsarum arborū succrescentibus noua reditus annui vtilitas ei acquiratur. Nam quod obiicitur arbores nondum cæsas facere partem fundi: Non quidem hoc perpetuum est, vt in iis omnibus, quæcunque faciunt partem fundi, retractus locum habeat. Nam si hoc generaliter verum esset, fructus fundi pendentes nondúmque collecti hac eadem ratione retrahi gētilitio iure possent: Quod tamen falsum esse cōstat. Quoties enim lex ait fructus pendentes facere partem fundi, non aliò spectat hæc regula, quàm vt doceamur, vendito fundo venditos quoque censeri fructus, qui nondum excisi & percepti, sed pendentes sunt a. Secus autem dicendū est, si sine fundo fructus vendantur b. Neque enim generaliter omne id, quod vel fundi partem aliquo respectu facit, vel aliqua ratione immobile censetur dici debet actione retractus ab agnatis peti & obtineri posse. Sic licèt mobilia pretioso aliquo respe

a *L. finali. §. fructus. ff. quæ in fraudem cred. l. Iulianus. §. si fructibus, & l. qui pendentem. ff. de actionibus empti.*

b *Arg. l. penult. de testam. minist.*

Source : BIU Cujas

respectu habeãtur & censeantur immobilia [a], non tamen si alienata fuerint, repeti gentilitia retractus actione possunt: Idemque & in statua & columna iudicandum est [b]. Vt & in plerisque aliis, quæ tamẽ vendito fundo vendita quoque censentur. Nam quæcunque in fundo ad perpetuam rei commoditatem & vsum destinantur, ea, quandiu in fundo sunt, facere censentur partem fundi. Sed cùm aut separatim alienantur, aut cædũtur, aut tolluntur: statim atque separari ea contigit, non amplius facere partem fundi existimantur. Meuius venditas à Sempronio arbores retrahit, vt vel eas cædat, vel in fudo relinquat. Si id animo cædendi facit, actio retractus & ipsa Meuij mens retractui, qui ad solam conseruationem introductus est, resistit & aduersatur. Sin Meuius animum sibi esse dicat ipsas arbores in eodem fundo relinquendi, non est verisimile, neque ratio ipsa patitur, dominum soli hoc indulgere, vt pars illa fundi infructuosa & inutilis atque sine vllo commodo reditúve remaneat: sed potius cædi antiquas arbores ex lege venditionis postulabit, vt nouæ succrescant. Quod autem Meuius opponit, se agnatum proximum Sempronij, eiúsque, si intestatus decedat, legitimum & præsumptiuum esse hæredem: Illud absurdum est atque à ratione iuris alieniſſimũ. Examinanda tamen distinctio, quę ex ipsa Senatusconsultorum ratione adhiberi solet. Nam si proponeremus Semproniũ venditorem aliquo post contractum tempore decessisse, atque hunc ipsum Meuium ei successisse, eáque ratione dominum fundi factum fuisse: fauorabilis esset hæc redhibitionis gentilitiæ petitio: liquidem eò spectaret, vt eadem fundi ipsius facies

[a] l. Lex quæ. Cod. de ad. min. tuto.
[b] l. malum. §. vlt. ff. de verb. signi. ficat.



Source : BIU Cujas

eadémque amœnitas remaneat. Quis enim negauerit arbores illas esse ad decus & ornamentum totius vitæ, cuius proprietas illo casu non iure obuẽturo, sed iure iam delato ad retrahentem pertineret? At verò in ipsa controuersiæ istius quæstione alia longéque diuersa ratio habetur. Nam Sempronius, qui venditor fuit, & soli ipsius dominus remansit, viuit & valet. Viuentis autem hæreditas dici non debet, nec certus designari potest hominis sani & viuentis hæres. Potest Sempronius ducere vxorem, & ex ea liberos procreare, quos hæredes suos excluso Meuio relinquet. Quin & omissa legitimæ prolis expectatione, potest contingere vt Sempronius fundum vel vnius donet aut permutet, vel vltima volũtate de eo disponat. Quibus casibus cùm proprietas gentilitio iure retrahi nequeat, Meuio in ipsa fundi proprietate nullum ius competet. Vt absurdum sit incertam & multis casibus non obuenturam spem pro iure certo & quæsito proponere.

*SENATVS* Meuium à petitione sua repellendum iudicauit, actionémque gentilitij retractus in ea grandium arborum syluaéque non cæduæ venditione locum non habere voluit[a].

[a] Arr. dõné le vendredy apres diſner, 22. d'Auril 1583. plaidant l'Allemant pour l'appellant, & Nau pour l'inthimé, & fut dict bien iugé. mal & sãs grief appellé.

## *Cuius expensis diuisio rei legatæ fiat, an hæredis, an legatarij.*

### CAP. X.

QVM ædes inter Titium & Meuium communes nec diuisæ essent, Titius decedens partem ædium, quam habebat, Seio legat. Petit legatarius ædes il-

las

las diuidi ac partem diuisam sibi ab hærede præstari. Quærebatur cuius expensis diuisio procurari ac fieri per iudicẽ deberet, hæredisne an legatarij.

*PRO SEIO.* Legata ab hærede præstari lex voluit: quod autem aliquis debet, ille suis expensis, sua cura, suóque impendio præstare tenetur [a]. Ædiũ pars, quæ defuncti erat, non potest aut commodè aut expeditè tradi & præstari, si non priùs pars illa certa assignetur, & ab omni cõmunione distincta & separata tradatur. Si quis enim liquidò velit dignoscere, quænam sit pars ædium legata, & quomodo constet, fieri nõ potest vt id sine diuisione explicari & perspici queat. Hoc ergo procurare debet hæres, si testatoris voluntati parere, si legatam rem tradere & præstare velit. Vt non dissimiliter eo casu quo testator alienum fundum legauit, hæredis est eum à domino redimere & legatario præstare [b]. Sic etiam cùm fundus aliquis Ecclesiæ legatus est, si ex lege amortizationis pretium indemnitatis domino feudi solui oporteat, illud non ab Ecclesia legataria, sed ab hærede præstari debere sæpe à Senatu iudicatum est [c]. Neque enim res tradi videtur, nisi simul præstetur habere licere, atque ita tradatur, vt ea quis liberè vti frui possit. Rem autem communem & indiuisam vix est vt aliquis liberè & commodè possidere aut locare possit, aut de ea inuito socio disponere. Hoc autem nisi hæres præstet, dici non potest rem à defuncto legatam tradidisse. Eadem ratione si testator rem alteri obligatam legauerit, necesse habet hæres eam luere [d]. Sic etiam si quid pro introitu erogari solet, hæres id præstare tenetur [e]. Itaque eadem nec dissimili ratione expensæ illę, sine quibus res

a *l. quod nisi fiat. ff. de operis libert.*

b *l. cùm res aliena. C. de legatis. §. non solũ de legatis. in Instit.*

c Iugé par arrest dõné au profit des Minimes de Tours, le 20. de Iuillet 1592.

d *l. si res obligata. ff. de leg. 1.*

e *l. 102. his verbis. §. alumno. ff. de legat. 3.*

res legata diuidi non potest, aut diuisa tradi, hæredem spectant, non legatarium.

*PRO HÆREDE.* Mirari lubet ingratum hæredis istius animum, qui dum nulla ratione de minutis quibusdam diuisionis faciendæ expensis litigat, satis ostendit se neque defuncto neque hæredi vllam accepti beneficij gratiam habere. Tamen rem ipsam summo iure attendamus. Si testator domus partem vel superiorem, vel inferiorem nominatim alicui legasset, non est dubium, quin eam, quæ à testatore designata fuit, partem præcisè tradi oportuisset. Sed in hac caussa testator simpliciter & indefinitè partem, quam in domo habebat, legauit. Quis legatarium prohibet quominus eadem parte atque eodem, quo defũctus modo vtatur & fruatur? Sicut enim defunctus indiuisã possidebat, ita & ille indiuisam accipiat. Quòd si diuisam habere velit, socium ad diuisionem prouocare licet: Hoc iura patiuntur, hoc ipse legatarius suis impensis procurare potest. Neque enim ratio aut æquitas postulat, vt id hæredis impendio fiat aut eius sumptibus procuretur: Siquidem testator non partem diuisam, sed partem qualem habebat, testamento legauit: habebat autem indiuisam. Quoties autem testator aut rem communẽ legat, aut quidpiam aliud in quo lis aliquave controuersia occurrit: testantium voluntates ita debemus interpretari, vt defunctus ius quod in re habebat, non aliud quidquam legasse intelligatur [b]. Ista autem contentio eò censeri odiosior debet, non modò quia ab ingrato legatario moueatur, qui sese beneficij à defuncto accepti præstat immemorem: Sed eò magis quòd nouam litium & controuertendi in posterum

a l. si probatum. Cod. comm. diuid. arg. l. communi. §. si. ff. cõmũ. diuid.

b l. serui. §. cum fundus. l. si demus. §. fin. ff. de leg. 1.

sterum occasionem res ista causari & præbere posset. Nam si diuisio hærede promouente fiat, & ea portio, quæ diuisione facta obtigerit, legatario displiceat, vel incommoda videatur: ille statim fraudem vel negligentiam interueniſſe arguet, & colluſione dolóque hæredis factam diuiſionem expoſtulabit. Itaque vt omnis litium & controuersiarum occasio præscindatur: æquius est vt legatarius aut rem indiuisam, qualem defunctus habebat, possideat: aut si diuisam habere desiderat, ipse diuisionem, qualem voluerit, suis expensis & propria diligentia fieri procuret.

*SENATVS* diuisionis expensas non ab hærede, sed à legatario præstari oportere iudicauit a.

a Arr. dõ. né le Mardy apres disner 17. d'Auril. 1584. entre Anne le Iart d'vne part, & Philippe le Iart d'autre, plaidant Dangue, chin pour l'appellãt, & Nauarrot pour l'intimé.

---

*Dotis promiſſio quando & quibus caſibus donatio meráque liberalitas dici & cenſeri debeat.*

## CAP. XI.

CONSVETVDINE Cenomanensi Art. 340. si mulier simul cum marito contrahat, & contractus in commodum & vtilitatem mariti vergat: contractus ille nullus est, nec mulierem obligat. Meuius cùm filiam, quam ex priore coniugio habebat, in matrimonium collocare vellet, dotem mille nummûm Titio genero promisit: Eodem contractu Seia, quæ Meuij secunda vxor erat, huic dotis solutioni seipsam simul cum Meuio marito obligat. Aliquo pòst tempore Meuius nullo

lo relicto hærede decedit, promissa quidem, sed nõ exoluta dote. Inopẽ & multo ære alieno obnoxiam Meuij hæreditatem nemo adire voluit. Titius, qui nuptias in spem dotis promissæ contraxerat, Seiam in ius vocat, & ab ea dotem exolui petit. Seia promisisse se dotem simul cum defuncto marito agnoscit, sed sponsionem & promissionem suam ex consuetudine & lege municipali nullam esse contendit.

*PRO TITIO.* Nouercarum odia & sæuas inimicitias quis non deinceps horrebit & extimescet, siquidem ipsas etiam liberalitates & vltroneas promissiones fictas esse & fallaces ac meritò suspectas certissimo causæ huius exemplo apparet? *Nulli non magno constitit & bona nouerca* (ait Seneca a.) Titius vxorẽ dicta ac promissa dote duxit. Seia tamen hoc nouercali perfidia nunc contendit, vt fidem datam fallere ei liceat, & Titio vxor indotata relinquatur. Obiicit Seia dotis promissionem liberalitãtis speciem quandam præ se ferre, & conuentiones quasuis in commodum mariti factas ex lege municipali nullas esse. Primùm si quid donatum proponitur, id non marito, sed Titio genero donatum est. Neque enim Meuius, si viueret, quidquam petere aut consequi ex contractu posset. Niger Brutidius apud Senecam, Beneficium est (inquit) *quod totum eius causa præstatur, in quem conferatur* b. Licèt autem vir & vxor simul eadem obligatione cõtraxerint, non tamen ideò minus contractus legitimè & inter legitimas personas initus existimabitur. Quis enim in iure dixerit virũ & vxorem nõ posse simul contrahere? Sed si consuetudinis mens rectè attendatur, facilè agnoscemus coniugum inter se

donationes

a Seneca de consolat. ad Heluiam cap. 2.

b Seneca lib. 9. controu. 1. c l. quod autem. §. si vxor. à marito, ff. de donat. inter virum & vx. l. cum in fundo. §. vxor. ff. de iure dotium l. penult. in prine. & l. fin. ff. de in rem verso.

Source : BIU Cujas

donationes & liberalitates lege municipali inhiberi, non alios vllos contractus. Vt certè consuetudinis Cenomanensis articulus 340. collocatus est sub ea rubrica quæ de donationibus inscribitur. Itaque cùm initum ab vxore in mariti vtilitatem contractum consuetudo reiicit, quis non videt legis mentem non aliam fuisse, quàm vt donationes aut contractus lucratiuos ab vxore in maritum conferri prohiberet? Dotis autem promissio neque donatio est, neque inter causas lucratiuas recenseri solet [a]. Quin etsi accessio aliqua ad dotem cõuenerit, siue vsuræ dotis promittantur, siue aliud quidpiam, cõtentio illa, etsi inter virum & vxorem inita sit, donatio non dicetur [b]. Vt & generaliter quoduis pactum dotale onerosum censetur, non gratuitum [c]. *Neque enim iuris optimi est* (inquiunt Imperatores) *matrimonium cum tot tantisque suis difficultatibus opprimatur, aduentitiis etiam cumulare ponderibus* [d]. Omnes autem dotis promissiones, qualescunq; fuerint, adimpleri lex iubet. *Neque enim* (ait lex) *ferendum est, quasi casu fortuito interueniente, mulierem fieri indotatam, & sic à viro forsitan repelli* [e]. Ista autem Seiæ in dote exoluenda denegatio & perfidia, haberi tantò odiosior debet, quantò fauorabilior est dotis causa, quæ inter pias causas recenseri & annumerari solet [f]. Non ergo hæc dotis promissio donatio rectè censetur. Quin etsi donatio dicatur, ea non in mariti commodum, sed in filiæ, quæ nubebat, fauorem, & in futuri generi vtilitatem fiebat. Quod si eam, quæ filia tua non erat, vt tuam collocare voluisti, si priuignæ erga te officiosæ merita vltrò ac lubens agnouisti: cur pœnitere, cur gratiam initam ac beneficium promissum reuocare tibi licebit?

a *l. ex promissione, ff. de act. & oblig.*

b *l. 21. si quis. §. si vxor. ff. de donat. inter virum & vxor.*

c *l. 1. §. si verb iunct. glossa. In verb. ad lucrum de impõ. lucr. descrip. li. 10. C.*

d *dict. l. 1. §. si verbi e l. generaliter. C. ad Senat. Vel. lei anum.*

f *l. cùm ita. §. si in ea opinione. ver. pietatis causa. ff. de cond. indeb.*

Source : BIU Cujas

licebit? Itaque siue iure summo, siue æquitate contendamus, quid erit æquius, quàm id quod conuenit præstari, fidémque datam adimpleri? Quid iniquius, quàm eum, cui de dote cautum erat, vxorem habere indotatam?

*PRO SEIA.* Nulla proponi potest legitima causa, quæ Titio iustam de Seia expostulandi occasionem præstare meritò videatur. Titius cùm vxorem duceret, exolui sibi constitutam dotem speravit. Hoc neque iniquè neque contra ius. Sed cum Meuij patris officium esset dotare filiam, Titius ab ipso patre, non ab vllo alio dotis solutionem sperare debuit. Quòd si Meuius neque dotem numerauit, neque decedens heredes habuit, aut bona reliquit, quæ doti sufficerent, Titius non Seiam, sed soceri memoriam accusare debet. Nam quæ naturalis ratio quódve iuris vinculum dotem à Seia nouerca præstari postulat & exigit? Promisit Seia, sed iubente marito. Volentis imperio reluctari, & coniugis authoritatem iussúmve spernere mulieri officiosæ & timidæ non licuit. Nemo in necessitate liberalis censeri solet [a]. Verùm omissa voluntatis seu spontaneæ seu coactæ quæstione, siquidem hoc ex facti controuersi veritate pendet, promissionem ipsam, qua de dote conuenit, examinemus, valida sit, an nulla. Consuetudo contractum, si in mariti commodum fiat, nullum esse pronuntiat: siue cum marito, siue cum eius propinquis ineatur. Hæc enim sunt legis municipalis verba. Contractus autem iste & cum marito factus est, & in mariti eiúsque filiæ commodum cedit. Sed an promissio dotis dici debeat donatio quæsitum est. Qui dotem, quam iure debet, exoluit, donare non dicitur. Sed

[a] L. proximi. ff. de ritu nupt.

si quis

si quis dotem, quam non debet, promittit, promissio hæc vera donatio est & mera liberalitas. Rursum alia proponi debet eius qui dotem accipit, alia eius qui dotem promisit consideratio. Maritus, cui dos vel datur, vel promittitur, eam consequi ex causa onerosa censetur, quia dos ad onera matrimonij sustinenda præstatur. At si personam eius, qui dotem aut præstat aut pollicetur, spectemus, distinguendus est pater ab extraneo. Nam extranei respectu, qui dotem nullo iure cogente spondet, donatio est & mera liberalitas [a]. Neque enim extraneus alia mente præsumi potest id facere, nisi donandi animo, & lex ipsa donationis vocabulum hac in re vsurpat. Ideóque extraneus dotem non præstare, sed donare dicitur [b]. Quinetiam licèt promissio in causam dotis facta, non requirat insinuationem, non ideò minus tamen donatio vera est, quoties ab extraneo promissa fuit [c]. Seiam autem nemo inficiabitur extraneam esse, tum quia Titius nouercæ appellationem tanta inuidia ei obiecit, tum quia nullo vel propinquitátis iure, vel amicitiæ, aut meritorum vinculo, priuignæ cui dos dicebatur, nexa & obligata erat. Elegans est Pauli Iurisconsulti in quæstione non dissimili responsum, *Tutor* ( inquit ) *potest mercedes præceptoribus pupilli exoluere : solemnia munera parentibus cognatísque mittere : Sed non dabit dotem sorori alio patre natæ, etiam si aliter ea nubere non potuit. Nam etsi honestè, ex liberalitate tamen fit* [d]. At si id ex liberalitate fit, donatio est. Sed an donatio illa mariti cómodo cedat, & quodnam fuerit Meuij in dotanda filia officium videamus. Nam si maritus aliquam inde vtilitatem percipiat, existimare conueniens

a L. 71. Titio centum. §. Titio genero. ff. de condit. & demonst.

b L. vnica. §. accedit. C. de rei vxor. actione. arg. l. vl. §. si à socero. ff. quæ in fraudem credit.

c l. fi. C. de iure dotium.

d L. cùm plures. §. cùm tutor. ff. de admi. tut.

est consuetudinem prohibere, ne maritus in rem suam vxori cõtrahenti authoritatem præstare potuerit. Hoc enim & ex ipsa lege municipali, & ex ciuili Romanorum iure interdicitur a. Pater autem non aliter pietatis officio fungitur, nisi filiam collocet & genero dotem dicat. Paternum enim officium est dotare filiam b. Si pater tam iure naturali, quàm lege ciuili ad dotem tenetur, quis non fatea-
tur mariti commodo cedere, quoties filia alicunde, aut alterius facto & liberalitate dotatur? Semper enim ex Iurisconsultorum sententia spectari debet, cuius contemplatione dos data fuerit c. At verò patris interest filiam habere dotatam d Ergo contractus is, de quo agitur, non modò donatio fuit respectu Seiæ, sed & in commodum patris Meuij facta est, qui filiam dotare tenebatur. Itaque cùm lex municipalis eiusmodi obligationibus resistat, contractus, qui vetante & prohibẽte consuetudine factus est, ipso iure nullus censeri & existimari debet e. Titius vxorem indotatam habere se conqueritur. Si rectè morata venit, dotata est satis. Sed quid est necesse Seiam extraneæ & priuignæ dotem numerare? Quidve iniquius, quàm mulierem istam bonis & fortunis omnibus spoliari, vt ei dotem spondeat & exoluat, cui nec officiis ac meritis obligata est, neque vllo propinquitatis iure aut necessitudinis vinculo coniuncta?

*SENATVS* Seiam nulla dotis obligatione teneri pronuntiauit, & ab omni promissę dotis numeratione liberam esse iussit f.

a L. 1. in prin. ff. de author. tutorum. l. §. fuit quæsitum. ff ad Sen. Treb.

b L. fin. C. de dotis promiss.

c L. quæ dotis. ff soluto matri. l. Titio centum. §. Titio genero. ff. de condit. & demonst.

d L. 71. pater filiæ. ff. de euict.

e L. cùm lex. ff. de fideiuss.

f Arr. du Mardy matin 5. de Iuin, 1584. plaidant Baussant pour l'appellant, & Chauuelin pour l'intimee.

Debitor

Source : BIU Cujas

*Debitor qui legitimam sibi debitam pleno iure non petit, An in fraudem creditorum facere videatur.*

## CAP. XII.

TITIVS Sempronij pater testamento vsumfructum omnium bonorum vxori Seiæ legat. Licebat quidem Sempronio testatoris filio ex lege municipali vsusfructus reductionem petere, vt sibi legitima bonorum patris portio pleno iure nullo vsusfructus onere grauata præstaretur: Sed cùm Sempronius multo ære alieno vndique premeretur: maluit Seiam matrem paternis bonis vtifrui, quàm Mcuio creditori suo cæterisque creditoribus solutionis facilitatem procurare. Creditor legitimam Sempronio deberi dicebat: Quicquid autem Sempronio competeret, seu prædia essent, seu iura & actiones: id omne sibi in causam debiti obligari. Itaque æquum esse, vt ad solutionem eius quod sibi debebatur, fundus aliquis hæreditarius, qui legitimæ valorem non excederet, pleno iure sine vllo vsusfructus onere distraheretur: Idque iudicis authoritate fieri & iuberi postulabat. At Seia mater dicebat creditori bona Sempronij, sed non bona defuncti Titij obligata fuisse: filio autem Sempronio reductionem vsusfructus ex lege municipali non postulante, creditores non posse authoritate iudicis bona Titij hæreditaria possidere, aut publicam eorum distractionem requirere, nisi post finitum matris legatariæ vsumfructum.

*PRO CREDITORE.* Lex debitorum



Source : BIU Cujas

fraudes improbat & reiicit, cùm fide mala & dolosa aliqua subtilitate iustas creditorum petitiones eludere conantur. In hac autem causa apertam esse filij cum matre colludentis fraudem tum res ipsa indicat, tum etiam ipsa personarum cóiunctio satis euidenter ostendit. Legitimam filio competere, eámque sine vllo fideicommissi vel vsusfructus onere deberi cõstat[a]. Competit enim legitima iure naturali, eamque lex alienum æs patris nuncupat[b]. Itaque cùm vsusfructus quem mater iure legati sibi vendicat, sit omnium bonorum, certissimi iuris est eum reduci ad modum lege definitum debere, tam ex Nouella Iustiniani constitutione[c], quàm ex speciali legis municipalis dispositione, quæ filio permittit petere legitimam omni vsusfructus onere liberam. Hinc fit vt cùm filio nec ius legitimæ, nec reductio vsusfructus denegari queat: nemo autem ita supinus existimetur, vt facilè suum iactet & negligat[d]: Quis non videt iniquum & ingratum istum debitorem huic vni rei studere, vt quàm diutissimè poterit, creditorem moratoria dilatione frustretur? Hoc autem vt excusatione aliqua prætexat Sempronius, dicit nihil se matri donare, sed lege permittente ius sibi competens remittere & repudiare: remoueantur, quæso, subtiles istæ versutiæ. Nam si inter bonos bene agier oportet, si rem ipsam & mentis nostræ affectum inspicere potius quàm voluntatis vmbram & inanem verborum prætextum spectare æquitas suadet: Is certè donare dici debet, qui se non petiturum promittit, quod tamen petere iure suo potest[e]. Vt certè id omne, quod debitoris iura diminuit, in fraudẽ creditorum fieri lex interpretatur[f]. Quòd si repudiatio

a L. omni modo. & l. quoniã. C. de inoff. testam.
b L. Papinianus, §. si quis impubes. ff. de inoff. test. l. fin. §. sin autem partes. C. de curatore furioso.
c Nouella 38. circa prine.
d L. etũ de indebito. ff. de proba.
e L. in ædibus in pri. vers. potest enim. ff. de donat.
f L. 1. in fi. ff. quæ in fraudẽ credit.

Source : BIU Cujas

diatio iuris tam quæsiti quàm non quæsiti, neque donatio neque alienatio diceretur, consequens esset tutorem fundũ pupillo legatum repudiare posse, & debitori fiscali in præiudicium fisci idem licere, & tamen ea omnia prohibentur [a]. Quemadmodum autem procurator ad exigendum constitutus, non potest remittendo liberare [b]: Sic nec debitori in fraudem ac præiudicium creditoris quidquam licet remittere. Remissio enim siue liberatio vim donationis habet [c]. Ac maximè iure nostro, quo absq; vlla hæreditatis aditione fit possessionis & dominij in hæredem continuatio, adeò vt statim à morte defuncti hæres dominus ipso iure censeatur: At verò si incontinenti statimque à morte testatoris Sempronius factus est paternorũ bonorum dominus, non potest in præiudicium creditoris ius sibi quæsitum remittere, vel repudiare. Quid autem æquius dici aut proponi potest, quàm vt creditori de ea quantitate, quam mutuam dedit, præsenti die satisfiat, nec moratoria fraude aut inani post finitum matris vsumfructum dilatione decipiatur?

a L. *magis puto.* §. *sũdum.* ff. *de rebus eorũ.* l. *in fraudã in prin.* ff. *de iure fisci.* l. 2. §. *sed & si quid dolo.* ff. *de hær. vend.*

b L. *nõ abstulit.* C. *de nouat.*

c L. *contrà.* §. *si filius.* ff. *de pactis.* l. 81. *si fundum.* §. *Titio.* ff. *de legatis 1.*

*PRO SEIA MATRE.* Non est dolus aut fraus, sed officiosa Sempronij filij pietas, quæ defuncti patris memoriam summa religione colens, non creditores decipere, sed supremam charissimi patris voluntatem adimplere studet. Nam & boni hæredis est defuncti voluntatem, licèt minùs solemnem, exequi: & obsequiosi filij officium videtur, matri legatum vsumfructum non cõtrouertere. Quis enim creditor aut causa potior aut tempore anterior matri præferetur, quæ vitam largita est, & ipso statim natalis horæ momento filium perpetua obligatione sibi deuinxit? Nam,



Source : BIU Cujas

quod acerbus iste creditor contendit nõ licere debitori in perniciem creditorum donare: hoc sanè concedi sine vllo causæ præiudicio potest. Fallitur enim quisquis donationẽ vocat, quoties nihil præstatur, sed id tãtùm remittitur, quod fortassis summo iure detrahi vel potiùs exigi potuisset. Itaque etsi filio liceat legitimam petere & vsusfructus reductionẽ persequi: non tamen si ab illo summo iure filius decedit, donare quidquam dici debet: quia ex Iurisconsultorum sententia, remittere non est verè donare [a]. In hac autem controuersia, in qua quæritur liceátne debitori quidquam remittere, adhibenda est distinctio, quæ ex Iurisconsultorum responsis petita, omnem disputandi occasionem adimit. Aut enim agitur de iure debitori delato & quæsito: aut de eo quod vel nondum delatum, vel delatum quidem, sed nondum acquisitum est. Si debitor ius sibi quæsitum reiicere velit & repudiare, non est ferendus, quia id non alio animo, quàm in fraudem creditorum facere cẽsetur. Sed si de iure nondum quæsito agatur, non prohibetur illud repudiare. *Pertinet enim edictum* (inquit Iurisconsultus) *ad diminuentes patrimonium, non ad eos qui id agũt ne locupletentur* [b]. Neque enim vtique donat qui lucrandi & acquirendi occasionem omittit [c]. Et hoc quidem generaliter obtinet, nisi si fortè aut de minore aut de fisci præiudicio agatur. Nam & fisco debitor, & minori tutor non modò quæsitũ cõseruare, sed & non quæsitũ procurare & acquirere tenentur [d]. In cæteris autem omnibus debitor nihil in fraudem creditorũ agere dicitur, cùm ius sibi delatum, nondum autem acquisitũ repudiat. Ius enim nondũ quæsitum, nõdũ etiam est in bonis nostris.

[a] *L. Iulianus ait. ff. de cond. & demonst.*

[b] *L. qui autem. ff. quæ in fraudem cred.*

[c] *L. non fraudãtur. ff. de regul. iuris. l. 18. & si pignus ff. quæ in fraudem credito.*

[d] *d. l. magis puto. & d. l. in fraudem.*

[e] *L. subsitutio ff. de acqui. rer. dom. l. profectitia. §. si pater. ff. de iure dotium.*

Nam

Source : BIU Cujas

Nã quod creditor obiicit iure nostro statim à morte defuncti, etiam sine vlla aditionis solemnitate, nos rerum à defuncto relictarum dominos fieri, hoc idem etiam iure Romano obtinebat, non modò in filio cuius respectu continuatio dominij dicitur: sed & aliis casibus ab ipsa defuncti testatoris morte legatum statim nostrum & nobis quæsitum dicitur, eadémque ratione cætera etiam quæri & ipso iure apprehédi censentur a. Sed hæc legis fictio ita locum habet: vt legatum & quiduis aliud quod in hæreditate est, si non repudietur, retro nostrum fieri præsumatur. At si repudietur, id retro nostrum nõ fuisse, nec vllo tempore ad nos pertinuisse, existimetur. Idque pluribus verbis ostendit Vlpianus, cùm de eo agit, qui in fraudẽ patroni aliquid alienasse arguitur b. Itaque licèt Sempronius vsumfructum matri non controuertat, non tamen ea ratione fieri pauperior, aut de suo matrimonio quidquã diminuere dici potest, sed dum vltimam patris voluntatem eiúsque testamentum exequitur, dicet cũ Vlpiano, se potius fidem defuncto debitã exoluere & pleniore officio fidei præstandæ fungi, quàm quicquã donare videri c. Tu verò filium prouocas, vt in matris annos inquirat, & vsumfructum, qui morte finitur, controuertendo, maternam in se iram prouocet. Testamẽtum ritè ac solemniter factum est. Quid filium adigis, vt defuncti patris, quẽ ille semper officiosissimũ & amantissimũ agnouit, voluntatem tãquam inofficiosam arguat & impugnet? Bono hæredi (inquiebat Plinius) satis est voluntatẽ defuncti nosse. Neque enim, ex Quintiliani sententia, vllum potest esse maius solatium mortis quàm voluntas vltra mortem. Sempronius defun-

a L. 1. §. cõmun. de legatis. l. à Titio. ff. de furtis.

b L. 1. §. vtrum. ff. si quid in fraudẽ patroni.

c L. si sponsus. §. si maritus, & §. si quis rogatus. ff. de donat. inter virũ & vxor.

cti patris voluntatem ita colere vult, vt suam à suis aliquando obseruari cupit: Nec quid controuerti possit, cogitat, sed patris, qui vltimum elogiũ scripserit, voluntatem reuereatur: Idque non creditoris fraudandi causa, sed ex officio facit, ne afflictam viduę senectutem vexare & vsufructu ritè legato spoliare compellatur.

*SENATVS* vsufructu Seiæ confirmato creditoré à petitione tãquã iniqua & iniusta repulit a.

a Arr. dõné le Mardy 24. de Iuillet 1584. plaidans de Villiers pour Pierre Morãdon appellãt, & Monsieur Seruin (maintenant Aduocat du Roy) plaidant pour Marguerite Archambault Intimee, laquelle gaigna sa cause.

NON ERIT alienum hoc loco quæstionem adiicere haud dissimilem, quæ non modò controuersa disputatione disceptata est, sed & variè iudicata refertur. *SEMPRONIVS* multo æri alieno obnoxius matrem habuit Seiam. Illa cùm vellet rerum suarum securitati & conseruationi cõsulere, vt eas ab acerba creditorũ filij distractione vindicaret, testamento bona omnia nepotibus, quos ex Sempronio filio habebat, donauit. Creditores postulabant vt Sempronius legitimã iure naturali debitam ex bonis maternis sibi præstari peteret: Aut nisi peteret, creditoribus eam capere in causam iudicati & in solutionem æris alieni permitteretur. NEPOTES dicebant, Sempronio patri licere quidem, si velit, inofficiosam donationem arguere & legitimam in iudicio persequi: sed eo non conquerente neminem esse qui donationem controuertere legitimo iure queat. *CREDITORES* cõtrà exposulabant clandestinis & domesticis fraudibus facilè quiduis pro negotij opportunitate cõfingi posse b. Manifestã est autem Sempronij collusio, qui vt creditores frustretur & filiis suis faueat, legitimam, quæ debetur petere recusat. Sẽpronius generali obligationis nexu res sibi vndecun-

b L. data. C. de don.

qua

que competentes obligari creditoribus voluit, atque hic est generalis obligationis effectus, vt omnia iura & res omnes tam præsentes quàm eas, quæ quoquo titulo postea obuenient, contineat & cõplectatur[a]. Ipsa autem legitima ex continuatione quadam dominij sine vlla alia speciali aditione, prehensione, vel petitione, filio hæredi legitimo ipso iure acquiritur, ex tacita iuris nostri fictione, & ex generali regni istius regula, per quã à pragmaticis mortuus *saisire* viuum dicitur. Creditores autem non quidẽ de inofficiosa auiæ donatione conqueruntur, sed dolum Sempronij accusant & fraudem in eo committi arguunt, quòd legitima certo iure debita omittatur. NEPOTES prudens auiæ consilium commendabant, quæ dum rebus suis consulit, nullam creditoribus fraudem facere cogitauit. Neque enim creditores vllos habebat: Alienis creditoribus, quibus obligata nõ erat, fraudem facere non potuit. Sed illa prouidam & laudabilem nepotũ curam gerens, noluit paruulos stultra decoctoris patris prodigalitate miseros egere. Quod vt fieret, nepõtibus bona reseruauit, vt res suas à filij creditoribus vindicaret. At hæc voluntas neque fraus est, neque dolus malus. Quid enim creditores conqueri possunt? Si enim Sempronio maternæ successionis obuẽturæ intuitu pecunias crediderunt, imprudentes sunt, qui obligari existi maluerunt à Sempronio potuisse ea bona, in quibus nondum ius vllum habebat. Quin & puniendi sũt si filiũfamilias induxerunt, vt de parentis viuæ hereditate cogitaret. Hęc enim res Senatusconsulto Macedoniano causam præbuit. Sin verò creditores nullam hæreditatis maternæ cogitationẽ habuisse

[a] *l. 7. §. cum ex causa. ff. de pign. l. 1 in f. ff. quę in fraudem creditor.*



Source : BIU Cujas

profitentur, sed in creditum iuerunt nulla alia fiducia & securitate, nisi sola eorum bonorum cótemplatione, quæ Sempronius ipso obligationis contractæ tempore propria possidebat, nulla vtique fraus, nulla securitatis & bonorum diminutio fit. Huius controuersæ quæstionis decisio variè tractata variéque iudicata refertur [a].

[a] Nicolaus Valla, en so traicté *De rebus dubiis*, recite vn arrest solennel cõfirmatif de telle donation au profit des enfans du sieur de Telligny, ledit arrest du mois de Decembr. 1561. Toutesfois i'ay entẽdu que par arrest prononcé en robbe rouge par Monsieur le Président de Blãcmesnil, le Mardy auant Pasques 1589. il fut dit en pareille question que le fils demãderoit sa legitime, ou que les creãciers seroyent subrogez pour la demãder.

## *De donatione mutua & reciproca inter sorores facta: Et an partus qui in vtero est pro nato habeatur.*

## CAP. XIII.

CAMILLA, Lucretia, & Diana Morellæ cùm sorores & innuptæ essent, donatione mutua & reciproca inter eas conuenit, vt superstes aut superstites bona præmortuæ vel præmortuarum consequerentur, si modò nulli nascerentur liberi, qui matri superstites essent. Aliquo pòst tempore Diana Titio nupsit, & cùm grauida esset, Lucretia decessit. Ipsa autem Lucretia, vt & Camilla virgines & innuptæ remanserant. Paucis post Lucretiæ obitum diebus, Diana filium enixa est, & in ipso puerperio obiit. Mota est de hæreditate Lucretiæ controuersia inter Meuium filium Dianæ, & Camillam quæ vna ex tribus sororibus supererat.

*PRO MEVIO FILIO DIANÆ.* Donationes, quæ mutuæ sunt & reciproca remunerationis spe vicissim ineuntur, solent singulari aliqua & præcipua fauoris consideratione commendari

Sed

Source : BIU Cujas

Sed id publico errore fit & ipsa veritatis ignorantia. Neque enim mutuæ donationes veræ liberalitates sunt aut ex syncera animi beneuolẽtia procedunt, sed potiùs commercia, synallagmata, & permutationes dici debent. Nã qui ea conditione donant, hoc faciunt non tam donandi animo, sed potius aperta lucri expectatione, si casus ex voto succedat, & alterum præmori contingat: & vt ait Isocrates, οὐ δόσιν ἀλλ' ἐμπορίαν ποιούμενοι, καὶ πολὺ τεχνικώτερον αὐτὰ πωλοῦντες τῶν ὁμολογούντων καπηλεύειν [a]. Lucianus [b], cùm de donationibus istis mutuis ageret, quibus præmorientis bona superstiti destinantur, Homericum [c] illud vsurpat: ἢ μ' ἀνάειρ' ἢ ἐγώ σε. Sic & ἀλληλοκληρονομία, conuentio est mutuæ successionis, quæ, nisi inter commilitones, legibus non approbatur [d]. Si donatio inter sorores inita pro nulla habetur, Lucretiæ ab intestato succedi debet. Quo casu Meuius repræsentationis iure ad successionem vocatur. Sed quia donatio hæc mutua nostris legibus approbatur & valida censeri solet: conueniens est donationis illius tam verba quàm conditiones appositas attendi & examinari. Donationi dicta lex est, vt superstites bona præmortuę consequantur. At Lucretia pręmortua superstites reliquit duas sorores Camillam & Dianam. Cur ergo contra donationis legem soli Camillę vniuersa hęreditas adiudicaretur? Obiicit Camilla Dianam nupsisse. Quasi verò liceat nuptias in odium & inuidiam adducere, ad quas antiqui pręmiis propositis ciues suos inuitare consueuerant. Quòd si donatio illa mutua ac reciproca ex sola nuptiarum Dianę causa reuocari diceretur, an non hoc esset pœnam matrimoniis indicere, quorum

a *Isocrates ad Nicoclem. in pr.*
b *Lucianus in dialogo Cratetis & Diogenis. In dial. mortuorũ.*
c *Homerus Iliados ψ.*
d *l. licet. C. de pactis. l. 4. Cod. de inutil. stipulat.*

rum libertati tam diuino quàm humano iure fauetur? Constat iure ciuili valere donationes quæ sola affectionis legitimæ occasione fiunt [a]. Nulla autem beneuolentia maior proponi potest, quàm inter sorores, quarum affectum mutuúmque inter se amorem nec ipsa coniugij ratio, nec vlla alia superueniens occasio dirimere aut minuere præsumetur. Diana Meuij mater eo tempore, quo Lucretia decessit, grauida quidem fuit: sed licèt partus instaret, nondum tamen editus erat. Donationis autem conditio de liberis loquitur, quos tempore mortis Lucretiæ extitisse oportuit. Nam si quæratur, an partus nondum editus pro nato haberi debeat, distinctio ista adhiberi solet, vt quoties de eius commodis agitur, æquum videatur eum, qui in vtero est, pro iam nato & edito censeri [b]. Sic aliquãdo vẽter coronatus est, & in possessionẽ regni missus [c]. Sed si de ea cõditione vel de ea causa agatur, quæ partui noceat eíque præiudicium aliquod afferat, vetat lex ne partum, qui nondum editus est, pro iam nato habeamus. In hac autẽ controuersia Meuius opulenta hæreditate priuabitur, si illum eo tẽpore, quo in vtero fuit, pro nato habeamus. Itaque ne tam graui dãno afficiatur, non debet pro iã nato haberi [d]. Sed æquius est vt eo tempore, quo vtero inclusus quiescebat, pars viscerũ matris existimetur [e]. Vt nec generaliter donatio antè reuocari aut testamentum rumpi dicitur, priusquã infans sit in lucem editus [f]. Quinetiam donec in lucẽ prodierit, ad partẽ hæreditatis non admittatur [g]. Quia priusquam natus fuerit, non videtur capax qui vel ciuile hæredis nomen, vel aliam vllam legitimam personam sustineat [h]. Licèt ergo Diana prægnans

esset

a l. affectionis. ff. de donat.
b l. 7. qui in vtero. l. penult. ff. de statu hominũ. l. 231. quod dicimus. ff. de ver. signif.
c Agathias li. 4. de bello Gothico.
d l. 161. nõ est pupillus. ff. de ver. signif.
e l. 1. de vẽtre inspiciendo. l. 9. in falcidia. l. 73. in quãtitate. ff. ad leg. falcid.
f l. 1. 2. & 3. C. de post hum. hæredibus instituend.
g l. antiqui ff. si pars hæredit. pet. l. vtrũ in princ. ff. de reb. dubiis.
h l. si hæres. ff. fam. erciso. l. inter. §. quãdiu. C. vnde legitimi. l. si. ff. de collat. l. si. ff. de assig. li.

esset eo tempore quo Lucretia decessit: non tamē liberos habuit, neque eam partus nondum in lucem editi ratio excludere ab isto donationis dudum factæ emolumento potest. Quinimo fingamus cōditionem illam, *si sine liberis*, defeciſſe: Quia non omnes sorores, quæ inuicem donauerant, sine liberis decesserunt, caduca fiet donatio & in totum deficiet. Quo casu res ad intestati causam reducitur. Hoc autem si proponamus, Meuius Dianæ filius iure repræsentationis Lucretiæ materteræ ab intestato succedet, & ad dimidiam bonorum partem vocabitur.

*PRO CAMILLA.* Donationis mutuæ & reciprocæ, qualis inter sorores inita fuit, ea est cōditio & natura, vt donantes æquo iure eandem & æqualem omnibus spem sibi inuicem præbeant, At verò ab eo tempore quo Diana nuptiis legitimè ac solemniter contractis grauida facta est, nullum donationis euentum nullámque rerum donatarum spem sororibus præstare potuit. Nuptias itaque Camilla obiicit non in inuidiam, aut quia matrimonij contrahendi libertatem ex vlla donationis conditione impediri dicat: sed vt quemadmodum partus propè in lucem editus cæteras sorores à bonis Dianæ excludebat, eadem ratione neque ipsa etiam Diana post spem certam prolis in sororum bonis ius vllum in vim donationis sperare debuerit. Matrimonia (inquiunt Doctores) à pœna damni libera debent esse, sed non à pœna amissionis lucri [a]: Donatio inter sorores inita affectu solo constabat. At verò Diana cùm nupsit, animum à sororibus ad maritū & prolem reuocauit, nec vllam meretur fauoris commendationem, quòd mi-

[a] *Bartol. in l. Titio centum. §. Titio centum. ff. de condit. & demonst.*

nor

nor natu cæteris in eodem virginitatis voto manentibus coniugium festinauit. Ipsa quidem non nubendi conditio potestatiua est, cùm ex voluntate & animo pendeat: Ideóque nuptias eligẽdo donationem neglexisse videtur a. Non tamen vt ex sola nuptiarum cõsiderationè Dianam excludi dicamus, sed quòd prægnãs & grauida esset eo tempore quo Lucretia decessit. Effectus enim istiusmodi donationum in tempus mortis conferri intelligitur b. At verò statim atque Diana prægnans fuit, cæteris sororibus ad bona Dianæ omnis spes præcluſa est. Inæqualis autem & iniqua hæc conditio esset, si vna ex sororibus sperare cæterarum bona posset, aliæ non item. Nam si tantam inæqualitatem admitti velimus, donatio non amplius mutua dici posset, hac potissimùm ratione, quòd ea lex donationi dicta fuerit, ne liberis extantibus sorores sibi inuicem succederent. Duo sunt quæ Meuius obiicit: Primum, quod is, qui in vtero fuit, non debuerit pro nato haberi. Quo casu neque ipsa etiam Diana liberos habuisse existimabitur. Deinde si ex partus consideratione conditio deficiat, contendit Meuius donationem reuocari, non quidem pro parte aut vnius sororum contemplatione: sed illam in totum resolui, vt ea ratione res ad intestati causam reduci debeat. Quo casu Meuius Dianæ filius repręsentationis iure ad successionem vocatur, & æquo iure cum Camilla concurrit. Hæc sunt duo Meuij argumenta quæ refelli necesse est. Primùm itaque constat Dianam, quæ prægnans erat, non posse dici sine liberis fuisse eo tempore, quo Lucretia decessit. Nam & is qui prægnantem vxorem reliquit, non videtur sine liberis decessisse c. Non dissimiliter

a *l. fina. C. de necess. seruo hæred. instituen.*

b *l. si inter. ff. de rebus dubiis.*

*l. 147. si vxis prægnantem. ff. de reg. iuris.*

Source : BIU Cujas

similiter Iurisconsultus ait, *Intelligendus est mortis tempore fuisse qui in vtero relictus est* a. καὶ ὁ ἐν γαστρὶ ὢν, δοκεῖ καταλελεῖφθαι ἐν καιρῷ τελευτῆς. Si quis in casum ἀπαιδείας restituere rogatus fuerit, & relicto posthumo decesserit: quasi deficiente conditione non petetur fideicommissum b. Nam quod dicitur, eum qui in vtero est, non aliter pro nato haberi, quàm si de eius commodis agatur: Illud non passim, sed adhibita distinctione locum habet. Spectari enim & attendi oportet vtrum agatur de lucro aliquo & priuilegio, quod lex indulgeat, an verò de implemento contractus. Si de lucro & beneficio non ex contractu, sed à lege indulto agatur, vtero faueri solet, & in fauorem prolis pro nato habetur qui in vtero est. Vterus enim in odium adduci non debet c. Sed si de implemento contractus agatur, ea quæ prægnans est, liberos habere censetur, aut certè res ipsa ex euentu pendet, & iura κυοφορουμένου, quandiu vtero clauditur, incerta sunt & suspenduntur. Quid enim si ante legitimum pariendi tempus prægnans abortu spem nascituri fœtus abiecerit d? At verò si exinde nasci eum contigerit, omnia retrò considerantur, & ex eo tempore, quo mater grauida fuit, is qui in vtero erat, pro nato haberi & censeri debet. Nam toties præsumitur is qui in vtero est, viuere, quoties præsumptio cum veritate concurrit e. Quotiescunque autem de contractus implemento agitur, rem omnē ex contrahentium animo & voluntate metiri nos conueniens est. In ista autem donatione ea fuit sororum mens & voluntas, vt si innuptæ manerent, superstites bona præmortuæ consequerentur, & sorores tam fratri quàm cæteris collateralibus præfer

a *l. 153. intelligēdus. ff. de verb. signif.*

b *l. ante penult. C. ad Senat. Trebell.*

c *l. emāctipatum. ff. de Senator. l. 2. ff. de filiis de curionū. l. excusantur. ff. de excusa. tut. l. etiam. ff. de minoribus.*

d *l. 129. qui mortui. ff. de verb. signif.*

e *l. 1. ff. de ventre in possess. mittendo.*

præferrentur. Ita tamen vt potior esset liberorum causa, & si aliqua earum matrimonij vinculo iungeretur, liberorum ratio sorores excluderet, bonáque eius quæ liberos & legitimam posteritatem relinqueret, donationis legi & cõditioni non subiacerent. Non ergo dicere possumus, Dianæ contemplatione donationem mutuam amplius substitisse. Neque enim mutua fuisset ea donatio illius intuitu quæ extra donationis aleam & cõditionem posita erat. Hinc etiam petenda est posterioris argumenti solutio. Dicendum enim est Dianam ab eo tempore quo post contractas nuptias prægnans liberos edidit, ab omni donationis mutuæ lucro exclusam fuisse. Non tamen æquum esset exclusa Diana omnino deficere conditionem: sed hoc omne ita æstimandum est, quasi nulla vnquam mentio Dianæ facta esset, sed solæ Camilla & Lucretia donationem illam mutuam iniissent, atque ita omne donationis emolumentum Camilla sola capere & consequi debet. Sic in iure, si duo instituti sunt hęredes, & vnus eorum partem non faciat, totum hęreditatis lucrum ad alterum spectat, quasi vno tantùm hærede instituto [a]. Hæc enim conditio, *si nulli nascantur liberi matribus superstites*, pluralis est locutio quæ in singulares resoluitur [b]. Vt quemadmodum filius Dianæ dici non potest esse vel Camillę vel Lucretiæ filius: ita etiam cùm Dianę contigit liberos habere, separata censeatur & distincta Camillę & Lucretiæ consideratio: nec ambæ deinceps quidquam cum Diana commune habuisse existimentur. Sic in iure si testator ita scripsit, *Stichum & Pamphilum Titio do lego: si mei erunt cùm moriar*, & Stichus à testatore fuerit alienatus, nihilominùs

[a] *l. vnum. ff. de rebus dubiis. l. finali. C. de condit. insti. l. si quis legauerit. ff. de legat. 1. l. tales. ff. de cõdit. & demonst.*

[b] *Barthol. in l. si seruus. §. si pluriũ seruorum. ff. si quis cautionibus.*

Source : BIU Cujas

ominùs Pamphilus Titio debebitur[a]. Sic & cùm libertis ea conditione legatum esset ne alienent: Vnus alienauit: is quidé nihil ex legato consequetur, sed totum ad eos spectabit, qui nihil alienauerunt[b]. Ergo in hac mutua donatione requiritur, vt omnium æqua sit & reciproca spes & conditio. Hoc autem aliter fieri non potest, nisi æquè ac vicissim superstites ad præmortuę bona venire possent. Si quæ autem illarū extra donationis mutuæ conditionem posita esset, illa reiicietur sola, vt inter cæteras, quæ in eodem donandi animo & eadem donationis conditione remanserunt, donatio vim suam & effectum retineat: Itaque cùm Diana, quæ Lucretiæ superuixit, liberos tunc natos aut propè nascituros haberet, atque ita extra donationis legem esset, non modò Diana, sed & eius filius ab omni donationis commodo excludi debet. Camillæ causa tùm Romani iuris dispositione nititur, tùm etiam donationis inter sorores magno affectu mutuáque beneuolentia initæ executionem habet. Quòd si Camilla vel iure vel donatione deficeretur, & in iudiciis meritā litigantium spectari æquitas desideraret: quis superstitis Camillæ commendationem non ex animo foueat? aut quis musas adeò non nouit, vt Camillæ Morellæ omni virtute & doctrina ornatissimæ exculpam eruditionem & perfectas ingenij dotes nescire se fateatur?

*SENATVS* bona defunctæ Lucretiæ soli Camillæ excluso Dianæ filio adiudicauit[c].

a L. *falsa.* §. *si quis.* ff. *de cond. & demo.* l. *qui concubinam.* §. *si Stichus.* ff. *de legat. 2.*

b L. *cum pater.* §. *liberis.* D. *de legatis 2.*

c Arrest donné le Mardy 13. iour de Decembre, 1583. plaidant Aubery pour Damoiselle Camille de Morel appellante contre Philippes Migot tuteur de Charles Migot son fils, intimé.



Source : BIU Cujas

*Prohibitio alienandi an impediat dominij translationem.*

## CAP. XIIII.

TITIVS fundum Sempronianum Seio ea lege cessit & tradidit, vt quotannis Seius certam frumenti quantitatem ex eo prædio penderet. Præstationem illam seu pensionem annuam vocare possumus aut canonem emphyteuticum aut reditum annuum. Nos contractum ipsum appellamus *bail à rente fonciere*. Huic autem contractui addita erat specialis pactio, qua conuenerat, ne posset reditus ille seu pensio annua cuiquam vendi irrequisito Seio eiúsque hæredibus, qui si vellēt, eodem oblato pretio cæteris quibuscunque præferrentur. Titius aliquo pòst tempore irrequisitis Seij hæredibus canonem illum seu pensionem annuam Meuio vendidit, accepto 500. nūmorum pretio. Oritur controuersia inter Meuium & Seij hæredes. Hi restituto & refuso 500. nummorum pretio liberari volunt, & se in ea alienatione præferri debere contendunt: quia prohibitio in rem sit. Meuius prohibitionem illam, per quam irrequisito Seio reditus alienari non debuit, personalem esse conuentionem dicebat, quæ personalem actionem ac regressum aduersùs Titium venditorem pariat, non autem dominij translationem & reditus venditi cessionem impedire possit.

*PRO MEVIO.* Prohibitiones alienandi, quæ simpliciter & nulla adiecta causa fiunt, nullas esse lex voluit [a]. Nam & ex generali iuris dispositione

[a] L. nemo ff. de pact.

tione nudum de non alienando præceptum non valet, nec tenetur emptor vel legatarius cauere de non alienando a. Ac maximè in contractibus, quorum authoritati & libertati repugnat, si admittamus non licere ei, qui dominus est de re sua pleno iure disponere b. Vt & cùm stipulatio interponitur ne liceat domino rem suam alteri precariò concessam vel depositam repetere c: Nonnunquam tamẽ certa aliqua causa adiicitur, quę fauore quodam prohibitiones eiusmodi commendat & ratas esse iubet. Veluti cùm testator alienari vetuit, vt alumno minùs industrio prospiceret d. Quòd si generaliter omnes istiusmodi prohibitiones, & de non alienãdo pactiones valere & subsistere admittamus: tamen adhibita distinctione iuris interpretes prohibitiones fieri dicunt, aut lege aut testamento, aut pactione e. Si de prohibitione agatur quæ à lege vel iudice procedat, alienationem nullã esse constat f. Quodcunque enim fit lege prohibente nullum est g. Lex vetat rem minoris aut rẽ Ecclesiæ alienari: si alienata fuerit, poterit officio iudicis etiam à quocunque repeti & recuperari. Nam & ille ipse qui alienauit, reuocare potest h. Quòd si prohibitio testamento facta fuerit, ea obstat ne dominium transferri queat in alios quàm qui fideicommisso continentur, & ad quos noluit testator rem peruenire. Itaque non minorem effectũ habet testatoris quàm legis aut iudicis interdictio i. Aliud verò dicẽdũ cũ prohibitio nec lege, nec testamẽto, sed sola pactione fit. Tunc enim cõuen-

a L. filius f. §. diui. ff. de lega. 1. l. pater. §. Iulius Agrippa. l. Lucius in princ. ff. de legat. 3.
b L. in rẽ mandata. C. mandati.
c L. cùm precario. ff. de precario. l. 1. §. si sic. ff. depositi.
d L. Titio centum in princ. ff. de cond. & demonst.
e L. fin. C. de rebus alienis non alien.
f L. 6. si mulier. §. in donationibus. ff. de donat. inter virum & vx.
g L. non dubium. ff. de legib. L. cùm lex. ff. de fideiuss.
h L. iubem. §. œconomus. C. de sacr. Eccl. l. fin. C. si maior factus. l. cùm



pater. ff. de legat. 2. i D. l. filiusfamil. §. diui. ff. de leg. 1. l. peto. §. prædium. & §. fratri. l. cùm pater. §. libertis. ff. de leg. 2. l. pater filium. §. 1. in fi. l. is qui complures. ff. de legat. 3. l. 3. §. si quis ita legauerit. ff. de adim. leg. auth. res quæ sub iacente. Cod. communia de legat.

Source : BIU Cujas

tio personalis translationem dominij non impedit: Sed hoc solum operatur, vt vel rei æstimationē condicere liceat, vel id quod interest peti possit [a]. Nam quemadmodum sine traditione solus partiū consensus dominium rei transferre non potest [b]; Vt neque etiam ius vllum reale, quod rei perpetuò inhæreat, imponere [c]: Ita etiam sola personalis pactio dominij transferendi facultatem ei, qui dominus futurus sit, adimere non potest [d]. Personalis enim pactio non aliam quàm personalem actionem producere potest. Ius autem reale quod rei perpetuò inhæreat, & ad quemcunque possessorem trāseat, imponi cōuentione personali nequit. Hæc autem non ex stricti tantùm iuris regula obtinere certissimum est: sed & si æquitatem attēdamus, constat fauorabilem esse alienandi licētiam; odiosum autem videri, quoties quis de re sua liberè disponere inhibetur [e]. Itaque quotiescunque vēditio facta est ea lege, ne res alienetur, & nihilominus facta fuit alienatio, non videtur æquum rem ipsam pleno iure ad primum illum venditorem reuerti, aut solam illam prohibitionis pactionem effectum alienationis impedire [g]. Neque enim ex eo quòd alienatio prohibita fuit, statim sequitur alienationem, si quæ postea fiat, ipso iure nullam esse, Veluti si fundi Semproniani proprietas controuertatur, non quidem debet pendente lite res alienari [h]. Non tamen omnis rei litigiosæ alienatio dici nulla debet, ad hoc vt etiam ille ipse qui alienauit

a L. ea lege. Cod. de condict. ob causſam.
b L traditionibus. C. de pactis.
c L. si sub vna. §. vlt. ff. de verborū oblig.
d L. si ita quis. §. ea lege. ff. de verborum obligat. l. si sterilis. §. si tibi fundū. ff. de actio. empti. l. qui fundum. ff. de contrahenda emptione. l. si tibi arcę. ff. de præscr. verbis.
e D. l. si sub vna. §. vlt. ff. de verborū oblig. & l. quoties. l. pro parte. ff. de seruitutib.
f L. 1. ff. de fundo dotali. l. hac edictali. §. ceterum. Cod. de secundis nuptiis.
g L. at si dotis. C. de iure dotium. l. qui absenti. §. si quis possessionem. & ibi Doctores. ff. de acquir. poss. h L. alienationes. ff. fam. ercisc. l. item veniunt. §. petitam. & l. diuus in princ. D. de petit. hared.

Source : BIU Cujas

nauit rem, quasi non ritè & legitimè alienatam, possit condicere. Non ergo ista prohibitionis pactio contractum sequentem ipso iure annullat, aut rei vindicandæ facultatem præstat [a]. Dicet aliquis, Nihilne operabitur ista pactio? Certè hunc habebit effectum, vt qui sibi pactione de non alienãdo cauit, aduersùs eum, qui promissione illa obligatus est, agere, & id omne quod sua interest condicere & obtinere possit [b]. Vt in hac controuersia, hæredes Seij Titium in id omne quod sua interest, propter alienationem inconsulto Seio eiúsque hæredibus irrequisitis factam, conuenire poterunt.

a *L. Stichus. D. de manum. testamento.*

b *L. ea lege. Cod. de condict. ob causam. l. qui Romæ. §. haredes. ff. de verb. oblig.*

*PRO SEII HÆREDIBVS.* Contractuum fauor & pactionum libertas hoc postulat, vt quæuis conuentiones à domino in rei suæ traditione adiectę valeant. Quilibet enim in traditione rei suæ potest eam legem, quam voluerit, adiicere: cui si non satisfiat, rem ipsam repetere & condicere permittitur [c]. Veluti si quis stipulatus fuerit, ne ei qui fundum acquisit, liceat in loco vendito monumentũ extruere, vel si cautum & conuentum fuerit ne vendita res huic vel illi cedi aut tradi vnquam possit [d]. Nam quòd prohibitiones lege vel testamento factas Meuius ab eis distinguit, quę sola pactione continentur, Vtique distinctio illa tum rationi & æquitati, tum etiam iuris nostri dispositioni aduersatur. Cur enim maior existimabitur vltimæ voluntatis authoritas, aut cur validior erit domini testamento de re sua disponentis potestas & licentia, quàm eius qui legitima inter viuos cõuentione de re sua contrahit? Cùm maximè in Gallia validiores multò censeamus dispositiones

c *l. penult. & fi. C. de pactis inter empt. & vendit. l. 1. & 2. C. ut donat. quæ sub modo. l. 2. C. de vsucap. pro empt.*

d *L. si ita quis. §. ea lege. D. de verb. obli.*



Source : BIU Cujas

quæ inter viuos fiunt, quàm vltimas testantium volũtates. Itaque lex cùm de prohibitis alienationibus agit, eandem omnium rationem habet, nec diuerso iure prohibitiones pactione factas cẽset [a]. Sic etiam Paulus Iurisconsultus, si pactio talis inita fuerit, hanc esse illius vim & effectum tradit, vt etsi per plures emptores mãcipium cucurrerit, fiat ei qui primus vendidit, abducendi potestas [b]. Atque idem Paulus alio loco manus iniectionẽ tribuit [c]: & ex communi iuris interpretum sententia prohibitio eiusmodi alienationem omnem impedit [d]: ac potissimùm si prohibitio concepta sit verbis negatiuis. Conditiones enim & prohibitiones, vel quæuis aliæ pactiones verbis negatiuis conceptæ hunc effectum habent, ne dominium vllo iure transferatur [e]. Marcianus Iurisconsultus, *Si pactum sit à creditore ne liceat debitori hypothecam vendere vel pignus, certum est* (inquit) *nullã esse venditionem vt pactioni stetur* [f]. Quod quidem Marciani responsum diuersa ac potiùs contraria tum lectione, tum etiam interpretatione extat: Bartholus enim testatur fuisse quosdam qui legerent, *nullam esse pactionem vt venditioni stetur*. Alij autem, vt idem refert, asserebant legendum, *nullam esse venditionem vt pactioni stetur*. Ideóque vt certa lectionis veritas constaret, ad Pandectas Florentinas, quæ tũ Pisis erãt, recurri visum est [g]. Verùm omissa generali iuris quæstione duo sunt in hac controuersia, quæ causã hæredũ Seij certam & indubitatã reddant. Prius est quòd vno omnium iuris interpretum consensu quotiescunque prohibens in ipsa re ius sibi aliquod retinet & reseruat, tunc prohibitionem illam rem ipsam afficere indubitanter asserunt:

[a] L. *fin. C. de rebus alienis non alien.*

[b] L. *si quis sub hoc pacto. ff. de contrah. empt.*

[c] L. *Titius. ff. de seruis export.*

[d] *Doctores in* L. 1. *C. si municipiũ res fuerit alien.*

[e] *Doctores in authent. excipitur. C. de bonis quæ liberis.*

[f] L. *si creditor. §. fin. D. de distract. pignorum.*

[g] *Bartholus in d. l. si creditor.*

Source : BIU Cujas

runt: Siue ius quod retinetur, directum sit, vt in cõtractu emphyteutico, si emphyteuta contra prohibitionem & emphyteusos legem alienet [a]; Siue etiam aliud quoduis ius reale, siue hypothecæ, siue quoddam aliud retineatur, ea prohibitionis pactio dominij translationem impedit [b]. Absurdũ enim esse lex ait, vt quis rem, quam in suis bonis purè non possidet, possit liberè ad alios transferre, aut eam hypothecæ pignorisve nexu obligare [c]. Vt in hac causa cùm Seius fundum sub illo annuo reditu & emphyteutico perpetuæ præstationis canone acquisiuit, verisimile est eum nõ alia lege aut conditione fundum acquirere voluisse, quàm si de creditoris persona certus esset, & si quando alienari reditum & pensionem contingeret, præferri se legitimo conuentionis iure speraret. Pactiones autem qualescunque contractui inseruntur faciũt partem pretij. Nam hoc ipsum fundi pretium videtur (inquit Iurisconsultus) quòd ea lege venditus fuerit [d]. Posterius autem quod spectari & attendi oportet, in eo consistit, quod in ista causa non hoc agitur, vt Seij hæredes dominio suo nouum aliquod prædium adiiciant: sed vt refuso & restituto 500. nummorum pretio, ab illa pẽsione annua liberentur. Itaque pro Seij hæredibus vrget æquitatis ratio, quæ pro libertate contra seruitutem annuæque pẽsionis præstationem pugnat. Debitoris interest ne sibi cum morosо aliquo creditore res sit, qui nimia solutionis & exactionis acerbitate eum vexet. Hæredes Seij liberationem, non lucrũ affectant. Non est noua fundi alicuius aut reditus adiectio & acquisitio, sed illi antiquæ obligationi & pensione annua liberari & absolui reddito

[a] L. 1. §. C. de iure emphyt.

[b] Dicta l. si creditor. §. quæritur ff. de distr. pignorũ. l. idemque in fi. ff. pro socio. l. in hoc iudicium §. vlt. ff. cõmun. diuid. c L. fin. §. sed quia. ne flita. C. cõmũ. de leg. l si quis hac lege. ff. de rei vendic.

[d] L. fundi partem. ff. de contr. empt.



Source : BIU Cujas

pretio postulant. Itaque & lex conuentionis, & iuris æquitas, & liberationis fauor hæredes Seij præferri vult eodem oblato pretio: non tam vt acquirant, quàm vt annua pensione seipsos ex stipulatione olim facta liberent.

*SENATVS* pro hæredibus Seij pronunciauit, iussitque vt refuso & soluto 50. nummorum pretio, redditus ille annuus, seu annua illa frumenti pensio ex lege conuentionis hæredum Seij commodo cedat, eisque acquiratur.

a Arrest du Ieudy 27. d'Auril 1586. moy plaidant pour Maistre Michel Regnouard & consors appellans, & Martin pour Iean de Chaalons sieur du Bois Inthimé.

*An fratrum filij repræsentationis iure cum patruis succedant, si de repræsentatione in linea collaterali nihil consuetudine caueatur.*

## CAP. XV.

IVRVS decedens proximos agnatos reliquit Seium fratrem & Meuium Sempronij fratris filium. Inter eos mota est de hæreditate actio controuersia. Lex ipsa municipalis in linea quidem directa repræsentationem statuebat: Sed nullam repræsentationis in linea collaterali mentionem faciebat.

b Glossa & Doctores in l. uus agnationis. ff. de pactis. & in l. iura sanguinis. ff. de regulis.

*PROMVIO.* Repræsentationis iura filiis fratrum magna sanguinis & proximitatis commendatione concessa fuisse nemo dubitat. Nam cùm ipsum succedendi ius referri inter iura sanguinis soleat b: non debet sanguinis prærogatiua filiis fratru denegari, sed multò æquius est quasi cognatione quadam eadem iura in liberos transire, quæ

Source : BIU Cujas

quæ ipsi fratres, si superstites essent, haberent[a]. Vulgata est iuris regula: casum & calamitatẽ patris nõ debere filio nocere [b]. At præceps defuncti Sẽpronij fatũ duplicẽ Meuio luctũ, dupléxque dãnũ & præiudiciũ afferet, si & Meuius patrẽ amittat, & ex patris morte hanc denuò iacturã sentiat, quòd à patrui hæreditate remoueatur. Si liberos in paterna iura subrogari meritò dicimus: sequitur vt subrogata persona eadẽ consequatur iura. Namque, vt tradunt cõmuniter Doctores, subrogatũ sapit naturã eius in cuius locũ subrogatur [c]. Quemadmodum enim arbor fit vicini, si in vicini fundum radices agat: atque ista ratione ex radicibus arboris ius ac proprietatẽ eius æstimamus, neque aliã radicum, quàm ipsiusmet arboris rationẽ habemus [d]: Ita etiã in succedendi iure radicem ipsam & originem cõsiderari æquũ est, vt iusta & legitima quadã subrogatione filius locũ patris, qui posteritatis radix est & origo, subintret: nec minor habeatur ratio filiorum fratris, quàm ipsius fratris, si superstes viueret. Sic etiam cùm quis in alterius locum subrogatur, iisdem vti censetur priuilegiis, quæ ille habebat, in cuius locum subrogatus est [e]. In hac autem causa cùm deficiat lex municipalis, neque de præsentatione collaterali quidquam expressè decidat: constat aut ad æquitatis fauorem, aut ad ius commune legesque scriptas recurrendum esse. Si æquitatem spectemus, benigna est & fauorabilis ratio, quæ filium in locum ac iura defuncti patris subrogat [f]: quoties autem quis in locum alterius succedit, eodem vtitur iure quo ille vti poterat [g]. Sin verò æquitatis fauore omisso quæstionem summo iure

a l. 3. ff. de interd. & priui. eorũ qui in sacra pal. mil. li. 12. Cod.

b l. emãcipatum. §. vlt. ff. de Senator.

c l. 1. §. hæc actio. ff. si quis testa. liber esse iussus. l. si eum. §. quã iniuriarũ. ff. de iniuriis.

d l. adeo. §. vlt. ff. de acquir. rerum dom.

e l. decernimus. & ibi Barth. de aquæ ductibus. li. 11. C. l. cõperimus de proximis sacri scriniis. li. 12. C.

f l. 1. §. si filius. ff. de suis & legitimis.

g l. qui quadraginta. vers. nã hære. ff. ad Sen. Treb. l. Caius. ff. de manumiss.

decidi oporteat, Meuius non ex sua, sed ex patris persona ius illud allegat, quod doctores repræsentationem appellarunt. Alienum autem hoc loco nó erit, vt obiter de iure repræsentationis agamus. Constat enim iure Romano repræsentationem in linea directa vno omnium consensu locum habuisse, si nepos vellet ad aui successionem simul cum patruo admitti: siquidem nepoti eadem iura concedi visum est, quæ defunctus pater, si viueret, haberet [a]. Philo Iudæus in legatione ad Caium, Υἱωνοι γὰρ πατέρων ἀποθανόντων, ἐν υἱῶν τάξει πρὸς πάππους καταλαμβάνουσι. Nepos enim auo suus hæres adnascitur [b]: & ad filij conditionem subducto patre reducitur [c]. Quanquam tamen diuersa ratione Strabo scribat succedendi iura apud Nomadas ex ætatis prærogatiua concessa fuisse καὶ πρεσβυτέροις, adeò vt censerentur ἀδελφοὶ τιμιώτεροι τοῖς πέλας [d]. Verùm in collaterali linea, licèt repræsentatio non ita primum introducta fuerit: postea tamen eandem fauoris prærogatiuam obtinuit. Quin & lex diuina ius istud repræsentationis non modò probauit, sed & fratrum filios fratres appellauit. Sic enim Abrahamus, cùm bona diuidenda inter se & Loth proferetur, addit hæc verba: *Frater enim meus est.* Tacitus de moribus Germanorum, *Sororũ filiis idem apud auunculum qui apud patrem honor.* Liuius, *Theoxena* (inquit) *tanquam omnes enixa, suum sororisque filios in eadem habebat cura* [e]. Octauium C. Cæsar maior eius auunculus educatũ apud Philippum vitricũ dilexit vt suũ [f]. Hercules Iolaũ Iphicli fratris filium summo prosecutus est amore. Leucothea defũctæ sororis filium Palæmonem materna charitate educauit, atque in tantæ pietatis memoriam

a *Nouella 118. l. ante. pen. ff. de Senator. & si. de hæred. qua ab intestato in Instit.*

b *L. gallus per totam legem. ff. de liberis, & posthumis.*

c *L. sed si in conditione. §. nepotes. ff. de hæred. institutis l. 1. §. liberos. ff. de coniug. cum emac. liberis.*

d *Strabo lib. 16.*

e *Liuius lib. 14. in princ.*

f *Velleius Patercul. lib. 2.*

Source : BIU Cujas

moriam matronæ Romanæ diem eius festum celebrantes, sororum filios velut suos in sinu gestabant a. Græci patruos & auunculos θείους vocabant quasi diuina quadam pietate paternum erga fratrum sororúmve filios amorem assumerét. Solonis lex à Demosthene in hæc verba recitatur, Ὅστις ἂν διαθέμενος, &c. ἐὰν δ' ἀδελφοὶ ὦσιν ὁμοπάτορες καὶ ἐὰν παῖδες ἐξ ἀδελφῶν γνήσιοι, τὴν τοῦ πατρὸς μοίραν λαγχάνειν b. Tacitus in commẽdationem Drusi, *Addidit orationem Cæsar multa cum laude filij sui, quod patria beneuolentia in fratris liberos foret* c. Apud eundem Tacitum Tiberius, *Patres conscripti* (inquit) *hos orbatos parente tradidi patruo ipso, precatúsque sum, quãquam esset illi propria soboles, ne secus quàm suum sanguinem foueret* d. Hæc patruorum tot exemplis confirmata beneuolentia satis indicat magna æquitatis commendatione ius istud repræsentationis introductum, vt fratrum filij simul cum patruis succederent. Pandectarum quidem iure repręsentatio in linea collaterali locum non habebat e. Sed Iustinianus nouis suis constitutionibus sanciuit fratrum filios eodem quo & fratres, gradu censeri debere f. Sic & in Feudorum successionibus fratres cum præmortuorum fratrum filiis ad successionem vocantur g.

*PRO SEIO FRATRE.* In hæreditatibus hæc proponitur æquissima regula, vt is in succedendo præferatur qui gradu prior est h. Sic & ex lege 12. tabularum proximus agnatus familiam habebat, & qui prior erat gradu, cæteros excludebat. Constat autem fratres vno gradu filios fratrum præcedere. At repręsentatio est fictio, quæ iure positiuo introducitur, & ex lege descendit. Fictio autem

a *Plutarch. περὶ φιλαδελφίας.*
b *Demosth. aduers. macartatum περὶ τοῦ ἀγνίου κλήρου.*
c *Tacitus annalium li. 4. in pr.*
d *Tacitus ibid.*
e *l. post cõsanguineos de suis & legit. hæredibus. l. cõsanguinitatis. l. defunctus. Co. de legit. hæred. l. si defunctus Cod. Theodos. de legit. hæred.*
f *Nouellæ 118. de hæred. ab intestato, & Nou. 127. Vt fratrum filij. auth. post. fratres. C. de leg. hæredibus.*
g *Ca. vnico, ti. 11. lib. 2. feudorũ.*
h *l. pater filium. ff. de inoff. test. §. 1. de legitima agn. success. in Instit.*

autem non debet amplius extendi quàm à lege statuta est. Et in his quidem ius nostrum considerare solemus, non externas aut peregrinas leges. Nam si alia iura spectari oportet, cur non potiùs ad diuinam legem recurritur, in quo post liberorũ gradum fratres proximè vocantur aliósque omnes excludunt [a]? Consuetudo prouinciæ nostræ scripta est, & legis municipalis vim habet. At ex consuetudine ipsa repræsentationis ius in linea quidem directa statuitur, sed nulla fit repręsentationis in linea collaterali mentio. Vt nec locum habere consueuit, eóque semper iure vsi sunt municipales. Itaque quod in vno casu statuit consuetudo, in alio negasse videtur: & ex iuris dispositione casus non expressus pro omisso habendus est [b]. Quinetiam si rationem ipsam spectemus, repræsentationis, fictio iuri contraria est: Ideóque Iustinianus [c] ius istud προνόμιον appellauit, vt singulare esse ostenderet. Nam cùm ex proximitate iura succedendi æstimemus, cur remotiorẽ cum proximiore ad hęreditatem intestati eodem iure vocabimus? Cur in linea collaterali, defuncti Sempronij (cui viuo nunquam delata fuit hæreditas) rationem haberi patiemur, cùm hæreditatis nondum delatę ius transmitti nequeat [d]. Repræsentatio cùm sit aduersùs iuris communis regulas, non potest locum habere, nisi vbi lex expressè eam statuit & sanciuit. Lex nostra hoc casu repræsentationem non statuit. Nos enim iura agnoscimus & leges obseruamus non Iustinianeas ad Triboniani libitum constitutiones, sed consuetudines nostras & leges municipales. Itaque cùm lex municipalis, quæ delatæ successionis tempore locum habebat, nullam repræsentationis in linea

collaterali

a Num. ca. 27.

b l. commodissimè. ff. de liberis & posth.

c Nouella 128.

d l. sed si plures in princ. leg. qui plures. l. qui habebat. ff. de vulg. & pup. substi. l. si cùm hęres. ff. quãdo dies legali cedat. l. Sẽpronius ff. de vsu. & vsu agati.

collaterali mentionem fecerit : dicendum est Meuium, qui vno gradu remotior est, à petitione sua repellendum.

*SENATVS* hæreditatem Titij Seio fratri adiudicauit, excluso Meuio, qui fratris filius erat a.

a Arrest prononcé en robbe rouge, par Monsieur le Preſidẽt Briſſon, le Mardy 16. iour d'Auril 1585.

*An patruus, qui fratris filium ad successionem suam admitti voluerat, pœnitere & voluntatem suam reuocare possit b.*

b Rappel à la ſucceſſion *vtrum* eſt reuocable

## CAP. XVI.

TITIVS, qui legitima prole orbatus liberos non habebat, bonis suis viuus prospicere & hæreditatis suæ diuisioni maturo iudicio consulere desiderauit. Itaque cùm agnatos proximos non alios haberet, quàm Seium fratrem & Meuium defuncti Sempronij fratris filium : Seius autem solus ab intestato successurus esset, quia lege municipali repræsentatio in linea collaterali locum non habebat : Titius Meuium fratris filium cohæredem fratri Seio dare constituit, & dispositione inter viuos facta velle se declarauit, vt ad successionem suam Meuius admitteretur, eámque hereditatis partem obtineret, quam pater Sempronius, si viueret, consecutus fuisset. Meuius dispositionem istam à patruo liberalitatis titulo factam acceptauit & insinuari curauit. Aliquo pòst tempore Titius mutata animi voluntate dispositionem illam, qua Meuium ad successionem suam admitti voluerat, reuocauit. Quærebatur, an liceret Titio contraria

Source : BIU Cujas

contraria voluntatis declaratione prius illud pactum seu primam illam dispositionem reuocare.

*PRO MEVIO.* Duo sunt quæ in huius causę quæstione certissimo iure decidi & præmitti debent. Prius est, Repræsentationem in linea collaterali lege municipali locum non habere ne quidem in filiis fratrum. Posterius est, licere patruo fratris filium ad successionem suam vocare, vt ipsa repræsentatio, quam consuetudo non introducit, ab eo, de cuius bonis agitur, iuberi possit. Ista quidem dispositio non debet verè & absolutè dici donatio, sed est quasi reuocatio & reductio ad ius cõmune: cùm satis constet iure Romano & ex Iustiniani constitutionibus fratris filium repręsẽtationis iure ad successionem patrui, non minùs quàm fratrem ipsum venire. Fauorabilis autem est quælibet dispositio, per quã aut res reducitur ad pristinam suam causam & legitimum ordinem, aut tollitur speciale aliquod contra iura sanguinis impedimentum. Vt & generaliter æquissima cẽsetur vel consuetudinis vel pacti ad ius commune reductio, cùm res ad primam suam causam & originem redit [a]. Licuit Seio primam istam dispositionem seu pactionem nec consentire nec iubere: Sed factam semélque initam non magis reuocare licet, quàm donationem inter viuos factam, acceptatam, & insinuatam. Etenim cùm nulla ingratitudinis querela nulláque expostulandi occasio proponatur, non est permittenda isthæc animi variatio [b]. Nimia est Titij leuitas atque inconstantia, siquidem voluntatem cõtractu & acceptione firmatam reuocat, concessam repræsentationem rescindit, dispositionem liberali consensu perfectam irritam facit, & legitima

a *l. voluisse. §. fin. ff. quibus modis pignus vel hypothe. soluitur. l. si vnus. §. patius nepoti. ff. de pactis.*

b *l. si post mortem. §. vlti. ff. de bon. possess. contra tabulas. l. aliud ff. de solut. l. legem. C. de pactis.*

Source : BIU Cujas

legitima obuenturæ hæreditatis ſpe Meuium fratris filium priuare & fruſtrari nititur. Iſta autem animi mutabilitas non debet liberè permitti, cùm ipſæ etiam donationes perfectæ irreuocabiliter teneant, nec pœnitere aut eas reuocare liceat, τῶν ὀρθῶς δοθέντων ἀφαίρεσις οὐκ ἔστιν, inquit Plato a: & iuſta eſt lex illa Saturnini apud Lucianum, μὴ μετάνοια εἰσιέτω ἐπὶ τῇ δορεᾷ b. Illud autem in hac cauſa ſpecialem excitat fauoris commendationem, quòd Titij volũntas non aliquid noui extra ordinem decernit & ordinat: ſed ipſam conſuetudinis aduersùs fratrum filios ſeueritatem tẽperat & moderatur. Nam cùm iure Romano & ex nouis Imperatorũ conſtitutionibus repræſentatio in filiis fratrum locum habeat, conſuetudo autem Bleſenſis eam ſtatuere potius omiſerit quàm noluerit: quis non pœnitentiam Titij dixerit iniuſtam & iniquam, cuius occaſione diſpoſitio iuſta & legitima reuocatur.

a Plato in Philebo.

b Lucian. in Saturn.

*PRO SEIO FRATRE.* Repræſentationis prærogatiua noſtris legibus dici non debet ius commune: Vnde neque ipſa etiam Titij diſpoſitio appellari poteſt reductio ad ius commune. Nam licèt ex Nouellis Iuſtiniani conſtitutionibus repræſentationis ius in linea collaterali introductum ſit, vt fratrum filij ſimul cum fratribus ad ſucceſſionem vno eodémque iure admittantur: tamen conſtat lege municipali, quæ in prouincia Bleſenſi obſeruatur, repręſentationem in linea collaterali locum non habere. At verò non aliud obſeruamus ius commune, quàm aut regias conſtitutiones, aut leges municipales. Itaque vnum illud in hac cauſa exquiri oportet, an ea diſpoſitio, quæ repræſentationem contra legis

municipalis

municipalis ſtatutum introducit, reuocabilis ſit
nécne. Cõſtat autem pactiones omnes, quæ de viui ſucceſſione ineuntur, nullas eſſe & inualidas: niſi perpetuo eius, de cuius ſucceſſione agitur, conſenſu firmentur: idque etiam ciuili Romanorum
a l.fi.C.de pactis. iure obtinebat a. Diſpoſitio autem, qua Titius Meuium fratris filium ad ſucceſſionem ſuam vocauit, aut diſpoſitio eſt de viui ſucceſſione, aut certè donatio mortis cauſa facta cenſeri debet. Nam quicunque mortis intuitu aliquid liberaliter diſponit, mortis cauſſa donare intelligitur. Quinetiam generaliter quiſquis de ſucceſſione ſua paciſcitur, mortis cogitationem habere exiſtimatur. Eiuſmodi autem voluntates quæ mortis mentionem continent, aut quæ mortis intuitu & contemplatione factæ ſunt, licèt validæ ſint & iure ipſo ſubſiſtant, non tamen donationes inter viuos factæ dici debent, nec cuiquam ius vllum irreuocabiliter acquirere cenſentur b. Sic etiam cùm pater bona inter
b l. Publiæ in prin. ff. depoſiti. l. donationes. §. penul. ff. de donat. filios diuiſit, & onera hæreditaria ex animi ſui voluntate diſtribuit, Papinianus ait non videri ſimplicem donationem, ſed potius ſupremi iudicij diuiſionem c. Atque in non diſſimili diſpoſitione reſcribunt Imperatores deſtinationem magis paternæ voluntatis quàm perfectam donationem eſſe d. Vt & Imperatores Diocletianus & Maximianus cenſeri voluerunt donationem nõ eſſe inter viuos aut irreuocabilem diſpoſitionem, ſi cogitatione futuræ ſucceſſionis officium arbitri diuidundæ hereditatis præueniendo, pater communis qualicunque iudicio ſuam declarauerit voluntatem e. Iuſtinianus voluntatem patris bona ſua inter liberos diuidentis ratam & validã eſſe ſancit: Requirit tamen
c l. fi filia. §. fi pater. ff. familiæ erciſc.
d l. cùm de bonis. Co. de donat.
e l. ſi cogitatione. C. fam. erciſc.

Source : BIU Cujas

men vt & solemni testium subscriptione confirmetur, & pater ad extremum vsque spiritum in eadem voluntate perseuerauerit [a]. Æquum est ergo vt reuocabilis censeatur defuncti Titij dispositio: Vt & generaliter quæcũque liberalitates tractum ad mortem habent, & de alicuius successione inuntur, reuocari liberè possunt. *Nemo enim* (inquit Iurisconsultus) *iam sibi potest legem dicere, vt à priore ei recedere non liceat* [b].

a *Nouella 18. cap. 7. & Nouella Leonis 19.*

b L. 22. *si quis in principio. ff. de leg. 3.*

SENATVS dispositionem illam, qua Meuius fratris filius à patruo Titio ad ius succedendi vocatus fuerat, iudicauit potuisse ab eodem Titio liberè reuocari, Meuiúmque à Titij hæreditate repulit & exclusit [c].

c Arrest du 27. de May 1582. entre Guillemette Charron appellãte, & Mathurin Pinon, Mathurin Feusset & consors intimés.

---

*In alienatione à minore facta, An contractus dies, An verò ratihabitionis spectari debeat: & à quo tempore redhibitioni gentilitiæ locus esse incipiat.*

## CAP. XVII.

TITIVS Seiæ vxoris procurator, & ab ea speciale mandatũ habens, fundũ Botrianũ qui Seiæ proprius erat, Sépronio vẽdit. Vẽditio celebrata est mense Iunio 1581. Seia, quę venditionis tempore minor erat, exinde maior facta venditionem ratam habet mense Nouembri eiusdẽ anni. Postea Meuius Seiæ propinquus actionẽ gentilitij retractus in iudicio proponit, & oblata pretij restitutione fundum venditum sibi retrocedi & adiudicari petit mense Iulio 1582. Emptor



BIBLIOTHEQUE CUJAS PARIS

Source : BIU Cujas

dicebat gẽtilitij retractus actionem à Meuio motam fuisse post annum. Constat autem retractus gentilitij iudicium ex lege municipali post annum admitti non debere. Controuersiæ status in eo versabatur, à quo tempore annus censeri deberet. Nã si venditionis celebratæ tempus spectes, petitio Meuij post annum erat. Si ratihabitionem à Seia maiore factam attendas, Meuius intra annum, sicque intra legitima retractus gentilitij tẽpora actionem suam in iudicio proposuerat.

*PRO MEVIO.* Redhibitio gentilitia non aliò spectat, quàm vt propinquitatis iure antiqua familiæ prædia, si quando alienari ea contingat, laudabili & legitima repetitione in familiã reuocentur. Inde est quòd cùm de rerum minoris alienatione ageretur, vetat Imperator vendi domum, in qua defecit pater, minor creuit, in qua maiorum imagines aut non videre fixas aut reuulsas videre nimis lugubre est [a]. Eleganter Quintilianus, *Penates illos, in quibus natus sum, qui mihi quotidiana imagine adhuc versantur ante oculos, illos penates in quibus sacri aliquid esse credimus, amisi* [b]. Aristoteles testatur olim apud Locros lege cautũ fuisse, ne quis antiquũ patrimoniũ alienare posset, nisi euidentem calamitatem superuenisse ostenderet [c]. Etenim legitimo quodam & innato desiderio moueri solemus ad possessiones paternas vel auitas conseruandas, eásque ad æternũ gentis nostrę decus & perpetuã nominis dignitatẽ in familia retinẽdas. Plinius, *Ego illi* (inquit) *ex prædiis meis quod vellet & quanti vellet obtuli: exceptis paternis maternisque: Istis enim cedere ne Corellia quidem posſũ* [d]. Quintilianus, *Ducimus quẽdã aduersus ipsas terras consuetudine affectum. Num vendes tu*

a L. *lex quæ tuitores. C. de admin. tutorum.*

b *Quintil. decla. 337.*

c *Aristot. li. 2. polit. cap. 5.*

d *Plinius li. 7. epi. 11.*

Source : BIU Cujas

*tu agellum meum? num paternos auitósque cineres, & ossa alicui pretio cœnæ vnius, addices* [a]. Neque alienũ est illud Sidonij Apollinaris dictum, *Rem parentum sibique non solùm notam, verùm etiam inter lactantis infantiæ rudimenta reptatam, sicut recepisse parum fructuosum, sic non emeruisse videtur ignauum* [b]. Hęc nos de fauorabili redhibitionis gentilitiæ actione breuiter præmisimus. Ipsa tamen controuersiæ huius decisio ex sola ratihabitionis, quæ à Seia Titij vxore facta est, consideratione pendet. Illud enim iure nostro certissimum est [c], & multis arrestis [d] confirmatum axioma, ratihabitionis diem spectari oportere. Non tamen vt generali definitione dicamus, non aliud quàm ipsum ratihabitionis tempus considerandum esse: Siquidem plerique sunt in iure casus, in quibus ratihabitio retrotrahi dicitur, & ad pręcedens tempus referri. Sic cùm dominus ratum habuit, videtur actio (inquit Vlpianus) retrò in iudicium rectè & legitimè deducta [e]. Eadémque ratione si filiusfamilias contraxit, mutuámque pecuniam patre vel inscio vel inuito sumpsit, nõ modò nulla datur actio, sed & ipsa obligatio iure reprobatur, & creditoris petitio exceptione Senatusconsulti eliditur. Sed si aut statim, aut aliquo pòst tempore pater obligationem ratam habuerit, censetur obligatio valida virésque habuisse etiã ab ipso contractæ obligationis tempore [f]. Neque id in contractibus tantùm, sed & in delictis locum habere meritò dicemus [g]. In hac ipsa tamẽ de ratihabitionis temporequæstione facilè liceret dissidẽtes Iurisconsultorum sententias proponere, nisi adhi-

a Quintil. decla. 298.
b Sidonius Apollinaris li. 3. epi. 5. ad Hypatium.
c Bald. ad l. obseruare. ff. de officio proconf. & l. quid ergo. ff. de his qui notãtur infamia. Dinus ad cap. ratihabitio de regulis in 6.
d Par arrest du 4. de Decẽbre 1578. entre Ieã Galland & consors appellans du Seneschal d'Anjou, & Mathurin Guichet Inthimé, plaidans Desmatras & Eschorcheuel.
e L. licèt. ff. de iud. l. donationes quas. C. de dona. inter virũ & vx. l. vero procuratori. ff. de solu. 3. §. suus procurator. ff. quod quisque iuris.
f L. fi. C. ad Senat. Maced.
g L. 1. §. deiecisse. ff. de vi & vi armata. cap. cùm ad sedem de rest. spoliat.

bita distinctione dissidium omne statim, nullâque difficultate componi posset. Quoties enim de ratihabitionis effectu agitur: illud vel inter ipsos contrahentes disquiritur, vel de tertij alicuius præiudicio tractatur. Si de contrahentibus agatur, ratihabitionem retrotrahi constat, vt ex ipso initæ obligationis tempore contractus firmitatẽ habere censeatur. Quòd si contrahentiũ consẽsus in tertij alicuius præiudicium vergat, ratihabitio cõtractũ quidem firmat, sed non vt antè vires habere cẽsetur, quàm solemni ratihabitione plenè satisfactũ fuerit legitimæ contractus confirmationi & validitati[a]. Ista autem distinctio non caret exemplo. Donatio insinuationem requirit: quinimò constitutio regia ex die insinuationis factæ donationes valere ait. Quæsitum est à quo tempore donatio valere & effectum habere censeri debeat: & an cõtractus, an verò insinuationis tempus spectari oporteat. Senatus donantes & donatarium à creditoribus distinxit. Nã si subsecuta fuerit insinuatio donatio valere censetur ab ipso factę donationis tẽpore: ídque effectu quodã retroactiuo, quoties de negotio inter donantes & donatarios diiudicando agitur. Sed creditorum respectu solus insinuationis subsecutę dies ex constitutionis Regiæ dispositione spectandus videtur. Nam cùm insinuatio ad creditorum securitatem præcipuè introducta sit, iniquum fuerit, si creditor, qui donationem ignorans bona fide contraxerat, hypothecæ sibi quęsitæ ius ex subsequenti insinuatione amittat. Hoc autem contingeret, si insinuationis effectus ad id tempus, quo donatio facta fuit, retrotrahatur. Nõ dissimili exemplo ratihabitionis effectum

a L. potior in prin. & §. 1 ff. qui potiores in pignore. l. si partem. §. vlt. ff. quæ adm. seruit. amitt. l. 1. §. si quis filium. ff. si tabulæ testamenti nullæ extabunt.

Source : BIU Cujas

ctum examinare possumus. Non enim aliò spectat mens eorum, qui contractũ aliquem ratum habẽt, quã vt actus ille solemni & legitimo consensu firmetur: atque ideò contrahentium respectu id operari debet ratihabitio, vt contractus, cui ratihabitio accessit, valuisse ab initio existimetur: idque vi quadã retroactiua. Verùm si de tertio aliquo agatur, diuersa est ratio: Vt cũ de propinquo agitur, qui redhibitione gentilitia fundum venditum sibi adiudicari postulat. Propinquus enim non antè habuit necesse gentilitium retractum in iudicio proponere, quàm ratihabitio subsecuta alienationem priùs incertam & inualidam perpetuo & irreuocabili consensu firmasset. Accedit minoris ætatis consideratio, quæ dubitandi occasionem omnem tollere & remouere videtur. Constat enim eo ipso contractus tempore, quo Titius maritus fundũ vẽdidit, Seiam vxorem, quæ fundi Botriani domina erat, minorẽ annis 25. fuisse: Et hæc quidẽ minoris ętatis ratio nec vana est, nec leuis momenti. Iure Romano minori de rebus suis disponere prohibitũ fuit, irritáque fiebat rerũ minoris alienatio sine decreto. Itaque venditio, quã Titius procuratorio vxori s Seiæ nomine celebrauerat aut nulla ab initio fuit, aut certè impetrata restitutione rescindi potuit. Si nulla erat & reuocabilis vẽditio, cur redhibitioni gentilitiæ locus erit: Nã cùm lex municipalis venditione extra familiã facta actionẽ retractus eõcedit, de vera venditione, déque absoluta alienatione consuetudo loquitur, non autem de eo contractu, qui vel ipso iure nullus sit, vel petita restitutione reuocari queat. Nam quemadmodũ in iure versũ nõ dicitur nisi quod durat versũ [a]: & satis-

[a] L. *si pro parte.* §. *versum. ff. de in rem verso.*



Source : BIU Cujas

a L. 1. §. *quod ait prætor. ff. quorum legatorum.*

b L. *non videtur. ff. de acquir. possess.*

datio, quæ non durat, satisdatio non est [a]. Ac neque etiam videtur possessionem adeptus is, qui ita nactus est vt eam retinere non possit [b]: Eadem nec dissimili ratione res censeri nō debet extra familiā alienata, nisi alienatio irreuocabilis sit: Neque etiā extraneus possessionem illius nactus videtur, si possessio ab eo quomodocūque auocari queat: Vt neque etiam legitima sententia dicetur ea iudicis pronuntiatio, quæ non ritè lata, rescindi potest. *Cōdemnatum accipere debemus* (inquit Vlpianus) *eum qui ritè condemnatus est vt sententia valeat. Cæterùm si aliqua ratione sententia nullius momenti sit, dicendū est condemnationis verbum non tenere* [c]. Sic & idem Vlpianus, *Non quæuis exhæredatio* (inquit) *summouet filium à contra tabulas bonorum possessione, sed quæ ritè facta est* [d]. Itaque non antè retractui locus esse potuit, quàm res vérè & cum effectu perpetuò extra familiā alienata fuerit: neque plenè & ritè vendita dicetur, quousque ratihabitio à Seia maiore 25. annis facta contractum alioqui nullum, & qui rescindi poterat confirmauerit. Nam si Meuius statim post venditionem, restituto emptori pretio, prædium Botrianum gentilitio propinquitatis iure consecutus fuisset, ac deinde petita restitutione Seia rem reuocasset: redhibitio illa vana, inutilis, ac sine effectu fuisset. Lex autem actus inutiles, & qui nihil operātur, reiici iubet. Quinetiam dolo facere censetur qui petit quod statim restituturus est. Ergo tempus gentilitij retractus non antè locum habuit, quàm fundus irreuocabiliter alienatus, & alienatio irreuocabiliter facta fuisset. Hoc autem ante ratihabitionem factam dici non potuit.

c L. 4. *si se non obtulit.* §. *condemnatum. ff. de re iudic.*

d L. *non putauit.* §. *non quisquis. ff. de bon. possess. contra tabulas.*

*PRO EMPTORE.* Controuersia hæc nullam

Source : BIU Cujas

nullam ambigui iuris disputationem habet, si & ipsam ratihabitionis vim, & contractuum, qui à minoribus ineuntur, effectum diligenter attendamus. Hęc enim duo sunt quæ ad causæ istius decisionem spectari & inquiri oportet. In ratihabitionis disquisitione illud præmittendum est, cõtractus omnes, qui alieno nomine fiunt, aut nullo præcedente mandato iniri, aut ab eo procuratore celebrari, qui mandatũ habeat. Si contractus nullo præcedente mandato initus sit, licet ei, cuius nomine negotium gestum est, ratum habere aut non habere. Quòd si ratum habeat, nemo dubitat ratihabitionis tempus spectari, non autem contractus, atque eò referri possunt distinctiones quascunque Meuius ad causæ suæ defensionem proposuit. Sed id omne alienum est à proposita controuersiæ istius disputatione. Nam cùm Titius Seiæ vxoris procurator esset, & ab ea speciale mandatum haberet: non fuit liberum Seiæ ratum habere aut non habere, sed præcisè ad ratihabitionem cõpelli iure cogente potuit. Quin & ante ratihabitionem lex eum solum obligari ait qui mandauit. Vnde etiam actio, quæ ex contractu descendit, non aduersùs illum qui contraxit, sed aduersùs eum, cuius nomine contractus initus est, competit a. Iuris autem regula his verbis constat, *ratihabitionem retrotrahi & mandato comparari.* Hęc autem verba, *mandato comparari*, satis apertè ostendũt non aliis casibus de ratihabitione retrotrahenda agi, quàm cùm mandatum nullum præcessit. Tunc enim expectanda est domini ratum habẽtis voluntas, quæ sola, vt sit aut non sit contractus, operatur. Atque tùm non sine magna iuris ratio-

a L. *si pupilli.* §. *itẽ si procurator. ff. de nego. gestis.*



Source : BIU Cujas

ne licet asserere redhibitionis gentilitiæ tẽpus ab ipso ratihabitionis die incipere. At vero hæc de qua agitur, controuersia, alias iuris decisiones ex diuersa facti specie adhiberi postulat. Nam Titius tanquam procurator vxoris Seiæ fundum alienauerat. Itaque siue ratihabitio subsequuta esset, siue non, tamen Seia per procuratorem fundum vendiderat, atque ideò diem contractus alienationis necessariò spectari oportuit. Verùm alia supereſt nec leuis nec absurda dubitandi occasio. Obiicitur enim tempore contractus Seiam minorem 25. annis fuisse. Vnde hoc loco videtur disquirendum an contractus à minore initi valeant & subsistant: An verò ipso iure nulli sint. Contractus minorum valere, neq; esse ipso iure nullos, multa iuris argumenta ostendunt. Quoties enim de cõtractu, qui dolo, vi, aut metu extortus est, agitur, hæc sunt Prætoris verba, *Quod dolo metúve gestum erit, ratum non habebo.* Sed si de minoris restitutione agitur, Prætor restitutionis quidem auxilium pollicetur, sed non eadem verborum formula. Neque enim ait, *quod cũ minore 25. annis gestum esse dicetur, ratum non habebo:* Sed ita ait Prætor, *Vti quæque res erit animaduertã a.* Hæc autem verborum edicti diuersitas satis indicat contractus omnes quicunque dolo, vi, aut metu extorquentur, nullos esse, seu illos ipso iure nullos esse asseramus, seu petita restitutione annullandos. At non omnia, quæ à minoribus gesta sunt, rescindi conueniens est, siquidem etiam aliquando vtiliter contrahere possunt. & si quid secus egerint, hoc omne in causæ cognitione versatur. Lege Lætoria curatores minoribus non dabantur nisi causa cognita, si adulti minores malis moribus

a l. 1. §. prætor. ff. de minoribus.

præditi

præditi essent, si dissoluti, si luxui dediti. Sed ex cõstitutione Diui Marci, cuius Capitolinus mentionem facit [a], omnibus adultis dabantur curatores, nullo morum discrimine, seu prodigi essent, seu prudentes & prouidi rerum suarum dispensatores. Sunt qui distinguant an minor curatorem habens sine curatore contraxerit [b]. Et hæc quidem distinctio in ista facti controuersi specie locum habere non potest. Nam cùm mulieres in perpetua virorum tutela esse censeantur, Titius autem maritus vxoris Seiæ nomine contraxerit, non potest dici Seia minor absque curatoris authoritate contraxisse. Seia quidem, cùm minor esset, potuit Prætoris auxilium implorare: sed cogi non potuit restitutionis beneficium impetrare. Minori enim liberũ est stare actui à se gesto, restitutioni renuntiare, & contractum pendente infirma ætate factum ratum habere [c]. Neque enim minor inuitus adigi potest vti beneficio in integrum restitutionis [d]. Est enim extraordinarium illud restitutionis beneficium, quo minor potest vti vel non vti: Ac generaliter quoties minor circumuentus est, Iurisconsultus ait minorem non antè censeri exceptionẽ habere & restitutionis auxilio tutum, quàm à Prætore verè ac de facto restitutus fuerit [e]. Neque enim ipsa restitutio, antequam petita & impetrata fuerit, spectari solet aut eius ratio vlla haberi [f]. Itaque ratihabitio, quam Seia maior 25 annis fecit, nihil nouauit: & quicquid postea accessit contractum non immutauit, nec fit nouus contractus, quin potiùs confirmatio illa, quæ subsecuta est, priori obligationi adiicitur. Distingui enim solet vtrum quis confirmet actum ipso iure nullum, quo casu actus

a Capitolinus in vita Marci Antonini.

b l. si curatorem habens. C. de in integrũ restitut.

c L. Iulianus. §. si quis colludente. & §. sequ. ff. de actionibus empt. l. cum interdicto. & ibi Baldus. Co. arbitriũ tutelæ. can. si quæ de rebus 12. qu. 2.

d l. si iudex circumuentus. ff. de minoribus.

e l. exceptiones. §. vlt. ff. de exceptionibus.

f l. 4. §. 1. ff. de fideicõ. liber. dict. l. exceptionẽt.



Source : BIU Cujas

censetur nouus[a]: an verò actus iure ipso subsistat & sibi constet. Tunc enim qui confirmat, nihil de nouo dat, sed confirmatio pristinæ conuentioni accedit[b]. Sic etiam cùm de diuisione agitur quam quis minor fecit, ac postea maior factus ratam habuit, lex ait manere integram diuisionem c. Manere autem diuisionem non alia ratione lex tradit, quàm quia confirmationis securitas pristinam obligationem non immutauit. Quod si in contractu à minore facto nullitatem ex restitutionis beneficio attendi conueniens videretur: eadem rationis consideratione diceremus, non antè redhibitioni gentilitiæ locum esse quoad spes omnis restitutionis exclusa foret. At ex regia Ludouici duodecimi constitutione restitutionis tempus durat ad decennium vsque post impletos perfectæ ætatis annos. Hinc ergo pleraque absurda sequerentur. Quoties enim aliquis minor contraheret, non antè emptor à redhibitione gentilitia securus esset, quàm post impletum ætatis annum tricesimumquintum: siquidem minori ad illud vsque tempus licet restitutionis auxilium impetrare. Nec dissimili ratione si quis maior 25. annis alienauerit, fieret vt redhibitioni & retractui non annus ex lege municipali, sed decennij tempus præscribi deberet: Siquidem constat etiam maiorem 25. annis intrà decennium à tempore contractus restitui posse, siue ex lesione vltra dimidiam iusti pretij, siue ex generali illa Prætoris formula, *si qua mihi iusta causa videbitur.* Hæc tamen quis non videt & absurda esse & à mente legis alieniſſima. Itaque omissis legum versutiis & posthabita omni subtilitate, dicamus annum retractui præstitutum à die contractus incipere;

[a] L. adeptio de adopt. l. legata inutiliter. ff. de legatis 1. l. tribunu. §. vlti. ff. de milit. testament.

[b] L. vnum ex familia. §. 1. ff. de legat. 2.

[c] L. vnica. C. si maior factus ratum habuerit.

Source : BIU Cujas

incipere: idque siue maior siue minor contraxerit, locum habere. Nam etiam initus à minore contractus subsistit, ipsaque minoris alienatio tamdiu vim & effectum habet, quamdiu restitutio petitur & impetrata non fuerit. Elegans est in eam rẽ Vlpiani Iurisconsulti responsum, *Si is qui in integrum restitui potest* (inquit) *abstinuerit se hæreditate, an quamdiu potest in integrum restitui, existimamus constitutionem cessare, quia non est certum ab intestato neminem successorem extare? Est tamen verius, admittendam constitutionem* [a]. Hæc sanè iure Romano obtinent, atque etiam inter acutas Iurisconsultorum ineptias ista omnia asserere licet: nostro autem iure nullus est disputationi locus. Etenim generalis est & forensis apud nos regula, Nullitates contractuum in Francia non attendi. Neque enim quod iure Romano locum habebat, id nostro iure obtinet, vt esse quosdam contractus ipso iure nullos, quosdam petita restitutione annullandos dicamus. Omnes enim etiam qualescunque contractus valere ac subsistere censemus, siue ad agendum, siue ad excipiendum, quousque restitutionis beneficium à Principe impetratum fuerit: sed & quousque à iudice adhibita causæ cognitione restitutioni locum esse pronuntiatum fuerit. In hac autem controuersia, non modò restitutio petita non est, sed & Seia fidem mandatæ venditionis pleniore securitate adimplere voluit, dum maior facta solemni ratihabitione, alienationem antea celebratam confirmare, & nouo consensu corroborare voluit. Itaque venditionis contractus mense Iunio 1581. initus, firmus & validus fuit, & vires legitimę alienationis habuit: atque ab eo statim tempore redhibitionis

a *l. 4. ergo quandiu. §. 1. ff. de fi. deicom. libertæ.*

redhibitionis gentilitiæ annus ex lege municipali currere cœpit, neque menſe Iulio 1582. poſt annale temporis ſpatium amplius locum habere potuit. SENATVS emptorem à retractus gentilitij iudicio abſoluit, Meuiúmque ab ea petitione quaſi poſt tempus propoſita repulit [a].

a Ceſte cauſe fut plaidee en l'audiẽce & appointee au cõſeil, le 30. Ianuier 1584. Maiſtre René Choppin ayãt docte mẽt plaidé pour le retrayãt, & moy eſtãt Aduocat de l'acquereur. Cõme ledit ſieur Choppin teſmoigne, *lib.* 3. de ſa couſtume, *tit.* 5. *num.* 2. Mais depuis la cauſe fut definitiuemẽt jugee par arreſt du premier iour de Iuin 1585. par lequel le retrayãt lignager perdit ſa cauſe & fut debouté. Ledit arreſt donné entre Iean Simon, & Françoiſe Petit appellans, & Iacquette Cochon veufue de feu Gilles Bin ion intimée.

*Laudimia venditionis adiecto redhibitionis pacto inita, an debeantur colono feudi qui tempore contractus erat, an verò ei qui illo tempore conductor & colonus fuit, quo finita redimendi facultate laudimia peti poſſe cœperunt.*

## CAP. XVIII.

TITIVS Meuio fundum vendit adiecta redimendi intra quinquennium facultate. Cùm res vendita intra tempus redhibitioni præſtitutum à venditore redempta non fuiſſet; conſtabat laudimia domino Feudi deberi. Sed cùm Feudi illius dominantis fructus & obuentiones annua conductione locari ſolerent: orta eſt lapſo quinquennio controuerſia inter Seium & Sempronium, qui duo coloni & conductores de laudimiis contendebant. Seius colonus erat ipſius contractus tempore. Sempronius autem colonus fuit poſtremo quinquennij anno, tunc cùm poſt lapſum quinquennium laudimia peti poſſe cœperunt.

Source : BIU Cujas

runt. Seius omnia, quæ ex contractu procedunt, ad tempus contractus & obligationis initium esse referenda dicebat, ac maxime laudimiorum causam, cùm illa ex contractu debeantur : Facultas autem redimendi accessoria est, & pactum ipsum de retrouendendo ex principali contractu pendet. Ideóque & contractus diem spectari æquum esse, & laudimia ei, qui tempore contractus colonus fuit, solui oportere dicebat.

*PRO SEMPRONIO COLONO POSTERIORE.* Tres sunt obligationum species, quas in hac controuersia attendi debere ex Vlpiani sententia conueniens est. Pura in diem, & conditionalis [a]. Nam vbi quis purè stipulatus est, tunc & venit & cessit dies. Hoc autem de venditione à Titio facta dici nō potest, cùm ipso venditionis tempore & ante finitam redimendi facultatem, nulla laudimia peti potuisse constet. Addit idem Vlpianus, Vbi in diem quis stipulatus est, tunc cessit dies, sed nondū venit. At verò ne illud quidem huic controuersiæ conuenit: Is enim in diem debitor est, qui centum nummos Kalendis proximis soluturum promisit. Quo casu constat etiam præsenti die ita nasci obligationem : vt & centum illa debeantur, & fieri non possit, quin debeantur : sed hoc tantum interest quòd Titius ante Kalendas proximas petere & exigere nequeat. Illud autem in hac controuersia locum non habet, siquidem ab ipso venditionis tempore ante expletum quinquénium an laudimia vnquam deberentur, nécne, incertum fuit : Imò ex consuetudine Cenomanensi nulla in venditionibus eiusmodi debentur laudimiorum iura, priusquàm dies redhibitioni præstitutus

[a] *l. cedere diem. ff. de ver. signif.*

Source : BIU Cujas

tutus nulla facta redemptione præterierit. Itaque superest vt venditiones sub redimendi facultate celebratas ad tertiam illam obligationum speciem referamus, quæ conditionales sunt, in quibus pendente cõditione neque cessisse neque venisse diem Vlpianus respondet. Considerandus est ergo conditionis euentus: cùm ante conditionem nihil debeatur, & id tempus spectandum quo laudimia deberi & peti potuisse apparuit. Hoc autem non antè, sed tùm demùm obtinuit, cùm lapso quinquennio, & omissa redimendi facultate venditio pura remansit. Tunc enim ex perfecta venditione laudimia peti posse cœperunt. Nam spectari & attendi debet non tam nostra futuri inscientia, quàm ea certitudo quæ postea extitit [a]. Alienationẽ autem istam conditionalem non absurdè dicimus, cùm lex pactum istiusmodi de retrouendendo & redhibitionis conuentionem conditionem vocet [b]. At in conditionalibus contractibus constat conditionis diem, non vllum aliud tempus spectari oportere [c], Itaque in conditionali venditione, si res pendente conditione pereat, non emptori, sed venditori perit [d]. Quia ante conditionem impletam venditio nondum perfecta dici potest [e]. Hinc fit vt in eiusmodi contractibus, cùm quæritur quo tempore incipiat præscriptio, non antè incipere eam dicamus, quàm post diem impletæ conditionis aduenientem f. Non ergo tempus illud spectari oportet quo contractus celebratus fuit, sed quo effectum habere cœpit. Vt non dissimili ratione Vlpianus respondet, donationem à sponso sponsæ factam dici debere donationem esse inter virum & vxorem, siquidem ea donatio in tempus matrimonij

a l. 28. *sed & si restituatur.* §. *vlt. in f. ff. de iudictis.* b l. 2. C. *de pactis inter empt. & vendit.* c l. *bouem.* §. *si sub cõditione. ff. de adil. ed.* d *l. qui hæredi.* §. *vlt. ff. de condit. & dem.* l. *qui absẽti.* §. 1. *ff. de ac. qui. possess.* l. *plerunque.* §. *si vnus. ff. de iure dotiũ.* e l. *hæc vẽditio. ff. de cõtrah. em.* f l. *necessario. ff. de periculo & comm. rei vend.* l. 2. §. *si sub cõditione. ff. pro emptore.*

Source : BIU Cujas

trimonij collata fuerat [a]. Idque hac ratione fit, quia non attenditur tempus sponsalium, quo donatio facta fuit, sed ipsum tempus in quod donationis effectus collatus est. Idem etiam in ista venditione adiecto redhibitionis pacto inita attendi oportere, Genomanensis consuetudo satis apertè multis argumentis multisque rationibus indicat. Primùm quòd eâ ipsâ lege municipali, antequam dies cesserit & aduenerit, laudimia peti non posse statuitur. Deinde eadem consuetudo vult annum, qui redhibitioni gentilitiæ præstituitur, ab eo tantùm die currere, quo redimendi facultas finita est. Eadem alio loco statuit, post venditionem sub eo pacto celebratã, & quamdiu facultas illa redimendi durat, fidelitatis iuramentum, quod domino Feudi debetur, præstari oportere non ab emptore, sed ab ipso venditore. Vt ex his omnibus satis ipsa consuetudo testetur dominium pendente illa redimendi facultate nullo iure transferri, sed post finitam tantùm redhibitionis conditionem. Interea autem alienationis effectus sub incerto pendet. Neque enim cuiusquam esse videtur quod ex causa auferri potest [b]: nec dici debet possessionem adeptus is, qui ita adeptus est, vt eam retinere nequeat [c]: nec videtur alienatio facta eius rei quæ reuocari potest [d]. Statuliber, cuius status in incerto est, pendente conditione in dominio hæredis esse censeri debet [e]. Hoc etiam generaliter de quibuscunque aliis rebus dicemus, quæ sub conditione legatæ sunt [f]. Guido Pape, qui iuris nostri consultissimus habetur, quæstionem nõ adeo dissimilem tractat, de multa pecuniaria, quæ cùm ex crimine irrogata esset, respondet eã deberi colono

a l. cùm hic status. §. si sponsus. ff. de donat. inter virũ & vxor.

b l. omnes. §. 1 ff. de regulis iuris.

c l. non videtur de acquir. posses.

d l. 1. C. de feudo dotali. 1. ex sextãte. §. Latinus largus. ff. de except. rei iudicatæ.

e l. statuliberi. ff. de statulib.

f l. 1. §. serui. ff. ad Senat. Sillan. l. fin. §: sed quia. Cod. comm. de legat. l. si seruus. ff. de condict. furtiua.

colono qui tempore sententiæ colonus erat: non autem ei qui feudum tempore delicti commissi & cœpti criminalis processus conduxerat[a]. Lex pleriſque casibus tempus contractus attendi iubet, sed hoc demùm inter contrahentes obtinet. Hìc autem nulla est inter eos qui contraxerunt controuersia, sed inter eos tantùm qui dominum feudi referunt & repræsentant. Laudimia autem domino debentur non tam ex alienationis contractu, quàm propter alienationem: neque tam ex ipsa venditione quàm authoritate legis municipalis, quę alienato fundo laudimia domino deberi statuit; Ac res nec purè vendita nec verè alienata censeri potest, quandiu durat redimendi facultas. Nam tempus finitæ facultatis, non aliud vllum spectari oportet.

[a] Guido Pape qu. 85.

*PRO SEIO ANTIQVIORE COLONO.* Multum interest vtrum agatur de contractu conditionali, an verò de eo qui purus sit, sed qui sub conditione resolui queat. Vt cùm de venditione agitur, quæ adiecto pacto addictionis in diē celebrata est: Idémque in similibus conuentionibus docent Iurisconsulti[b]. Nam quemadmodum in addictione in diem pura est vēditio, sed tamen si intra præstitutum tempus alius melioré conditionem afferat, resoluitur venditio, & res fit inempta: Sic etiam venditio à Titio facta, pura quidem erat, sed ex adiecta redhibitionis facultate licuit venditori pretium reddendo rem venditam ante temporis præfiniti lapsum redimere. Non ergo hoc pactum facultatem redimendi concedens venditionem conditionalem reddit. Nam si redderet conditionalem, emptor interim fructus suos non faceret,

[b] l. 2. ff. de in diem ad. dict. l. 2. §. si in diem. ff. pro empt. l. 3. de contrah. emp. l. 1. ff. de lege commiss.

Source : BIU Cujas

faceret, atque etiã rei vẽditę periculum ad venditorẽ tanquam nondũ perfecta vẽditione pertineret [a]. In hoc autem contractu emptor fructus lucratur, ac si rem chasmate perire contigerit, periculum ad emptorem spectabit. Hæc enim redimendi facultas in fauorem venditoris adiicitur, qui inuitus vt ea vtatur, cogi non potest. At si res chasmate absumpta esset, non est verisimile eum de redimenda re quæ periit cogitare. Itaque omne periculum damno emptoris cedit [b], atque vsucapio ex ipso contractus tempore incipit [c]. Quòd si venditionem, de qua agimus, puram esse non conditionalem statuimus, cessant omnia quæ de conditionali contractu Sempronius proposuit. Nec est necesse conditiones potestatiuas à casualibus distinguere. Vt neque etiam exquirendum videtur an & cur cõditio, quæ ex potestate venditoris pendet, retrò ad diem venditionis referatur [d]. Sed in omnibus, in quibus ex contractu agitur, id vnum tempus inspiciendum est quo cõtractus initus fuit [e]. Vt & in quibuscunque aliis initium & originẽ spectari constat, vnde id de quo agitur procedit [f]. Nã etsi aliquo tempore ipsa redhibitionis executio incerta & in pendenti fuerit, hoc ipsam conuentionis vim & substantiam nõ afficit. Neque enim refert quo tẽpore cõsummentur ea quæ prioris negotij explicandi causa geruntur [g]. Longè diuersa est ratio eius mulctæ, quæ ex criminis admissi causa irrogatur, licèt tamen non omniũ sententiis hoc obtineat, vt tẽpus sententiæ, non autẽ delicti attendatur: Quinimò multorũ iuris interpretũ authoritate contrariũ asseri potest [h].

a L. vbi autẽ. ff. de in diẽ addict. l. necessario ff. de periculo & cõ. rei vend.

b L. 2. & 3. ff. de lege commiss.

c L. 2. §. Sabinus, & §. si in diẽ. ff. pro emptore.

d L. qui balneũ, & l. potior. ff. qui potiores in pignore.

e L. si filiusfam. ff. de verb. oblig. l. 18. quæ legata, & lege seq. ff. de regul. iur. l. 2. §. id quoque, ff. de collat. bonorũ. l. 1. §. biduũ. ff. quãdo appell. sit.

f L. si procurator. l. si verò nõ remunerãdi. §. si filio, ff. mãdati. l. si filiusfam. ff. de testam.

g L. nã & Seruius. §. si viuo. ff. de negot. gestis.

h Arg. l. 1. ff. de pœn. l. fin. §. Tryphonio, ff. de iure fisci. Bald. in l. si. ff. de iurisd. omn. iud. Alexander ad l. diuortio. §. si vir. ff. soluto matrim.

Nos tamen si statuamus non delicti, sed sententiæ tempus spectari : tamen ratio in promptu est, quia ante sententiam neque mulcta neque aliud quidquam in obligatione erat cùm illud omne ex iudicis arbitrio & potestate penderet, neque ipsum petendæ mulctæ ius aliunde procedere posset quã ex condemnatione & iudicis sententia [a]. At verò in contractibus ius omne ex conuentione partium oritur, nec aliunde competere potest. Æquum est ergo vt contractus initi & conuentionis celebratæ tempus spectemus, etsi quidpiam existat cuius executionẽ contrahentes in aliud tempus distulerint. Sic etiam cùm seruus, qui in nostra potestate erat, contraxit, & stipulationem in id tempus cõtulit quo alienatus vel manumissus fuerit, stipulationis tempus attendi oportet, non autem illud quo res stipulatione comprehensa peti potuit [b]. Vt & in multis lex eius temporis, quo obligatio incipit, diuersam haberi rationem voluit ab eo tempore quo res peti potest [c]. Laudimiorum petitio ex ipsa venditione nascitur, sed tempus, quo laudimia deberi & peti potuerunt, pendebat ex incerta redhibitionis & redemptionis executione. Licèt executio contractus ex euentu pendeat, & ipsum petitionis tempus dilationem quandam & incertitudinem contineat : non tamen ideò minus stipulatio puta dicetur [d]. Si fructus & partus futuri emantur, Pomponius dicit iam tunc factam vẽditionem intelligi, cùm negotium est contractum [e]. Qui in solutum dat rem quæ euinci potest, si tamen euicta non fuerit, euentus facit vt ab initio debitor tali solutione purè & omnino liberatus intelligatur [f]. Itaque in eiusmodi omnibus res aliquãdiu in pendenti

[a] L. *furti.* §. *si autẽ. ff. de his qui notantur infam.* l. *quod att. in prin. ff. ad leg. Iul. de adult.*

[b] L. *fin. ff. de stipulat. seruorum.*

[c] L. *si mãdato Titij.* §. *Paulus respondit. ff. mãdati.*

[d] L. 50. *vt heredibus.* §. *si Titius. ff. de lega. 2.* l. *interdum. ff. de verb. obli.*

[e] L. *necemptio. ff. de cõtr. empt.*

[f] L. 98. *qui res suas.* §. *vlt autem. ff. de solut.*

Source : BIU Cujas

denti est, & ipsa incertitudo suspensam tenet obligationis executionem, sed euentus olim dubius exitu ipso declaratur, rémque velut ab initio certã nec conditione vlla dubiam præsupponit [a]. Sic itaque in hac controuersæ litis quæstione cùm nulla facta fuerit redimendi facultatis executio, manet pristina puræ & perfectæ venditionis causa, & ad eam referri debet laudimiorum petitio. Non ergo alteri cuiquam competere potest, quàm ei, qui tempore contractus aliquo iure aut dominij aut locationis ad laudimia obtinenda nitebatur.

*SENATVS* laudimia Seio antiquiori colono adiudicauit [b].

[a] *L. seruus. §. 1. ff. de acqu. rerũ dom. l. fin. ff. de noxa. act.*

[b] Ceste cause fut premierement plaidee & appointee au Cõseil, moy plaidant pour Ieã le Vacher intimé, & depuis au rapport de M. de Fleury, elle fut partie en la grande Chambre des Enquestes, & fut l'arrest depuis prononcé en robbe rouge, par mõsieur le premier Presidẽt, le 22. de Decẽbre 1534.

---

*Post diuisionem inter coheredes factam an idem remaneat ius hypothecæ antea contractæ.*

## CAP. XIX.

SEMPRONIVS decedens tres reliquit hæredes, Titium, Seium, & Meuium. In hæreditate autem, præter mobilia erant tres fundi, Sempronianus, Gallicanus, & Gironianus. Titius hæreditate quidem delata, sed ante factam inter cohæredes diuisionem, mutuos à creditore mille nummos accipit, & pro debiti securitate tertiam partem, quam in tribus illis prædiis pro indiuiso habebat, obligat & hypothecæ subiicit. Aliquo post obligationem contractam tempore tres illi cohæredes res hæreditarias pro æquis partibus inter



Source : BIU Cujas

se communes solemniter diuiserunt. Fundus Sempronianus Titio, Gallicanus Seio, Gironianus Meuio obuenerunt. Diuisione facta creditor qui à Titio satisfieri sibi postulabat, debiti solutionē in iudicio persequitur, simúlque Meuium fundi Gironiani possessorem in ius vocat, vt tertia prædij illius pars hypothecæ nexu affecta & creditori obligata iudicaretur. Negat Meuius id iustè peti posse.

*PRO CREDITORE.* Quoties plures sunt cohęredes pluréſve rei alicuius pro equis portionibus domini, communionis ratio non alia haberi debet quam vt vnusquisque eorū rei communis dominus pro indiuiso censeatur. Seneca, *Non essent ita communia* (inquit) *nisi pars illorum pertineret ad singulos. Socium efficit etiam quod ex minima portione commune est*[a]. Itaque cùm obligationis tempore Titius fuerit fūdi Gironiani pro tertia parte indiuisa dominus, non potuit obligatio non ritè cōtracta dici. Quoties enim dominus rem suam obligauit, hypothecæ ius adeò irreuocabiliter acquiritur, vt contraria pactione deinceps tolli vel mutari nequeat. Vnusquisque autem censetur dominus rei, quam cum alio communem habet[b]. Titius tertiam, quam indiuisam habebat, partem & obligare potuit & obligauit. Subsecuta quidem diuisio est, sed post quæsitum hypothecæ ius, cui nulla posteriore pactione præiudicium afferri potuit. *Illud tenendum est* (inquit Caius Iutisconsultus) *si quis communis rei partem pro indiuiso dederit hypothecæ, diuisione facta cum socio, non vtique eam partem creditori obligatam esse, quæ ei obtigit qui pignori dedit, sed vtriusque pars pro indiuiso pro parte dimidia manebit obligata*[c]. Atque etiam illud idem tam Papinianus quàm

Vlpianus

a Seneca epist. 73.

b L. 25. recte dicimus l. pupillus. §. fin. ff. de verb. sign. l. 74. si quis suos. ff. de legat. 3.

c L. si consensit. §. illud tenendū. ff. quib. modis pign. vel hypot.

Source : BIU Cujas

Vlpianus Iurisconsulti responsis suis confirmant a. Eadem etiam iuris ratione ante acceptum familiæ erciscundæ aut communi diuidundo iudicium, licet vnicuique vel sociorum vel cohæredum portionem suam donare aut distrahere, tuncque post alienationem factam & secutam traditionem fiet diuisio cũ nouo rei possessore. At si cœptum sit diuisionis iudicium, non est amplius liberum de re communi disponere, sed tum quæuis alienatio prohibita & interdicta censetur b. Ipsa autem diuisio emptionis mutuæ vicem quandam obtinet c. Quin & sententia, lata post semel quæsitum hypothecæ ius creditori præcedentem hypothecam habenti nocere aut præiudicare non potest d. At quod per sententiam rite & solemniter latam fieri nequit, vtrumne collusoria diuisionis contractu effici poterit? Hoc si liceat & cohæredibus inter se arbitrium familiæ erciscundæ exercere permittatur, debitor obæratus collusoriè & clàm accepta pecunia patietur sibi fundum vilem & tenuem adiudicari: cæteri cohæredes opima & magni pretij prædia sibi seruabunt. Creditores autem fraudibus istis aliter obuiam ire non poterunt, nisi si diuisioni inter cohæredes faciendę intersint. At hoc durum erit & intolerabile extraneos familiari diuisionis iudicio & domesticiis debitorum negotiis interesse, & alienę vel inopiæ vel opulentiæ spectatores & explo-ratores fieri. *Quid enim* (ait lex) *tam durum támq; inhumanum est quàm publicationem pompámque rerum familiarium & paupertatis detegi vilitatem & inuidiæ exponere diuitias* e. Obiiciet aliquis: Si diuisio æqualiter facta est, cur non creditori eâdem ratione prospectũ videbitur ex securitate fundi Semproniani, qui

a L. 3. §. fi. ff. qui pot. in pignore. l. si quis pu tans. §. si fundus cõmunis. l. cõmuni diuidundo. §. si debitor. ff. communi diuid. l. 31. is qui. ff. de vsufr. leg.

b L. alienationes. ff. fam. erciscund. l. 1. in fi. C. com. diuid. l. portionẽ. C. de don. c. l. 2. C. cõmunia vtriusque iudicij. d. l. si mater. §. vlt. ff. de re iudicata.

e L. 2. Cod. quando & quib. quarta pars lib. 12. C.



Source : BIU Cujas

familiæ erciscundæ iudicio Titio adiudicatus fuit? Ratio in promptu est. Nam prædij Semproniani ædificia chasmate & ruina fortuita perierunt, & reliqua pars fundi propter possessoris incuriam vilis facta est minimique pretij. Quin & fundus ab Augerio quodam, qui à Titio eum emit, detinetur. At nouus ille possessor homo est vehemens, peruicax, violentus, qui neque leges timet, neque magistratuum iussis obtemperat: Insuper etiam debitoris Titij bona priùs discuti desiderat. In summâ multæ sunt rationes & variæ rerum circumstantiæ, quæ hoc vnum suadente æquitate exigunt, vt vnicuique liceat ius suum persequi. Gironiani fundi tertia pars ritè ab eo qui dominus erat obligata est: & nunc ab eo possidetur qui facilè ac sine periculo potest conueniri. Constat autem tùm ex Iurisconsultorum responsis, tùm ex Imperatorum constitutionibus, hypothecam semel aliquando quæsitam nulla posteriore conuentione mutari, lædi, aut violari posse: nec diuisionem, si quæ subsequatur, seu dolo seu bona fide, vllum præcedenti securitati & hypothecæ semel aliquando legitimè contractæ & à vero domino constitutæ præiudicium omnino afferre posse [a].

a L. si fratres. C. communia vtriusque iudicij. l. vnica. C. si communis res pignore data sit. l. si probatum. C. communi diui. Molinæus in consuetud. Paris. glossa 1. Inver. pendât ladite main. nu. 44. & sequ. & M. le Maistre au traicté des crimes. c. 46.

*PRO MEVIO.* Rectè Iurisconsultus ait definitiones omnes & generales regulas in iure periculosissimas esse [b]. Nam etsi plerisque casibus asserere possimus communis rei diuisione hypothecam præcedentem neque tolli neque mutari: tamen in controuersa caussæ istius disputatione, in qua de diuisione inter cohæredes agitur, tam iuris quàm æquitatis ratio contrarium suadet. Itaque vt diuersa & in speciem contraria Iurisconsultorum

b l. omnis definitio. 202. ff. de regu. iuris.

responsa

resposa componere liceat, controuersia hęc adhibitis distinctionibus excutienda videtur. Non absurdè quidam varias Iuris authorum sententias ita conciliant & interpretantur, vt dicant tam inter socios quàm inter cohæredes id tantùm spectari debere, qualis sit creditor qui agit. Nam si communis sit omnium creditor seu hæreditarius seu ex communi societatis causa, omnes res manebunt obligatæ, qualiscunque diuisio facta fuerit. Sed si particularis sit vnius cohæredum sociorúmve creditor, ille post diuisionem legitimè inter cohæredes sociósve factam, non aliud habet hypothecæ ius, quàm in iis rebus quę debitori suo per diuisionem obtigerunt. At plerique in hac controuersa quęstione socios, inter quos communio ex conuentione nascitur, à cohæredibus distinguunt. Proponamus societate inter quosdam inita fundum Seianum communi pecunia emptum fuisse, eúmq; postea accepta ab omnibus sociis mutua pecunia creditori obligatum: Aliquo pòst tempore subsecutam fuisse inter socios rerum communium diuisionem, & ex diuisionis pacto Seianum fundum vni ex sociis ea lege adiudicatũ vt luendo æri alieno obnoxius non esset. Non videtur æquum eam diuisionis conuentionem creditori præiudiciũ afferre, & hypothecæ in Seiano fundo quæsitæ ius tolli aut mutari: sed vt ait Caius Iurisconsultus [a], *vtriusque sociorum pars pro indiuiso manebit obligata.* Si rationem exquirimus, nihil est æquius, quàm vt quemadmodum societatis caussa communis est & omnes spectat: ita etiam æs alienum in communem societatis caussam creditum omnes socios habeat obligatos, eorúmque portiones seu diuisas

[a] *L. si consensit. §. illud tenendum. ff. quibus. ff. quibus modis pign. vel hypoth.*



Source : BIU Cujas

seu indiuisas retineat hypothecę subiectas. Eóque referri possunt pleraque Iurisconsultorum responsa, quæ de diuisione inter socios facta loquuntur. Alia videtur cohæredum ratio, de quibus tamen priusquàm agamus, pauca hic de communione rei particularis, quæ inter aliquos reinitur, adiici conueniens est. Nam si duo prædij Semproniani pro dimidia parte indiuisa domini sint, diuisio subsequens nullum affert præiudicium præcedenti creditoris hypothecæ. Neque enim æquum est aut rationi consentaneum, hypothecam in certa re quæsitam inscio creditore, vel regionibus distingui, vel solidam in toto quæsitam inæquali & incommoda diuisione in creditoris præiudicium decerni: nisi fortassis aut iudicij accepti authoritate, aut alia iuris necessitate diuisio cum fieri oportuerit, in eáque nec inæqualitas nec collusio arguatur. Sic enim ex sententia Celsi Vlpianus respondet, eum qui partem rei emit, quam venditor cum aliis communem & quidem indiuisam habebat, si postea diuisio celebretur, teneri illud recipere quod ex diuisione venditori adiudicatum fuerit[a]. In hac autem rei particularis diuisione, & quoties de eo agitur qui non communis est creditor, sed vnus tantùm ex sociis, tota res ex variis caussæ circumstantiis diiudicanda relinquitur. Alia ratio est eius diuisionis quę fit inter cohæredes, ósque qui iuris vniuersi simul successores sunt. Etenim familiæ erciscundæ iudicium vniuersale est, & in gratiam omnium cohæredum proponitur: Vt vnusquisque diuisione facta legitimam suam partem & ius suum consequutus videatur[b]. Iudici autem permittitur aliquando rem integram alicui ex litigatoribus ex bono & æquo adiudicare

a L. Iulianus. §. idē Celsus. ff. de actionibus empti.

b §. si familiæ de officio iudicis ex Institut.

Source : BIU Cujas

iudicare [a]. Diuisionem fieri lex ait ad sedandas propinquorum discordias [b]. Non autem vt inter cohæredes diuisio nouus censeatur titulus, qui vel rerum hæreditariarum qualitatem mutet, vel cohæredum conditionem lædat & prægrauet [c]. Itaque in hæreditate communi hic est diuisionis effectus, vt aliqua legis fictione vnusquisque hæredum nihil aliud iuris vnquam habuisse censeatur, quàm illud quodcunque ex diuisionis pacto consequitur. Quinetiam cùm dicant iuris Doctores casum inuolutum & implicitum accipere declarationem ab euentu [d], res omnis ex ipso diuisionis euentu æstimãda est. Itaque Titius censeri debet statim ab ipsa defuncti morte nõ tertiam in vnoquoque hæreditario fundo partem, sed solidam prædij Sempróniani proprietatem habuisse. Ipse autem creditor si quando cum Titio contraxit, fieri debere diuisionem non ignorauit, vt conueniens sit illud præualere quod æque fieri oportuit. Nam cùm in ea diuisione nulla læsio, nulla fraus, neque etiam vel dolus vel colluſio allegari queat: cur exinde creditori licebit diuisionẽ inter cohæredes ritè & legitimè factam controuertere? Creditori (inquam) non quidem hæreditario, cui res defuncti omnes obligatæ sunt, sed illi qui non alium debitorem habuit quàm Titium, cuius hereditaria portio hypothecæ securitati subiacebat. At verò si aliter iudicaueritis, ipsaque creditoris petitio locum habeat, nihil proponi poterit iniquius, siquidem inter plures cohæredes eum, qui bonus ac diligens patersfamilias nullo ære alieno obligatus erat, & qui res sibi diuisionis iudicio adiudicatas studio, impensis, & cultura sua meliores reddidit, quique cohære-

[a] § *quædã de actionibus in institut. l. ad officium. Co. comm. diuid.*
[b] *l. cũ pater. § dulcissimis. ff. de legat. 2.*
[c] *l. seruus. ff. fam. ercisc.*
[d] *l. fin. ff. si ex noxali causa agatur.*



Source : BIU Cujas

dum suorum creditores nec resciuit nec rescire potuit, multo pòst tempore ab alienis creditoribus vexari cõtingeret. Quid verò indignius fuerit, quã si post tot culturæ labores, cohæredem rebus, quas nullo æris alieni nexu affectas, nullísque creditoribus obligatas possidere se credidit, priuari, ab iísque expelli iustum videatur?

a Arr. du 6. de May 1581. entre Marc Pineau & cõsors appellans, & Estienne Gentil Inthimé. l'à. nois escry pour ceux qui gaignerent leur cause. Autre semblable Arrest dõné au rapport de Monsieur Louet Cõseiller en la Cour apres en auoir demãdé aduis en toutes les Chãbres.

*SENATVS* arresto suo confirmauit diuisionem illam quæ inter cohæredes legitimè facta fuerat, & aduersùs quam nullus dolus, nulláque fraudis collusio allegabatur: Ideóque iudicauit Titij creditorem nullum hypothecę ius in fundo Gironiano habere, sed ei actionem competere vel aduersùs Titium vel alium, quisquis Semproniani prædij possessor esset a.

QVÆSTIO alia, sed non dissimilis ab eodem Senatu non minore æquitatis ratione iudicata fuit, PATER decedens liberos Meuium & Seiam hæredes reliquit. Hæreditaria defuncti bona in diuersis prouinciis sita erant. Seia diuisione hæreditatis nondum facta Sempronio nubit. Inter hæreditaria prædia Botrianus fundus in Cenomanẽsi prouincia situs erat, & ex municipali prouinciæ illius lege ab ea muliere, quæ nubit, debetur domino Feudi reditus vnius anni. Exinde aliquo post nuptias tempore facta est bonorum & hæreditatis paternæ diuisio. Titianus fundus, qui prouinciæ Pictauiensis erat, Seiæ obtigit: Botrianus Meuio cessit. DOMINVS illius feudi, cui Botriani fundi *homagium* debebatur, dicebat coniugij tempus spectandum: quo tempore Seia Botriani prædij domina erat pro media eáque indiuisa parte. Itaque dominus Feudi ex lege municipali dicebat deberi

Le arrest est du 2. de Septẽbre 1595. entre Claude Guillard & sa femme appellans, & M. Ieã Bauduyn Huissier en la Cour Inthimé.

Source : BIU Cujas

deberi sibi dominico Feudi iure reditum anni pro media fundi illius parte. Iura autem Feudalia semel domino quæsita nulla diuisione aut contrariâ pactione inter vassallos subsecutâ tolli potuisse. SEIA dicebat non tam cohæredes ante diuisionem omnium rerum hæreditariarum dominos esse pro indiuiso, quàm incertum esse necdum constare quarum rerum verè domini censeri & existimari debeant. Veritas ex ipso diuisionis, quæ subsequitur, euentu declaratur, eiúsque effectus fictione iuris ad mortem defuncti retrotrahitur. Efficit enim subsequens diuisio, vt Seia statim ab eo tempore, quo patri successit, fuisse censeatur domina fundi Titiani sola & in solidum: nullum autem omnino ius in prædio Botriano habuisse. SENATVS nihil deberi domino Feudi iudicauit, Seiámque ab ea petitione absoluit a.

ANNÆI

a Arr. du 6. d'Auril 1574. apres y auoir eu enqueste faite par turbes. Ledit Arrest donné entre Baudoyn du Boucher d'vne part, & Damoiselle Ieanne de la Roussardiere d'autre partie

# ANNÆI ROBERTI AVRELII RERVM IVDICATARVM LIBER Quartus.

*Pactiones tabulis nuptialibus appositæ seruandæ sunt, neque illis constante matrimonio conixaria conuentione derogari potest.*

## CAPVT I.

ONSVETVDINE Cenomanensi societas, etsi nihil de ea conuenerit, ipso matrimonio inter virum & vxorem anni spatio contrahitur, eáque societas ex statuto & lege municipali est tam mobilium quàm cæterarum rerum omnium quæ constante matrimonio acquiruntur. TITIVS cùm Meuiam vxorem duceret, tabulis nuptialibus conuenit, vt Meuia societatis partem haberet non dimidiam, qualem ex lege municipali, si nihil conuentum foret, consequi debebat, sed quartam tantùm societatis illius partem: reliquas autem tres partes Titius, qui ex priore coniugio liberos habebat, sibi ac liberis hæredibúsque suis stipulatur. Exinde cùm matrimonium fœlici con-

cordia

cordia per sedecim annos durasset, Titius, qui charæ coniugis syncerum amorem tanto tempore fuerat expertus, voluit eius conditionem in societatis lucro meliorem facere. Itaque vt remuneratione aliqua vxoris industriæ mutuam gratiam referret, eiúsque in rebus communibus diligentiæ gratularetur: contractu & dispositione solemni velle se declarat, vt Meuia vxor soluto matrimonio admittatur ad societatis partem dimidiam, qualem lex municipalis coniugi superstiti tribuit: idque non obstante conuentione tabulis nuptialibus expressa: vt ea ratione reducerentur partes ad ius commune & legitimam illam ex consuetudinis iure ἰσομοιρίαν. Post obitum Titij mota est lis de partienda societate inter viduam & liberos ex priore coniugio.

*PRO VIDVA.* Omnium conuentionum quæ inter coniuges celebrantur, illæ sunt præcipuè fauorabiles, quæ de mutua inter virum & vxorem societate & rerum communione ineuntur: siquidem & ipsum matrimonium à Modestino dicitur consortium omnis vitæ, diuini & humani iuris communicatio [a]. Vlpianus eleganter, *Commixta (inquit) familia est & vna domus est* [b]. Quin & vxorem lex vocat sociam rei humanæ ac diuinæ domus [c]. Dionysius Halicarnasseus ait γυναῖκα γαμετὴν ἀνδρὶ κοινωνὸν ἁπάντων εἶναι χρημάτων τε καὶ ἱερῶν [d]. Martialis: *Te patrios miscere iuuat cum coniuge census Gaudentẽ socio participémque viro* [e]. Sic & in nuptiis aquæ & ignis mysteria adhibebantur [f]. Vt bona malaque ac fortuita omnia sibi fore inuicem communia coniuges agnoscerent, inquit Plutarchus [g]. In nuptiarum ritibus solemnia hæc verba fuerunt, *Vbi tu Caius ego Caia*, id est, vbi tu dominus

a *l.1.ff. de ritu nuptiarum.*
b *l.1.§.fin. vir.aut vxo. ff. ad Senat. Sillanianum.*
c *l. aduersus. Cod. de crimine expil. hæred.*
d Dionys. Halicar. *lib.*
e Martialis *lib.4. de Nigrina.*
f *l. penult. ff. de donat. inter virũ & vxorẽ.*
g Plutarc. *quæstionũ Romanarum qu.1.*

nus & paterfamilias, ego domina & materfamilias; vt citò coniuges assuescãt τῶ κοινωνεῖν ἁπάντων καὶ συναρχὴν a. Vlpianus cùm prohibitæ inter virũ & vxorem donationis rationẽ reddit, periculum esse dicit ne coniuges mutuo amore se spoliẽt profusa inuicem liberalitate b: *Amorem honestum* (ait idem Iurisconsultus) *solis animis æstimantes, & ne concordia pretio conciliari videatur* c. Addit Plutarchus aliam rationem quæ societatis istius commẽdationi aptissimè conuenit, ὅτι δεῖ κοινὰ τὰ γυναικὸς εἶναι τὰ ἀνδρὸς καὶ τὰ γυναικῶν d. Vt in fœlici coniugio illud iactare possimus quod est apud Columellam; *Nihil conspicieba-tur in domo diuiduũ: nihil quod aut maritus aut fœmina proprium esse iuris sui diceret* e. Cicero, *Prima societas in ipso est coniugio: proxima in liberis: deinde vna domus, cõmunia omnia* f. Nã & lex ait eã, quæ vxor fuit, non potuisse furtũ facere, quia societas vitæ quodãmodo eam dominam faceret g. Itaque in tanta communionis istius commendatione, etsi proponeremus ipsam societatis inter coniuges conuentionem, non tabulis nuptialibus, sed constante matrimonio fuisse initam: tamen Molinæus ac plerique alij conuentionem adeò fauorabilem inter virum & vxorem etiam constante matrimonio admittunt h. Quin & ipse Scæuola Iurisconsultus viri & vxoris meminit, qui cùm societatem simul omnium bonorum coiissent, in ea rerum omnium cõmunione per 40. annos continuos perstiterant i. Omnis autem cõtrouersiæ istius cardo in eo vertitur, quòd sequens conuentio, quæ dimidiam communionis partem Meuiæ tribuit, videatur donatio tabulis nuptialibus contraria. Hæc obiectio vt faciliùs diluatur considerandum est cõsuetudine Cenomanensi

a Plutarc. Rom. qu. 30.

b l.1.ff. de donat. inter virum & vxor.

c l.3.ff. eod. titulo.

d Plutarc. qu. Ro. 7.

e Columell. in præfatione lib. 12.

f Cicero li. 3. offic.

g l.1.ff. de actione rerum amotarum.

h Molin. consilio 53. num. 7.

i l. alimenta. §. quisocietatem. ff. de alimentis & cib. legatis.

Source : BIU Cujas

nomanensi societatem inter cõiuges statui & sanciri: & eam quidem societatem quæ ἰσομοιρίαν contineat. Itaque posterior Titij voluntas nihil quidquam noui iuris aut nouæ liberalitatis adfert: sed est reductio ad ius commune consuetudinis Cenomanẽsis. Rectè Paulus Iurisconsultus in non dissimili de conuentionibus super dote initis quæstione, *Quoties* (inquit) *ad ius quod lex natura ei tribuit, de dote actio redit, non fit causa dotis deterior, sed formæ suæ redditur* [a]. Quis enim veritati aduersus adeò & contrarius est, vt cùm in hac causa ad dimidiam communionis partẽ Meuia reuocatur dicere velit aliud quidquã fieri quàm quod lege ipsa municipali statuitur? Non ergo fit causa dotis & dotalium conuentionum melior deteriórve, sed res formæ suæ redditur: atque ideò Doctores eiusmodi dispositionem reductionem ad ius cõmune appellant. Lex ista ad ius commune reductiones fauore multo commẽdat, faciliúsque eas admittit quàm si quid contra ius commune fiat, aut si noua aliqua pactio & dispositio ineatur. Sic in iure constat testamentum solemne & perfectum voluntate minus solemni & imperfecta reuocari non posse: Si tamen contingat priore testamento hæredes extraneos fuisse institutos; posteriore etiam minùs solemni hęredes legitimos, eósque ipsos qui ab intestato erant successuri: prius testamentum per posterius etiam minus solemne reuocatur [b]. Hoc autem ideò fit, quia postrema illa voluntas bonorum successionem ad ius commune reducit, eámque hęredibus legitimis destinat. Eadem nec dissimili ratione Titij voluntas nihil aliud vxori Meuię tribuit, nisi quod lex ipsa municipalis, etiam

[a] *l. si vnus. §. pactus ne peteret. ff. de pactis.*

[b] *l. hæc cõsultissima. §. & authen. hoc inter liberos. C. de testamentis.*

etiam nullo interueniente consensu, statuebat. At quanto æquiores sunt Iurisconsulti Romani, qui etiam constante matrimonio pactiones quascunque, dummodò in commodum dotis & vxoris vtilitatem fiant, valere asserunt [a]? Quinetiam durante coniugio non tantùm dos augeri potest, sed & ipsa donatio propter nuptias ex ratione dotis vel augeri, vel ad legitimũ modũ mutuo cõiugum consensu reduci [b]. Paulus Iurisconsultus, *Dos* (inquit) *aut antecedit aut sequitur matrimonium. Et ideò vel ante nuptias vel post dari potest* [c]. Inde est quod non tantùm nupturæ ad dotem dãdam curatorem creari scribit Vlpianus, sed & ei quæ iam nupta est [d]. Nam & Scæuola testatur tabulas nuptiales plerunque post cõtractum matrimonium fieri & signari olim consueuisse [e]. Non ergo quicquid maritus summo iure potest, id si remittat, donare censeri debet. Quemadmodum enim cùm maritus hæres institutus rogatus est restituere vxori præcepta certa quantitate: tamẽ potest maritus hæreditatem omnem integro iure absque vlla præceptione restituere: túncque Vlpianus ait maritum magis pleniore officio fidei præstandę functum quàm donasse [f]. Sic etiam in hac controuersia potuit Titius ex pacto conuento dotalium tabularum; Meuiam vxorem à tribus societatis partibus omnino excludere: Sed si ex bono & æquo vxorem integro consuetudinis beneficio frui voluit, & ad ἰσομοιρίαν municipali statuto introductam admitti & reuocari; tunc maritus non tam liberalitate vsus quàm pleniore fidei officio functus dici debet: Nec tam donauit quàm societatem coniugalem ad rectæ rationis regulam reduxit. Vt in non dissimili specie,

[a] *l. ita cõstante. ff. de iure dotiũ. l. cùm maritus in pr. ff. de pactis dotalibus.*

[b] *l. si constante. C. de don. ante nuptias.*

[c] *Paulus lib. 2. sentent. tit. 21.*

[d] *l. non tantùm. ff. de tutor. & curator. datis ab hostibus.*

[e] *L. Seia. ff. de donat. inter virum & vxor.*

[f] *L. si post fut. §. si quis rogatus. ff. de don. inter virum & vxor.*

Res

*Res* (inquit Paulus) *in pristinam causam redit resoluta priore conuentione* a. Et cùm societas omnis incertã habeat lucri & damni expectationem, constat cõuentiones eas omnes, quæcunque incertitudinis cõditionem habent annexam, multò fauorabilius admitti solere b: maximè cùm societas & communio non tantùm pactis dotalibus, sed & quauis epistola iniri & contrahi possit c. Antiquum Gallię ius istam viri & vxoris societatem collaborationẽ appellauit, tertiamque collaborationis partẽ mulieribus adiudicari voluit d. Hinc post Dagoberti obitum Aimoinus, *Omnis* (inquit) *thesaurorum Dagoberti supellex in speciebus variis muneribúsque antea abditis prolata, ac inter fratres aqua est lance diuisa: tertia parte tamen, ex omnibus quæ Dagobertus acquisierat, postquam Nantildem sibi sociauerat, ipsi Regmæ seruata* e. Vereres Galli etiã societatis genus quoddã inter cõiuges admisêre, & commune societatis lucrum superstiti concedi voluerũt f. Hæc sunt Iulij Cæsaris verba, *Vbi quantas pecunias ab vxoribus dotis nomine acceperunt, tantas ex suis bonis æstimatione facta cũ dotibus communicant. Huius omnis pecuniæ cõiunctim ratio habetur fructúsque seruantur. Vter eorum vita superarit, ad eum pars vtriusque cum fructibus superiorum temporum peruenit* f. At in hac societate cõiugali, de qua nunc agitur, defunctus Titius æquissimũ esse iudicauit, vt quemadmodũ vxor collaborauerat, ita etiã portionem iure communi debitam & lege municipali assignatã referret & consequeretur. *Quid tã humanum est* (inquit Vlpianus) *quam fortuitis casibus mulieris maritum vel vxorem viri participem esse* g? Iustum esse dicebat Gregorius, vt illi cõsequantur stipendiũ, qui pro tempore suum cõ-

a L. *voluntate.* §. ff. *quibus modis pignus vel hypot.*

b L. *de fidei omnisso. c. de transact.*

c L. *fin. in princ. ff. mandati.*

d Capitul. Caroli magni lib. 4. c. 9.

e Aimoinus lib. 4. c. 36.

f Cæsar li. 6. de bello Gallico.

g L. *si cùm dotem.* §. *si maritus. ff. soluto matrim.*



Source : BIU Cujas

modare reperiũtur obsequiũ a. Sic etiam apud Liuiũ Appius Claudius, *Nusquam operam dicebat sine emolumento nec emolumentum sine opera esse* b. Mulier collaborauit, mulier industriam præstitit: cur non fiet æquo iure particeps communis lucri, eorúmque omnium quæ ex vtriusque labore & mutua industria prouenerunt? Hoc & societas laudabili consensu inita, ac si consensus desit, ipsa collaboratio, quam κοινοπραξίαν c dicere possumus, commendat. Non ergo consensus defuncti donatio dici debet, sed simplex & nuda reductio ad ius commune consuetudinis Cenomanensis. Proponamus enim neque tabulis nuptialibus, neque etiam constante matrimonio vllam de societate conuentionem initam: lex ipsa Cenomanensis societaté inter virum & vxorem statuit: societatis partes æquales esse iubet. Cur mulier illo iuris communis beneficio priuabitur, & neglecta legis municipalis dispositione non æquam partem, sed quartam tantùm consequetur.

a Can. charitatem. 2. quæst. 2.

b Liuius lib. 5.

c Quid sit κοινοπραξία, vid. Harmenop. l. 3. tit. 10.

## *PRO FILIIS COHÆREDIBVS.*

Coniugij fœdus iucundum est & gratum, sine tædio, sine molestia, quandiu perpetuo & inconcusso amicitiæ & affectus vinculo firmatur. At si viro & vxori licere velimus conuentiones tabulis nuptialibus solemniter expressas rescindere, seu pro animi leuitate & inconstantia immutare, hæc vna res iugales animos ad dissidia prouocabit, & lætã thalami concordiam turbare poterit. Mulier enim auara, vt causam doris meliorem reddat, vel blanditiis id euincere tentabit, vel muliebri procacia & importunis iurgiis maritum continuò vexabit. Vir autem si quid in vapulando, aut minis, aut sæua

im

Source : BIU Cujas

imperij morúmque acerbitate extorquere iure approbante ſperauerit, homo vehemens, durus, atque atrox non aliter molliri, & vxori conciliari poterit, niſi id vltrò ab vxore impetret. Sciat vterque coniugum, æternam eſſe tabularum nuptialiũ authoritatem, & legem ſocietati in contractu matrimonij dictam, neque reſcindi deinceps, neque immutari poſſe: Societas autem iſta, quæ inter cõiuges ex lege municipali locum habet, pleraſque continet diuerſitates ab ea ſocietate ſeparatas, quæ cõuentionalis eſt, & de qua Iuriſconſulti Romani pluribus egerunt. Societas hæc ſtatutaria collaborationis eſt, non omnium bonorum, neque etiam certæ negotiationis. Neque enim alia inter coniuges coiri ſolet rerum communio, quàm mobilium, eorúmque omnium quæ conſtante matrimonio acquirũtur. Maritus autem ſolus eſt totius ſocietatis adminiſter & dominus, qui arbitrio nutúq; ſuo poteſt, quamdiu durat matrimonium, vti, abuti, perdere, & de rebus communibus ſolus diſponere. At in ſocietate conuentionali vnuſquiſque ſociorum æquo iure ex partibus ſocietate definitis communiũ rerum dominus eſt [a]. Societas quæ ratione cõiugij contrahitur, non antè quàm ſolutum ſit matrimonium, finiri aut reuocari poteſt: at in ſocietate quæ ſola conuentione inita eſt, licet ab ea impunè quandocunque libuerit recedere, niſi certum aliquod tempus præfinitum ſit, quod in diſpendium ſocietatis præuenire non permittatur [b]. Verùm in eo ſocietas hæc coniugalis naturam conuentionalis participat, quòd ſocietatis partes pactis dotalibus quales coniugibus placuerit, vt & quauis alia conuentione, definiri poſſunt: ſed

a L. ſi fundus. l. vel communis. l. nemo. ff. pro ſocio.

b L. idémque. l. adeò morte. l. actione. §. Labeo. & ſequent. l. nulla ſocietas. ff. pro ſocio.



Source : BIU Cujas

definitæ non ampliùs rescinduntur. Id enim donationis causa fieri præsumitur, vt vxoris conditio melior & locupletior reddatur. Vlpianus, *Si inter virum & vxorem* (inquit) *donationis causa societas contracta sit, nulla est* [a]. Quæcunque enim lex directò fieri vetat, non minùs prohibentur, si quæ subtilitas adhibeatur, aut si quid dissimulato donationis colore fiat. Nam & iis casibus quibus à lege donatio interdicitur, etiam prohibetur venditio, quæ donationis causa interponitur [b]. Eadémque ratione si pignus vel hypotheca dissimulato liberalitatis titulo contrahatur [c]. Societas hoc in se præcipuum habet, vt nisi bona fide contrahatur, aut si in ea fraudem qualemcunque admixtam vel dolum adhibitum probetur, quicquid actum est corruit, nec valere aut subsistere potest [d]. Nihil autē bona fides societatis magis improbat, nihilque naturæ huius contractus magis repugnat & aduersatur, quàm si societas donationis causa ineatur [e]. Mulier industriam suam obiicit & exprobrat, quasi societatem opera, diligentia ac parsimonia sua iuuerit: Sed nō fuit infructuosa & inutilis opera, siquidem partem in societatis lucro consequitur. Sed etsi nihil commodi vel emolumenti referret, nullus tamen exprobrationi locus esset. Nam quicquid vxor fecit, ex officio fecit. Lex enim teneri mulierē ait operas suas marito præstare, & in officio se ad mariti commodū & vtilitatē continere [f]. Quoties autem de societatis partitione agitur, nullus fauor mulieres commendat, siquidem æquitas ciuilis nihil tam in societate abhorret, quàm vt qui socius est lucri, non item socius sit damni [g]. At nostro iure & ex Senatusconsultis in mulierum gratiam & fauorem

[a] L. cū hic status. §. si inter virū. ff. de dona. inter virū & vx.

[b] L. quod autem. §. si vxor à marito. ff. de dona. inter virū & vx.

[c] L. si non verum. l. creditor. C. de dona. inter virum & vx.

[d] L. 2. §. fi. ff. pro socio.

[e] L. 5. societate. §. fin. ff. pro socio. l. Senatus. §. si quis societatem. ff. de mortis causa donat.

[f] L. sicut. ff. de operis libert.

[g] L. si non fuerunt. l. Mutius. ff. pro socio.

Source : BIU Cujas

fauorem statutum est, vt soluto matrimonio liberũ sit & integrum mulieri societati renuntiare, aut eam si velit acceptare. Itaque si lucrosa sit societas, vidua participem se lucri profitetur: At si damnosa sit, nec vllum inde lucrum speretur, licet mulieri societati renuntiare. Quo casu dotales pecunias ex conuentione tabularũ nuptialium repetit. Atque ideò cùm mulierem ab omni societatis dãno liberam & indemnem renuntiatio præstet, non est quòd incertitudinis ratione aut dubij exitus intuitu, societatis constante matrimonio ampliatæ fauor commendetur. Neque enim vllum damni euentum mulier timere debuit, quę societatis lucrũ, si quod sit, percipere: dispendiũ autem & æris alieni incommodum sola renuntiationis declaratione recusare potest. An donatio inter cõiuges Cenomanensi consuetudine liceat, necne, nihil refert. Nam conuentio constante matrimonio inita absolutam donationis mentionem non facit. Donare potuit defunctus, sed non donauit. At quod non potuit, voluit. Nam conuentiones tabulis nuptialibus de societate initas rescindere voluit, quod legibus non licet. Est enim matrimonij contractus non priuati, sed publici iuris. Adde quòd neque Cenomanensis consuetudo de omnibus donationis caussa inter cõiuges disponere permittit, nec defuncto, qui ad secunda vota transibat, liberè donare licuit. Hanc ergo, de qua agitur, controuersiam duabus rationibus definiri oportet, quarum prior hypothesin spectat, posterior ad generalem quæstionis decisionem pertinet. PRIOR est quòd Titius in contractu matrimonij dodrantem lucri ex societate tã sibi quàm liberis hæredi-



Source : BIU Cujas

búsque suis expressè stipulatus fuerat, assignato & reseruato vxori quadrante. Itaque liberi, quos eo tempore Titius ex priore matrimonio habebat, & quibus non minus, quàm sibi, pater coniunctim stipulabatur, erant non modò in conditione, sed & in dispositione [a]. Similémque doris conuentionem in fauorem liberorum Papinianus interpretatur [b]. Nuptiis enim contractis, & cùm iam lex doti dicta fuit, sola coniugum voluntas non sufficit: Imò etiam plerisque casibus non attenditur [c]. Ac tum maximè contrariarum pactionum nullus est effectus, cùm factæ sunt absentibus & nescijs illis, quibus ex dotalium instrumentorum stipulatione ius aliquod qualitercunque quæsitũ fuerat [d].

a L. 85. Lucius Titius. ff. de hæred. instit. l. Lucius. ff. de vulg. & pup. substit.
b L. tale pactum. §. fin. ff. de pactis.
c L. si pater. §. ex pactis dotal.
d L. cùm dotis. ff. de pactis dot.

POSTERIOR autem ratio in ipsa tabularum nuptialium authoritate consistit. Nam cùm tabulæ nuptiales præsentibus propinquis & amicis cóficiantur: neque æquum est, neque honestati publicæ conueniens matrimonij leges exinde secreta pactione rescindi, aut immutari, aut contraria conuentione eis derogari. *Intersunt parentes atque propinqui & munera probant*, inquit Tacitus [e]. Apud Romanos dotales tabulæ signatoriis omnium, qui interfuerant, annulis obsignabantur, vt etiam eorum fides ad perpetuam rei firmitatem adhiberi videretur. Apud nos propinqui & amici conuocari solent, vt pactis dotalibus & nuptiarum solemnitati præsentes adsint, affinitati legem dicãt, omniáque maturo consilio, prudentia, & authoritate sua moderentur. Quod in tam celebri cœtu, vno omnium propinquorum consensu, & consilio placuit, perpetuum sit, nec deinceps contractui tam solemniter inito derogare liceat. Hoc in non

e Tacit. de moribus Germ.

dissi

dissimili quæstione Paulus respondet, vt si quid ante nuptias conuenerit, valeat pactum: Post nuptias verò *iam* (inquit) *de suo maritus paciscitur, & erit vera donatio* a. Itaque quòd aduersùs societatis dotalibus instrumentis initæ legē contraria pactione conuenit, ex vetusto Ripuariæ legis iure rescindatur. *Si quis* (ait lex) *mulierem desponsauerit, quicquid ei per tabularum seu chartarum instrumenta conscripserit, perpetualiter indemnulsum permaneat* b.

*SENATVS* legem contractus matrimonij seruari iussit, ac Meuiæ quartam societatis partem, non ampliorem adiudicauit c.

a L. 28. *quæro. ff. de pactis dotal.*

b *in l. Ripuar. tit. 39. de dot. mulierum.*

c Arrest du Ieudy 16. de Ianvier 1502. moy plaidant pour Iacqueline de Vaux, vefue de feu Iulian Moinerie appellãte, & Guillot pour Victor Rhodes, Iean Denisot & consors Inthimez. Cestemesme question fut encores iugee en plus forts termes cõtre la vefue M. Vrbain Raymond, pour laquelle estoit Constant, & contre luy plaidoyẽt Bouteiller & Gallãd. L'Arrest est du Ieudy 9. de Septẽbre 1593.

## De *donatione facta hospitali, sub conditione alimentorum ei, quæ donauerat, præstandorum.*

### CAP. II.

TITIA domum prochotrophio seu hospitali Lauallensi donauit, ea conditione, vt œconomi illam in hospitalis domo recipere, eique, quandiu viueret, alimenta præstare tenerentur. Aliquot pòst mensibus Titia, quę vetula erat & anus, decessit. Hæredes Titię de donatione conqueruntur, quòd præter domum donatam Titia aliud quidquam in bonis nó haberet. At Cenomanensis consuetudo etiam inter viuos, plus tertia patrimonij parte donare vetat.

*PRO HÆREDIBVS.* Donatio Titię, cuius omnis substantia vnius domus proprietate continebatur, profusam habet bonorum omnium

liberalitatem. Consuetudo Cenomanensis totius patrimonij donationes interdicit. Romano autem iure donatio omnium bonorum nulla est & prohiberur. Aufert enim libertam testandi facultatem & alienæ mortis captandæ votum inducit [a]. Quinetiam talis donatio furorem magis quàm sanum consilium testatur, & alienatæ mentis indicium præ se fert [b]. Nam & quæuis donatio, quæ testandi facultatem adimit, contra bonos mores est [c]. Duo sunt quæ ab œconomis, & curatoribus hospitalis ad istius dispositionis defensionem proponuntur: fauor piæ causæ, & alimentorum Meuiæ præstandorum obligatio. Primùm quo ad fauorem piæ causæ: vix quisquam hospitali bona sua donat, nisi qui de migrando cogitat, & qui mortis intuitu veniam peccatorum pia aliqua liberalitate demereri cupit. Ideò doctores iuris dispositionem eius, qui bona omnia hospitali & ptochotropio donat, censeri dicunt donationem non inter viuos, sed mortis causa factam [d]. Verùm qualiscunque iudicetur donatio, nulla tamen proponi potest pietatis vel fauoris ratio, quæ cósuetudinis authoritatem violare, & limitatam disponendi licentiam ampliare queat. Nam cùm certam aliquã bonorum quantitatem consuetudines nostræ præscribũt, ad quã vsque nõ ampliùs liceat donare: Senatus sæpè iudicauit prohibitionis istius vim absolutam & sine vlla exceptione esse: adeò vt ne quidem in fauorem piæ causæ permittatur plus donare quàm in vllam aliam causam. Neque id immeritò. Nã cùm Ecclesia cultrix Iustitiæ dicatur [e], conueniens non est vllo Ecclesiæ piæque causæ respectu consuetudinis limitatam licentiam violari, & legum

mu

[a] Doctores ad l. stipulatio, hoc modo, concepta. ff. de verb. oblig.
[b] l. si quis. §. fin. ff. de tutor. & curat. dat. ab his.
[c] Doctores ad l. fi. C. de pactis.
[d] Alexander consil. 31. lib. 1.
[e] Cap. 1. §. 1. tit. de aucto. feudi.

Source : BIU Cujas

municipalium authoritatem sperni. Consuetudines enim nostræ conseruandis familiis studiosius multò quàm leges Romanæ consuluerũt. Athenis vnusquisque ciuium bona sua proximis agnatis & legitimis hæredibus moriens relinquere tenebatur, nec licebat ante Solonem testamento de rebus suis quidquam legare vel donare [a]. Hoc idem institutum coluit alter Græciæ oculus Lacedæmon, sed regulâ seueriore, adiectâ scilicet in eos infamiæ nota, qui nullo vrgente casu & absque infortunio patrimonium suum distraherent & alienarent. Hanc autem retinendi in familiis patrimonij curam & Aristoteles [b], & Plutarchus [c] studiosè commendant, ac tamdiu floruisse Spartanam Rempublicam asserunt, quoad tandem Epitadeus Ephorus in filium exasperatus legem ad populũ tulit, vt perquàm liberè de rebus suis, seu inter viuos, seu testamento disponere permitteretur. Hinc familiarum illustrium dignitas patrimonij reditu & pecuniarum neruis destituta vilescere cœpit. Hinc Reipublicæ vires paulatim imminutas legimus, & Spartani imperij gloriam interiisse. Corinthij cùm lex donare eos prohiberet, atque ideo Atheniensibus, qui per id tempus amicissimi erant, naues viginti donare non liceret, imaginario quinarum drachmarum pretio singulas vendiderunt [d]. Nec dissimiliter Romę cùm leges liberam alienãdi quidem, sed non donandi facultatem olim concederent, solebant, simulato venditionis imaginariæ vno nummo factæ prætextu, donationum formulas concipere, quas postea Iustinianus rescidit [e]. Lex Cincia donationes immodicas & munerum licentiam fisti voluerat: Non tam in familiarum conseruatio-

[a] Plutarc. in Solone.

[b] Arist. li. 2. polit. ca. 5. & 7.

[c] Plutarc. in vita Agidis.

[d] Herodo. lib. 6. Erato.

[e] l. fi. C. de donat.

nis gratiam, (quanquam tamen Vlpianus dicat publicè interesse vt ordinum dignitas familiarumque salua sit [a]) sed vt auara Senatorum cupiditas coerceretur, qui donis & muneribus acceptis omnem plebis & clientium substantiam sibi vendicabant. Hinc Marcus Cato, *Quid legem Cinciam de donis & muneribus excitauit, nisi quia vectigalis iam & stipendiaria plebs esse Senatui cœperat* [b]? Consuetudines nostræ patrimonium antiquum aut patrimonij partem propinquis & legitimis hæredibus reseruari voluerunt. Cenomanensis consuetudo donari verat plus tertiâ patrimonij parte. Itaque maiorem donare non licet, ne pietatis quidem contemplatione. SED ALTERA obiectio plus habet difficultatis, dum isti œconomi eam, de qua agitur, dispositionem negant absolutam esse donationem, quia non simplicem liberalitatem, sed obligationem hinc inde mutuam & promissionem vltrò citróque obligatoriam continet. Titia enim (inquiunt) sicut donabat œconomis & hospitali, ita etiã œconomi vicissim & reciproca obligatione promittunt se Titiæ tum alimenta, tum etiam habitationem quandiu viueret, præstituros. Quanta est eorum fallacia, qui si nequeant aperta facie consuetudinem violare, aliqua ratione conantur ei fraudem facere. Romani legem Cinciã quæ donationes & munera coercebat, ne vlla fraus fieret, seuerè obseruari voluerunt, nullo admisso interpretationis aut fraudulentæ excusationis prætextu. Itaque quod traditur in fraudem legis facere eum qui saluis verbis legis sententiam eius circumuenit, hoc responsum est Pauli Iurisconsulti libro singulari ad legem Cinciam [c]. Quis verò

[a] L. 1. §. *quæsus. ff. de inspiciendo ventre.*

[b] Liuius lib. 34.

[c] L. *contra legẽ. ff. de legibus.*

Source : BIU Cujas

verò in hac causa non videt exquisitum fuisse istum alimentorum prætextum, vt callida fraude & prudenti dolo inofficiosa hæc donatio defendi posset? Dolum autem & ex ætate Meuiæ & ex euentu fraudis colligere licet. Titia iam tum erat anus, fessa annorum multorum grauitate: facile erat minimique dispendij alimenta polliceri vetulæ, quæ sexagesimum annum egressa septuagesimum circiter attingebat. *Senectus insanabilis morbus est*, ait Seneca[a]. *Iam incanuit caput* (inquit D. Hieronymus) *tremunt genua, dentes cadunt, & fronte ob senium rugis arata, vicina est mors in foribus & propè designatus rogus* [b]. Titus Liuius de Cicerone, *Vixit tres & sexaginta annos, vt si vis abfuisset, ne immatura quidem mors videri possit* [c]. Plinius de Corœlio Rufo, *Impleuit* (inquit) *annum sexagesimum & septimum: Quæ ætas etiam robustissimis satis longa est* [d]. Quin etiam hęc ętas extrema est, ad quam vsque & vsusfructus & alimenta æstimari solent [e]. Sanè in illa fœlicissima insula Taprobane vitam hominis centum annis modicam esse referunt [f]. Sed vt est æui huius infirmitas, rectiùs cum Diuo Hieronymo dicemus, *Quotusquique aut centenariam transgreditur ætatem, aut non ad eam sic peruenit vt peruenisse pœniteat* [g]? Nec est quòd obiiciatur dubia mortis hora, & in iuuene non minus, quàm in sene, incertus vitæ terminus. Elegans est arguta Marcellæ ad Cerealem responsio. Nam cùm, vt refert D. Hieronymus, Cerealis mandasset posse & senes diu viuere, & iuuenes citò mori, eleganter lusit Marcella, *Iuuenis quidem potest citò mori, sed senex diu viuere non potest* [h]. D. Chrysostomus eleganter τοὺς μὲν νέους ἐπιστὶς καὶ εἰς γῆρας ἥξειν μακρόν. Οἱ δὲ γεγηρακότες ἡμεῖς

a Seneca epist. 109.

b D. Hie. ad Furiam l. 2. ep. 19.

c Seneca in suasoria.

d Plinius lib. 1. epist. 12.

e l. hæreditatum al. l. cõputationi in pr. ff. ad leg. Falcidiam.

f Plinius li. 6. c. 22.

g D. Hier. li. 1. epistola. 8. ad Paulum.

h D. Hie. ad Principiam in Epitaph. Marcella.

οὐδὲ

a D. Chrys. de sacerdotio cap. 2.
b Seneca epist. 30.
c D. Bernardus epistola ad Eustachiũ 185.

οὐδὲν ἕτερον ἢ τὸν θάνατον ἀναμένομεν a. Seneca, *Nihil habet quod speret, quem senectus ducit ad mortem, huic vni interdici non potest* b. Diuus Bernardus, *Breues dies hominis sunt, sed seni mors in ianuis est* c. Quin & euentus ipse consilij fraudem aperit. Nam Titia tribus aut quatuor pòst mensibus obiit. Quis non trimestris spatij alimenta affectatam dixerit simulationem, vt à consuetudine recedi tacita quadam & permissa fraude liceret? Itaque donatio, quæ consuetudini aduersatur, & contra legem municipalem inofficiosa est, effectum nullum, ne quidem piæ caussæ prætextu, sortiri debet.

*PRO OECONOMIS ET CVRATORIBVS HOSPITALIS.* Donationis in pauperes collatæ fauor, ipsáque alimẽtorum Meuiæ promissorum obligatio, obiectâ fraudis suspicione controuertitur. Quis verò dolum & fraudem in œconomis præsumat, qui non priuata sua commoda fouent, sed solam hospitalis & piæ causę vtilitatem procurant? Meuia & mulier erat & anus. Sed vtrumque suspicionem omnem captatoriæ voluntatis amouet potius quàm auget. Mulieres religiosę sunt: & ad cætera auaræ, in pias causas liberales habentur & munificæ. Romanarum matronarum religio & liberalitas commendatur, quę aurum & omnia ornamenta sua in ærarium detulerunt, vt donum Apollini Delphos portaretur. Addit Liuius, *Grata ea res, vt quæ maximè Senatui vnquam fuit* d. Facile est & obuium innumeris passim exemplis muliebrem pietatem celebrare. Rectius tamen & laudabilius facturi videmur, si mulierum erga pauperes & domos pauperum dona, non cæteras frequentes largitiones recensere &

d Liuius li. 1.

memo

memorare veiimus. Fabiola (si D. Hieronymo credimus) prima omnium νοσοκομεῖον instituit, in quo ægrotantes colligeret de plateis, & consumpta languoribus atque inedia miserorum membra foueret [a]. Eudocia Augusta Theodosij Imperatoris filia pauperum domicilium ædificauit, vbi quadringēti sacro morbo laborantes habitarēt, atque etiā pauperū & viduarū domos cōdidit, & nosocomiis grādes reditus cōsecrauit [b]. Vt & Pulcheria Theodosij soror pleraque hospitū & pauperū cōdidit & dotauit domicilia [c]. Hæredes Meuiā obiiciūt anū & vetulā fuisse. At ætas largiēdi in pias causas animum votúmque non adimit, sed addit. Ipsa enim senectus in plerisq; mētes, vicini iudicij metu territas, piis & deuotis ad superstitionē vsq; cognitionibus sæpè imbuit. Nā & olim frequēs erat, vt ingraueſcēte ętate multi senes, ac sæpiùs vetulę & anus facilio. rē ad cœlestes sedes aditū parari crederent, si in pio sacróve aliquo loco vitā finire liceret. Itaq; vel hospitale, vel monasteriū, vel sacrā domū, vbi morerētur, eligere solebāt, ibíque absque vlla voti professione se ac sua omnia Deo & Ecclesię, aut hospitali dicare & donare consueuerāt. Frequētes autē eiusmodi donationes & in iure & à Doctoribꝰ memorātur, cū quis pio loco se suáq; cōsecrat [d]. Nā hospitales domus olim Ecclesiis iūctę erāt [e], & legata aut donationes quæcūque religiosis pauperū domibus & hospitalibus fierēt, in pias causas conferri existimabāt. Magnus ille Basilius multas hospitales domus construxisse memoratur [f]. Valens autem Imperator plurima pietatis intuitu donauit [g]. Imperator

a D. Hier. ad Oceanū Epitaph. Fabiolæ.
b Niceph. li. 14. c. 50.
c Sozom. lib. 9. ca. 1. & Niceph. li. 15. c. 14.
d In auth. ingressi, & auth. si quæ mulier, & l. iubemus nulli in pr. In verb. patrimonium suum partémve certam patrimonij. C. de sacros. Eccleſis, c. in præsent. de probat. cā. si quā mulier. can. liceat. 19. qu. 3. consulti sumus de regularibus. can. quibona agunt. 17. quæst. 1. can. vt lex continentiæ 27. quæ. 1.
e Niceph. li. 12. c. 42. hist. Tripa. lib. 9. cap. 31.
f Niceph. lib. 11. Eccles. histor. 41.

g Niceph. lib. 11. cap. 18.

Source : BIU Cujas

rator Iulianus Christianorum æmulus & osor xenodochia per singulas ciuitates in inuidiam Christianæ pietatis constitui iussit [a]. Hæc & alia pleraq; eleganter possunt ad caussæ istius ornatum tractari, sed ab ipsa controuersiæ huius decisione aliena sunt. Neque enim dispositio, de qua agitur, verè donatio est, sed aut contractus innominatus, *do vt facias*, aut donatio ob caussam, quæ non merè lucratiua est, sed sub modo facta dici debet. Verùm antequam hoc pleniùs demonstretur, satius est obiectionem ab hæredibus factam diluere, qui donationem omnium bonorum, quę testandi licentiam aufert, nullam esse contendunt. Primùm etsi contractum hunc donationem omniũ bonorum esse admittamus, tamen ex Doctorum sententiâ asserere possumus donationes illas, si pietatis contẽplatione fiant, valere & subsistere [b]. Nam & non dissimiliter in donationibus & legatis in piam causam factis Falcidiæ detractio locum non habet, multáque alia sunt quæ speciali quodam fauore statui & indulgeri videmus [c]. Sed & in donatione omnium bonorum illud in cæteris passim obseruatur, vt si quidem donator eam reuocare & ab ea recedere velit, liberum sit donatori eam ex causa pœnitentiæ rescindere & reuocare, vt nec firmo nec perpetuo obligationis vinculo subsistat. Verùm hoc solo donatoris, non alterius, at neque etiam hæredis intuitu locum habet. Quin & illud requiritur vt donator contrariam animi voluntatem expressa testatione declarauerit. At verò defuncta Titia donationis conuentionem (siquidem donatio dici debet) semper & vsque ad extremum vitæ spiritum ratam habuit, nullúmque aliud ab eo tempore

a *hist. Tripart. lib. 6. cap. 29.*

b *Doctores in l. fin. C. de pactis, & in dicta l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verb. obli.*

c *l. si quis ad declinandam. C. de episcop. & cler. Nouella 123. §. sed neque cohortales in f.*

pore condidit vltimæ voluntatis elogium: vt neque etiam contrariâ animi declarationem expressit. Hæredes isti proximi quidem agnati sunt, non tamen habuit necesse defunctus eos hæredes relinquere: Vt non malè hoc loco adiici possit illud Quintiliani, *Non me confundit* (inquit) *quòd ex diuerso sunt propinqui, lædent, vt volent, sanguinis coniunctionem: Ego intelligo quasdam fuisse causas propter quas is, qui hos cognatos habebat, aliis moreretur hæredibus* [a]. Quid mirum autem si anus & orba, vt animæ & saluti æternæ prospiceret, piæ causæ conditionem meliorem reddere voluerit? *Non est iniquum* (ait Saluianus) *vt quilibet Christianorum etiam legitimis hæredibus in hoc sæculo consulat, dummodò sibimet in æternitate succurrat: quia multò est leuior præsens tenuitas quàm æterna paupertas: Maximè quia cùm illic non paupertas tantùm, sed etiam mors ac pœna timeantur, facilius est vtique hîc hæredibus deesse quiddam de patrimonio, quàm illic testatoribus de salute* [b]. Addere in hac causa conuenit, dispositionem, de qua agitur, nulla ratione dici posse donationem omnium bonorum. Neque enim alia verè censetur vniuersalis omnium bonorum donatio, quàm si omnia bona præsentia & futura donentur. Etenim illa ipsa Titia, quæ domum hospitali cessit, potuit exinde alia bona acquirere: Potuit hæres esse, vel à benè merentibus amicis aut propinquis dona accipere. Sed vt veram controuersiæ huius quæstionem examinemus, consuetudo Cenomanensis donationes vetat: cæteros contractus non prohibet. Dicendum est autem dispositionem, de qua agitur, neque generalem omnium bonorum, neque etiam simplicem esse aut particularem donationem:

[a] *Quintil. decl. 264.*

[b] *Saluian. li. 3. ad Eccles. Cath. pag. 392.*

sed

sed verè contractum videri vltrò citróque obligatorium. Nam vel est cessio in causam alimentorum, vel contractus innominatus, *do vt facias*: Aut si donatio dici debet, certè donatio est non simplex, sed sub modo & ob causam facta. Donatio enim propriè dicitur, quando quis liberalitatem & gratuitam munificentiam exercet: sed cùm donatur ob causá, vt putà si tibi adfuero, si qualibet in re opera vel gratia mea vsus fueris. Labeo dicebat ea omnia extra causam donationum esse [a]. Idémque in qualibet donatione, quæ ob causam fit, dici debet [b]. Est enim ex sententia Iurisconsulti genus quoddam permutationis, cùm ob causam aut in remunerationem donatur [c]. Apud Senecam Niger Brutidius, *Beneficium est* (inquit) *quod totum eius causa præstatur in quem confertur. Vbi aliquis ex eo aut sperat quid aut præparat, non est beneficium, sed consilium* [d]. Itaque contractus, de quo agitur, synallagma est, & cõuẽtio vltrò citróque obligatoria, aut certè donatio sub modo facta, & quidem similis ei quæ ab Imperatore his verbis refertur: *Si doceas* (inquit Imperator) *neptitiæ ea lege esse donatum, vt certa sibi alimenta præberet: vindicationem etiam in hoc casu vtilem, eo quod legi obtemperare illa noluerit, impetrare potes* [e]. Itaque dispositio Titiæ aut donatio est sub modo facta, aut contractus innominatus, *do vt facias*. Defuncta enim domum dedit, & cessit ea lege eáque conditione, vt ei, donec viuet, œconomi alimenta præstarent. Si facti veritatem inquirimus, domus illa non ampla fuit aut multi pretij, sed quæ non plus quàm triginta aut quadraginta circiter aureorum annui reditus esset. Et hæc quidem summa modica erat, nec sufficiens ad victum & vestitum

a *l. hoc iure. §. Labeo. ff. de donat.*
b *L. Attilius Regulus. ff. de donat.*
c *l. sed & si lege. §. consuluit. ff. de petit. hær.*
d *Seneca lib. 9. controu. 1.*
e *l. 1. C. de donat. quæ sub modo.*

Source : BIU Cujas

tum Titia annuatim præstandum. Si Titia multis annis superstes post contractũ vixisset, contractus ille œconomis, ipsique hospitali non lucro & cõmodo, sed oneri & dispendio fuisset. Illa quidem tribus tantùm aut quatuor mensibus post contractũ vixit: sed neque breuitas vitę, neque proximus mortis euentus præuideri potuit. At verò (inquiũt hæredes) Titia cùm esset anus & sexaginta annorum diu viuere non poterat: Imò nisi fuisset anus, œconomi illam in hospitalis domum non admisissent. Diuus Hieronymus, *Non Ecclesiasticis sustentatur vidua alimentis* (ait) *nisi quæ sexaginta annorum est, & maturitatem habet morum pariter & ætatis* a. Idẽ Diuus Hieronymus, *Multas anus nutrit Ecclesia* (inquit) *quæ & officium præbeãt & beneficium accipiant ministrando* c. Licet autem Titia sexagesimũ ætatis annũ excessisset, potuit tamẽ nõ paruo vitæ tẽpore supereresse. Rectè Seneca, *Non vna hominibus senectus est. Dispar cuique viuendi facultas data est. Nemo nimis cito moritur, qui victurus diutius quàm vixit, nõ fuit* d. Neque verò ad Plinij authoritatem in hac caussa recurri necesse est, dum ille longissima multorum vitæ spatia enumerat. Satis est si iuris nostri ratio habeatur. Lex enim vitæ terminum ad centum vsque annos æstimat e. Seneca de centesimo anno, *Hoc ætas, ne homini quidem extrema* f. *Seculũ* (inquit Varro) *spatium centum annorũ est, dictum à sene, quod longissimum spatium senescendorum hominum id putarent* g. Nam quòd Iurisconsultus si de cõputatione in alimentis facienda agatur, anni sexagesimi considerationem non egreditur h. facilis est & in prõptu ratio. Nam in ea lege de vicesima hæreditatum in fauorem fisci ab Augusto constituta agi-

a D. Hier. lib. 2. comment. in Esaiam.
b D. Hier. ad Nepotianum li. 2. epist. 12.
c Seneca li. 2. de consolat. ad Martiam, cap. 20.
d Plinius li. 7. c. 48.
e L. 8. si vsusfructus. ff. de vsu & vsufr. lega. 10. l. an vsusfructus. ff. de vsufructu.
f Seneca epist. 92.
g Varro li. 5. de lingua Latina.
h L. computationi. ff. ad legem Falcidiam.



Source : BIU Cujas

tur, vt ex inscriptione patet. Cæteris casibus lex vitæ humanæ terminum centum annis æstimat. Eum vitæ cursum si Titia peregisset, grauis erat & damnosa alimentorum præstatio. Quo casu si alimenta per 30. annos aut vlterius præstari oportuisset, donatio non lucratiua, sed onerosa potius & incommoda erat. Itaque expectatio lucri aut damni incerta videbatur. Lex autem incertos euentus spectari & æstimari vetat.

SENATVS Hospitali totam domum adiudicauit: & dispositionem Titiæ, seu donatio esset seu contractus firmam ratámque haberi voluit a.

a Arrest donné au profit des administrateurs de l'hospital de Laual, moy plaidant pour eux, & M. P. Chauuelin, pour les heritiers. L'arrest est du 5. de Iuiet 1581.

## De bonis & hæreditate eius qui primùm religiosus ordinis Dominicani, deinde Episcopus fuit.

### CAP. III.

SEMPRONIVS facto publicè religionis & professionis voto Dominicanus per aliquot annos fuit, quo tempore nulla bona sibi propria possidebat: Vt nec alij ordinis mendicantiũ fratres acquisitionem & patrimonij capaces sunt. Deinde cùm ad Episcopatus dignitatem, seu meritis seu per gratiam, euectus esset: decessit relictis bonis tam mobilibus quàm immobilibus. Plures bona illa sibi adiudicari petebant. Successor Episcopus asserebat ea ad Ecclesiam pertinere. Monasterium Dominicanorum, in quo Sẽpronius votum publicè professus erat, defuncti bona tanquã mona

monasterio debita, vindicabat. Eandem hereditatem propinqui & agnati proximi petebant, seque successores ab intestato declarari postulabant.

*PRO EPISCOPO ET ECCLESIA.* Olim anteactæ vitæ laus, & clerici, qui decesserat, commendatio paupertatis gloriâ perfici & cõsummari solebat. In hac caussa auaram defuncti œconomiam ex diuitiarum cumulo prædicare cogimur, & de partiendis bonis, quæ Ecclesiæ & pauperum damno congesta sunt, acri contentione disceptare. O corruptos & mutatos in deterius mores! Diuus Hieronymus, *Ignominia sacerdotis est proprijs studere diuitijs* [a]. Publius Valerius *omnium consensu princeps belli patisque artibus* (ait Liuius) *moritur gloria ingenti, copijs familiaribus adeò exiguis, vt funeri sumptus deesset, de publico est elatus* [b]. Menenius Agrippa (ait Seneca) *qui inter patres ac plebem publica gratia sequester fuit, ære collato funeratus est* [c]. Extulit eũ plebs sextantibus collatis *in capita* [d]. Sic & Thebano Epaminondæ pecunia ad funeris impensam ex priuatis copijs & re familiari defuit [e]. Scipionis filiæ ex ærario dotem acceperunt, quòd nihil illis pater reliquisset [f]. Ingens fuit præstantium virorũ in angusta re familiari honos: Immortalis eorum etiam post obitum gloria. Huic autem qui diuitias reliquit, materiam contentionis & litiũ, aptè conuenit, quod ait D. Hieronymus, *Plenis sacculis morimur diuites, qui quasi pauperes viximus* [g]. Arnulph. Episcopus, *Paupertatem Christi verbo prædicamus, sed minus exhibemus exẽplo* [h]. Saluianus clericos opibus inhiãtes increpat, *mandantes terræ* (inquit) *thesauros luctuosos, hæredibus breue gaudium, auctoribus longum mœrorẽ*. Plato magistratus vetat sese fœdare, pollue

a D. Hier. ad Nepotianum li. 2. epist. 12.
b T. Liuius lib. 2.
c Seneca in consolat. ad Heluiam.
d Liuius lib. 2.
e Plutarc. in vita Fabij.
f Seneca in consola. ad Heluiam.
g D. Hier. ad Rusticũ li. 2. epist. 13.
h Arnulp. in sermone habito in Concilio Turonensi, fol. 70.



Source : BIU Cujas

re, ἢ μιαίνειν auro corruptibili & sordido, cùm ipsi sint aurum selectum & diuinum. Nos etiam Prælatos & clericos moneamus, ne sordium & auaritiæ argui possint: sed reditus suos, aut ad Ecclesiæ ornatum, aut ad pauperes alendos impendant. Nicephorus Ecclesiasticæ historiæ author refert Leonem Seleuciæ Pontificem hac potissimùm de causa Synodi iudicio damnatum & de sede eiectum, quòd Episcopos quosdam consecrasset, qui pecunias Episcopali dignitati præferentes, publicè protestati essent malle se simul cum opibus & diuitiarũ cumulo λειτουργεῖν, quàm abiectis pecuniis Episcopatum gerere & retinere [a]. *Gloria episcopi est* (inquit D. Hieronymus) *pauperũ inopiæ prouidere* [b]. Quid ergo mirum si mortuo Prælato Ecclesia sibi meritò vindicat, quæcũque viuus ille Ecclesiæ & pauperibus tribuere & donare tenebatur? Hoc enim idem D. Hieronymus fieri debere iudicat, *Sit hæres, sed mater filiorum, id est, gregis sui, Ecclesia, quæ illos genuit, nutriuit & pauit. Quid nos inseruimus inter matrẽ & filios* [c]? Quemadmodum autem Romæ Vestales virgines neque vlli succedebant intestato, neque eis intestatis quispiam succedebat, sed illarũ bona in publicum redigebantur [d]. Sic etiam bona Episcopi intestati in ærarium Ecclesiasticũ referri cõuenies videtur. Sempronius cùm ante Episcopatus dignitatem Dominicanus esset, ex mẽdicitatis voto nulla bona possidebat. Si quid ergo ab eo tempore acquisiuit, id omne censeri debet ex bonis & reditu Ecclesiæ suæ parasse [e]. *Non conuenit* (inquiũt Canones) *vt Ecclesia quem susceptit extraneum, efficiat in alieno diuitem, & in suo retineat fraudatorem* [f]. Inter capitula seu leges Caroli magni statutum est, vt vnus

[a] Niceph. lib. 9. cap. 45.
[b] D. Hier. ad Nepotianum lib. 2. epist. 12.
[c] D. Hier. ad Nepotianum.
[d] Gellius lib. 1. c. 12. & L. licentiam. C. de episc. & cler. Boerius decis. 20. num. 3. & decis. 81. num. 6.
[e] Can. Sacerdote 12. quæst. 4.
[f]

vnusquisque Presbyter res quas post diē consecrationis acquisierit, proprias Ecclesię relinquat [a]. Antiqua Ecclesiasticæ disciplinæ regula hæc fuit, ne Episcopi ad propinquos hęredésque suos alia bona transmitterent, quàm ea quæ ante Episcopalem dignitatē habuisse cōperiebantur: Cætera bona Episcopus aut viuus ad Ecclesiæ ornatum pauperésque alendos impendere, aut moriens Ecclesiæ relinquere tenebatur [b]. *Sacris canonibus est definitum* (inquit D. Gregorius) *vt in his, quæ Antistes Episcopatus tempore acquisiuit, non alius nisi sola Ecclesia succedat* [c]. Idémq; Gregorius alio loco ait, *Mobilia bona Episcopi in sua potestate habebant: Immobilia verò Ecclesiasticis reditibus aggregari solebant* [d]. In Concilio Agathensi ita statutum est, *Episcopi de rebus propriis, vel acquisitis, vel quicquid de proprio habent, hæredibus suis, si voluerint, relinquant. Quicquid verò de prouisione suæ Ecclesiæ fuerit, siue de agris, siue de fructibus, siue de oblationibus, omnia in iure Ecclesiæ seruari censuimus* [e]. In Concilio Carthaginensi tertio, *Placuit vt Episcopi, Presbyteri, Diaconi, vel quicunque clerici, qui nihil habentes ordinantur, & tempore Episcopatus vel clericatus sui agros & quæcunque prædia nomine suo cōparāt, tanquam rerum dominicarum inuasionis crimine teneantur: Nisi admoniti Ecclesiæ eadem contulerint. Si autem ipsis propriè aliquid liberalitate alicuius vel successione cognationis euenerit, faciant inde quod eorum proposito congruerit* [f]. Hæc tamen omnia ab antiqua & primæua Ecclesiasticæ disciplinæ puritate aliena sunt, cùm Apostoli sanctique Martyres, quorum in Ecclesia fulget memoria & veneratio, non modò diuitiarum & opum congerendarum curam omnem abiicerent: Sed illis ne quidē operā

a Capitul. Caroli mag. lib. 1. cap. 156.
b Cap. relatum de testamēt. in authen. licentiam. C. de episc. & cler. Tolet. Concil. 4. can. 68. & Toletano Concil. 9. can. 4. & 6.
c Gregor. li. 9. indic. 4. ep. 14. & lib. 10. indict. 5. epi. 42. & 43.
d Can. Episcopi de rebus 12. qu. 1. ca. 1. ca. cùm inofficiosus cap. ad hæc de testamentis tot titulo clericorum. C. Theodos.
e Can. placuit. 12. qu. 3. & duodec. quæst. per totum cap. relatū cap. quia nouit. de testamentis.



Source : BIU Cujas

in duásve tunicas aut calceamenta Christus indulgeret. Agelium Episcopũ Ecclesiastica historia cõmendat, quòd spreto diuitiarum studio vnica semper veste contentus fuit, & Euangelicis decretis insistens calceamentis vsus non est a. Et *post hæc* (inquit Saluianus) *parum est successoribus eorum, id est, Leuitis & sacerdotibus tanta diuinarum rerum administratione fulgentibus, si ipsi tantùm diuites fuerint, nisi etiam hæredes diuites relinquant. Erubescamus, quæso, hac infidelitate: Sufficiat nobis quòd videmur vsq; ad vitæ terminos dominum spernere. Cur id agimus vt contemptum ipsius etiam post mortem extendamus* b? De Paulo Samosateno Orthodoxi multa expostulabant, atque inter cæteras expostulationes Eusebius hæc refert, ὅτι πρότερον πένης ὢν καὶ πτωχὸς, καὶ μητὲ αὐτὸς πατέρων ἀβροβιωτῶν μηδεμίαν ὑποτρέφων, μηδὲ ἐκ τύχης τινὸς ἐπιτηδεύματος κτησάμενος πλοῦτον εἰς ὑπερβάλλοντα πλοῦτον ἐλθεῖν ἐξ ἀνομιῶν καὶ ἱεροσυλιῶν c. Diuus Hieronymus, *Sint ditiores monachi quàm fuerant sæculares: possideant opes sub Christo paupere, quas sub locuplete diabolo non habuerant, & suspiret eos Ecclesia diuites, quos tenuit mundus antè mendicos* d. Hoc autem corrupto sæculo tanta diuitiarum cupiditas humanas mentes inuasit, vt ne Ecclesiastici quidem à sordidis & auaris cogitationibus alieni sint. Itaque cõueniens est, vt quod defunctus πορισμὸν ἡδυπαθοῦς τοῦ βιοτεύειν ex reditibus Ecclesiæ illaudabili parsimonia quæsiuit, nunc honesta retributione Ecclesiæ restituatur e.

*PRO MONASTERIO.* Monachi, qui perpetuo religiosæ professionis voto solẽniter obligantur, non malè seruis aut filiisfamilias cõparari solent, qui nihil sibi, sed domino vel patri acquirunt,

a Niceph. li. 11. Eccl. hist. cap. 5.

b Saluian. li. 2. ad Eccles. Catchol. pag. 366.

c Euseb. Eccl. histor. lib. 7.

d D. Hier. ad Heliodorum lib. 2. epist. 22.

e Can. videntes, can. res Ecclesiæ, & can. nulli 12. quæst. 1.

Source : BIU Cujas

runt. Vnde & Imperatoriæ constitutiones sanxerunt, vt parentum aut propinquorum hæreditas monacho obueniens monasterio acquireretur [a]: Nisi fortè monachos deterioris esse cōditionis ideò dicemus: quòd seruus ex domini voluntate, suum defraudans genium peculium habet, & filio peculium castrense aut quasi castrense habere olim etiam cum administrandi licentia permittebatur. Monachis autem si quod peculium conceditur: tamen neque donare neque alienare aut testamento disponere, seu inuito seu inscio monasterio vel superiore licet. Monachus autem cùm ciuiliter mortuus censetur, δοκεῖ τελευτᾶν ἑτέραν ἀνθ' ἑτέρας βίου πορείαν ἑλόμενος, inquit Iustinianus [b]. Hic autem monachatus character grauis est & perpetuus, qui neque deleri neque reuocari potest, in quo veræ laxæque libertatis instar est priori & superiori suo subiici, obedire & perpetua strictáque voti obseruatione obligari. Inter Caroli magni leges hæc refertur, *Monachus si ad clericatum prouehatur, propositum monachicæ professionis non amittat* [c]. Sidonius Apollinaris, *Nihil* (inquit) *ab Abbate mutatus per sacerdotem: Quippe cùm nouæ dignitatis obtentu rigorem veteris disciplinæ non relaxaueris* [d]. Nā si quæ interhomines ciuilis obligatio ritè & secūdū leges contracta fuit, eā nullo casu reuocari nulláq; exceptione elidi posse iura volūt. Promissiones autem Deo solemniter votas & sacris cæremoniis signatas vlláne dignitatis accessione, vllóne honoris gradu mutari, minui, aut rescindi dicem⁹? Imò plerique recēsētur, qui nō modò Episcopi, sed & Cardinales facti antiquos ordinis sui ritus obseruare, primúmq; votiuę religionis habitū & vestitū colere

a l. Da nobis. C. de episc. & cleric. can. præsens clericus 20. qu. 3. Ioa. Gallus quæst. 123.

b Nouella 22.

c Capitul. Caroli magni lib. 1. cap. 27.

d Sidonius Apoll. lib. 9. epi. 3. ad Faustum.

& gestare nõ destiterint [a]. Obiiciet aliquis Dominicanos non modò paupertatis votum, sed & mẽdicitatis profiteri. Ideóque nec ipsos nec monasterium posse bona immobilia sibi vllo iure asserere & vindicare. Verùm hoc omne ita intelligendum est, vt quemadmodum filiusfam. & seruus, nisi authoribus iis in quorum potestate sunt, neque cõtrahere, neque sibi, sed domino & patri acquirere possunt [b]. Sic & ipse quidẽ monachus tam succedendi quàm contrahendi incapax existimetur: contractuum tamen ab eo initorum firmitas à monasterij & superioris approbatione pendet [c]. Itaque si quid acquirat non sibi, sed monasterio acquirit. Vt omnia empronij bona, non tam nouo successionis titulo, quàm antiquo monasterij iure, peti videantur. Hinc fit vt quamuis monacho legari nõ possit (est enim monachus profani patrimonij incapax [d].) Tamen cùm pensio annua in causam alimentorũ monacho relicta fuisset, Senatus monasterium, etsi ordinis mendicantium esset, pensionem monacho legatam capere posse iudicauit [e]. Itaque singuli monachi, ac præcipuè mendicãtes, nihil proprium possidere possunt: sed ipsum monasterium patrimonij incapax non censetur. *Cùmque* (vt ait D. Hieronymus) *nihil cuiusquam proprium sit, omnium omnia sunt* [f]. Nouella Leonis Imperatoris cõstitutio sãxit, vt qui post monasticę vitę professionẽ semel factã bona acquisiuit, ei de tertia tantùm parte disponere liceat, reliquum omne monasterio cedat [g]. Verùm & ex politiæ Ecclesiasticæ instituto & ex Concilioru canonibus, *Statuũ est & rationabiliter secundũ sanctos patres a Synodo confirmatum, vt monachus, quem electio Canonica à iugo regulæ*

mona

a *Iason in auth. & ingressi. C. de sacrosanct. Eccles. & Panorm. in c. clerici officia, de vita & honest. cleric.*

b *l. non solum. C. de bonis quæ liberis. l. 25. sed & si quid. §. interdum. ff. de vsufr.*

c *cap. si religiosus de elect. in 6.*

d *Clement. exiui de verb. sign.*

e Arrest prononcé en robbe rouge le 14. d'Aoust 1584. au profit des Iacobins de Prouins, & des religieux de S. Iacques dudit Prouins.

f D. *Hiero. de vita Malchi, lib. 3. epist.*

g *Nouell. 3. Leon.*

Source : BIU Cujas

*monasticæ professionis absoluit, & sacra ordinatio de monacho Episcopum fecit, velut legitimus hæres paternam sibi hæreditatem postea iure vindicandi potestatem habeat: sed quicquid acquisierat vel habere visus fuerat, monasterio relinquat* [a].

*PRO AGNATIS ET PROXIMIS DEFVNCTI PROPINQVIS.* Controuersia hæc nullam apud nos ambigui iuris disputationem continet, sed exlegibus Franciæ & æquitate summa facilè dirimi potest. Hæc enim certissima est iuris nostri regula: Defunctorum bona, si intestati decedãt, ad propinquos proximósque agnatos pertinere: Neque Ecclesias, Collegia, vel Vniuersitates hæreditatis petendæ aut succedẽdi ius vllum in Francia habere [b]. Quod si Ecclesiasticæ historiæ fidem exquirere oporteat, in ista de clericorum & Prælatorum successione materia sæpè variatum fuit. Primi nascentis Ecclesiæ sacerdotes & Prælati nullam controuertendi & disputandi occasionem præstare potuerunt, siquidem pauperibus solebant aut viui opes suas erogare, aut morientes bona sua in pias causas largiri. Sed cùm exinde gliscẽte auaritia, quæ pernicioſissima animorum labes est, nimia habendi cupiditas etiam ipsos Ecclesiastici ærarij dispensatores corrupisset, plerique clerici, sacerdotes, & diaconi sacrilega rapacitate opibus cumulandis incubuerunt: dum laicos propinquos hæredésque suos ditare studerent. Diuus Hieronymus, *Vidimus nuper* (inquit) *& planximus Cræsi opes vnius morte deprehensas vrbisque stipes, quasi in vsus pauperum congregatas, stirpi & posteris derelictas* [c]. Itaque in conciliis Patres hanc hæreditatibus legem dixerunt, vt sacerdotes & Prælati

a Can. statutum 18. q. 1. c. si abbatem de elect. in 6. can. de monachis 16. qu. 1. clem. 1. de elect. can. de lapsis 16. qu. 1. cã. si quis rapuerit 27. qu. 1.

b Aufrerius decis. 39. Ioann. Gallus q. 16. & qu. 90. Masuer. titul. de success. sect.

c D. Hier. ad Rusticum, lib. 2. epist. 13.



Source : BIU Cujas

morientes Ecclesiæ bona sua relinquerent, neque alios præter Ecclesiam successores haberent: Hoc tamen plerisque casibus durum nimis & acerbum visum est. Ac tum maximè cùm clerici, qui Ecclesiæ ministerio sese vouerant, liberos habebant: Siue olim sacerdotibus non interdicerentur matrimonia, siue post susceptos ex amissa coniuge liberos Ecclesiasticæ vel monasticæ vitæ regulam professi essent. Non alienum est quod D. Gregorius de probo Abbate monasterij sancti Andreæ refert. Ille cùm monasticæ vitæ professionem voueret, imprudens bona sua filio reseruare prætermiserat; Ideóque à summo Pontifice enixè petit, vt non obstante voto de bonis in fauorem filij disponere ei concedatur, ne monasterio acquirantur: Hoc D. Gregorius ei indulget a. Ecclesiasticæ autem conciliorum regulæ exinde patrimonium antiquũ à bonis acquisitis distinxerunt, vt patrimonium filiis, fratribus, vel propinquis reseruaretur: Bona autem à sacerdote post consecrationem acquisita Ecclesiæ tribui & adiudicari deberent. Mox etiam in quæsitis bonis diuerso iure statutum fuit. Primùm enim Ecclesia omnia bona à clericis post consecrationem acquisita sibi vindicabat, deinde dimidiam, ac postea tertiam duntaxat eorum partem. Nos in Francia ecclesiasticas conciliorum & Pontificum constitutiones in iis quæ ad spiritualia & fidem pertinent, summo honore magnóque pietatis obsequio colere & venerari solemus. At in iis quæ bona temporalia aut rerum sæcularium administrationem spectant, Francici Imperij maiestas Romanas Pontificum sanctiones nõ agnoscit, & in temporalibus Gallia non aliis quàm Regum nostrorum

a Gregor. lib. 9. indic. 4. cap. 22.

Source : BIU Cujas

noſtrorum conſtitutionibus ſubiici ſe paſſa eſt. Illud autem iure noſtro perpetuum eſt, inteſtatorum bona non ad Eccleſias, Collegia, vel Vniuerſitates, ſed ad propinquos & proximos agnatos pertinere: idque ſæpè Senatuſconſultis iudicatum fuiſſe conſtat. Sic etiam vetererem Conſtantini Imperatoris conſtitutionem refert Euſebius, vt martyribus defunctis proximi agnati hæredes eſſent: Illis autem deficientibus Eccleſia ſuccederet. Euſebij verba hæc ſunt, τῆς ἀγίων τοῦ θεοῦ μαρτύρων τῆς ἐν ὁμολογίᾳ τελειωθέντων ἀπιθεμένων τοῦ ζῆν τὰς οὐσίας ἐκέλευε τοὺς τῆ γῆθεν προσήκοντας ἀναλαμβάνειν. Εἰ δὲ μὴ τούτων τις εἴη, τὰς ἐκκλησίας ἀποδίχεσθαι τοὺς κλήρους [a]. Quinetiam (ſi Nicephoro credimus) priſci monachi, antequàm ſolitariæ vitæ genus profiterentur, ſolebant propinquis poſſeſſiones ſuas omnes & bona derelinquere [b]. Monaſterium autem nullo iure defuncti bona ſibi adiudicari poſtulat. Nam Epiſcopalis dignitas Sempronium ab omni monachatus voto & regulari profeſſione liberauerat. Quemadmodum enim filiusfam. factus Conſul, patria poteſtate liberatur [c]. Eadem etiam ratione Epiſcopalis dignitas eum qui monachus erat, patriâ poteſtate eximit, vt & eum qui ſeruus eſt liberum efficit [d]. Sic & olim imperante Tiberio de Flamine Diali ſtatutum eſt, quando exiret è iure patrio qui id Flaminium adipiſceretur, quæque in manum Flaminis conueniret [e]. Vt & obueniente ſacerdotio arbiter ab arbitrio liberatur [f]. Nec diſſimiliter Paulus Iuriſconſultus de eo milite loquitur, qui poſt miſſionem alia militia cinctus eſt [g]. Nos itaque meritò Epiſcopum dicimus non amplius priſtino obedientiæ voto obligari. Nam (vt ait Iuſtinia

a *Euſeb. li. 2. de vita Conſtant.*

b *Nicepho. Call. lib. 8. ca. 39. circa f.*

c *l. fin. de conſul. lib. 12. Cod.*

d *Can. ſi ſeruus ſcite, diſt. 54.*

e *Tacitus li. 4. annal.*

f *l. non diſtinguemus §. ſacerdotio. ff. de receptis arbitris.*

g *l. quod dicitur, §. miles teſtamento. ff. de milit. teſt.*

Source : BIU Cujas

Iustinianus) æquúmne est aut conueniens, vt qui omnium sunt spirituales patres, aliorum potestati subiiciantur[a]? Hæc autem prioris voti pristinæque seruitutis liberatio vbi semel locum habuit, id operatur, vt nullo exinde casu quis in eandem potestatem reincidat. Hinc fit vt si seruus in metallum damnatus sit, adeò in perpetuum à domini potestate liberatur, vt etiam si à Principe postea pœnæ gratiam obtinuerit, non tamen in potestatem domini reuertatur[b]. Illud quidem generaliter iure nostro obtinet, defuncti Sempronij bona non potuisse vlli monasterio successionis titulo addici & adiudicari. Sed & cùm Dominicani mendicitatem profiteantur, constat monasterium istud bonorum immobilium & profani patrimonij ex mendicitatis regula incapax esse: siquidem ex veteri ordinis instituto, neque singulis neque vniuersis immobilia legare eósve hæredes scribere permissum. Recens corrupti huius sęculi disciplina monachos à monasterio discernat, & quicquid aliud versuti iuris subtilitas comminisci & excogitare potuit, proponat: Tamen ipsos mendicantes verus primúsque voti & professionis rigor obligat, ne quid seu singulariter seu collegialiter proprium habeant vel possideant[c].

*SENATVS* bona defuncti propinquis agnatísque proximis, legitimis ab intestato hæredibus adiudicauit[d].

a Nouell. 31.

b l. in insulam, & l. fruſtra. C. de sententiam passis & restit. l. aut damnã. §. vlt. ff. de pœnis.

c Cap. 3. de ver. signif. in 6. clem. 1. eodẽti. canimis extra de exceſſibus prælat. ca. 1. de religioſis domibus. Hoſtiẽſis in c. in præſẽtia de proba. Ioa. Gallus qu. 244. & quæſt. 317. d Arreſt prononcé en robbe rouge, par Monſieur le Preſident Briſſon, le 16. d'Auril, 1585.

*Verum*

Source : BIU Cujas

*Virum si omissa sit optio quæ testamento fieri debebat, Primogenitus solus anquam prædilectus ad fideicommissum vocetur.*

## CAP. IV.

SEMPRONIA fundi Tusculani domina testamento Meuiam filiam instituit hæredem, adiecto fideicommissi seu substitutionis onere his verbis expresso, *Rogo Meuia cùm morieris fundum Tusculanum restituas vni ex liberis cui voles quémque eliges.* Meuia aliquo post hæreditatis maternę aditionem tempore decedit, duobus relictis liberis Titio & Seio, nulla opinione nullaque nominatione facta. Titius primogenitus sibi soli fundum Tusculanum integrum adiudicari debere asserebat, quia primogenitus debeat censeri prædilectus. Seius autem dicebat fundum inter fratres æquis portionibus diuidi oportere.

*PRO TITIO PRIMOGENITO.*

In fideicommissis voluntas testatoris adeò præualet, vt non tam verba quàm mentem spectari oporteat [a]. Mens autem Sempronię testatricis hæc fuit, vt vnus, non plures fundum Tusculanum haberent. Vnum enim eligi voluit. Proponamus autem Meuiam non duos, sed quinque aut sex liberos reliquisse: Æquúmne videretur fundum Tusculanum in quinque aut sex portiones diuidi? Neque enim testatrix Sempronia id aut voluit aut cogitauit. Nam quod aliquando à Iurisconsultis respondetur, eiusmodi legata diuidi & distribui debere: Illud

[a] *l. hæredes mei. §. cùm ita. ff. ad Senat. Trebell. l. vnū ex familia. §. & cætera. ff. de legat. 2.*

Source : BIU Cujas

lud in libertis cæteríſque, quorum æqualis eſt conditio, obtinet: Siquidem vnus ex libertis non magis defuncti libertus eſt quã cæterit alij. At verò inter liberos frequens eſt affectus diſtinctio, éſtque aliquis benevolentiæ gradus: ídque non tam vlla animi inæqualitate contingit, quàm ex naturali propenſione procedit, vt in fauorem primogeniti non cenſeatur æqualis & eadem omnium liberorum conditio. Nam & ab omni æuo & perpetuo omnium gentium conſenſu primogenitus aliquo prærogatiuæ gradu cæteris liberis prædilectus cenſetur, præcipuo amoris & affectus titulo fouetur. Quin & Iuriſconſultorum reſponſa inter libertos tunc locum habent, cùm de contraria teſtatoris voluntate aliquo modo apparet. In hac autem cauſſa teſtatrix Sempronia mentis ſuæ aperta ſatis indicia & voluntatis idoneas coniecturas oſtendiſſe videtur, cùm iuſſit vnum, non plures à filia Meuia nominari. Neque enim in ſingulari locutione maior ineſt numerus. Pluralis autem locutio etiam duorum numero contenta eſt [a]. Cùm autem teſtatrix de vno dixit, de pluribus negaſſe intelligitur [b]. Neque aliter in vno duos vel plures contineri admittimus, quàm ſi vel impropriè, vel ob præſumptam defuncti voluntatem id fiat [c]. At Meuia, cùm de vno non de pluribus locuta eſſet, diſpoſitionem ſuam duobus teſtamenti locis repetiit. Hæc autem geminatio inducit enixæ voluntatis indicium [d]. Fundus ergo non poteſt aliter duobus adiudicari, quàm ſpreta & violata teſtatricis voluntate. Itaque in hac cauſſa non de diuidendo legato agi debet, ſed illud vnum diſquiri oportet, Inter duos fratres, cùm non vterque, ſed alteruter vocatus ſit, quis eorum

a *L. vbi numerus. ff. de teſtib.*
b *L. cũ prætor. ff. de iudicijs.*
c *l. nõ aliter. ff. de legat. 3.*
d *l. baliſta. ff. ad Senat. Treb.*

Source : BIU Cujas

tum solus fundum consequi debeat. Primũ autem in iure constat sermonem indefinitum, siquidem ad vnum tantùm referri debeat, semper de primo intelligia. Vt & ordine scripturę primus, id est, primogenitus, admitti debet[b]. Deinde hoc vbique frequentissimũ est, vt nos primogenitis potiss:mũ fauere soleamus, in quorum persona nomen, honorem, dignitatémque familiæ consistere & residere credimus. Nam vt ea omnia omittantur, quæ editis ex professo commentariis prolixa rationum serie & numerosis exemplis à quibusdam tractantur, dicere sufficiat primogenitos semper & vbique terrarum potiores & digniores habitos. Philo Iudæus, ἐν τοῖς συγγενείαις οἱ πρεσβύτατοι παῖδες τυγχάνουσι πρεσβείων ὅτι πρῶτοι τὸ πατρὸς καὶ τὸ μητρὸς ὄνομα τοῖς γενέσι ἐφήμισαν[c]. Imò & ipsas quoque filias primogenitas etiam ius sceptri deferendi habuisse ex eo Virgilij[d] loco plerique annotant, *Praterea sceptrum, Ilione quod gessérat olim Maxima natarum Priami*, &c. Quinetiam iure diuino primogenitis debebatur paterna benedictio, duplex in bonis paternis portio, imperium in fratres, & in obtinendis dignitatibus prærogatiua[e]. In hoc autem Franciæ regno non modò id obtinuit, sed & quidam iuris Doctores in ea dispositione quæ cõtinet vt liberi succedant iure Frãcorum, verba dispositionis ita debere intelligi tradunt, vt solus primogenitus exclusis aliis succedat[f].

*PRO SEIO.* Quanquam primogeniti plerunque in affectu parentum aliquam habeant amoris prærogatiuam, absurda tamen est in hac causa primogenituræ commendatio. Nam quoties de bonorum

[a] *l. boues. §. hoc sermone. ff. de ver. signif. l. eum qui Kalendis. ff. de ver. obli. l. hæc conditio. ff. de cond. & demo. l. quoties. ff. de vsufr. l. 1. de optione legat.*

[b] *Philo Iudæus de lega. ad Caium.*

[c] *Virgil. lib. 1. Æneæ Genes. c. 27. & 49. & Deut. c. 21. & Paral. li. 2. c. 2 in ver. regnum tradidit Ioram quòd esset primogenitus. & Andreas Isern. in c. 1. §. præterea ducatus in prin. ti. de Prohib. feudi alien. per Frider. & in ca. 1. §. hoc quoque ti. de succe. feud. Matthæus de*



Source : BIU Cujas

bonorum diuisione & successione agitur, æqualis est omnium liberorum conditio, nisi aliter aut à lege municipali aut testatore disponatur, ac defunctus præcipuum aliquid vel prælegati vel præceptionis iure relinquat. Huic ergo ætatis commendationi Seius non minus apte æqualitatis fauorem opponet. Nihil enim inter fratres fauorabilius est, quàm vt æqualis iungat gratia quos æqualis iunxit natura. Sed generales istos & superfluos tractatus omittere conueniens est, vt veram controuersiæ istius quæstionem ex Iurisconsultorum responsis excutere & examinare liceat. Nam cùm liberum fuerit defunctæ Meuiæ vnum ex liberis quem voluisset eligere: Illa autem decesserit nulla optionis nominatione facta: Videdum est num vtrique fundus æquo iure adiudicari & æqualiter diuidi debeat. Hoc autem plerisque Iurisconsultorum responsis deciditur. Sic enim Pomponius, Si ita fideicommissum sit relictum, *cui eorum voles rogo restituas*, si nullum elegisset cui restitueret, omnibus deberi Imperatorem Antoninum constituisse refert [a]. Vt & Marcellus Iurisconsultus, *Si hæres* (inquit) *damnatus sit decem vni ex libertis dare, & non constituerit cui daret, hæres omnibus eadem decem præstare cogendus est* [b]. Sic etiam Vlpianus, Si quis ita fideicommissum reliquerit, *Rogo restituas libertis meis quibus voles*, & neminem elegerit, omnes ad petitionem fideicommissi admitti debere existimat [c]. In substitutionibus autem & fideicommissis, si desit probatio, nec apertè de sententia & voluntate testatoris liqueat, facilè euanescit substitutionis lex & fideicommissi obligatio. Hinc fit vt in ista impuberis substitutione, *quisquis mihi hæ-*

[a] l. Labeo. §. fin. ff. de statulib.

[b] l. si quis Titio. §. si hæres. ff. de legat. 2.

[c] cl. ti quidam in pr. ff. de legat. 3.



Source : BIU Cujas

*res erit, idem filius hæres esto*, lex præsumptionem omnem substitutionis ita amouet, vt neque gradum neque personã substitutio egredi intelligatur, neque iis verbis hæres hæredis, qui incertus est, contineatur [a]. Itaque in hac causa ex eo quòd Meuia neminem elegit aut nominauit, hanc eius mentem fuisse præsumendum est, vt voluerit æquali iure vtrique liberorum prospicere [b]: ne materni iudicij inæqualitate altero prædilecto & nominato alteri liberorum iniuriam faceret. Ipsa autem testatrix Sempronia existimari debet optionem & liberam nominandi vel non eligendi voluntatem Meuiæ reliquisse, ne successores bonorum, quos nollet, aut aliter quàm vellet, Meuiæ filiæ subiecisse & adiecta nominandi necessitate præscripsisse videatur [c]. Liberũ ergo fuit Meuiæ, vt aut volens alterum optione facta eligeret, aut si nominare nollet, æqualiter filiis hæredibus suis fundũ relinqueret. Nam & in societate cùm partes dictæ non sunt, æquales censentur [d]. Obiicit Titius testatricem de vno tãtùm intellexisse. At huic obiectioni Papinianus respondet. Nam si dixerit testator, *Rogo fundum cùm morieris restituas ex libertis cui voles, defuncto eo priusquam eligat, petent omnes.* Addit Papinianus, *Itaque euenit vt quod vni datum est, viuis pluribus vnus petere non possit, sed omnes petant quod non omnibus datum est* [e]. Quin & eo casu quo res alienari extra familiam prohibetur, possunt plures ex familia coniũctim admitti ad viriles portiones [f]. Cùm ergo decesserit Meuia nullã optione & nominatione facta, omnes liberi ab intestato æquali iure & pro virilibus portionibus admitti debent. Hæc est enim communis omnium Iurisconsultorum sententia [g].

a *l. sciendũ. ff. de verb. signif. l. qui liberis. ff. de vulg. & pup. substi.*

b *arg. l. vel singulis. ff. de vulg. & pup. substi.*

c *l. apud Iulianum. §. scio. ff. de leg. 1. l. 12. in bello. §. medio tempore. ff. de capt. & post. reu.*

d *l. si non fuerint. ff. pro socio.*

e *l. vnũ ex familia. §. rogo. ff. de legat. 2. & Barthol. in l. Lucius Titius. ff. de legat. 2. & l. virũ. §. 1. ff. de reb. dub. l. 24. cũ quidam. l. vnum ex familia. §. rogo. l. cùm pater. §. rogo ff. de legat. 2.*



Source : BIU Cujas

*SENATVS* fundũ Tusculanũ inter fratres pari iure & æquis portionibus diuidendũ iudicauit [a].

IVVAT hoc loco etiam alia adiicere Senatusconsulta, quibus non dissimiles iuris quæstiones decisæ memorantur.

CNEVS Octauius Meuium hæredem testamento instituit. Deinde addit hæc verba, *Rogo Meui vt si liberos habeas, sique eorum vnum aliquem hæredem instituere velis, is meum Octauij nomen & Octauiorũ familiæ arma insigniáque ferre teneatur, simúlque etiã omnia bona mea consequatur*. Decedit Octauius. Aliquo pòst tempore Meuius post susceptos tres liberos moritur nullo facto testamento, nullóque hærede instituto. Huic tres liberi erant, filius vnicus Sépronius & filiæ duę. Sempronius Octauij bona sibi soli adiudicari petebat, quòd masculus esset, & conditio nominis ferendi & armorũ familiæ ad sorores referri non videretur. At sorores nullam Sempronio fratri in bonis illis prærogatiuam tribui debere contendebant.

*PRO SEMPRONIO*. Non ideò minùs fideicõmissi præstandi obligatio & substitutionis necessariæ onus testamẽto inest, quòd verba testatoris rogantis, non cogentis esse videantur. Fideicommissa olim cùm nullam haberent necessitatẽ, Augustus Prætorem, qui de fideicommissis ius diceret, primus creauit [b]. Itaque fideicommissa verbis quibuscunque fieri & concipi possunt. Vnde constat rogãtis verba fideicommissum inducere [c]. Testator quoties hæredem rogauit, quoties desiderare & velle se declarauit, siue affectum & amorem suum commẽdet, aut si de hæredis fide & voluntate non ambigere se profiteatur, fidei hæredis ita

a Arrest entre Ieã de Rohãne, dict de Prelat appellant, & Guy de Prelat puisné inthimé. Ledit Arrest prononcé en robbe rouge par Monsieur le Presidẽt Riãt, sieur de Villeté, le Vendredy 15. de May 1592.

b L. 2. §. *primus deindé diuus. ff. de origine iuris.*

c L. *planè. §. qui rogatus. ff. de legat. 1.*

ita commisisse censetur, vt hæres ad volũtatem defuncti obseruandã maneat obligatus [a]. Itaque licèt Octauij testatoris verba hæc fuerint, *Si vnũ ex liberis hæredem instituere velis*: non tamen ad liberã & absolutam voluntatem referri debent: Sed dispositio rem totam hæredis, tanquam viri boni arbitrio committit: ita tamen vt vinculum aliquod necessariæ obligationis contineat [b]. Nã cùm testator eum, qui hæres Meuij esset, volui[t] & nomen & Octauiorũ familiæ insignia assumere, videtur adoptio testamento fieri. Vt constat adoptiones non inter viuos tãtùm, sed & vltima voluntate celebrari. Iulius Cęsar testamẽto Octauiũ, qui postea Augustus fuit, in familiam nomẽque adoptauit [c]. Galba Pisonem testamento in bona & nomẽ asciuit [c]. Ipsa natura cũ tres liberos, masculũ vnum & filias Meuio nasci voluit, satis declarauit quis inter liberos adoptionis à testatore factæ capax esset. Filiæ sunt extra familiam, nominis scilicet & armorũ incapaces: Sempronius autẽ solus est qui in nomen & insignia familiæ exclusis sororibus adoptari potuerit. Sororem Antistius Labeo dictã putat quasi seorsim nascatur, ab eáq; domo separetur, in qua nata est [e]. Mulier enim familiæ suæ caput est & finis, inquit Vlpian. Masculi autem & nominis ferendi, & insigniũ armorúmq; familiæ capaces sũt: quotiésque de dignitate familiæ agitur, præsumitur testator velle, vt apud filium, tanquam eximium domus suę hæredem, præcipuúmque familiæ columẽ, insignia gentilitia remaneant, eíque soli nominis honos reseruetur [f]. Hæc autẽ dispositio, nominis ferendi & armorũ, substitutionis cõditionẽ habet, & fideicõmissi onus adiunctũ continet [g]. Insignia autẽ fami-

a L. *& eo modo. ff. de leg. 1. l. vnum ex familia. §. fin. ff. de leg. 2. l. Pamphilo. in princ. ff. de legat. 3. l. vbi pure. §. rogo. ff. ad Senat. Treb.*

b L. *fi. C. si mãcipium ita fuerit alien. l. Lucius. §. vlt. ff. de legat. 2. l. epistolam. §. mulier. ff. ad Sen. Trebell.*

c *Sueto. in Iulio cap. 83.*

d *Sueto. in Galba ca. 17.*

e L. *19 6. pronuntiatio. §. final. ff. de verb. signi.*

f L. *cũ seruus de Agricol. Bar. in l. fi. ff. pro socio. l. cùm in diuersis, in verb. caput. ff. de religiosis & sumpt. fun.*

g *Guido Pape. qu. 251.*



Source : BIU Cujas

liæ ideò arma impropriè appellantur, quod olim insignia in scuto, aut in ensis capulo, aut in cæteris armis insculpi solerent. Plinius, *Scutis, qualibus apud Troiam pugnatum est, continebantur imagines* a. Virgilius, *Clypeóque insigne parentum Centum angues cinctámque gerit serpentibus hydram* b. Philippus Alexandri pater quadrigas vitare ab oraculo iussus, à Pausania interfectus est, qui quadrigas in capulo ensis insculptas habebat c. Ausonius de Seleuco, *ingenuum cuius fuit anchora signum* d. Quemadmodum autem olim ius imaginũ & statuarũ nõ nisi magistratibus competebat: Ita etiã in hoc tempore nobilitas insignia & armorũ ius sola sibi vindicat. Fœminæ autẽ & nominis ferendi & insigniũ incapaces sunt ac simul bonorũ Octauij. Neque enim honorẽ absque onere, neq; bona absque cõditione nominis & armorum testator relinquere voluit e.

a Plinius li. 35. ca. 3.

b Virgil. lib. 7. Æneid.

c Cicero de fato.

d Auson. in vrbium catalogo.

e Pro primogenito vide Guid. Pape qu. 467. & qu. 505.

*PRO SORORIBVS SEMPRONII.*

Non alia fuit Octauij mens & voluntas, quàm vt Meuio liberum relinqueret, hæredem instituere aut non instituere. Neque enim alio casu Meuium rogauit, quàm si is hæredem instituere vellet. Quoties autem de mente testatoris constat, interpretationi locus non est, neque ad coniecturas recurrẽdum videtur f. Et cùm vltimæ volũtatis verba certa sunt, nec dubiam admittunt interpretationem, verba ipsa spectanda videntur g. Testator hæredis Meuij voluntati & arbitrio, si hæredem scribere in animo haberet, bona sua subiici voluit. Ideò si hæres voluerit, non potest vlla fideicommissi obligatio cu quam acquiri, & ex solius hæredis voluntate aut dissensu cessat omnis fideicommissi persecutio h. Nã quicunque dispositionis & volũtatis suæ

f L. si quis filium. de lib. præter.

g L. cùm proponebatur. l. quidã in testamento. ff. de legat. 2. l. non aliter. ff. de legat. 3.

h L. cùm proponas. C. de pactis.

esse

effectum in arbitrium hæredis contulit, ille non dispositionem suam inspici, sed hæredis voluntatē spectari velle existimandus est [a]. Pomponius, *Hæc Quinti Mucij* (inquit) *Liberi mei ibi sunto vbi eos mater sua esse volet, nullam obligationem parit* [b]. Papinianus, *Rogo fundum, cùm morieris, restituas ex libertis cui voles: Quod ad verba attinet, ipsius erit electio: nec petere quisquam poterit, quandiu præferri alius potest: Defuncto eo priusquam eligat, petent omnes* [c]. Eadem ratione omnes Meuij liberos æqualiter ad bona Octauij admitti æquum est, quia Meuius ea mēte hæredem Sempronium instituere voluisse præsumendus est ne Sempronius in bonis Octauij prærogatiuam vllam haberet. Octauius autem nullo vinculo fidem & voluntatē Meuij obligari voluit, neq; instituendi hæredis necessitatē ei iniunxit. Sed si fortè Meuius in animo haberet hæredē vnum ex liberis instituere, commendare nominis & familiæ suæ memoriam desiderauit. Aliud est rogantis animo commendare: Aliud hæredi quidpiā addito necessitatis vinculo præcipere, vel fideicōmissi conditionem expresso nominis ferendi onere iniungere [d]. Meuius autem ideò nullam hæredis electionem fecit, vt declararet velle se omnes liberos æquo iure succedere. Quo casu nullus est locus petitioni fideicōmissi [e]. Natura nō minorē in filias quàm in masculos excitat pietatis affectum: Atque etiā sublatâ sexus differentia, mulieres & adoptati & adoptātis nomen sumere possūt, fiúntq; hęredes non minùs sacrorū & nominis quàm bonorū. Augustus vxorē Liuiā & Tiberiū nomen suum ferre testamento iussit [f]. Quin & ad fideicōmissū eodem

a L. *facta.* §. *sub conditione. vers. si in danda.* L. *sed sciendum. ff. ad Senat. Trebell.* l. *si ita legatum.* §. *illi si volet.* l. *Senatus.* §. *Marcellus. vers. legatum. ff. de legat. 1.*

b L. *quintus.* §. *authoritatem.* §. *de annuis legat.*

c L. *vnum ex familia.* §. *rogo. ff. de legat. 2.*

d l. *fideicōmissa.* §. *si ita. ff. de legat. 3.* l. *mulier.* §. *si quis seruū. ff. de cond. & demōst.*

e L. *ita tamen.* §. *si pater. ff. ad Sen. Treb.* l. *inter socerum* §. *cùm inter. ff. de pactis dot.* l. *cohæredi.* §. *cùm filia. ff. de vulg. & pup. subst.*



f *Sueton. in Augusto cap. 101.*

quo & masculi iure venire & vocari solēt [a]. Meuius liberos suos pari charitate fouens eósque æquali affectu complexus, omnes æqualiter ab intestato omniū bonorū hæredes relinquere voluit, ne ex bonorum prærogatiua & inuida ęmulatione nascerentur inter liberos rixæ & contentiones, quæ inter personas propinquo necessitudinis vinculo coniunctas, si quando commoueantur, acerbæ & contumaces esse consueuerunt. Itaque Meuius, cuius voluntati commissum erat hæredem si vellet eligere, intestatus mori maluit quàm inæquali & inofficioso stylo filias ab Octauij patrimonio excludere: Non enim quicquid alicuius voluntati committitur, id necessitatem habet. Vlpianus distinguit an dicat testator, *si voluerit hæres*, An verò, *si fuerit arbitratus, si æquum aut vtile existimauerit*. Nā quo casu testator dixit, *si voluerit hæres*, nulla fideicōmissi necessitas inest [b]. Neque enim voluntati expressæ quidquam addi debet aut quid aliud præsumi, nisi quod testator in scriptis consignauerit [c]. Itaque hæres Meuij fuit in conditione si aliquis institueretur, sed non fuit in dispositione, siquidem Meuio necesse non fuit hæredem instituere, neque grauatus est hæredem instituere nisi si vellet [d]. Fuit sanè aliqua fideicommissi necessitas eo casu quo hæres scriberetur. Neque enim potuit Meuius hæredi scripto bona Octauij eorúmve partem vllam auferre. Sed an hæres institueretur nécne, hoc testator in arbitrium & liberam Meuij voluntaté contulit. Hæres ergo fuit in conditione si quis institueretur, sed non in dispositione.

*SENATVS* Sempronio æqualem cum sororibus portionem in bonis Octauij adiudicauit. Nullum

a *l. quāuis. §. fin. & l. seq. mulier. ff. ad SC. Trebell.*

b *l. fideicōmissa. §. quanquā. ff. de leg. 3.*

c *l. fideiussores magistratuum. §. pro Aurelio. ff. de fideiuss.*

d *l. Bæbius. l. interdū. §. cùm inter. de pactis dot.*

e *l. si sub conditione. ff. si quis omiss. caus. test. l. fin. in fi. C. communia de leg. l. 1. §. item si ita. ff. de pœnis legat. l. Lucius. l. si quis Sempronium. ff. de hær. instituendis.*

Nullum autem fideicommissi ius aut bonorum prærogatiuam à Sempronio peti posse pronuntiauit [a].

DE OPTIONE & electione omissa hanc vnam postremò adiiciemus controuersiã Senatus iudicio definitam.

TITIVS testamento iussit vt arbitrio eorum quos executores voluntatis suæ scripserat, religiosus aliquis ex Franciscanorum vel Dominicanorũ ordine eligeretur, qui sacro Theologiæ studio deditus tamdiu incumberet, quoad tandẽ promoueri ad Doctoratus gradum posset, & in eam tam gradus quàm studiorum causam ducentos aureos legauit. Executores Titij intra annum à morte testatoris decedunt, nulla facta religiosi electione & nominatione. Biennio pòst Franciscani in ius hæredes vocant, & centum aureos sibi exolui postulant, quæ dimidia pars legatæ pecuniæ erat. Hæredes in ius vocati Dominicanum quendam eligunt, cui integram ducentorum aureorum summam adiudicari volunt. Diuidi autem & scindi legatam pecuniæ quantitatem non debere asserunt.

*PRO FRANCISCANIS.* Defuncti prudentia meritò laudari potest, qui optionem & electionem nõ hæredum, sed executorum arbitrio reliquit: veritus ne voluntatem suam frustrari quàm exequi mallent. Vultis ex euentu legitimã defuncti suspicionẽ agnoscere? Mortuis executoribus hæredes de exoluẽda pecunia legata mentionem omnẽ omittunt: Ac tandem cùm se viderent in ius vocari à Franciscanis, indignantur legatam pecuniam sibi iure cogente extorqueri. Itaque irati aduersùs Franciscanos, in odium ac vindictam iustæ

[a] Arrest prononcé en robbe rouge par mõsieur le President Brisson, le 16. d'Auril 1586. entre Estienne Mercier appellant, & Damoiselle Anne Tourneon, Catherine & Ieanne ses filles Inthimees.



Source : BIU Cujas

eorum petitionis Dominicanum eligũt & nominant, neminem electuri si nulla petitio, nulla in ius vocatio facta fuisset. Apud Quintilianum quidam testamento instituerat heredem amicum, & petierat ab eo, vt ex duobus libertis, quos relinquebat, vtri vellet decem millia daret: Vnus ex libertis in iudicio petit, victus est. Alter petit. Dicebat hæres satis esse vtrique libertorum separatim dicere, *Tibi nolo* [a]. Hæredes isti lubẽter eadem versuti iuris exceptione se tuerentur. Sed quia vident necesse esse dispositionem in pias causas factam effectum sortiri, Dominicanum eligunt non ex vero & legitimo affectu, non vltimæ voluntatis reuerentia, sed irato aduersùs Franciscanos & ad vindictam inclinante animo. Testator fidem, iudicium, industriam, & voluntatem executorum elegit, eisque, non hæredibus optionem commisit: Ideóque executorum morte consumpta est omnis electio. Nam cùm optionis ius transmitti nequeat, neutro electo ad ius commune recurrendum est, quo cauetur legatam pecuniam omnibus communicari [b]. Obiiciunt legatam pecuniæ quantitatem si diuidatur, non sufficere duobus ad studia & doctoratus gradum promouendis. Verùm proponamus legatam pecuniam ex æquis partibus inter vtriusque ordinis religiosos diuidi. Certè si quid deerit, aliunde suppleri cõtinget: atque ea ratione eueniet vt pro vno fiant duo Theologiæ Doctores. Itaque cùm optionis ius nullo casu ad hæredes trãsmittatur [c]: conueniens est spreta & omissa optione diuidi legatum, & ex æquis portionibus distribui pecuniam debere [d].

a *Quintil. declam. 318.*

b *L. vnum ex familia. §. rogo. ff. de lega. 2.*

c *L. fin. C. de cõtrah. empt. & l. si quis arbitratu. ff. de verb. oblig.*

d *Dicta l. vnum ex familia. §. rogo. & l. cùm pater. §. rogo. ff. de legat. 2.*

PRO DOMINICANO. In testamentis defun-

defuncti mens & voluntas regnat: ac si quid obscurum est aut incertum, interpretationem à verisimili mentis cogitatione peti æquum videtur. Mens defuncti fuit, vt suis impensis religiosus aliquis ad Doctoratus gradum in sacra Theologiæ facultate perueniret. At si pecuniæ legatæ diuisio fiat, nemo aut Franciscanus aut Dominicanus integram beneficij laudem defuncto testatori referet. Quis enim ignorat ducentos aureos, licèt vni eorũ exoluantur, vix satis esse ad impensas quæ obtinendo gradui necessariæ sunt? Si diuidatur pecunia, neque hic neque ille solo defũcti beneficio Doctor Theologus erit: & tamen id vnum est quod defunctum testatorem voluisse apparet. Dicebat ille, Nauim si diuidas, neque tu neque socius habebitis: Sic & eadem ratione si pecunia diuidatur, neuter defuncti beneficio Doctoratus dignitatẽ cõsequetur. Præstat ergo vnum aliquem, non duos aut plures eligi. Sed cùm disquirimus an optionis ius morte consumatur, vel ad hæredes transmitti possit, hoc omne ex proposita facti specie æstimari oportet. Si testator in tertij alicuius extranei arbitrium optionem retulit, & optione nondum facta extraneus ille decesserit relicto hærede Valerio, nõ potest Valerius optionẽ defuncto commissam exequi. Aliud si de hærede ipsius testatoris agatur. Si quid enim ex sola defuncti liberalitate procedit, cuinam electio meritò & conuenienter tribuetur, si non concedatur hæredi qui defuncti personam repræsentat? atque hoc casu æquum est optionis ius ad testatoris hęredem referri & transmitti [a]. Quinetiam illud speciale huic causſæ conuenit, vt cùm aliquid in disciplinam legatur, coniecturas exquiri oporteat, ex

[a] *l. si stipulatus fuerim. ff. de verb. obligat. l. fin. C. communia de leg. l. illud aut illud. ff. de optione legata.*



Source : BIU Cujas

quibus defuncti voluntatem curiosè elici necesse
a L.12.nec semel. §. si in habitatione. ff. si dies legati cedat. est a. Atque etiam quoties aliquis alumno militiam legauit, exigit legis ratio vt huic integra omnia præstentur b. Itaque legata pecunia non diuidi, sed integra absque vlla diminutione præstari debet. Quod vt fiat, vnus aliquis est eligendus. Hoc defuncti executores potuerunt. Sed mortuis illis quis
b L. 102. his verbis §. alumno. ff. de leg. 3. testatoris liberalitati legem dicet, si non testatoris hæres qui personam eius repræsentat?

SENATVS secundùm testatoris hæredum optionem Dominicano integram pecuniam & ducentos illos aureos adiudicauit c.

c Arr. du Mardy marin 29. d'Auril 1586. entre les Iacobins d'Auxerre appellans, & les Cordeliers dudit Auxerre Inthimez.

*Confirmata lex cum hæreditate, ff. de acquir. vel omitt. hæred.*

## CAP. V.

MEVIVS decedens liberos tres eósque hæredes reliquit, Serium, Titium, & Sempronium, quorum Seius maior, cæteri erant minores 25. annis. Aliquo post aditam hæreditatem tempore ingens erupit creditorum numerus, magnámque æris alieni quantitatem deberi constitit. Titius & Sempronius minores petito restitutionis in integrum auxilio paternæ hæreditati renuntiant. Quo factum est vt Seius solus remaneret hæres. Seius ex consequentia restitutionis minorum æquum esse ait, vt aut ei liceat hæreditatem repudiare, aut certè tertiam tantùm æris alieni partem, non autem omne æs alienum exoluere cogi possit.

*PRO CREDITORIBVS.* Restitutio, quæ

Source : BIU Cujas

quæ minoribus concessa est, effecit vt Seius solus existat defuncti patris hæres. Quemadmodum autem aliorum renuntiatione fit solus paternæ omnis substantiæ dominus: ita etiam vnicus remanet æris alieni à defuncto cõtracti debitor. Nam quòd ille personam vtriusque cohęredis & restitutionẽ ab iis petitam allegat, hęc ratio conditionem rei non mutat: siquidem restitutionis effectus hic est, vt res in primũ statum reduci existimetur, tanquã si post obitũ Meuij Titius & Sempronius paterna hęreditate abstinuissent. Restitutionis enim auxilium personale est, cuius beneficiũ ad maiores non extenditur, siue correi sint, siue fideiussorio aliove quocunque nomine minorum obligationi accesserint [a]. Deinde non potest vlla superueniens causa efficere, ne Seius, qui semel hęres fuit, amplius hęres esse desinat. Hęreditas autem tam mobilia quàm immobilia à defuncte relicta continet. Ipsa hæreditatis aditio personalem obligationem aduersùs hæredem producit: Immobilium possessio hypothecariam. Constat enim prędia hęreditaria creditoribus hypothecariis, quales isti sunt, hypothecę iure affici & obligari. Hypotheca autem, eiúsque effectus & obligatio diuidi non potest. Itaque etsi concedamus personali actione æs alienum cæteráque alia onera pro portionibus hæreditariis diuidi, Seium autem non omnia defuncti patris immobilia possidere: Tamen cùm prędia quędam paterna qualicunque hęredis titulo possederit, si hypothecaria actione conueniatur, solida & indiuidua condemnatione omne ęs alienum defuncti exoluere tenetur. Neque enim hypothecariæ persecutionis diuisio vlla fit: Sed quicunque

[a] l. 1. & 2. & ibi glos. C. de fideiuss. minorum. l. exceptiones 2. §. sed autem. ff. de except.

hypothecaria

hypothecaria actione conuenire potest, in eum iudex condemnationem in solidũ ferre debet. Hinc fit vt iure nostro consueta iudiciorum in hæredem formula hæc sit, vt æs alienum defuncti personaliter pro portione hæreditaria, hypothecariè autem in solidum exoluere iubeatur. In hac autem causa, seu actionem personalem spectes, Seius sicut solus hæres remanet, solus etiam creditoribus satisfacere debet: Seu hypothecario iure conueniatur, nulla fieri potest hypothecariæ persecutionis pro portionibus hæreditariis diuisio.

*PRO SEIO.* Non hæc est Seij mens vt restitutionis beneficium minori concessum sibi prodesse velit, sed ne restituturo ei noceat, néve prejudicium damnúmve ferat. Tres ante peritam restitutionem hęredes fuerunt, atque adeò si omnes hęredes esse perseuerent, quisque eorum pro tertia parte ęs alienum hęreditarium exoluendo liberabitur. Æquúmne videri potest eum qui æris alieni hęreditarij socios & participes habere credidit, qui ea spe & cogitatione paternis bonis se immiscuit, qui hęreditatem non tam spe lucri quàm ad conseruandum defuncti patris honorem adiit: nunc à cohęredibus ita deseri, vt solus creditorum acerbitati exponatur, & ex restitutionis iudicio pro tertia integram ęris alieni partem luere teneatur? Sed ne prolixa rationum serie quæstio ista disceptetur, controuersia omnis deciditur expresso Marciani Iurisconsulti responso, qui hęredem eo casu exonerari & in totum ęre alieno liberari vult, nisi creditores se contentos esse dicant eius portione [a]. Hîc tamen obiiciunt creditores, indiuiduam esse hypothecę obligationem, & cùm Seius prędiorum

[a] *l. cũ hæreditate. ff. de acquir. vel amitt. hæred.*

atque

atque immobilium hereditariorum possessor fuerit ad exolutionem totius eris alieni obligari. Sed in ista caussa non hoc Seius postulat ne heres sit. Neque enim ambigit eum, qui semel heres fuit, nullo casu ad id admitti, vt exinde heres esse desinat. Verùm nulla iuris dispositio nullaque equitatis ratio Seium vetat paternis prediis renuntiare omniúmque immobilium possessione se abdicare. Quo casu nulla super est hypothecaria aduersùs eum persecutionis occasio. Hoc autem denegari non debet filio, qui laudabili paterni nominis reuerentia immobilia defuncti tandiu retinuit, quandiu tres esse credidit paternę substantię coheredes. Nunc verò cùm omnibus hereditariis immobilibus renuntiat, eáque pro derelicto habet, sola supereſt personalis obligatio, quę non aliter iure competit quàm aduersùs vnumquemque heredem pro portionibus hereditariis.

*SENATVS* Seium tertiam eris alieni pro sua portione hereditaria partem creditoribus hæreditariis exoluendo liberari voluit: Idémque Senatus Seio permisit hereditariis immobilibus renuntiare, eáque pro derelicto habere, sicque eum ab omni hypothecaria persecutione absoluit [a].

[a] Par deux arrests, l'vn du dernier iour de Decembre 1583. entre Iean Nozieux, Macé le Gendre & consors demandeurs, & Claude de Bournigale sieur du Clozet defendeur. Par lequel arrest Bournigale est condamné personnellement payer sa part & portion. L'autre arrest du 16. de Iuillet 1584. entre ledit Bournigale demandeur, ledit Nozieux & consors defendeurs, par lequel ledit Bournigale est receu à deguerpir les heritages en rapportant les fruicts par luy perceus, & en ce faisant est ordonné qu'il ne sera tenu de payer sinon sa part & portion personnelle.

Source : BIU Cujas

*An creditor post contractam & perfectam obligationem nouas solutionis securitates petere possit.*

## CAP. VI.

TITIVS, Seius, & Sempronius Meuio centum nummos intra biennium soluturos se spondent. Erant autem hi tres correi debendi in solidum obligati. Aliquo post obligationem tempore Titius & Sempronius ære alieno vrgente bonis cedunt. Itaque solus Seius superfuit à quo solutio adueniente die sperari poterat. Meuius creditor non expectato biennij termino(is dies erat solutioni præstitutus)Seium in ius vocat, petítque vt Seius aut præsenti die soluat, aut idoneis fideiussoribus de solutione satisdet.

*PRO MEVIO.* Quæstiones iuris quoties expresso aliquo Iurisconsultorum responso deciduntur,nullum relinquunt rationi aut orationi locum. Nam in iure authoritas pro ratione est. Hæc autem controuersia,si Papiniano credimus,nullam admittit dubitationem. *In omnibus bonæ fidei iudiciis* (inquit Papinianus) *cùm nondum dies præstandæ pecuniæ venit, si agat aliquis ad interponendam cautionem, ex iusta caussa condemnatio fit*[a]. Quod autem Papinianus in bonæ fidei iudiciis tradit, apud nos in omnibus obseruari oportet. Cessant enim omnes illæ subtiles Iurisconsultorum argutiæ ac scrupulosæ contractuum bonæ fidei & stricti iuris distinctiones. Nam iure nostro iudicia omnia bonæ fidei esse reputamus, in iisque bonam fidem exu-

[a] *L. in omnibus. 41. de iudiciis.*

berare

berare requirimus. Itaque si subsit iusta causa requirendæ satisdationis, Papinianus æquam esse & legitimam actionem istam confirmat. Quæ verò iustior causa aut æquior esse potest petitio, quàm illius qui pecuniam credere noluit, nisi tres haberet correos in solidum pro debiti securitate obligatos? Eorum autem cùm duo facultatibus lapsi sint, foróque ac bonis cesserint: Vnus supereſt debitor contra primam obligationis fidem & pristinæ securitatis stipulationem. Neque enim alij duo amplius spem vllam solutionis præstare possunt. Non ergo sine iustissima causa creditor ante diem agit. Sic etiam maritus ad dotis solutionem non antè conueniri solet quàm solutum sit morte aut diuortio matrimonium. Si tamen maritus ad inopiam vergat, potest mulier ante diem & ante soluti matrimonij tempus dotem exigere[a]: adeò vt nulla mariti dotem reddere recusantis excusatio admittatur, nisi idoneam præstet satisdationem & idoneos fideiussores offerat[b]. Iure tamen canonico dos reponi debet apud locupletes & idoneos mercatores, vt ex reditu & lucro pecuniæ legitimo vir onera matrimonij sustinere queat[c]. Sic etiam si creditores hæredem suspectum putent, *possunt* (inquit Vlpianus) *satisdationem pro suo debito exigere*[d]. Fideiussori ante diem agere permittitur, si debitor bona dilapidare incipiat, aut iustam metuendi causam præbeat[e]. Eadem etiam ratione tutor, si ad inopiam vergat, remouebitur à tutela, aut ei adiungetur curator qui facultatibus idoneus sit[f]. Non dissimiliter in hac causa petit Meuius, vt aut solutio præsens fiat aut præstetur idoneus fideiussor. Meuij qui minor est causam

a *l. si cõstit. te. ff. soluto matri. l. vbi adhuc. l. in rebus. Co. de iure dotium.*
b *Barbol. ad dictam l. si constante.*
c *Cap. per vestras extra de donat. inter viram & vxor. & de dote.*
d *l. 32. si creditores in princ. ff. de bonis. auth. iudicis possid.*
e *l. Lucius. ff. mandati. l. si pro ea. C. mãdati.*
f *l. pietatis. Co. de suspect. tuto.*

fauor

Source : BIU Cujas

fauor ætatis commendat. Æquissimum enim est minoris pecuniam in tuto reponi & collocari. Primo obligationis tempore tres habuit debitores, qui cùm correi in solidum pro debiti securitate essent, inuicem & vice mutua fideiussores fuerunt. At cùm illorum duo soluendo esse desierint, obseruandum est quod Paulus ait, *Si medio tempore calamitas fideiussoribus insignis vel magna inopia accidit, caussa cognita ex integro satisdandum erit* a. Lex permittit fugientem debitorem persequi: Cur non licebit fugientem debiti securitatem sistere eíque petitis cautionibus prospicere?

a l. si ab arbitro. ff. qui satisd. cogantur.

*PRO SEIO.* Æquitas causæ istius & nimia creditoris acerbitas ex facti veritate deprehendi facilè & dignosci potest. Nam licèt contractus tres correos in solidum obligatos exprimat, tamen si facti veritas inquiratur, pecunia debita soli Titio numerata fuerat, aut certè in eius solius gratiam credita. Ille enim solus mutuam pecuniam sibi recepit & in vsus suos impendit. Creditoris quidem respectu ex fide obligationis in solidum contractæ tres fuere principales debitores, quorùm vnumquemque pro solida debiti solutione conuenire licuit. At in rei veritate Sempronius & Seius fideiussores erant pro securitate creditoris in solidum obligati. Quid verò erit iniquius quàm Seium reipsa fideiussorem tanta acerbitate conueniri, vt non solùm exoluere tandem, sed & ante diem debitum alienum luere cogatur? Verùm omissa æquitatis ratione causam hanc summo iure disceptemus. Cùm obligatio primùm contracta est, Meuius tres habere voluit correos, ea scilicet mente, vt si quorundam fides dubia fieret, cæteri vel vnus eorum exoluendo

Source : BIU Cujas

exoluendo æri alieno sufficerent. Hoc euenit, quia duobus ad inopiam redactis Seius idoneum se solutioni spondet. Quodcunque creditor obligationis tempore sperauit aut stipulatus est, præstare necesse videtur. Plures autem post obligationē contractam & perfectam requirere securitates, sera nimis & intempestiua est creditoris postulatio [a]. Sic enim in non dissimili specie rescribit Imperator Antoninus, *Vt satis tibi detur ferò desideras, quoniam eo tempore quo venundabatur hæreditas, hoc non est comprehensum* [b]. Vt & Vlpianus, *Si semel* (inquit) *fuerit satis datum, quæsitum est an etiam rursus cauendum sit, si fortè dicatur egenos fideiussores esse datos: Et magis est vt cauere non debeat: Hos enim* D. *Pius rescripsit Pacuuiæ Licinianæ. Ipsam enim facilitati suæ expensum ferre debere, quæ fideiussores minus idoneos accepit. Neque enim oportet per singula momenta onerari eum à quo satis petitur* [c]. Nam quod Papinianus dixit aliquando etiam ante diem ita condemnationem interponi vt cautio præstari debeat: Primùm hoc ille in bonæ fidei iudiciis dixit. At nos de mutuo agimus. Deinde Papinianus non de fideiussoribus idoneis dandis, sed de cautione interponēda agit. Cautionem autē de nuda repromissione Iuris authores intelligūt: Aliud cùm satisdari fideiussore dato petitur [d]. Verū his omnibus omissis Papinianus id tantùm ex iusta causa peti posse respondit. Causa autem iusta dici non debet, nisi quæ ex facto & culpa eius conuenitur, procedit. Titius & Sempronius soluendo esse desierunt: Quid hoc ad Seium? Si quidve fraudis admisisse aut bona dilapidasse dicatur: aut si creditorū fraudandorū causa bona sua latitare, vel quid aliud committere

a L. *qui bona* §. *de illo. ff. de damno infecto. l. si creditores.* §. *planè. ff. de priuil. cred.*

b L. *ratio iuris. C. de hæred. vel act. vēdit.*

c L. 3. §. *ff. ff. vt in possess. legatorum.*

d L. *sanè Iulianus. C. de verb. sig.*



Source : BIU Cujas

arguatur, vt dolo malo conditionem creditoris deteriorem reddat: non iniqua est creditoris aduersùs debitoris fraudes sibi prospicere volentis petitio. At nihil quidquam simile proponitur. Correi facultatibus labuntur: Hoc nihil Seij bonam fidem spectat: In centum nummos obligatus est. Sed non antè promisit quàm post biennio. Cur aliorum vel factum vel inopia imputabitur ei qui nihil aduersùs obligationem commisit? Cur dilationis beneficio priuabitur is, qui nisi biennij dilationē habuisset, soluturum se non spopōdisset. Alia est conditio earum obligationum, velut tutelæ, ac dotis, quibus tacitè semper inest vt quocūq; tempore securitas idonea præstetur, quia & tutores dari idoneos iura volunt, & lex ait publicè interesse vt dotis præcipua causa sit. Vnde quotiescūque securitas deficit, introductum est vt ex integro satisdari oporteat: idque non tam priuatæ obligationis ratione, quàm publicæ vtilitatis contemplatione. Hic autem de obligatione communi & ordinaria agitur, quæ nullum habet speciale priuilegiū. Plus ergo petit Meuius qui ante diem sibi exolui postulat, dignus qui ex antiquo iure Romano plus petendo causa cadat. Creditor pecuniam dando tres Correos sibi obligatos habere voluit, vt si vn⁹ vel duo deficerent nec soluendo essent, tertius securitati supereſſet. Nunc autem multo post creditā pecuniam & perfectam & consummatam tempore nouas securitates aliósque fideiussores requirere, vel ante diem ab vno ex Correis debiti solutionem exigere, hoc & acerbum & iniquum esset, & promissæ dilationis fidei aduersarium.

*SENATVS* Meuium creditorem à petitione

Source : BIU Cujas

ne ſua repulit, nec priùs pecuniam debitam exigere eum poſſe iudicauit quàm dies ſolutioni præſtituta veniſſet [a].

a par arreſt du Ieudy 20. de Feurier 1592. plaidant M.A. Arnauld pour Mathurin Boullay appellant, & Feure pour l'intimé. Autre arreſt en cas ſemblable. Vne rente eſt conſtituee cinq ou ſix ans apres la cõſtitutiõ le creãcier demande que le debteur pour aſſeurance luy baille vne caution. Arreſt par lequel le creancier eſt debouté. Arreſt du 7. Auril 1588. Mocquet plaidant pour Touſſaints Feurier appellant, & moy pour René Maugras, ſieur de la Pilletiere intimé.

## *Vno ex pluribus correis ad partis ſuæ ſolutionem admiſſo, debiti diuiſionem aliorum reſpectu non induci.*

## CAP. VII.

TITIVS trecentos nummos mutuos dederat tribus qui omnes correi debendi Titio in ſolidum obligati erant. Ipſe Titius creditor Seium, qui vnus erat ex correis, pro portione ſua centum ſoluentem admiſit: ídque ſe Seij gratificandi cauſa feciſſe ſyngrapha declarauit. Ducentos nummos, qui ex obligatione reſtabant, Titius aliquo pòſt tempore à Meuio vno ex correis petit. Meuius centum ſoluere paratum ſe ait. Solutionem enim à Seio factam & admiſſam allegat, cuius occaſione diuiſionem debiti inter correos æquali omnium reſpectu factam aſſerit. Itaque hoc vnum in controuerſia quærebatur, An vno ex correis ad partis ſuæ ſolutionem admiſſo debiti diuiſio aliorum reſpectu induceretur.

*PRO MEVIO DEBITORE.* Omnium correorum vna eſt eadémque obligatio. Atque ideò ſi quæ conuentio ab vno ex correis ſeu credendi ſeu debendi facta & inita fuerit, ea cæteris quoque prodeſſe debet [b]. Quemadmodum autem omnes ſeſe creditori pariter obligauerunt: ita

b. L. *fin. C. de duobus reis.*



Source : BIU Cujas

etiam omnium par & similis esse debet conditio, vt non possit obligatio, & quæ ex obligatione nascitur actio, vnius respectu diuidi: nisi etiam cæterorum quoque respectu diuidatur[a]. Constat ab initio tres fuisse correos in solidum eodem contractu obligatos; Sed creditoris humanitas, qui Seium pro portione sua cõueniendo liberauit, legem obligationi dixit, vt æquo iure cæteri conueniantur & taciti pacti exceptione tuti sint[b]. Itaque Meuius non ampliùs in solidum conueniri potest, neque à creditore in solidum ex eo contractu agi, qui vnius respectu diuisus est: siquidem vna eademque obligatio diuerso iure censeri non potest; Aut enim personalis est quæ in viriles diuiditur: Aut in solidum correos obligat. At volente creditore vnius respectu personalis & in viriles fuit: Ergo & cæterorum quoque contemplatione personalis censeri debet, idque iure probatur[c].

a L. inter eos. §. duo rei. ff. de fideiuss. l. fideiuss. C. de fideiuss.

b Arg. l. 2. C. de pactis.

c L. si creditores. C. de pactis. d d. l. fin. C. de duobus reis.

*PRO TITIO CREDITORE.* Quod dicitur inter correos vnius factum cæteris quoque prodesse[d]: Hoc locum habet in iis quæ obligationis ipsius substantiam spectant: Non autem in iis quæ ad personas correorum aut debitores singulos pertinent. Si de conseruanda, aut de perimẽda, vel præscribenda obligatione agatur, factum vnius ex correis cæteris aut prodest aut nocet. At si quid in fauorem vnius correorum singulari iure fiat, hoc ad cæteros non extenditur. *Ante omnia animaduertendum est* (inquit Paulus) *ne conuentio in alia re facta aut cum alia persona, in alia re aliave persona noceat*[e]. Vulgata est iuris regula actus agentium vltra eorum intentionem nihil operari[f]. Nihil autem tam huic regulæ contrarium est, quàm si creditore

e L. si vnus. §. ante omnia. ff. de pactis. f L. non omnis. l. ego. ff. de regis creditis.

ditore hoc tantùm agente vt vnus ex correis liberetur, liberatio ad cæteros extendatur. Correorum pactiones sibi inuicem prosunt in iis in quibus omnium æquo iure interest obligationem in totum vel perimi vel conseruari: Vt si interpellatio vnius præscriptionem quoad omnes impediat. Sed quoties non de ipsa obligatione, aut de vniuerso omnium iure, sed de vnius personali liberatione agitur, hoc cæteros non spectat, & liberationis ius singulari beneficio vni concessum cæteris non acquiritur [a]. Itaque constat eum qui pro persona sua soluens admissus est, solum liberari [b]. Vt nullum inde creditori præiudicium fiat quominus cæteros eodem vinculo in solidum obligatos habeat [c]. Quin & Titius liberationis syngrapha expressè declarauit, se gratificandi Seij caussa eum pro parte sua soluentem admisisse. Quemadmodum autem qui salua pignoris sui caussa contractui accedit, sibi non præiudicat: sic etiam expressa hæc singularis gratificationis testatio impedit ne vnius liberatio creditori quoad cæteros obsit. Nihil enim iniquius esset, quàm si vnius correorum electione, vel singulari liberationis beneficio, cæteris, de quibus actum non est, prærogatiua vlla, vel ius, aut commodum aliquod acquireretur [e].

*SENATVS* iudicauit licere Titio creditori alterutrum duorum correorum qui supererant, quem ipse vellet in solidum conuenire, eúmque ad solutionem ducentorum ex lege obligationis compellere [f].

a *L. fin. ff. de duobus reis. l. 3. §. nunc de effectu. ff. de liberat. le.*

b *L. 77. quoties. ff. de solut.*

c *L. si stipulatus. §. vlt. ff. de fideic. l. tale pactū. §. post diuisionem. ff. de pactis.*

d *L. si debitor. §. 1. ff. quibus modis pignus vel hyp.*

e *L. reos. C. de fideiuss. l. si ex totis §. 1. ff. de leg. 1.*

f Arrest donné le Vendredy 25. de May 1584. presidant Mōsieur de Morsan, Plaidans Gillot & Cure.



Source : BIU Cujas

*Domo diruta ac deinde refecta & readificata, An ius habitationis donatæ duret.*

## CAP. VIII.

SEIVS Titiam vxorem ducit, Meuia futuros coniuges sibi vt aliquo beneficio obligatos deuinciret, ædium, quas proprias habebat, habitationem futuris coniugibus in fauorē matrimonij & quandiu constaret matrimoniū donauit. Anno post contractum matrimoniū secundo domus illa casu fortuito corruit. Seius, etsi habitationis commoditate priuari ægrè ferret: tamen ex magnitudine impensarum de reficiendis ædibus nihil quidquam cogitat. Meuia aliquo pòst tempore cùm aream otiosam esse & inutilem doleret, aliam de integro domum ædificat. Seius nouas illas ædes in pristinæ domus locum suffectas dicit, atque in iis habitationis ius sibi cōpetere cōtendit. Negat Meuia. Controuersia hæc in Senatu variis hinc inde rationibus agitatur.

*a l. si habitatio. §. verum autem. ff. de vsu & habitat.*

*b l. solū. ff. de rei vendic. l. qui res. §. aream. ff. de solut. c l. sisupra. ff. de acquir. rer. dom. l. 1. C. de ædif. priuatis.*

*PRO SEIO.* Habitationis ius, si indefinita liberalitate cōcessum sit, sola eius cui debetur morte non alio vllo casu extingui solet [a]. Ipsas autem ædes, licèt corruerint, non tamē omnino ruina absumptas meritò dicemus, cùm arca remāserit, quæ à Iurisconsultis pars domus & quidem maxima vocatur [b]. Hinc fit vt cùm area exinde inædificata fuit, ædificium ex vulgata iuris regula solo cedere debeat [c]. At verò siue area nuda remansit, siue res in pristinū statum restituta est, non potest Seius habi

habitationis iure priuari. Sic enim si domus pignori data corruat, pignus tamen in area manet [a]. Eadem ratione emphyteusis durat, licèt domus ipsa in emphyteusim data vel corruerit vel exusta sit [b]. Ædes si semel facta est sacra, diruto ædificio area sacra manet [c]. Domo post contractã venditionem exusta, emptor petere potest, vt area quæ supereſt, sibi à venditore tradatur [d]. At si idem ius in area manet, domus autem inædificata areæ cedit, sequitur vt in iis ædibus, quas Meuia extrui curauit, idem ius habitationis duret. Huic autem cõtrouersię simillima quæstio videtur expresso Pauli Iurisconsulti responso decidi & terminari: *Si nauẽ, quam tu promisisti, dominus dissoluerit* (inquit Paulus) *deinde ijsdem tabulis eam nihilominus compegerit, rem promissam præstare teneris* [e]. Elegans est Alfeni tractatus, an iudicum mutatio rem eandem, an verò aliud iudiciũ constituat: Respondet autem Alfenus non modò si vnus aut alter, sed etsi omnes iudices mutati essent, tamen & rem eandem & iudicium idem quod antea fuisset permanere. Addit Iurisconsultus nauem, si frequenter adeò refecta esset vt nulla antiqua tabula permaneret, nihilominùs eãdem nauem existimari: idque idem Alfenus tam Philosophorum authoritate quàm naturali exemplo confirmat [f]. Itaque si domus eadẽ cẽseri debet, sequitur vt idem habitationis ius durare oporteat.

*PRO MEVIA.* Vetus illa quæstio, An post dirutas ædes idem ius in area duret, varias opiniones & diuersas Iurisconsultorum contentiones excitauit. Nos, vt controuersiæ ratio constet, distinctionem adhibebimus planam & veram, quę huic caussę aptissimè conueniat. Ius quod

[a] *l. domo. ff. de pign. act.*
[b] *l. 2. C. de iure emphyt.*
[c] *l. in tantum. §. sacra. ff. de rer. diuis.*
[d] *l. 21. venditor. in fi. ff. de hære. vel act. vendita.*
[e] *l. inter stipulantẽ. §. sacram. ff. de verb. oblig. l. qui res. §. aream. ff. de solut.*
[f] *l. proponebatur. ff. de iudicijs.*



Source : BIU Cujas

petitur, aut rem ipsam ac rei proprietatem: aut superficiem tantùm & vtendi commoditatem spectat. Si de venditione, si de pignoris caussa, de Emphyteusi, cæterísve similibus agatur, hęc omnia circa rem ipsam & soli proprietatem consistunt. Itaque in istis area manente supereſt pars rei, cuius respectu remanet obligationis vis & effectus. At si non de proprietate, sed de rei ipsius vsu tantùm agatur, aliud dicendum est. Quis enim negauerit habitationis commoditatem, ipsarúmque ædium vsum non in area & solo, sed in ædium superficie consistere [a]? Hinc fit vt ædibus incendio vel ruina absumptis, Iurisconsulti tam vsumfructum quàm habitationem extingui dicant: adeò vt ne in area quidem & cæmētis vsusfructus remaneat [b]. *Si ædes eæ* (inquit Tullius) *corruerint, quarum vsusfructus legatus sit, hæres restituere non debet: non magis quàm seruum, si is, cuius vsusfructus legatus esset, periisset* [c]. Quoties autem de habitatione quæritur, minùs cōtrouersa videtur disputatio quàm si de vsufructu ageretur. Nam sicut habitationis leuior est quàm vsusfructus commoditas: Ita etiam ius ipsum habitationis nō est tanti momenti, vt nec eximium adeò & singulare censeri & æstimari solet [d]. Quin & vsusfructus, ipsęque etiā vsus in iure, habitatio autem in facto consistit [e]. Itaque post dirutā antiquam domum statim perit & extinguitur habitatio. Ædes autem quæ nunc extāt, & quę primò habitationis olim concessæ tempore non erāt, quomodo obnoxiæ dici possunt habitationi, quæ semel extincta non ampliùs subsistit? Hinc Caius Iurisconsultus, *Si domus fuerit legata* (inquit) *licèt particulatim ita refecta sit, vt nihil ex pristina materia superſit*

a arg. l. eū qui. ff. de vsucap.

b l. repeti. §. reimutatione. ff. quib. mod. vsusfruct. amitt. l. seruitutes. §. sublatum. ff. de seruit. vrb. prad.

c Tullius in topicis.

d L. si habitatio. ff. de vsu & habita. in Instit.

e L. penul. ff. de capite minutis.

Source : BIU Cujas

*perſit: Tamen dicemus vtile manere legatũ. At ſi ea domo deſtructa aliam eodem loco teſtator ædificauerit, dicemus interire legatum* [a]. Ratio eſt, quia ademptione ſeu tacitâ ſeu expreſsâ legatum reuocatur. Adẽptio autem tacitè præſumitur, quoties aut res à teſtatore vendita aliena fit, aut aliquo caſu aliam fieri neceſſe eſt. At verò (obiicit Seius) ædificio refecto priſtina reuiuiſcit obligatio, exemplo nauis nunc ſolutæ, ac poſtea iiſdem tabulis compactæ. Verùm, ſi Iuriſconſulti verba attendimus, non eſt generale neque indefinitum nauis diſſolutæ exemplum: ſed qua mente nauis deſtructa & diſſoluta fuerit ſpectari oportet. Hæc enim ſunt Pauli Iuriſconſulti verba. *Nauis ſi hac mente reſoluta eſt vt in alium vſum tabulæ deſtinarentur: licèt mutato conſilio perficiatur: Tamen & peremptæ prior nauis, & hæc alia dicenda eſt. Sed ſi reficiendæ nauis cauſa omnes tabulæ refixæ ſint: nondum intercidiſſe nauis videtur, & compoſitis rurſus eadem eſſe incipit. Sicuti de ædibus depoſita ligna ea mente vt reponantur, ædium ſunt: Sed ſi vſque ad aream depoſita ſint, licèt eadem materia reſtituatur, alia erit* [b]. Illud autem huic controuerſiæ non conuenit, quia domus nõ volente Meuia diruta eſt, ſed caſu corruit. Neque verò de diruenda domo eáque ex iiſdem cæmentis reficiendâ vlla vnquam Meuię mens & cogitatio fuit. Itaque dicendum eſt priſtinam obligationem non durare, ſed rei mutatione & interitu ipſam quoque mutari [c]. Inſulâ exuſtâ non tenetur locator conductori, ait Iuriſconſultus [d]. Quin & hanc ipſam quæſtionem videtur Africanus expreſſo reſponſo decidiſſe. Si inſulæ vſufructu legato & deſtructa domo, area remaneat, ac dein de inſula facta ſit, vſumfructum extingui ait

[a] *l. 65. ſi ita legatum. §. fin. ff. de leg. 2.*

[b] *l. inter ſtipulantem. §. ſacram. ff. de verb. oblig.*

[c] *l. 7. taber. nam. ff. de inſtructo fundo & inſtr. legato.*

[d] *l. ſi quis domum. §. hic ſubintr. ff. locati.*



Source : BIU Cujas

Africanus: Idémque esse addit, si scyphorum vsus-fructus legatus sit, deinde massa facta & iterũ scyphi. Licèt enim (inquit) pristina qualitas scyphorum restituta sit, non tamen illos esse quorum vsusfructus legatus est [a]. Idque etiam Vlpianus confirmat, *Si ædes* (inquit) *ad aream redactæ sint, vsusfructus extinguitur, verùm etiam si demolitis ædibus testator alias nouas restituerit* [b].

a L. *qui vsumfructũ in princ. ff. de vsufructu.*

*SENATVS* iudicauit Seium in ædibus illis, quæ post priores dirutas refectæ fuerant, nullum ius habitationis habere [c].

b L. *quid tamen. ff. eo. ff. quibus mod. vsusf. amitt.*

c Arr. dõné le Mardi 24. d'Auril. 1584.

---

*An Colonus dominum nominando ab instantia & lite absolui debeat.*

## CAP. IX.

SEIVS cùm fundum Sempronianum vindicare vellet, Titium, qui fundi illius colonus erat, actione petitoria conuenit. Titius nominat Meuium dominum, qui cùm dominus esset aut domini vice possideret prædium, Titio locauerat. Seius actor contendit non sufficere colono quòd dominum nominauerat, nisi illud etiam præstet vt dominus in iudicio compareat & liti adsit. Titius colonus satis esse dicit quòd dominum suum, à quo ius conductionis habet, nominauit.

*PRO SEIO ACTORE.* Quicunque rei præstandæ facultatem habet, ab eo res vindicari potest: seu depositarius sit, seu nudus ministeer, aut simplex rei controuersæ colonus. Hi enim omnes cogi possunt rem aut restituere aut defendere [d]. Nam

d C. officiũ. ff. de rei ven.

& qui

Source : BIU Cujas

& qui rem Ecclesiæ vel suo vel etiam alieno nomine detinet, seu verus possessor sit seu tantùm colonus, dummodo restituendæ rei facultatem habeat, eam præstare & Ecclesiæ restituere debet [a]. Quicunque enim rem suam vindicat eámque sibi adiudicari petit, si quem videt eius possessioni insistere & ex re sua fructus percipere, hûc, non alium quenquam, in ius vocare debet, quia solus ille est de quo conqueri possit. Titius colonus dominum, cùm quo locationis lege contraxit, nouit, & nulla difficultate in iudicium aduocare potest, vt legitima contestatione possessionem coloni tueatur & defendat. Hoc colonus si facere negligat, nulla ratio contumaciam eius excusare potest [b]. Nam & ex Constantini Imperatoris constitutione, Si quis petitorio iudicio conuentus alium dicat dominum, tenetur dominum, quem nominauit, iudicio sistere. Quod si hoc facere negligat, contumacialis iudicij ordo exinde legitimo iure procedet. Quo casu domino absente & rem suam non defendente, actor in possessionem rei controuersæ mittetur [c].

[a] Can. quicunque 12. quæst. 1.

[b] authent. quæ in prouincia. Cod. vbi de crimine agi oporteat.

[c] l. 1. Cod. vbi in rem actio.

*PRO TITIO COLONO.* Si quis rei præstandæ & restituendæ potestatem habet, eum nemo negat, si quidem possessor est, conueniri posse & in ius vocari. Sed alia est possessoris, alia coloni conditio. Constat enim colonum possessorem verum non esse: ac licèt rem detineat, non tamen suo, sed domini nomine possidere [d]. Quin ergo actori proderit colonum conuenire & inani contestatione iudicium frustrari? Nullæ enim denuntiationes obesse possunt, nisi aut ipsi domino aut eius vero procuratori fiant [e]. Iudicium autem rei vindicationis frustra & inutiliter aduersùs

[d] l. nunquã §. si seruus. ff. de vsucap.

[e] l. ite veniũt. § petitã. ff. de petit. her.

Source : BIU Cujas

sùs eum exercebitur, qui rem ipsam non quidem possidet, sed alieno nomine simpliciter detinet a: Colonus enim ius habet non in re, sed in sola fructuum perceptione. Cur ergo colonum facta domini nominatione vltetius litigare cogemus, vt adigatur odiosa in ius vocatione dominũ suum vexare? Imò si quid actor velit, ipse dominum in ius vocet. At licèt quæstio hæc controuersa quondam fuerit, vt aliud iure ciuili b, aliud iure canonico ex Innocentij tertij rescripto c obtinere videatur: Tamen illud tandem ex æquitatis ratione obtinuit, vt simulatque colonus dominum nominauit, cogatur actor eum conuenire. Hoc si aliter fiat & licet cum colono de rei proprietate contestari, pleræque admittentur fraudes, atque etiam colluſoria cum colono iudicia: cùm tamen colonus iure ciuili possessionem domini mutare aut interuertere nequeat.

*SENATVS* colonum, qui dominum nominauerat, ab instantiâ & lite exemit d.

a cap. examinata ex. de iud. b d. l. officium. cc. quoniã. vers. in aliis verò casibus, & gloss. in verb. in rebus immobilibus extrà in lite non contestata.

d Arr. dõné aux grands iours de Poictiers le Lundy 26. de Septembre 1579. plaidãt Buysson pour aucuns fermiers du sieur de Courcelles appellans, & Des Matras pour les inthimés. Cela pareillemẽt auoit esté auparauãt iugé par arrest du 23. de Septembre 1563.

---

*De visitatione, & congressu, & dissoluendo ex causa frigiditatis matrimonio.*

## CAP. X.

TITIVS & Seia adolescentula mutuam coniugij fidem solemniter spondent. Sponsalia ex voto parentum ritè in Ecclesia celebrantur. Ipso nuptiarum tempore Seia Titium frigiditatis arguit, cúmque quia sit ad coitum inhabilis, matrimo-



Source : BIU Cujas

nij contrahendi incapacem esse allegat. Iudex Ecclesiasticus, cuius de fœdere matrimonij cognitio est, visitationem, antequam congressum decerneret, solito fori Ecclesiastici more indicit. Appellat Titius.

*PRO TITIO.* Verecundia pudicitiæ comes est, castitatis custos, insigne mulierum decus & ornamentum. Apud Homerum Alcinoi filia præ virgineo pudore tacito affectu spem nuptiarum proximam dissimulat, αἴδετο γὰρ θαλερὸν γάμον ἐξονομήνειν πατρὶ φίλῳ a. Legitima quidem est nec puellæ indecens dulcis spes Hymenæi, & grata nuptiarum expectatio: Turpe tamen videtur & indecorum in virgine coniunctionis votum, nisi & vultus, & sermonis pudor animi modestiam castósque mores referat. *Sæpè pater dixit, debes mihi nata nepotes. Illa velut crimen taedas exosa iugales Pulchra verecundo suffundens ora rubore, Da mihi perpetuâ, genitor charissime, dixit, Virginitate frui: Dedit hoc pater antè Diana* b. Penelopen Icarius pater cùm post nuptias sistere apud se & retinere vellet, Vlysses victus importunis soceri precibus, optionem Penelopi dedit, vel se vt sequeretur, si id mallet, vel cum patre Lacedæmonem rediret. Hinc parentis pietas, illinc coniugij honos & licitus Hymenæi ardor. Ipsa Penelope, nullo edito responso, faciem velauit, cùm & maritum sequi legitimo voto appeteret, & sola nuptiarum contemplatione parentis preces aspernari erubesceret: Icarius & filiam abire permisit, & eodem loco simulachrum Pudoris dedicauit c. Quàm aliena est à modesto Penelopes silentio immodesta hæc & petulans expostulatio! Nam cùm Scia adolescentula sit vixdum annos octodecim

a *Homerus Od. Z.*

b *Ouidius lib. 1. Metam.*

c *Pausanias in Laconicis li. 3.*

nata,

Source : BIU Cujas

nata, rescire lubet vnde & quali tyrocinio edocta sit, quid frigiditas à pleno & amabili coitu distet: quídve in amplexu Venereo prurientem expleat voluptatem. Apud Senecam fit rea Vestalis quæ dixerat, *Felices nuptæ: moriar nisi nubere dulce est.* Aut enim (inquiebat accusator) experta scis aut inexperta peieras [a]. Non dissimiliter de Seia dicere licet: Aut virgo Veneris gaudia nondum nouit, & inexperta quid expostulet ignorat: Aut, si aliam ipsa se profitetur, tantúmne in iudiciis impudentia valebit, vt quæ se impuram agnoscit, impunè spem legitimi coniugij iactare audeat? Rectè D. Hieronymus, *Ornet prudentiam verecundia, quódque præcipuum in fœminis semper fuit, cunctas in te virtutes pudor superet* [b]. Tanta tamen mulierum huius sęculi procacitas est & licentia, vt nihil ferè quidquam occurrat in iu[illegible] & Senatu frequentius impudicis istis expostulationibus & lasciuis nuptarum querimoniis: quæ non modò non vindicantur, sed & magno fori Ecclesiastici dedecore etiam cum applausu admitti solent. Statim enim visitatio indicitur eorum quæ natura velauit: Mox decernitur congressus, vt grato lasciuæ colluctationis ludicro immodesta libidinosæ puellæ cupiditas exerceatur. Olim nec facili nec leui de causa contractas iure nuptias rescindi fas erat: diúque apud Romanos nescita sunt diuortia. Quin & post admissã diuertendi licentiam, non tamen repudij libellus fœminis, sed solis viris est concessus, ídque apud Plautum conqueritur Syra. *Æcastor lege dura viuunt mulieres, &c* [c]. Nota erat priscis hominibus muliebris audacia, & huic indomito animali frenos adhiberi antiquitas incorrupta voluit, διὰ κυφότητα καὶ

a Seneca lib. 6. controu. 8.

b D. Hie. ad Celantiam, l. 2. epist. 20.

c Plautus in Mercatore act. 4. scena vltima.

ὅτι καὶ τράσος τοῦ γένους ἀνήτου, vt ait Iosephus [a]. Seuerus Cæcinna apud Tacitum *Non imbecillem tantùm & imparem laboribus sexum* (inquit) *sed si licentia adsit, sæuum, ambitiosum, potestatis auidum* [b]. Vnde simul atque labante morum disciplina fœminis libertas diuortij permissa est, qualis & quàm dissoluta exinde secuta fuerit licentia ipse Seneca testatur, *Nunquid iam* (inquit) *vlla repudio erubescit, postquam illustres quædam ac nobiles fœminæ non Consulum numero, sed maritorum annos suos computant, & exeunt matrimonij causa, nubunt repudij* [c]? At videte quanta sit hominum huius sęculi stoliditas. Vir mulierem nuptam neque dimittere, neque, si intactam profiteatur, matrimonio exigere potest. Neque enim in iis, quæ ad τεκνοποιΐαν pertinent, quidquam de muliere conqueri licet. Si liceat, forsan non frigiditas in illis, sed nimius calor æstúsve arguatur. Mulier autem si viri ἀδυναμίαν accuset, statim visitatio, mox congressus decernitur. In visitatione vterque coniugum & vir & mulier nuda corpora exhibere iudicibus, medicis, matronis iubentur. Matronas voco obstetrices anus. (sic enim vulgus eas appellat.) Nuditas in viro indecens, in muliere probrosa est. Herodotus apud Lydos ac plerasque gentes etiam Barbaras, indecorum viris fuisse tradit, si se nudos ostenderent [d]. Nam (vt ait Cicero) hoc solum animal natum est pudoris & verecundiæ particeps. Zenon philosophus cùm viros & mulieres eodem vestis genere tegi & operiri voluisset, addit καὶ μηδὲν μόριον ἀποκεκρῶφθαι [e]. Apud Nicephorum cùm Amon ille Ægyptius & Theodorus eius discipulus insignes monachi amnem quendam traiicere vellent,

a *Iosephi li. 4. antiquit. ca. 8.*

b *Tacit. lib. 3. annal.*

c *Seneca li. 3. de benef. ca. 16.*

d *Herodotus lib. 1.*

e *Diogen. Laertius in vita Zenonis.*

vellent, Amon nudare se coram Theodoro noluit, & recedere Theodorum iussit: Mox & cùm snam ipsius nuditatem conspicere erubesceret, diuinâ numinis potentiâ in sublime eleuatus in vlteriorem peruenit ripam [a]. Pubertas olim inspecto corpore iudicabatur, exinde lex ciuilis certo annorum & ætatis termino hoc definiri voluit [b], cùm inhonesta nudi corporis inspectio in viris indecens, in fœminis impudica videretur. Vnde Herodotus dum Gygis historiam describit, mulierem ait deposita tunica simul etiam verecundiâ exuere, Ἅμα δὲ χιτῶνι ἐκδυομένῳ συνεκδύεται καὶ τὴν αἰδὼ γυνή, &c. Quæ verba aut interpretari aut imitari videtur D. Cyprianus, *Simul* (inquit) *cum amictu vestis honor corporis & pudor ponitur, denotanda ac contrectanda virginitas reuelatur* [d]. Venus dea impudicitiæ nudo & intecto corpore pingitur: Cupido nudus, atque etiam obscœna Priapi imago nuda repræsentatur. *Inscius Actæon vidit sine veste Dianam* [e], Tyresias Vates cæcitate plectitur, quòd Mineruam nudam conspexisset. *Nudam Tyresias aspexit Pallada vates* [f]. Milesias virgines sola nuditatis infamia à mortis voluntariæ voto retraxit. Statutum enim vt quæ sibi mortem vltrò consciuissent, nudæ cum laqueo efferrentur. Pudore solo tam inhonesti funeris deterritas Gellius memorat [g]. At verò in istis Ecclesiastici fori visitationibus, nuditatis dedecori accedit turpis & inhonesta membrorum contrectatio: qualis olim in mancipiis licebat quæ venalia prostabant, Seneca, *Nuda in littore stetit ad fastidium emptoris, omnes partes corporis & inspectæ & contrectatæ sunt* [h]. Augusto inter cæteras libidines obiici solebat, quòd matresfamilias & adultas ætate virgines denudari

[a] Niceph. Callist. lib. 8. c. 4. hist. Tripart. li. 3. ca. 11.
[b] l. 11. de minoribus. l. 3. C. si minor se maiorem. l. fi. C. quando tutor, vel curat. esse desin.
[c] Herodotus lib. 1.
[d] D. Cypr. lib. de habitu virginum, tractatu 2.
[e] Ouid. li. 3. Tristium & li. 3. Metamorpho.
[f] Propert. lib. 4.
[g] Gellius li. 15. c. 10.
[h] Senecæ lib. 1. controu. 2.

Source : BIU Cujas

nudari atque perſpici iubet, tanquam Thoranio mangone vendente [a]. Eccleſiaſticæ hiſtoriæ authores cùm barbaræ crudelitatis exempla referūt quibus olim Chriſtiani cruciabantur, ſimul etiam inter ſupplicia memorant ſacras virgines tyrannorū iuſſu nudari conſueuiſſe, contrectari, & cunctorum ludibrio exponi [b]. In iſta autem membrorum denudatione, quæ iudice Eccleſiaſtico decernente fit, illud indigniſſimum eſt cęteras corporis partes, quas honeſtate permittente reuelare licet, tectas & opertas manere: Quas autem natura velut obſcœnas celari & abſcondi voluit, eas ſolas nudari & proferri. Diuus Ambroſius de Herodiade. *An quidquam eſt* (inquit) *tam pronum ad libidines quàm inconditis moribus ea, quæ vel natura abſcondit, vel diſciplina velauit, membrorum operta nudare* [c]? Maximum iniuriæ genus & diuini numinis contemptum reputari legimus, quoties aliquis in Eccleſiæ ſanctuario pudendas corporis partes nudauerat [d]. Iulius Cæſar moriens ſiniſtra manu ſinum ad ima crura deduxit, quò honeſtiùs caderet, etiam inferiore corporis parte velata [e]. Olympias Alexandri mater cùm Caſſandri iuſſu interficeretur, moriēs, ne quid poſſet in corpore eius indecorum videri, capillis & veſte crura contexiſſe fertur [f]. Plinius de Cornelia Maximilla Veſtali refert, quæ damnata cùm deiiceretur, πολλὰ φροντίσαι εἶχεν ἰσχήμως πεσεῖν [g]. Ouidius, *Tunc quoque cura fuit partes velare pudendas, Cùm caderet, caſtique decus ſeruare pudoris* [h]. D. Ambroſius, *Idcircò* (inquit) *indumentis operiuntur genitalia hominum, ne deformi viſu obtutum, aciémque perſtringant oculorum intuentium* [i]. Barbari perſecutores in Chriſtianorum mulierum martyriis, quò

[a] *Sueton. in Auguſto cap. 69.*

[b] *Niceph. li. 10. cap 9. in princ. & lib. 11. ca. 28. hiſt. Tripart. li. 6. cap. 12.*

[c] *D. Amb. lib. 3. de virginibus.*

[d] *Niceph. Eccl. hiſt. li. 11. cap. 28.*

[e] *Suet. in Iulio c. 82.*

[f] *Iuſtinus li. 14.*

[g] *Plinius 4. epiſt. 11.*

[h] *Ouidius li. 13. Metamorph.*

[i] *D. Amb. li. 6. epi. 36.*



Source : BIU Cujas

infamia maior esset, partes eas detegi & nudari iubebant, quas naturalis pudor occuli & abscondi voluit [a]. Itaque nudationem obscœnarum partiũ, quam persecutores & Christianæ pietatis hostes martyrij instar & infamiæ loco statuebant, Seia & adolescentulâ, & (si credere dignũ est) virgo non modò volens patitur, sed & vltrò importuna flagitatione decerni postulat. Vultis ad perpetuam fœdissimæ rei detestationem, quam à foro & iudiciis explodi conuenit, visitationem (spectaculum odio publico dignum) verbis repræsentari? Parcite pudicæ aures, si quid in re obscœna labatur verecundi sermonis modestia. Puella resupina iacet cruribus hinc inde distentis. Prostant pudendæ corporis partes, quas natura ad delicias generis humani velauit. Has & matronæ (quæ obstetrices anus sunt) & medici inspiciunt, pertractant, diducunt: Magistratus vultu composito risum dissimulat: Matronæ præsentes venerem dudum oblitam refricant: Medici pro ætatis discrimine, hic vires pristinas reminiscitur, ille animo æstuante inanis iudicri spectaculo pascitur: Chirurgus aut ferramento fabrefactõ (id speculum matricis vocari solet) aut cereo & fictitio Priapo aditus Venereos tentat, aperit, referat: Pulla iacens titillatione vesana prurit: Vt etiam si virgo visitari cœperit, inde tamen non incorrupta recedat. Plura dicere vetat pudor. Verùm cùm ad summum improbitatis fastigium deuenerit sæculi istius impudentia, visitationes illæ etiam cunctis fatentibus inhonestæ, indignæ, inuerecundæ: tamen si qua

[a] Niceph. li. 7. cap. 8.

Source : BIU Cujas

si qua in re expediant, aut aliqua veritatis probatio inde elici queat, admittantur ac tolerentur. At verò peritissimis notissimum est nihil inueniri fallacius visitationibus illis, seu de virilis potentiæ veritate, seu de virginitatis probatione agatur. In viro membrorum contrectatio certiora forsan veritatis indicia proferre videtur. Et tamen licèt integra omnia deprehendantur, frequenter etiam sine aperto defectu frigiditas & torpor arguitur, ac plerunque etiam an semen prolificum sit inquiri solet. Quin & ex aduerso etiam partibus mutilis fit aliquando vno teste plena virilitatis probatio, quasi ad coitum & τεκνοποιίαν sufficiat: Vt siue integra omnia reperiantur, siue aliquid deficiat, non tamen certa sit probationis fides. At si de virginitate disceptetur, constat ex mulieris aut puellæ visitatione nihil quidquam certi, nihil veri deprehendi posse. Quid enim virginitas inani specie iactatur, cúrve hoc commento mulieres continua fraude viros fallere consueuerunt? Antiqui pelliculam esse crediderunt, quæ hymen diceretur, cuius ruptione virginitatis defloratio fieret. Itaque vt virginitatis integritas nosceretur, exquirendum censebant an pellicula illa integra, an verò rupta & effracta esset. At nihil proponi potest isto mendaci commento fabulosius, nihil absurdius. Licèt enim pellicula illa in plerisque, non tamen in omnibus puellis reperitur; Imò etiam in iis ipsis, in quibus deprehenditur, non tamen eadem in omnibus est, nec simili tenore, aut eodem in loco. Quòd si in ipsa



Source : BIU Cujas

defloratione aliquando sanguinem prosilire aut erumpere contingat, hoc vel propter nimiam vim coeuntis qui claustra primus aperiat (vt sanè prima coitio est acerrima) vel aliunde procedit. Ridiculum enim est si dicamus vel pelliculā vllam rūpi necesse esse, vel ruptæ vestigia quędam supereſſe, ex quibus certa virginitatis vel integræ vel corruptę indicia proferantur. Sed cùm olim priscā credulitatem hic error occupasset, virginem illam membranam καὶ πλὴν ὑμφὰ non sine vi sanguinea perrumpi, multæ variæque diuersis in locis adhibebantur fallaces deceptiunculæ. Plura hîc referre exempla aut superuacuum esset, aut indecens & obscœnum. Vnum quidpiam narrare non pigebit quod ab Arnaldo de Villanoua insigni medico scriptis proditum est. Ille erat medicus Friderici, qui & Imperator, & Neapolitanus Rex fuit. Vnde certior fides adhiberi debet medico suę ætatis primatio in iis quæ Neapoli fieri sua ætate consueuisse

a *Arnaldus de Villanoua, lib. 3. breuiarij, cap. 6.*

refert a. Neapoli (inquit) nupta non aliter existimabatur eximium virginitatis donum marito reseruasse, nisi prima nuptiarum nocte sanguinolenta fierent ea lintea, in quibus coniuges primùm Veneris suæ tyrocinium exercuerant. Itaque nuptæ, cùm geniali lecto applicabatur, donare solebat maritus candidum indusium: Et id quidem si manè sanguineis maculis notatum exhiberetur, virginitas plenè probata credebatur, nullo signo suspicionis incerto. Hoc autem quàm fallax esset & absurdum idem author testatur. Nam matres, quæ filias aut impudicas habebant, aut certè semel aliquando corruptas, consueuerant adhibitis medicamentis adstringentibus, in secretiores

puel

puellę partes indere vesicam quandam piscis, quæ cùm & tenuis esset & sanguine aspersa, facilè contingebat, vt in primo coitionis impetu ruptâ & elisâ vesicâ erumperet sanguis, qui falsâ & fallaci virginitatis notâ indusium nuptæ macularet. Incertæ sanè sunt & dubiæ, aut potiùs insidiosæ sunt & fallaces omnes istæ virginitatis curiosæ indagationes. Nam ipsi Canonistæ referunt mulieres quasdam repertas fuisse, quæ secretiores partes suas adeò arctas medicamentis effecerant, vt ne quidem coiri cum illis posset [a]. De visitationibus autem Diuus Cyprianus *Nec* (inquit) *aliqua putet se posse hac excusatione defendi, quod inspici & probari possit an virgo, suscum & manus obstetricum & oculi sæpè fallantur* [b]. Diuus Augustinus, *Obstetrix* (ait) *virginis cuiusdam integritatem manu velut explorans siue maleuolentia siue insciti a, dum inspicit, perdidit* [c]. Diuus Ambrosius Syagrium Episcopum, qui visitationem eiusmodi fieri iusserat, acriter multis verbis corripit. *Quid quòd* (ait) *etiam ipsi archiatri dicunt non satis liquidò comprehendi inspectionis fidem, & ipsis medicinæ vetustis Doctoribus id sententiæ fuisse? Nos quoque vsu hoc cognouimus sæpè inter obstetrices obortam varietatem & quæstionem excitatam: vt plus disputatum sit de ea quæ inspiciendam se præbuerit, quàm de ea quæ non fuit inspecta.* Idem Diuus Ambrosius: *Itáne ergo liberum erit accusare omnibus: & cùm probatione destiterint, patebit vt genitalium secretorum petant inspectionem, & addicentur semper sacræ Virgines ad huiusmodi ludibria, quæ & visu & auditu horrori & pudori sunt* [d]? Salomõ quatuor esse ait, quæ humani ingenij captũ excedant, & quorum indicia aut vestigia vix deprehendere liceat: viam

a Panorm. in cap. fraternitatis, & cap. fin. de frigidis & malefic.

b D. Cypr. lib. 1. epist. 11. ad Pomponiũ. Vnde desumpti sunt cãnec aliqua, & can. quòd si pœnitentiam 27. quæ. 1.

c D. Aug. li. 1. de ciu. Dei, ca. 28.

d D. Ambr. li. 8 epist. 64. ad Syagrium.



BIBLIOTHEQUE CUJAS PARIS

Source : BIU Cujas

aquilæ in aere, viam colubri super terram, iter nauis in pelago, & viam viri cũ adolescentula [a]. Reiiciãtur ergo impudicæ illæ visitationes, quæ & obscœnæ sunt & vanę atque inutiles. Nam & in viro dubia est & incerta ex inspectione membrorum virilitatis probatio: & in muliere aut puella nullus esse potest visitationis effectus: Siquidem viam viri in adolescentula (vt ait Sapiens) & Priapi venerea claustra ingressi notas & indicia non minùs difficile est deprehendere, quàm auis præteruolantis vestigia in aere, aut nauis mare secantis notas in aquis signare. Sed quid visitationes acri stylo insectamur, aut indignas pudendorũ inspectiones horremus: cùm desperata sæculi istius impudentia obscœnius quiddam & indignius adinuenerit? Licere volũt & permitti nuptæ ad Venereũ certamẽ (*congressum* appellant) coniugem prouocare: scilicet vt is qui seu verè seu fictè frigidus & ad coitum inhabilis dicitur, virilitatis suæ specimen in turba facere, ac præsentibus medicis & matronis coire cogatur. Quid verò congressu isto obscœnius, vt licere velimus ἄρθρα ἐν ἄρθροις inspicere? Quid turpius aut indignius quàm publicè & coràm misceri, vt oculi etiã in partem libidinis veniãt? Edixerat Lycurgus vt ne volentes quidẽ viri cum legitimis vxoribus, nisi clàm & furtim congrederentur [b]. *Tãtum abest incesti cupido* (inquit Minutius Fœlix) *vt nonnullis rubori sit etiam pudica coniunctio.* Hoc confirmat Aristoteles, αἰσχύονται ὁμολογεῖν οἱ ἐπιθυμοῦντες ἀφροδισιάζεσθαι ὅτι ἡ τῶν ἀφροδισίων ἐπιθυμία ἐκ περιουσίας, ἐστὶ c. Sic & apud Romanos vir primò cum sponsa non congrediebatur luce, sed in tenebris. Cuius rei rationem Plutarchus ad verecundiam refert, vt non

a Prouerb. cap. 30.

b Plutarc. in vita Lycurgi, & Xenophon in Repub. Laced.

c Aristot. sect. 4. problem. 8.

non tantùm in coitu illicito, sed & in legitimo pudor adhibeatur [a]. Ranæ, animal alioqui fœdissimũ, horrent Venereo complexu interdiu se implicare, noctémque vt coeant expectare solent [b]. *Quis furor est quæ nocte latent in luce fateri* [c]? Venus dicta est ἀκοτία, cuius templum apud Ægyptios fuit [d]. Sic etiam appellata est Melanis siue Melænis, quia (inquit Pausanias) concubitus hominum non diurni sunt velut pecudum: sed latentes & nocturni, ἐπ' ἀνθρώπων μὴ τὰ πάντα εἰ μίξεις ἔπασιν τοῖς κτήνεσι μιᾷ ἡμέρᾳ, τὰ πλείω δὲ εἰσιν ἐν νυκτὶ [e]. *Placétne pecudum ferarúmque ritu promiscuè in concubitus ruere*, dicebat Virginius apud Liuium [f]? *Fœda est in coitu & breuis voluptas: Et tædet Veneris statim peractæ*: Non ergo vt pecudes libidinosæ, *Cæci protinus irruamus illuc* [g]. Monet Diuus Augustinus filiorum procreationi operam dare non canino more, sed honesto & cõiugali [h]. Sub Theodosio Imperatore adulterarũ pœna erat, vt in lupanaribus inclusę cunctis prostituerentur. Ad publicam autem infamiam homines libidinosi tintinnabula sibi aptabant, quæ coitus tẽpore resonarẽt, vt contumelia maior esset, si prætereuntes pœna nó lateret. Sed Imperator pudicitiæ & castitatis studiosissimus, tã impudens támq; obscœnũ pœnæ genus sustulit [i]. Temirem seu Tãberlanem, Laonicus Calchondilas memorat libidinosissimũ fuisse, & adolescentes habuisse, quibus interdiu iuberet in conspectu suo cum mulieribus coire, vt & ipse tam turpi spectaculo ad libidinem incitaretur [k]. Seneca dũ turpes Hostij hominis obscœnissimi libidines refert, *Quidnam* (inquit) *homo impurus reliquit quod in tenebris faceret? Nõ pertimuit diem, sed ipsos concubitus portentosos sibi ipse ostendit*,

a Plutarc. qu. Rom. 65.
b Ælian. lib. 13.
c Ouidius lib. 3. Amorum eleg. 13.
d Hesychius in dictione ακοτία.
e Pausanias in Arcadicis.
f Liuius lib. 3.
g Petronius.
h Can. nuptiarũ 27. quæst. 1.
i Niceph. li. 12. Eccl. hist. ca. 22. circa fin. Histor. tripart. li. 9. cap. 24. in fine.
k Laonicus Calchondilas lib. 1. de rebus Turcicis.



Source : BIU Cujas

*ipse approbauit.* Addit Seneca. *At illud monstrum obscœnitatem suam spectaculum fecerat, & ea sibi ostentabat quibus abscondendis nulla satis alta nox est* [a]. Diuus Augustinus, *Vbi ad eiusmodi opus ventum* (ait) *secreta quæruntur, arbitri remouentur, filiorum quoque ipsorum, si iam inde aliqui nati sunt, præsentia deuitatur* [b]. Apud Lucianum cùm Bagoas philosophus Peripateticus argueretur esse Eunuchus, iudicum cognitioni rei veritas commissa est: Inter iudices quidã censebant nudato illo, quemadmodum in venalibus mancipiis fieri solet, inspici oportere an vir esset: Alij decerni æquum esse iudicabant, vt accersitis è lustro mulieribus iuberetur congredi: Sícque altera iudicum sententia ad visitationem, altera ad congressum pertinebat [c]. At dura est lex congressus. Non enim semper & ad votũ respondet pars illa corporis, quę si in viro langueat aut vigore pleno deficiatur, cessat spes omnis voluptuosæ coitionis. Sed cur ad congressum tanquam ad sacram anchoram recurritur, cùm etiã plerunque nulla frigiditatis suspicione multi casus interueniant, quibus coeundi facultas fistitur & impeditur? Quis enim dubitat coitum veneficis artibus carminibúsque magicis retineri & impediri? Herodotus refert Amasim Regem diu nequiuisse rem habere cum Ladice vxore: idque magicis incantationibus effectum [d]. Apud Tacitum Numantina vxor Syluani accusata est carminibus & veneficiis vecordiam marito iniecisse [e]. Sic & apud Petronium cùm is, qui in Veneream istam paralysim inciderat, sibi vt rursum congredi permitteretur, peteret, *Forsitan* (inquit) *rediret hoc corpus ad vires & resipiscerent partes veneficio, credo, sopitæ.*

Quidius,

a *Seneca lib. natur. quæst. circa fin. ca. 16.*

b *D. Aug. lib. 2. de gratia Dei & peccato orig. c. 37.*

c *Lucianus in dialog. Eunuchus.*

d *Herodotus lib. 2.*

e *Tacitus lib. 4. annal.*

Source : BIU Cujas

Ouidius, *Quid vetat & neruos magicas torpere per artes* [a]? Hierocles, quem Heliogabalus Imperator in deliciis habuerat, cùm videret Aurelium quendam ab Imperatore adamari, veritus ne præ Aurelio negligeretur, Aurelium præstigiis ac veneficiis effœminauit ἐξεθήλυνεν αὐτὸν καὶ ἐνάρκωσεν, adeò vt per totam noctē ignauus ad coitum καὶ πρὸς μίξιν ἀκίνητος iaceret, inquit Zonaras [b]. Rex Theodoricus cùm Hermembergam vxorem duxisset, virginitatis florem delibare non potuit, maleficis pellicum suarum artibus carminibúsque prohibitus [c]. Huc fortassis referri potest quod ait Gregorius Turonensis, *Eulalius puellam de monasterio Lugdunensi diripuit eámque accepit. Sed concubinæ eius instigante inuidia maleficiis sensum eius oppilauerunt* [d]. Veneficiis ἐκστάσεις καὶ παραβροσυνόαι καὶ ἀφόρητοι μανίαι κατασκήπτουσιν, inquit Philo Iud [e]. Sed quid solas artes magicas accusamus, cùm etiam absque vllo maleficio sępe interueniant frigida quædam interualla, quibus vir inhabilis est ad coitum, nec vires ad votum desiderio respondent? Quin & ipse Imperator Iustinianus quosdam refert, qui cùm per biennium ab opere Venereo enerui languore abstinuissent, tertio demum anno redintegratis viribus plenè atque amabiliter coire cœperint [f]. Seneca, *Quid si maritus* (inquit) *euiratus, inutilis in concubitu vxoris suæ iacuisset* [g]? Apud Romanos in nuptiis Talasius acclamari solebat, forsan non ob rationes à Plutarcho variè exquisitas, sed quia τάλασις apud Græcos patientiam & tolerantiam significat, quia nullibi magis, quàm in matrimonio patientia requiritur: vt quemadmodum viri mulierum iurgia morúmque procacitatem ferre debent, ita etiam si quid in viro

a *Ouidius li. 3. Amorum eleg. 6.*

b *Zonaras tom. 2. pag. 223.*

c *Paulus Æmilius in Clotario 2.*

d *Gregor. Turon. lib. 10. cap. 8.*

e *Philo in lib. de special. legib. aduersùs mœchos.*

f *l. penult. C. de repudiis, & in authe. de nupt.*

g *Seneca lib. 2. controu. 5. torta à tyranno pro marito.*



Source : BIU Cujas

deficiat, modestam patientiam vxor exhibere & præstare teneatur. Canonici iuris dispositio triennij spatium expectari desiderat: Quo lapso, non priùs inquirendum iubet an nupta etiamnum virgo esset, necne [a]. Nupta, quæ in tale infortunium incidit, cur non laudabili modestia & pudico affectu infirmitatem restitui & vires marito redintegrari patietur? *Amari liceat, si potiri non licet* [b]. In istiusmodi sanè controuersiis tam Seia quàm alia quæuis mulier non voluptatem, sed prolis desiderium frigiditatis expostulationi prætexere solet. At viri non minùs, quàm mulieres, liberos affectant & legitimæ prolis desiderio tenentur. Non tamen publica honestas aut tanti sacramenti veneratio viro permittit coniugem vlla sterilitatis occasione repudiare: *Expecta* (inquit Seneca) *potest parere, non respondet ad certum fœcunditas diem: Sui iuris rerum natura est, nec ad leges humanas componitur: Modò properat: Modò vota præcurrit: Modò lenta est & demoratur* [c]. Quintilianus, *Non semper fœcunditas properat: Aliquando dilata veluti pleniores fructus reddit* [d]. Verùm impatiens mulierum libido maritos ad congressum & certamen Venereum prouocat: ac nisi statim vir coire paratus sit, vel si dilationes aut legitimas excusationum causlas proponat, exclamat illicò mulierum turba cum, qui arma ad cõgressum parata nõ habet, eunuchum esse, frigidum, curatum, maleficiatum. Quàm durum est & inciuile inuitum aliquem iudice decernente ad congressum & voluptatem Venereàm detrudi. Quis enim nescit coeundi facultatem non solo voluntatis nostræ arbitrio constare, sed simul etiam requiri, vt Venerea libido spiritu rigido neruos impleat,

a Cap. laudabilem extra de frigidis.

b Petronius.

c Seneca lib. 2. contou. 5.

d Quintil. decla. 251.

impleat, & arma Priapea vigore pleno inflammet? Naturam accusare liceat, quæ non omnes corporis nostri partes ea membrorum perfectione formauit, vt paratæ promptæque vires libidini respondeant, & lassæ voluptatis satietas animum antè, quàm corpus fatiget. Magnum est & potens Veneris numen, cuius amabiles blanditias natura parens ad æternam rerum seriem fouet. Non tamen ipsa Venus milites suos semper ab ignauæ lassitudine & inerti membrorum torpore potest vindicare, vt quandocunque libuerit lacessiti mox fiant, iuuenile perpetuúmque robur illorum membra continuò dirigat & erigat, idémque voluptati qui & voluntati finis sit. Sed (quæ virium nostratum imbecillitas est) nerui non imperio iudicis aut iussui magistratus parent, nec vllo diuortij metu actus Venereos exequi solent, sed naturæ robur & corporis vires requirunt: Simul etiam libidini seruiunt quæ tota lasciuiæ est. Quis verò, nisi caninæ sit impudentiæ, potest præsentibus medicis, obstetricibus, iudice, ac plerisque aliis Venereâ aliquâ libidine titillari, & ad coitum grato voluptatis desiderio impelli? Scia nuptias esse non credit, nisi adsit Venereæ voluptatis fruitio: At optabile coniugij votum non libido, non voluptas aut lasciuia, sed dignitas commendat. Elegantèr Ælius Verus Imperator, *Vxor* (inquit) *dignitatis nomen est non voluptatis* [a]. Quintilianus ait, *Vxoria charitatis ardorem flagrantius frigidis concupimus affectibus* [b]. In legitimas coniugij tædas, quas pronuba Iuno amabili desiderio temperauit, æstus libidinis nihil iuris sibi vendicat. Charitas ipsa coniugalis neque senio, neque

a *Spartianus in Ælio Vero.*
b *Quintil. declam. 2.*

Source : BIU Cujas

neque frigiditate vlla minuitur aut tepescit. Diuus Augustinus, *In bono* (inquit) *licèt annoso coniugio, etsi emarcuerit ardor ætatis inter masculum & fœminã, viget tamen ardor charitatis inter maritum & vxorem* [a]. Obiici potest Seiæ illud Tertulliani, *Quot sunt* (inquit) *qui statim à lauacro carnem suam obsignant? Quot item qui consensu pari inter se matrimonij debitum tollunt* [b]? Diuus Hieronymus ad Rusticum, *Narrauit mihi vxor quondam tua, nunc soror atque conserua, quòd, iuxta præceptum Apostoli, ex consensu abstinueritis vos ab opere nuptiarum, vt vacaretis orationi* [c]. Túne Seia nullum aliud esse credis masculi cum fœmina amoris vinculum, nisi quod coitus & libido conciliat? Audi memorabilem Leontij, qui Antiochenæ Ecclesiæ præsul fuit, historiam. Ille, cùm presbyter esset, amauit Eustoliam non impudico, sed honesto affectu. Orta est tandem ex assidua vitæ consuetudine turpis suspicio: Vnde & Leontius sacerdotali priuatus est dignitate, nisi familiarem & domesticam cum Eustolia consuetudinem omitteret. Itaque, vt suspicionis occasionem omnem auerteret, ipse sibi genitalia præcidit: ac deinceps perpetua vitæ fiducia, nullo calumniarum timore, cum Eustolia reliquum vitæ tempus exegit [d]. Imperatores Henricus primus, & Henricus secundus perpetuam in matrimonio cum vxoribus virginitatem vouisse & seruasse ab historicis traduntur. Rectè Diuus Augustinus Manichæis obiicit, quòd ad explendam tantùm libidinẽ impudica coniunctione fœminis miscerentur [e]. Nuptias ergo nõ concubitus, sed consensus & perpetua vitæ consuetudo facit. Matrimonij autem præcipuus finis est, vt aduersùs pericula & infortunia societas

vitæ

[a] *D. August. lib. de bono cõiugali tom. 6.*

[b] *Tertul. li. 1. ad vxorem.*

[c] *D. Hier. ad Rusticũ l. 2. epistola 10.*

[d] *hist. tripart. lib. 4. ca. 38.*

[e] *D. Aug. lib. 15. aduersùs Faustum.*

Source : BIU Cujas

vitæ communi præsidio mutuóque solatio iuuentur. Quintilianus, *Matrimonia* (inquit) *sunt ab ipsa rerum natura inuenta. Sic mares fœminis iunguntur, vt imbecillior sexus præsidiũ mutua societate sumat* [a]. Apud Tacitum Agrippina sibi maritum à Tiberio exposcit, *Subueniret solitudini* (inquiebat) *daret maritum, nubilem adhuc iuuentam sibi, neque aliud prolis quàm ex matrimonio solatiũ* [b]. Itaque si Scia coniugij fœdus initura solo libidinis intuitu de nuptiis cogitauit, illa rem sanctissimam & religiosissimam impurissima cogitatione fœdauit. Hoc ergo vnum supereſt, vt liberorum spes & licita posteritatis succeſſurę expectatio libidinosę cupiditati obtendatur. *Adiiciunt quidem homines* (ait Tertullianus) *causas nuptiarum de sollicitudine posteritatis & liberorum amarissima voluptate* [c]. Non tamen ea est Diui Augustini sententia, vt vel hoc quidem prætextu coniugij fœdus rumpi & dissolui permittat: *Manet* (inquit) *vinculum nuptiarum, etiamsi proles cuius causa initum est, manifesta sterilitate non subsequatur: Ita vt iam scientibus coniugibus non se filios habituros, separare se tamen vel ipsa causa filiorum, atque aliis copulare non liceat* [d]. Imò quid visitatione turpi & obscœno congressu sollicitè adeò de frigiditate inquirimus: quando neque ipse coitus matrimonium facit, neque ipsa frigiditas coniugium dissoluit? Quintilianus, *Sicut coitus atque congressus citra ius non efficeret vxorem, ita vxor etiam citra hãc manet* [e]. Ipsa autem canonici iuris dispositio nuptias ex frigiditatis causa non dirimit, sed ita iudicare solet Ecclesia, vt quas tanquam vxores habere non possunt, habeant vt sorores [f]. Hæc Titius longo sermone proposuit, non quòd sibi vllius frigiditatis

a Quintil. decl. 368.

b Tacitus lib. 4. annal.

c Tertull. lib. 1. ad vxorem.

d D. Aug. li. de bono coniugali.

e Quintil. decl. 247.

f Cã. requisisti 33. qu. 1. c. consultationi de frigidis & malefic.

Source : BIU Cujas

giditatis sit conscius, aut quia visitationem congressúmve adhiberi metuat: sed cùm honestati publicæ conueniens videretur reiici fallaces illas corporis inspectiones & obscœnas membrorum contrectationes: Simul etiam Titius inuerecundum iudicauit impudicam congressuum turpitudinem admitti. Illud enim caninum est & impudens. Romæ cùm incredibilis ardor libidinis fœminas occupasset, omnésque sine vllo pudore in Venerem ruerent, Senatus inspectis libris Sibyllinis censuit, vt Veneris Verticordiæ simulacrum consecraretur: quo facilius virginum mulierúmque mens à libidine ad pudicitiam conuerteretur[a]. Nos voto non dissimili optare debemus numénque diuinum exorare, vt reiecta visitationum & congressuum turpitudine, mulierum & virginum mens à libidine ad verecundiam conuertatur: & si quod Veneris in coeundi facultate frigusculum interueniat, vxor laudabili patientia redintegrari vires expectet, mutuúmque & coniugalem amorem lasciuæ voluptati anteponat.

[a] Valer. Max. li. 8. ca. vltimo.

*PRO SEIA.* Fraudes & fallaciæ cæteris in rebus infamiam & dedecus, in coniugio pœnæ & animaduersionis grauitatem exposcunt. Nam cùm sancta sit matrimonij dignitas, & venerabilis eius reuerentia, publicè interest puniri sacrilegam eorum impostúram, qui semiuiri vxores ducunt & temeraria impietate tanti sacramenti religionem ludibrio habent. Seia nubere credidit viro: At iste nec vir est nec fœmina. Quàm durum videtur adolescentulam grandem & formosam perpetua viduitate inuitam damnari? Quid enim aliud est Eunuchi consortium, quàm perpetua viduitas & coa-

cta lo

cta legitimæ Veneris abstinentia? *Intacta manet, inculta senescit* [a]. Quid verò iucundius, quídve magis legitimum esse potest, quàm cùm (vt ait Quintilianus) virginis appellationem nox illa maritalis auferat [b]. *Quos Venus amauit, fecit amoris compotes, Nobis Cupido velle dat, posse abnegat* [c]. Olim Trœzeniæ virgines ante Hymenæi celebritatem Mineruæ fallaci τῇ ἀπατηρίᾳ zonas dicare solebant [d]. At certè nobis non pronuba Iuno adfuit, sed numẽ aliquod ἀπατήριον faces nuptiis istis prætulit, in quibus post peractas Hymenæi solemnitates sponsa in geniali thoro collocata viduam pudicámque noctem inter suspiria trahere & exigere cogitur. *Hanc tibi res adimit, non te custodia charo Arcet ab amplexu nec cauti cura mariti, Non patris asperitas nec se negat ipsa roganti, Nec tamen est potienda tibi, nec vt omnia fiant Esse potes fœlix, vt dij hominésque laborent, &c. Nec mihi contingent, mediis sitiemus in vndis* [e]. Mirum est, & tamẽ frequenter fit, vt qui frigidi sunt & ad coitum impotentes, licèt debilitatis suæ sibi conscij sint, non ideò minus vesano quodam libidinis æstu ad nuptias incitari & inuitari soleant. *Quod non licet acrius vrit.* Terentius Eunuchos ait amatores mulierum esse maximos, sed nihil posse. Rectè Chrysaorius dicebat, si habes Eunuchum occide eum, si non habes eme & neca [f]. Alexander Seuerus Eunuchos tertium genus hominum esse affirmabat, nec videndum nec in vsu habendum [g]. Lege diuina Eunuchis & castratis ingressus Ecclesiæ interdicebatur [h]. Canones Apostolorum eum qui se castrauit & mutilauit, à clero reiici voluerunt: si verò laicus sit, per triennium segregari, ἀπίβεσθαι γὰρ ἑαυτὸν τῆς ἑαυτοῦ ζωῆς [i]. Idem etiam canone primo

a Catullus.
b Quintil. decl. 280.
c Petronius.
d Pausan. li. 2. in Corinth.
e Ouidius lib. 9. Metamor. circa finem.
f Cedrenus pag. 390.
g Lampridius in Alex. Seuer.
h Deuter. ca. 23.
i Canones Apostol. ca. 21. 22. 23.

Nicæni

Source : BIU Cujas

Nicæni Concilij statutum fuit ne quis se castraret. Vnde & Origenes damnatus est, qui aduersùs voluptates & libidines debilitatem sibi procurauit: alij medicamentis id effecisse dicunt: alij νεῦρον ἐπιτετμηκέναι a. Iulianus Imperator expulit palatio eunuchos, omnibúsque eos honoribus priuauit b. Nicephorus de Eutropio Eunucho loquens, Virilium exectio (inquit) p urpuræ spem ei ademerat c. Theodosius Imperator (teste Cedreno) legem tulit, ne quis Eunuchus dignitate patricia ornaretur, μὴ εἰσέρχεσθαι εἰς πατρικὴν ἀξίαν ἰοῦνεχον d. In dignitatibus tamen & muneribus obeundis, cùm prudentia & iudicium non ex robore membrorum, sed ab ingenio pendeat, tolerabilior esset eunuchorum debilitas: at in viri & mulieris coniunctione, quæ contracti matrimonij perfectio est, non ingenij decus quidquam prodest, nec animi vires spectantur: sed corporis & neruorum vigor necessarius est. Nuptias enim solus consensus facit, sed eas concubitus perficit & consummat. Nam per solum consensum neque bigamia contrahitur e, neque religionis impeditur ingressus, sed ita demum si consensui accesserit coniunctio corporum f. Quinetiam si quandoque inter coniuges rixas interuenire contingat, sola hæc gratæ voluptatis illecebra & dulcis coitio pacem domesticam procurat, facit, conciliat. Ouidius, *Sed lateri ne parce tuo, pax omnis in illo est* g. Iuno Oceanum & Thetym reconciliatura addit: Εἶμι ἰοῦλῳ ἀνάσσειν ὁμοφθόῳ φιλότητι h. Legitima est mulieris illius expostulatio apud Apuleium, *Ego verò* (inquit) *maritum rarissimè venerem meam recolentem sustineo* i. Romæ magna fuit Deæ Viriplacæ ad concilianda coniugum iurgia vis & potestas: sed

a Cedrenus pag. 209.
b hist. trip. li. 6. ca. 1. circa finē.
c Niceph. lib. 13. c. 1.
d Cedrenus pa. 281.
e Cap. debitum extr. de bigamia.
f C a. ex publico ext. de conuers. coniug.
g Ouidius lib. 2. de arte amandi.
h Homerus lib. 14. Iliad.
i Apuleius lib. 5. de Asino aur.

Source : BIU Cujas

sed nullum est numen, quod ad sedandas viri & vxoris discordias tantum possit, quantum voluptas thori coniugalis, *Blanda truces animos fertur mollisse voluptas* a. Nihil est autem quod mulieris virum appetentis animum magis exasperet, quàm si post nuptiales fascéninos gratâ & expectatâ voluptate carere cogatur: sicque legitimo ardore pruriens à viro, cuius effœtæ vires deficiunt, illæsa & intacta dimittatur. Itaque duo sunt, quæ in coniugio licitè desiderari possunt, Voluptas, & Prolis spes. Voluptas, si libidinosa lasciuia abest, licita & legitima esse potest. Cicero, *Cùm sit hoc natura commune omnium animantium, vt habeant libidinem procreandi, prima societas in ipso est coniugio; proxima in liberis* b. ἐμὴ γὰρ ἀνδρὶ καὶ γυναικὶ μορσίμη, inquit Æschylus c. Aristoteles liberis operam dare vocat λειτουργεῖν τῇ φύσει, quasi hoc sit ritè sacrificare naturæ: ait enim vxorem ducendam esse οὐ μόνον ἕνεκα λειτουργίας τῇ φύσει, ἀλλὰ καὶ ὠφελείας d. Appellauit enim coniugalem coniunctionem λειτουργίαν τῇ φύσει, quia nobis à natura insita est coeundi & procreandi cupiditas. *Non satis est* (inquit Quintilianus) *maritum solo tantùm osculo putari* e. Lex diuina nouis coniugibus anni spatium indulgebat, quo tempore omnium munerum vacationem habebant; vt simul anno vno plena voluptate frui & inuicem delectari possent f. Pythagoras, vir censoriæ seueritatis, dicebat vexari apud inferos & torqueri eos, qui vxores legitima & amabili voluptate defraudauerant, τοὺς μὴ θέλοντας συνεῖναι ταῖς αὐτῶν γυναιξὶ g. Solon legem tulerat πρὸς τοὺς μὴ δυναμένους συνεῖναι. vt & iniuriarum aduersùs eos agere liceret h. Meminit Seneca Prætorij cuiusdam qui declamauit controuersiam de

a *Ouidius lib. 2. de Arte amandi.*

b *Cicero li. 1. Officiorum.*

c *Æschyl. in Eumenid.*

d *Aristot. lib. 1. Oeconom.*

e *Quintil. decla. 279.*

f *Deuter. cap. 41.*

g *Diog. Laertius in vita Pythagoræ.*

h *Plutarc. in Solone.*

illa quæ egit cum viro malæ tractationis, quòd virgo esset [a]. Etenim tantum abest vt nuptiæ voluptatis cogitationem excludant, quinimò (si Diuo Chrysostomo credimus) nuptię sunt non modò παιδοποιίας ἕνεκεν, ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ τοῦ σβέσαι τὴν τῆς φύσεως πύρωσιν [b]. Qui verò à rebus venereis alieni sunt, in eremum & solitudines confugiant, aut certè mulierum connubia ne tententent. Vix enim quispiam mihi persuaserit, grata esse nouæ nuptę oscula cõiugis illius, qui celebratis nuptiis & inter primos amplexus, neglectâ coitus voluptate virginitatis laudes commendat, & frigidior glacie de castitate philosophatur. Qualis fuit oratio Amonis Ægyptij, qui prima nuptiarum nocte sponsæ longo sermone suasit, vt perpetuo castitatis voto sororis potiùs pietatem quàm coniugalem consuetudinẽ præstaret [c]? Idem etiam feciſſe memoratur Pelagius, qui postea Laodicensis Episcopus fuit [d]. Sed & hic & ille austeræ pietatis potiùs quàm nuptiarum cogitationem habuit. Itaque alter Monachismum & solitudinem est professus, alter Laodicensis Ecclesiæ antistes fuit: vterque tamen meo iudicio reprehendendus. Nam si virginitatis perpetuæ cogitationem habuerunt, & castitatem à coniugali coniunctione abesse crediderunt: Quid necesse fuit vanâ & inutili sollicitudine nuptias affectare, & mulierculas forsan inuitas incogitato continentiæ voto obligare? Non minus insulsum videtur, quod Æas philosophus fecit: Ille cùm formosissimam haberet vxorem, fertur cum eâ tertantummodò coiisse, & tres filios genuisse: ac tandem monasticam vitam secutus perhibetur [e]. Indignus sanè tam egregiæ pulchritudinis voto, quia

a Seneca lib. 1. controu. 2. circa fin.

b D. Chrysost. lib. de Virginitate cap. 19.

c Nicephorus Callistus lib. 8. cap. 41. & Hist. tripart. lib. 1. cap. 11.

d Niceph. lib. 11. cap. 21.

e Hist. tripart. lib. 9. cap. 48. in fin.

Source : BIU Cujas

quia vnica voluptate tot graues veteri dolores tótque pariendi incommoda rependeret. Quòd si quis in tanta abstinentia castitatis commendationem allegare velit, sciat etiam frequentem cum vxore coitum, neque pietatem lædere neque pudicitiæ aduersari, mò viri cum vxore coitio vera est castitas, si Paphnutio Episcopo credimus, qui σωφροσύνην appellat τὴν πρὸς τὰς ἰδίας γυναῖκας σωφροσύνην a. Pulcheria soror Theodosij iunioris post fratris mortem Marcianum coniugem & Imperij successorem elegit, sed prius fide datâ Marcianus pollicitus est virginitatem, quam Pulcheria Deo consecrauerat, intractam & illibatam seruaturum b. At Cedrenus cùm de eo coniugio loquitur Pulcheriam scribit Marciani vxorem fuisse, non verè, sed nomine tenus ὀνόματι μόνον, καὶ οὐ συνήλθε αὐτῇ c. At Seiæ non hæc cogitatio fuit nomine tenus coniugium contrahere, sed vero & legitimo hymenæo iungi sperauit. Virgo matura nuptiarum festiuitatem & viriles amplexus ciuili voto desiderauit. Numen sanè nec fallax nec imperfectum nuptiis præsidet, sed Iupiter τέλειος, qui παρθενίαν ζώνην solui desiderat. Naturalem ardorem & iuueniles feruentis adolescentulæ appetitus aliquâ legitimâ voluptate restingui indecens non videtur. Diuus Augustinus, *Nuptiarum bonum* (inquit) *semper quidem bonum est, sed aliquando fuit legis obsequiũ, nunc est infirmitatis remedium: In quibusdam verò humanitatis solatium* d. Quis verò sola voluptatis cogitatione istas de frigiditate expostulationes excitari dixerit, cùm satis constet etiam ipsos Eunuchos & castratos delectare, non quidem pleno & amabili coitu, sed tamen aliquo lassę voluptatis

a Nicepb. lib. 8 cap. 19. Histo. tripart. lib. 2. cap. 14.

b Cedrenus pa. 281. circa finem.

c Cedrenus pag. 284. in fine.

d Can. nuptiarũ 27. quæst. 2.



Source : BIU Cujas

incitamẽto? Iuuenalis, *Sunt quas Eunuchi imbelles, & mollia semper Oscula delectent, & desperatio barbæ* a. Philostratus refert in aula regis Babyloniæ eunuchum quendam cum regia concubina deprehensum b. Verùm cùm nulla sit prolis expectatio ab eo, qui fundum quidem vxorium colit, sed non rigat, non mirum est Eunuchos & frigidos à fœminis odio haberi: idq; non tam voluptatis intuitu, quàm ex naturali coniugum voto, vt legitima liberorum procreatio eis heredes assignet. Hoc Heliodorus appellat συνεινεῖ δίκαιῳ παιδογονίας c. Licitum est & honestum vtriusque coniugis votum, cùm alter ait, *volo pater esse* d, altera autem, *volo mater esse* e. Hermes Trismegistus eleganter, μέγιστον ἀτύχημα καὶ ἀσέβημα θεῶν ἄτεκνόν τινα ἐξ ἀνθρώπων ἀπολαχθῆναι f. Plato dixit nos omnes proprio quodam naturæ instinctu incredibili perpetuitatis desiderio teneri g. Seneca, *Etiam abolita sæculis nomina per successores nouos fulgent* h. *Natura* (inquit Imperator) *vtrumque corpus edidit, vt maneat suis vicibus immortale* i. *Idcirco* (ait Callistratus) *filios filiásve concipimus atq; edimus, vt ex prole eorum eorumve, diuturnitatis nobis memoriã in æuum relinquamus* k. Quod Callistratus dixit diuturnitatis memoriam relinquere, Iustinianus vocat διαιωνίαν ὀνομαστίαν εἰσαγείας l. Lucianus ait, ἵνα ταῖς παρ' ἀλλήλων διαδοχαῖς εἰς τὸν ἀεὶ χρόνον ζῶμεν m. Hoc Aristoteles eleganter expressit, ἵνα δὲ (inquit) καὶ ἡ φύσις ἀναπληροῖ τοῦτο τῷ θείῳ, διὰ τὸ ἀεὶ εἶναι ἐπὶ κατ' ἀριθμὸν ἕν δυνατὸν, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὸ εἶδος n. Camillus cùm videret ciuitatem bellis exhaustam, primus legem de maritãdis ordinibus tulit, quam postea & Iulius Cæsar & Augustus edictis suis renouarunt o. *Propagatio*

a Iuuenalis Satyra 6.
b Philostratus in vita Apoll. li. 1.
c Heliod. hist. æthiop. lib. vlt. circa fin.
d Cap. fraternitatis de frig. & malef.
e Ca. 1. & fin. de frig. & malef.
f Hermes Trism. in Pimandro, cap. 2.
g Plato in conuiuio seu de amore.
h Seneca lib. 1 consol. 1.
i L. lege. C. de legitimis hæred.
k L. liberorum. §. fi. ff. de ver. signif.
l Nouella 22. de secundis nuptiis.
m Lucian. in amoribus.
n Aristoteles lib. 1. œconom.
o Dion. li. §6. & Suet. in Augusto cap. 34.

Source : BIU Cujas

*gatio filiorum* (inquit Diuus Augustinus) *prima est & naturalis causa nuptiarum* a. Diuus Paulus dixit, βούλομαι νεωτέρας γαμεῖν: τεκνογονεῖν b. *Matrimonia contrahuntur* (ait Diuus Cyprianus) *quia creditur successura posteritas* c. Athenagoras nuptias ideò introductas asserit, vt concupiscentiæ modus solo procreandæ sobolis desiderio definiatur, ἡμῖν μέτριον ἐπιθυμίας παιδοποιία d. Hinc ex aliqua formula olim qui iubebant, id se facere *liberorum procreandorum caussa* testabantur. Vnde Septitiæ quę in contumeliam filiorum Publio seni nupserat, coniugium improbatum est: quia (vt ait Valerius) *non creandorum liberorum caussa matrimonium interceſſerat* e. *Vxor* (inquit Diuus Augustinus) *non propter libidinem, sed propter filiorum procreationem accipitur. Denique & ipsæ tabulæ matrimoniales hoc continent, liberorum procreandorum caussa* f. Angelus ad Tobiam, *Transacta tertia nocte accipies virginem cum timore domini, amore filiorum magis quàm libidine ductus* g. Diuus Hieronymus, *Sola libido insita à Deo ob liberorum procreationem, si fines suos egressa fuerit, redundat in vitium, & quadam lege naturæ in coitum gestit erumpere* h. Itaque cùm spes futuræ prolis & liberorum procreatio præcipuus sit ineundi matrimonij finis, non potest dici coniugiũ cum eo ritè vel perfectè contrahi, qui vir non est, & ex cuius amplexu nulla liberorum spes esse potest. Etenim in ista de fœdere matrimonij quæstione neque Iurisconsultorũ responsa, neque Iustiniani leges recenseri oportet: sed ex Pontificiis constitutionibus ius omne petẽdum est. Diuus Hieronymus, *Aliæ sunt leges Cæsarũ, aliæ Christi: aliud Papinianus, aliud Paulus noster præcipit* i. Diuus Bernardus ad Eugenium Papam,

a D. Aug. lib. 1. de adult. coniug.
b D. Paulus epist. 1. ad Timoth. cap. 5.
c D. Cypr. in Symbol. Apostol.
d Athenagoras in Apolog. pro Christian.
e Valer. Max. lib. 7. cap. 7.
f D. Aug. serm. 3. Domi. 3. post Trinit.
g Tobiæ cap. 6. in fi.
h D. Hier. lib. 2. epist. 19. ad Furiã de viduitate seruanda.
i D. Hier. ad Oceanũ in epist. Fabiolæ.



Source : BIU Cujas

*Et quidem* (inquit) *quotidie perstrepunt in palatio leges, sed Iustiniani non Domini. Hæ autem non tam leges quam lites sunt & cauillationes*[a]. At verò hæc de fœdere matrimonij disceptatio, an ex fragilitate rūpatur matrimonium, nullam ex Pontificiis constitutionibus habet cōtrouersi iuris disputationem. Nam & iure canonico constat, & sæpe à Senatu arrestis iudicatum est, dissolui matrimonium ex causa frigiditatis, si maritus coire nequeat, eíque deficiat necessaria virilitatis perfectio[b]. Fulbertus Carnutum Episcopus, *De causa vnde simplicitatem nostram consulere voluistis, in sexto libro capitulorum nagesimoprimo ita scriptum inuenimus. Si vir & mulier coniunxerint se in matrimonio, & postea dixerit mulier de viro, non posse nubere cum eo, si poterit probare quod verum sit, accipiat alium, eo quòd iuxta Apostolum non potuit illi reddere vir suus debitum*[c]. Nam quod ex iure canonico allegatur, vt quas tanquam vxores habere non possunt, habeant tāquam sorores: Doctores canonistæ tradunt id non ex præcepto, sed tantùm consilij gratia dictum existimari debere. Neque enim potiora coniugij vota subsistere possunt, si maritus frigiditate & impotentia laborat. Itaque causæ huius controuersia non in iure, sed in facto consistit: vt hoc vnum disquiri oporteat, an Titius vir sit & coeundi potens, an verò frigidus & ex defectu naturalium partium ad prolem infirmus. Hæc demùm eruenda est & excutienda veritas. Hoc si præstari queat alia ratione quæ facilior sit & honestior, nulla mora est quin damnari & reiici debeat quidquid turpem habet aspectum. Sed ipsa tot annorum experientia docuit visitationem & cōgressū certissimas esse virilitatis probationes,

a D. Bernard. li. 1. de Cōsider. ad Eugen. Papam li. 1. cap. 4.

b Cap. quemadmodum de iureiur. tota tit. de frigid. & malef. & causa 33. quæst. 1.

c Fulbertus ep. 48.

Source : BIU Cujas

tiones. In visitatione fit inspectio membrorum an integra sint & benè habeant. Quòd si visitatio incerta videatur, neque ex ea satis liquidò veritas cóstet, tũc congressus decerni solet. Et hic quidem congressus nec turpis est, quippe qui licitum nuptiarum finem habet, nec obscœnus videri potest, cùm iudice decernente fiat. Itaque cùm Iulia Augusta Seueri Imperatoris coniux vxori Argentocoxi Calcedonij, quæ Britanna erat, obiiceret Britannas palàm & publicè cum viris nullo pudore misceri. Nos (inquit illa) palàm quidem coniungimur, sed legitimè cum viris generosis rem habemus. At vos Romanæ mulieres clàm quidem & furtim, sed cum indignis & pessimis hominibus turpem stupri consuetudinem exercetis, ὑμεῖς μὲν φανερῶς ἀρίστοις ὁμιλεῖτε, ὑμεῖς δὲ λάθρα ὑπὸ τῶν πονηροτάτων μοιχεύεσθε a. Titius nuditatis pudorem obiicit. O verecundum hominem, qui de nuditate, cùm in palæstra Veneris luctandũ est, philosophatur, ac potiùs nugatur. Apud Romanos in nuptiis, *adhibebatur Priapus nimis masculus, super cuius immanissimum & turpissimum fascinum sedere nouæ nuptæ iubebatur, more honestissimo & religiosissimo matronarũ* b. Nónne hæc proximæ voluptatis spes fuit & futuri coitus argumentum: an potiùs vana libidinis illecebra, & mendax gaudij inanis, nec vnquã obuenturi imago? Theodoretus nuditatem aduersùs Platonis leges exagitans, hoc vnum allegat, Quia (inquit) aspectus nudorum corporum tam mares quàm fœminas irritare solet ad illicitos lasciuiæ appetitus. At semiuiri istius impostoris tanta est immodestia, vt non impetus eius coercendus vel reprimendus, sed libido potiùs lacessenda & incitanda vide-

a Xiphilin. è Dione in Seuer.

b D. Aug. lib. 6. de ciuit. Dei, cap. 9.

c Theodor. lib. 9. de Legibus.



Source : BIU Cujas

tur. Nam & olim cùm sola ætatis quæstio in controuersiam veniebat, Romanæ leges ex Platonis instituto nudari puberes iubebant. Exinde tamen quia & pubertas & ætas ad coniugium viri potens certâ & facili annorum regulâ distingui poterat: commodius visum est omitti inspectionem, & pubertatem quatuordecim annis definiri. Sed cùm quæreretur, an Domitia esset prægnans, Diui fratres (vt refert Iurisconsultus) æquissimum esse rescripserunt eligi honestissimæ fœminæ domum, in quam Domitia venire iuberetur, & ibi tres obstetrices probatę & artis & fidei assumi, qui Domitiã inspicerent [a]. Nuditas inuerecunda est, si quis publicè sine causa nudum se exhibeat: Sæpè tamen nuditas ex causa aut laudatur, aut non improbatur. Lycurgus & Plato nudas virgines in palæstrã inducebant, *Gratia cum nymphis geminísque sororibus audet Ducere nuda choros* [b]. Ludis Floralibus, quibus mimę nudæ saltabant, Cato nudas visurus in spectaculum venit, & vt populus liberè nudari eas postularet, abiit [c]. Plato in hac eadem matrimonij quæstione nudari corpora voluit [d]. Neque id tantùm (vt verisimile est) ad inspiciendam τὴν τῶν γάμων συμμετρίαν καὶ ἀμετρίαν, sed vt voluntaria corporis exhibitione nullus fraudi & fallaciæ locus esse posset. Quintilianus, *Pater* (inquit) *nudari filium atque in conspectu iudicum constitui coegisset, atque interrogaret, an ille maritus esset qui fieri pater non posset* [e]. Matrimonium venditionis species est, siquidem etiam per coemptionem Romæ matrimonium contrahi solebat [f]. Est ergo bonę fidei contractus in quo dolum malum ęstimari Iurisconsultus ait, si quid insidiosè & obscurè dissimuletur.

a l. 1. in pr. ff. de vẽtr. inspic.

b Horatius lib. 1. ode 7.

c Valer. Max. li. 2. cap. 5.

d. Plato lib. 11. de legibus.

e Quintil. decla. 279.

f L. ea quæ commendandi. §. vlt. ff. de contrahen. empt.

Quem

Quemadmodum ergo in venditione, ne quid obscurũ maneat, certus fieri debet emptor quid morbi vitiíve latentis in re vendita sit: sic etiam in hac imaginaria & reciproca coëmptione fraus omnis imputari debet Titio, qui latentem suam imbecillitatem celauit. *Fallere credentem non est operosa vuellam Gloria, simplicitas digna fauore fuit.* Honestius certè & bonæ fidei conuenientius deinceps videatur, si coniuges ante nuptiarum celebritatem vltrò vitia corporis detegãt & aperiant. Pater Galbæ Imperatoris breui corpore & gibber erat, & tamen à Liuia Ocellina desiderabatur. At ille positâ veste vitium corporis detexit, ne quasi ignaram fallere videretur [a]. Idem etiã Crates philosophus ante contractas nuptias Hipparchiæ testari & reuelare voluit [b]. Quod illi volentes fecerunt, cur Titio indecorum videbitur, si iudice decernente fiat: vt defectus corporis, si quis sit, nudetur & detegatur. Atque vt constet visitationes eiusmodi olim neque indignas adeò neque indecentes fuisse, tradunt Suidas & Clemens Alexandrinus, Beatam Virginem Mariam adhibitis obstetricibus visitatam fuisse, vt certissima probatione virginitas eius Iudæis patefieret [c]. Quinetiam si quid in isto visitationis actu, inuerecundum videatur aut probrosum, Titius ipse sibi dedecus & infamiam solus imputet, qui mendaci dissimulatione simplicitatem mulierculæ illusit. Hoc enim in ista militia requiritur, vt quis sit integer. Iurisconsultus ait eum qui cum vno testiculo natus est quíve amisit, iure militare posse [d]. Illud in re militari ex legibus Martiis locum habeat: at in Veneris campo quoties de legitima hymenæi lætitia agitur, omnia integra & perfecta re-

a *Sueton. in Galb. cap. 3.*
b *Apuleius li. 2. Floridorum.*
c *Clemens Alex. lib. 7. stromat. Suidas in dictione ἰατρός.*
d *l. qui cũ vno, in pr. ff. de re militari.*



Source : BIU Cujas

quiruntur, nec in ista militia quidquam deficere debet. *Si amandum est* (inquit Plautus) *amare oportet*
a Plautus in Curculione. *testibus præsentibus* [a]. Imò etiam ex concilio Toletano illi omnes qui naturali defectu membrorum aliquid minus habere noscuntur, nec sacerdotes ordinari, nec ad sacros ordines promoueri debent [b]. Obiicitur visitationem frustrà & inutiliter adhiberi. Nulla enim esse certa virginitatis indicia, nullã τῆς ὑμένος ruptionem, nullam sanguinis in prima coitione eruptionem. At si quis hac in re naturales visitationum rationes curiosiùs inquirere velit, ad peritos recurrat. Nobis satis est duo annotare, quorum vnum paganum est & fabulosum, alterum ex sacris libris petitum refelli non poterit. Lex diuina asseruari iubet vestimenta noctis nuptialis, vt inde omnis excluderetur mariti querela, si de nupta
b Can. qui in aliquo, dist. 51.
c Deuter. cap. 22. sua quasi non virgo fuisset, vellet expostulare [c]. Impium & sacrilegum fuerit leges diuinas vanitatis arguere, aut eas quasi inutiles & à veritate alienas reiicere. Apud Heliodorum Thyamis, cùm de cæde Charicleæ dormiens somniasset, interpretatur
d Heliod. Æthiop. hist. lib. 1. cædem Charicleæ, virginitatis defiorationem [d]: Scilicet cædis cogitatio ad defiorationem refertur, quia & vix cædes sine sanguine, & defioratio non sine vi & sanguinea emissione fit. Incerta quidem est & periculosa visitationum fides, at nulla certior esse potest probatio, quàm cùm vir ad congressum adigitur, vbi nullus est subtili effugio aut excusationi locus. Regiæ constitutiones duella prohibent inter nobiles, eósque qui se Martis satellites iactant. Sed nullæ sunt leges quæ duella inter Veneris milites interdicant. Titius longa & prolixa oratione aduersùs congressum disseruit,

Source : BIU Cujas

seruit. Nam hæc vna res Titium torquet, atque acriter eũ vrit qui ore florido nitens, factis marcet. Veneficia & artes magicas allegat: at hæc magica susurramenta, philtra, & vana incantationum ludibria vix quidquam possunt, nisi persuasio primùm mentis aditum præparet. Ipsi amatores sibi fingunt somnia, ac pleraque sibi etiam contra fidem veritatis persuadent. Apud alios, qui vel pietate Christiana imbuti, vel incontinentiæ odio talia auersantur, nullum habent effectum. Hoc nobis Diui Cypriani historia & ad veram fidem conuersio satis apertè testatur. Nicephorus Ecclesiasticæ author historiæ refert, Cyprianum puellæ cuiusdam amore captum dæmones ad excitandam virginis libidinem inuocasse. Sed cùm puella, quæ pudicitiam suam Deo consecrauerat, nullis magicis artibus moueretur: tandem Cyprianum facti pœnituit, & libris magicis in ignem coniectis, veræ pietati totum se cum magna integritatis & doctrinæ commendatione applicuit [a]. Diuus Hieronymus refert de quodam qui subter limen domus puellæ tormenta quædam verborum & portentosas figuras sculptas in æris Cypri lamina defodit: Illicò insanire virgo & amictu capitis abiecto rotare crinem, stridere dentibus, inclamare nomen adolescentis: Magnitudo quippe amoris se in furorem verterat [b]. Procopius memorat Valentinianum Imperatorem, vt matronis alienis potiretur, ad incantamenta & mathematicas artes sese conuertisse [c]. Sed magnum videtur veneficij genus Imperatorem esse, cuius blando Imperio vis ingens inest, ac pleræque sunt mulieres, quæ vt principi in amore placeant, cogi se magicis artibus lubenter fateantur. Sub Manuele

[a] *Niceph. li. 5. ca. 27.*

[b] *D. Hier. in vita sancti Hilarionis.*

[c] *Procopius li. 3. de Bel. Vand.*

Source : BIU Cujas

Manuele Comneno Imperatore Sclerus, qui nubilem quandam virginem adamabat, cùm sæpe repulsus eam continuò sollicitaret, tandem ei malum Persicum per lenam mittit: Quo puella in sinum recepto, amore & libidine insaniens ab illo corrumpitur [a]. Post Irenes Imperatricis obitum Marcesina Ioannem Ducam Imperatorem philtris & illecebris amatoriis accendisse traditur: sed & addit Nicephorus Gregoras Marcesinam speciosâ formę pulchritudine & morum vrbanitate id effecisse [b]. Laonicus Chalcondilas sacerdotem quendã Stratem memorat, qui dæmoniacis incantationibus mulieres ad cõcubitum pellicere solebat [c]. Verùm dæmoniacæ incantationes, quæ ad libidinem & coitum excitent, hîc nullæ adsunt: tanta frigiditas vniuersos Titij artus occupauit. Facilè autem esset Titium Seiæ reconciliare, si non alia fieret expostulatio, nisi de magia ad libidinis incentiuum adhibita. Neque enim frequens nimiúsque ad coitum ardor vxorias mentes à coniugali affectu vnquam auertit. Sed ridiculum est si quis semiuiri istius impotentiam & frigiditatem maleficio imputare velit. Aduersùs magicas artes sunt plurima remedia, quæ & Plinius [d], & Ouidius [e], & plerique alij tradiderunt. At, si verum amamus, magiæ metus fortem & validum luctatorem rarò eneruat. Quòd si aliquando maleficæ frigiditatis suspicio oboriatur, tunc vir omnes corporis partes integras exhibere debet. Neque enim alius quisquam rectè magicas artes accusat, nisi qui rebus integris, vel temporariâ frigiditate, vel malefico aliquo impedimento cum vxore rem habere prohibetur. Tũc verò, cùm magiæ suspicio est, conueniens videtur propter matri

a Nicetas pag. 74.

b Niceph. Gregoras li. 3. pa. 21.

c Laonic. Chalcond. li. 2. de rebus Turcicis.

d Plinius li. 21. cap. 21. in f.

e Ouidius li. 2 de arte amandi.

Source : BIU Cujas

matrimonij in Ecclesia celebrati dignitatem vel triennium vel legitimum aliud temporis spatium expectari. Sed nihil in hac caussa simile proponitur, siquidem Titius habilem se ad coitum profitetur, neque se vllo frigiditatis temporariæ aut maleficij prætextu excusat. Veritas visitatione exquisiti & ipso congressus examine probari potest, estque necesse vt aliqui præsentes adsint, qui sociati corporis & iudices sint & inspectores. Absurdum est dilationes quærere, vbi non oratione, sed factis opus est, *Qui non est hodie cras minus aptus erit.* An iste ad extraordinaria herbarũ aliáve remedia recurrere cogitat? Quales herbæ plures memorantur, quæ homines salaces reddunt & coitus multiplices renouant[a]? Andronicus Imperator virilia vnctionibus & deliciis firmabat, & cibis vescebatur libidinem & appetitum Venereum prouocãt ibus[b]. Hæc aut similia remedia quisquis Titio sollicitè & studiosè prædicat næ ille surdo fabulam narrat? Nam cùm instrumenta ad coitum habilia desint, nulla spes est opus ipsum aut promoueri aut perfici posse. Miratur Titius Seiam, cùm virgo sit, castæ & coniugalis coniunctionis affectu moueri. At Diuus Hieronymus, *Libido* (inquit) *maiorem in virginibus patitur famem, dum dulcius putat omne quod nescit*[c]. Seia parentes & propinquos habet, quibus authoribus litem intendit. Hi enim omnes naturali voto nepotes hæredésve sibi adnasci exoptãt: vt visitationis & congressus iudicium hoc, non libidinis intuitu aut impudica vlla cogitatione fieri videatur, sed ad solam pertineat veritatis cognitionem. Sola mens actiones nostras, bonæ sint an vitiosæ discernit & diiudicat. Omnia munda mundis,

a Plinius li. 26. cap. 19. & lib. 28. c. 8. & cap. 10. & li. 31. ca. 5.

b Nicetas pag. 169.

c D. Hier. li. 2. epist. 9. de vitãdo suspecto cõtubernio

dis. Quidquid enim recta animi intentione fit, laudabile est. *Reprimitur quippe* (ait Diuus Augustinus) *& quodammodo verecundius æstuat concupiscentia carnis, quam temperat parentalis affectus. Intercidit enim quædam grauitas feruidæ voluptatis, cùm in ea quòd sibi vir & mulier adhæreſcunt, pater & mater esse meditantur*[a]. *Hæc tamen voluptas* (inquit idem Diuus Augustinus) *non propter nuptias non cadit in culpam, sed propter nuptias accipit veniam. Nuptiæ victrici concupiscentiæ seruiunt, atque illa non secundùm imperium præcipiuntur, sed secundùm veniam concedunturb.* Non est illic libertas turpitudinis, vbi & pudor matrimonij seruatur & spes sobolis c. Mulieres æstus libidinum maiores habent, actiórque in iis ardet carnis infirmitas. Natura enim mulieres ad hoc progenuit, vt partus ederent, & maxima eis cupiditas in hoc constituta est, inquit Iustinianus d. Ac veluti medicus febricitanti aquam permittit: non quia potus ad febrim curandam prosit, sed ne ægrotus ex sitis impatientia grauiùs laboret: sic etiam apud Christianos etsi virginitas commendetur, nuptiæ tamen permittuntur, vt libidinis iuuenilis impatientiam & concupiscentiæ æstus licita & legitima voluptas sedare & restinguere queat. Cōstantius Imperator vxorem habuit Eusebiam, mulierem speciosissimam, & cuius inclyta fuit pulchritudinis fama. Cùm autem Constantius mollis esset, & euiratus, & ob continuos morbos debilis: Eusebia flore ætatis & naturæ æstu exardescens, τῷ τῆς νεότητος ἀν θει καὶ τῷ κάλλει τῆς φύσεως ὑπερζέουσα (inquit Cedrenus) in sæuos μητρυιᾶς dolores & cruciatus incidit, & paulatim contabescendo periit: cùm neque gratam coniugalis

coniun-

a D. Aug. li. de bono coniugali.

b D. Aug. li. 1. ad Valer. de nuptiis.

c Leo Papa epistola ad Turbiū.

d l. 1. C. de sublata vitanda.

Source : BIU Cujas

coniunctionis iucunditatem experta esset, neque insignis forma, vel iuuenilis ætas, vel summus imperij honos, voluptates vllas ei conciliasset [a]. Hoc Imperatori impunè esse potuit, non etiam huic impostori impurissimo, qui floridam puellulam perpetuæ miseriæ addicere cogitat, *indigna est pigro forma perire situ* [b]. Nam cur abest Dea Virginensis καὶ λυσιζώνη? Cur abest Pertunda, nisi quòd vtraque ingratas istas thalami inducias luget? Quòd si cuipiam congressus videatur res inuerecunda turpísque exempli, cogitet nihil esse tam indignum támque asperum aut durum, vt non etiam maiore seuericate in tales impostores inquiri oporteat. Nihil non fieri conueniens est aduersùs ludibria illa naturæ, quæ cùm generi humano velut monstra & pudori & opprobrio sint, publicè interest eorum fraudes & defectus quauis ratione detegi & grauiter coërceri. Titius sacrosanctam legitimæ Veneris militiam nullis testibus exercere. Huic verè dotalia instrumenta & ad nuptiarum festiuitatem necessaria desunt: & tamen adolescentulam in ipso ætatis æstu licitâ & legitimâ coniunctione priuare contendit. *Sunt apti lusibus anni.* Cur ille congressum detrectat, nisi quia in congressu neque verba dare licet, neque fallaciæ aut fraudibus locus est, cùm aperto marte fortíque ac valida colluctatione contentio omnis dirimitur? Quisquis autem congredi recusat, fictóque pudore testium præsentiam vitare se simulat, quasi res sine testibus agi debeat: ille de viribus suis diffidit & defectus alicuius conscientia virilitatis suæ periculũ facere detrectat. Quis molles puellæ amplexus fugit, & vir est? Quis inter

luctantia

a Cedrenus pag. 249.

b Ouidius.

luctantia Veneris oscula non intimo pectore vitur, & arma habet imparata? *Hæc vera est Danae, tenta modò tangere corpus, iam tua flammifero membra calore fluent.* Monachi cuiusdam historiã ex Cedreno attexere lubet, vt exemplo innotescat, quãm difficile sit ei qui vir est, inter amplexus mulierbres continentiam seruare. Monachus Christianã pietate insignis, & sanctis moribus integerrimus, ab impiis corripitur, flagellis cęditur, multisque tormentis cruciatur. Tandem cùm eius castitati labem afferre vellent, lectum in quodam horto sternunt & pium hunc hominem alligant. Accersitur impudica meretrix, quæ in eodem lecto accumbens lasciuis amplexibus libidinem mouere, eumque ad Veneream cupiditatem inuitare gestiebat. Monachus cùm tentationis stimulos agnosceret, metueretque ne etiam integrã & incorruptã mente tandem voluptati caro succumberet, linguam suam dentibus præcidit eámque in os meretricis expuit. Quasi non aliud occurreret præsentius remedium, quàm si tanti doloris vehementiã ardorem libidinis superaret. Si monachus plagis attritus tamen in lecto mulieri accumbens non potuit sine magno doloris sensu à Venerea cupiditate auocari: quis tandem eum virum existimauerit, qui inter delicias & mellitos lepores iacet in lecto velut truncus iners, qui adiacentem in latere suo puellam illæsam dimittit, qui lasciuam & anhelantem virginis vltra se submittentis cupiditatem illudit? *Inter has tantas illecebras voluptatum* (inquit Diuus Hieronymus) *etiam ferreas mentes libido domat*. Iudex te ad congressum & robustam Venerem prouocat. Expectat te lectulus mollis & plumea congerie tumidus,

a Cedrenus pag. 219.

b D. Hier. lib. 2. epist. 9. de vit. & de suspecto cõtubernio.

Source : BIU Cujas

tumidus, vbi iacentem reperies puellam egregia forma conſpicuam, iuuenili florentem ætate: aſpicies nudos puellæ lacertos ipſa niue candidiores, qui chari coniugis amplexus licito ardore expetũt: *Aſpicies oculos tremulo fulgore micantes:* Videbis adoleſcentulam libidinis prurigine ardeſcentem. Licebit mille oſculis ludere, & libidinoſo morſu purpurea labella vellicare: Licebit marmoreis ceruicibus ora applicare, & curioſa manu languentem Venerem excitare: *Illic & Venus & leues amores, atque ipſa in medio ſedet voluptas.* Si Titium libidinoſa oſcula & petulantes blanditiæ non vrunt: Si pars illa corporis, quæ voluptatem robuſtam præſtare debet, tunc gelida, ſine neruis, ipſáque glacie frigidior languet: ſi non exerit ſe & rore tepido calentem Cupidinis hortum irrigat, ſed malo pudore in viſcera confugit: Si implicita mutuo ambitu membra nullo Venereo conatu reſoluuntur: ſi toto corpore velut laxato, pectora, quæ Veneris glutino adhærere cupiunt, ſegnem inertiam & pigrum membrorum torporem accuſant: Equidem vana de Titij virilitate ſpes eſt: Nulla ex tali coniugio eſſe poteſt prolis expectatio: fruſtra Titius dilationes quærit, fruſtráque ad tenebras & obſcura noctis opacæ ſecreta remitti deſiderat.

*SENATVS* partes remiſit ad iudicem Eccleſiaſticum, cuius religioni executionem ſententiæ demandauit [a].

[a] Arreſt du Mardy 20. de Ianuier 1587

Fff

Plaidant Bernard pour l'appellant, & Garnier pour l'inthimé.

Source : BIU Cujas

*De satisdatione, quæ initio litis à peregrino & extero præstari debet.*

## CAP. XI.

PEREGRINI, qui extra regnum Franciæ fortunarum suarum sedem & habitationis perpetuæ domicilium habent, si agere in iudicio & regnicolas conuenire velint, non antè ad agendum admittuntur, quàm si in ipso litis ingressu, idoneo fideiussore dato, cauerint iudicatum solui. Sed cùm inter duos peregrinos lis mota & in iudicium deducta esset: quæsitum est in Senatu, an actor de iudicato cauere & satisdare teneretur.

*PRO ACTORE.* Cautionis præstandæ necessitas in fauorem ciuium & regnicolarum introducta est: sed non peregrinorum & exterorum intuitu, quos ciuilis Francorũ iuris incapaces esse constat. Hęc lex odiosa est, quę peregrinos à limine iudiciorum arcet, & ni satisdent, eos à iuris iustitiæque præsidio summouet & excludit. Itaque legem illam restringi potiùs quàm extendi conuenit, neque ipsa iuris æquitatisve ratio patitur, vt peregrinus possit à peregrino exactum cautionis illius rigorem exigere. Duo sunt autem quæ ciuili nostro iure attendi & considerari oportet. Primum est satisdationem iudicatum solui, quæ iure Romano necessaria erat, vsu nostro & in Francia locum non habere. Alterum est hanc absque vlla cautione agendi licentiam olim non modò inter regni huius incolas, sed & inter quosvis exteros

exteros & peregrinos obtinuisse. Atque hoc à quibusdã Gallici iuris peritis tradi videmus [a]. Tamen admittendum est eo iure, quod nunc in Gallia obseruatur, satisdationem iudicatum solui ab exteris requiri. Hoc autem ciuium causa, non exterorum contemplatione introductum est: Imò in ciuium fauorem & exterorum odiũ ius illud obtinet. Nõ ergo inter exteros extendi hoc ius debet, sed restringi. Exteros enim summo iure ad satisdationẽ adigere, & necessaria cautionis prestatione vrgere odiosum est. Nam cùm nihil minùs licet, quàm in regione ignota sponsores & fideiussores reperire: hoc esset exteros ab omni iuris & iustitiæ beneficio excludere, & ξενηλασίαν quandam inducere. Hinc Plato ipsos sacerdotes voluit exteris & peregrinis iura reddere [b]. Romæ autem in peregrinorum fauorem, qui ciuitatis iura non habebant, Prætor peregrinus creatus est. At verò legum Romanarũ æquitas omnes istas versuti iuris subtilitates adeò auersatur, vt etiam eo casu, quo satisdari oportet, si non facilè satisdatio præstari queat, non tamen ideò quis ex cautionis penuria summouebitur: sed Callistratus ait satisdationis onus remitti debere [c]. Quòd si Romæ quondam Papia lex inhumana visa est, quæ peregrinos vrbis vsu prohibebat [d]: quantò inhumanius esset exteros ad commercia admittere: illis tamen iustitiæ templum occludere, & iuris iudiciorúmque aditum ita difficilem præstare, vt nisi prius caueatur, nõ liceat peregrino, quod suum est, consequi & repetere: ac præcipuè in hac causa, cùm nulla se offert ciuium commendatio, sed inter peregrinos & exteros contentio omnis dirimi & iudicari debet?

a Ioa. Gallus quæst. 46. Faber ad leg. generaliter. C. de Epiſc. & cler. & §. ſed hodie de ſatisd. in Inſtitut.

b Plato li. 5. de Legibus.

c L. cùm non facile. ff. ſi cui plus quàm per legem Falcidiam.

d Cicero li. 3. Officiorum.



Source : BIU Cujas

*PRO REO.* Quamuis peregrina conditio odiosam non reddat exterorum causam : nullę tamen vnquam politiæ aut Reſpublicę fuerunt, quæ ciuitatis ſuæ iura exteris & peregrinis paſſim aut facilè conceſſerint. Athenis etiam qui perpetuæ habitationis cauſſa vrbem recenter aduenerant: tributum quoddam, quod μετοίκιον dicebatur, pendebant. Romæ ſi quis peregrinus pro ciue ſe geſſiſſet, fiebat peregrinitatis reus. Quin & antiquo applicationis iure, quod ex Athenienſi Republica Romam commigrauit, peregrini & exteri neceſſe habebant ad ciuem quendam ſe applicare, quem velut patronum colebant, & ad quem applicationis iure ſucceſſio, ſi peregrinus inteſtatus decederet, deferebatur. Nihil ergò mirum, ſi in Francia peregrinus agere volens, notores dare & de iudicato cauere teneatur. Hoc enim idcò fit ne peregrinus calumnioſa actione iudicia fruſtretur, & impunè quoſuis vexare queat: ſiquidem nulla in hoc regno bona poſſidet, quæ in pignoris cauſſam capi & diſtrahi poſſint. Hanc enim vnam aut præcipuã fuiſſe ſatisdationis exigendæ rationem ſatis ex eo conſtat, quòd etiam iure Romano, quoties aliquis bona poſſidebat, Iuriſconſultus poſſeſſores immobilium rerum ſatiſdare non compelli reſpondet [a]. Actor exterorum conditionem & fauorem commendauit. At hoc vtrique noſtrũm commune eſt, Nam quod in aliena & extera regione incommodè peregrinatur, quódque à patria, parentibus, & amicis longo locorum interuallo abeſſe ſe dicit, hoc idem allegare poſſum. Romani cautiones iudicatũ ſolui magnę equitatis ratione introduxerãt. Quid enim non excogitauerunt, vt cunctos à foro

[a] L. *ſciendum. ff. qui ſatisd. cogantur.*

Source : BIU Cujas

ro & litibus deterrerent? Iusiurandum calumniæ in litis ingressu præstari voluerant, ne quid contra fidem bonam in iudicio peteretur. Condemnatum qui sententia victus fuerat, decima litis parte mulctabant, ac pleraque alia statuerant, quibus homines à malitiosa litigandi voluntate reuocarentur. At verò satisdationem *iudicatum solui* prudenter instituerant, vt qui aliquem molesta lite vexauerat, hoc impunè nō ferret, sed cautio adhiberetur, quę victori securitatem aliquam victoriæ afferret. Sic etiam iure Romano qui causam domum reuocabat, cauere tenebatur [a]. Ille etiam, qui prouinciam hominem extra territorium in ius ex priuilegio vocabat: non aliter, quàm cautione, prius præstita, litem mouere poterat [b]. Quin & nullo ciuiū vel exterorum discrimine omnes olim de iudicato cauere tenebantur [c]. Cur ergo ius illud iniquum esse dixerimus, cuius occasione victoris conditio tuta sit & secura aduersùs victi & contumacis litigatoris [illegible] meritatem? Aduersarius auctor est, qui si velit, quō [illegible] scere potest, aut si agere perseueret, caueat & notorem præstet. Non est difficultas quam aliquis volens sibi procurat. Quis te litigare cogit? Nónne præstat nos hîc in exteris regionibus paci & concordiæ studere quàm lites sequi?

*SENATVS* actorem peregrinum non antè ad litis persecutionem admitti voluit, quàm iudicatum solui satis dedisset [d].

a L. 2. §. *sed si dubitetur. ff. de iudiciis.*

b *Nouella* 53.

c *Toto titulo, iudicatum solui.*

d Arrest du 23 iour d'Aoust, 1571. entre Emanuel Darrouge d'vne part, & Antoine Vvast d'autre part. Toutesfois par arrest du 20 de Decembre 1595. donné à la Tournelle à huis clos entre deux Chevaliers de Malte, qui par leurs statuts sont reputez confreres, l'vn d'eux fut receu à agir sans bailler caution, plaidans M. F. Chanuelin & M. C. Dureo.



Source : BIU Cujas

*De actione iniuriarum, & an ad eos qui ex familia . . . sunt pertineat.*

## CAP. XII.

MEVIVS & Titia rixantes multis conuitiis sese vicissim lacessunt, inter alia conuitia dixerat Titia, Meuium improbum esse ac leprosum, & esse leprosam omnem eius progeniem & familiam. Quod conuitiandi & maledicendi genus mulieribus è triuio frequens est. Propinqui Meuij iniuriarum agunt, & totius familiæ interesse dicunt, ne lepræ conuitium inultum & impunitum maneat.

*PRO TITIA.* Lubricum linguæ fœminis condonari iuris æquitas & muliebris petulantiæ ratio postulat. Est enim genus mulierum (vt ait Aristoteles) φιλολοίδορον καὶ μεμφίλογον a. Quisquis ergo rixas muliebres ac fœminarũ conuitia, quæ mulieris est supellex (inquit Plautus) curiosè à eò inquirere & coercere voluerit, pugnet cum natura, & insitam muliebris linguæ intemperantiam tollat: φιλόψογον γὰρ χρῆμα θηλείαν γένος, si Euripidi credimus b. Magni animi est iniurias despicere: At fœminarum maledicta, contumelias, καὶ γλωσσαλγίας in cognitionem vocare, hominis est litigiosi, *Omne inualidum naturæ querulum est*, ait Seneca c. Vnde nõ mirum querulas esse mulieres & contumeliosas. Claudia nouo more iudicium maiestatis apud populum mulier subiit, quòd infaustam populo Romano vocem cum voto emisisset d. At contumeliosas mulierũ voces, quæ non publicas, sed priuatorũ iniurias

a Arist. lib. 9. hist. animal.

b Euripides in Phœnissis.

c Seneca li. 1. de ira cap. 14.

d Suetonius in Tiberio ca. 2.

Source : BIU Cujas

iniurias spectant, si liceat passim iudicio vindicare, vix omnia omnium iudicum tribunalia istis causis sufficiant. *Contumelia* (inquit Seneca) *est minor iniuria, quam queri magis quàm exequi possumus, quã leges quoque nulla dignam vindicta putauerunt* [a]. Cassiodorus, *Non nos parentum fusus sanguis inflammat, non grauiter vrit occupata prouincia, adhuc de verbis parua contentio est* [b]. Apud Liuium legati Rhodij, *Superbiã, verborum præsertim, iracundi oderunt, prudentes irridentur: capitali pœna nemo vnquam dignam iudicauit* [c]. In hac autem cõtrouersia duo spectari oportet. Vnum est, Titiã maledictis & probris à Meuio priùs lacessitam fuisse. *Difficile est* (inquit Iurisconsultus) *iustum dolorem temperare* [d], & si quid inconsideratius maledixit, conuitiis & contumeliis prouocata excusari debet. Meuius iniuriarum nonagit: quia mutua iniuriarum & conuitiorum compensatio agẽtem repelleret. Æquúmne est propinquos qui præsentes non aderant, & de quibus cogitatum non fuit, admitti? Alterum illud spectari debet, iniuriarum actiones ei tantùm qui læsus est competere: Cæteris propinquis aut cõiunctis personis, excepto patre & marito, eas à lege non indulgeri: Imò etiã patri, non quidem ipsa legis Corneliæ actio, sed prætoria tantùm competit [e].

a *Seneca in li. in sapientẽ non cadere iniuriam.*
b *Cassiod. lib. 3. ep. 1.*
c *Liuius lib. 45.*
d *L. si adulterium. §. Imperator. ff. ad leg. Iul. de adult.*
e *L. lex Cornelia. §. illud quæritur. l. non solùm. §. si mandatũ. ff. de iniuriis.*

*PRO MEVII PROPINQVIS.* Actiones iniuriarum nec contemnendæ nec leuis sunt momenti: Isocrates eleganter, ὑφήσετε τὰς μὴ ἀλλὰς ἀδικίας μέρος τι τὲ ζῆν βλαπλύσας, πῶ δὲ ὕβριν ὅλοις τοῖς πράγμασι κυμαινομβρίω [f]. Maledicta qui non vindicat, veterem remittendo iniuriam nouam prouocat. Apud Gelliũ Neratius ille obuios lubẽs cæde bat, quòd præstatione 25. assium liberatus tam fa-

f *Isocrat. in orat. contra Lochitam.*



Source : BIU Cujas

cili impunitate gauderet [a]. Eadem ratione si mulierem istam querulã & contumelioſam & ad maledicta pronam iudices ſine mulcta & impunitam dimittant, hoc erit fœminæ petulantis ingenij animos addere, & ex ſtulta inſanam efficere. Neque enim ſola factam iniuriam pœnitentia in criminibus excuſat [b]. Et, vt ait comicus, *qui poſt factam iniuriam ſe expurget, parum mihi proſit* [c]. Iuſtinianus, αἱ κατ' ἀνθρώπων γινόμεναι βλασφημίαι ἀνεκδίκητοι οὐ καταλιμπάνονται [d]. Teſtatur Demoſthenes Athenis fuiſſe νόμον βλάβης καὶ ὕβρεως, quę actio popularis erat [e]. Solon κακῶς λέγειν ἐκώλυσεν additis multarum pœnis [f]. Neque enim magiſtratus ferre debet bonorum famam conuitiis lædi [g]. Et actiones iſtæ magis contumeliæ & doloris, quàm pecuniæ perſecutionem habent [h]. Etenim *qui conſcientia confidens famæ maledicta negligit, crudelis eſt*, inquit Diuus Auguſtinus [i]. At verò iniuriarum actionem omnibus, quos iniuria tangit, lex indulgeri & concedi voluit. Quid enim refert tibi vel tuis facta ſit iniuria? Vt nec lex intereſſe dicit tua an tuorũ cauſſa agatur [k]. Sic cùm in publicis iudiciis prohibetur aliquis tres pluréſve reos ſimul accuſare: hæc tamẽ exceptio additur, *niſi ſuas ſuorúmq; iniurias quis perſequatur* [l]. Nos enim cognatorũ iniuriæ tãgũt & ad noſtrũ doloré pertinẽt [m]. Vnde perſecutio criminis raptus etiã cõſanguineis raptę virginis permitti & concedi ſolet [n]. Hoc autẽ in cauſſæ iſtius iudicio potiſſimũ videtur, quòd atrox eſt, non leue cõuitiũ. Neq; enim facta cõtumelia inter eas reponi poteſt, quas Seneca vocat querelas nauſeãtis animi, in quas delicati

& fœ

a Gellius li.10.ca.1.
b l. qui ea mẽte. ff. de furtis.
c Terẽtius in Hecyra act. 5. Scena 1.
d Nouella 77.
e Demoſthenes cõtra Midiam.
f Plutarc. in Solone.
g L. item apud Labeonem. §. 1. ff. de iniuriis.
h L. 2. §. emancipatus. ff. de colla. bon.
i Can. nolo 12. que. 1.
k l. 1. §. itẽ diuus. ff. ad leg. Corn. de ſicariis. l. hæresmeus. §. vlt. ff. de condit. & demonſt.
l l. cũ rationibus. C. de his qui accuſare nõ poſſunt. l. 12. hos accuſare. §. lege Iulia. ff. de accuſ.
m L. 1. in fi. & l. 2. ff. de liberali cauſſa.
n L. vnica, C. de raptu virginum.

Source : BIU Cujas

& fœlices incidũt[a]. Quid enim atrocius esse potest, quàm quod Titia palàm publicéque conuitiando Meuium, omnémque eius familiam & propinquos lepræ tabe infectos & inquinatos exprobrauit? Ἐστὶ γὰρ ὕβρις (vt ait Aristoteles) τὸ βλάπτειν καὶ λυπεῖν ἐφ' οἷς αἰσχύνη ἐστὶ τῷ πάσχοντι [b]. Itaque cognati & propinqui non alienam, sed suam ipsorum iniuriam vindicant grauem sanè & intolerandam. Lepra morbus est gentilis, cuius probrum familiam omnem contingit, omniúmque, qui ex familia sunt, interest, labem illam & maledicti huius suspicionem in iudicio purgari.

*SENATVS* nec muliebrem petulantiam impunitam dimisit, neque etiam iniuriam verbo factam & muliebris linguæ intemperantiâ leuiter emissam, graui mulcta aut animaduersione dignam censuit. Itaque arresto hæc fuit Titiæ damnatio, vt publicè in iudicio, præsentibus Meuij propinquis, profiteretur & agnosceret familiam Meuij ab hac labe & omni lepræ suspicione alienam, & nolle esse dictum, si quid familiæ illius honorem læderet [c].

Frequentes sunt actiones iniuriarum: vnde etiam vsitata est & ordinaria cõdemnationum in talibus iudiciis formula. Si quid atrocius sit, grauiori pœna vindicatur. Sed si de conuitiis, aut leuibus contumeliis & maledictis agatur, ordinaria est & solita hæc pronuntiandi forma, vt reus actorem virum probum esse & indignum iniuriâ publicè profiteatur: Hoc autem ab antiquo iure repetitum videtur. Nam in leuibus iniuriis satis erat dicere *nollẽ dictũ, nollem factum*. In grauioribus addebatur hæc formula, *Iuro te esse hac indignum iniuria*. Plautus in Am-

a *Seneca in li. in sapientem nõ cadere iniuriam.*

b *Arist. li. 2. rhetor. ad Theodect. cap. 2.*

c Arr. dõné à la Tournelle, le Vẽdredi 12. de Ianuier 1582.

phytrione, *Atq; adiuret insuper*, Nolle esse dicta, *quæ*
a Plautus in Amphytrione. *in me insontem protulit* a. Apud Terentium Samnio, *Noui ego vestra hæc, Nollem factum, iusiurandum da-*
b Terentius in Adelph. act. 2. Scena 1. *bitur te esse indignum iniuria hac* b. Apud Liuium cùm Locrenses de legato Pleminio expostularent, hæc fuit Quinti Fabij sententia, vt Locrensibus ita satisfieret. *Quas iniurias sibi factas quererentur, neque Senatum, neque populum Romanum factas velle: Viros*
c Liuius li. 29. *bonos sociosque & amicos eos appellari* c. His apparet solemnem istum fuisse apud veteres expurgandæ iniuriæ morem, qui nunc etiam in Senatu, cùm de conuitiis & maledictis agitur, frequenter vsurpari solet.

---

*Æs alienum quomodo inter primogenitum & cæteros cohæredes diuidatur.*

## Caput XIII.

Sempronius cùm feudi Gironiani dominus esset, nec aliud quidquam in bonis haberet moriens liberos tres reliquit. Primogenitus ex iure consuetudinis consequutus est præcipuam feudi illius partem. Nam primogenitus in ea prouincia ex iure municipali ædificia solus, & præterea duos trientes in vnoquoque feudo obtinet. De eo nulla erat inter cohæredes controuersia. Sed cùm de exoluendo ære alieno ageretur, prima hæc fuit inter fratres cohæredes generalis quæstio, an æris alieni exolutio æqualiter & in viriles distribui inter eos ex lege municipali deberet. Altera specialis quæstio hæc fuit. Æs alienum in hæreditate non

Source : BIU Cujas

non aliud erat, quàm obligatio seu præstatio annua centum aureorum, cuius obligationis sors principalis erat mille ducentorum aureorum: (*Reditum constitutum* vulgari appellatione vocant) illa autem obligatio & præstatio ex contractu expressè & specialiter super feudo Gironiano assignata erat. Dicebant cæteri cohæredes primogenitum æs alienum istud luere, teneri pro ea parte, quam ex feudo Gironiano consequebatur.

## *CONTRA PRIMOGENITVM PRO CÆTERIS COHÆREDIBVS.*

Vulgata est iuris regula, onera hæreditaria pro portionibus hæreditariis inter cohæredes diuidi [a]. Hæreditas omnis in feudo Gironiano consistit. Primogenitus duos feudi trientes consequitur: Cur non æris alieni easdem portiones exoluet primogenitus, qui lucri & commodi duos trientes iure municipali obtinet? Rectè Quintilianus, *Ager, quem communem nobis esse dico, patris nostri fuit. Is duos liberos reliquit: Æquum vtrique ius; Eadem vtrique onera æris alieni* [b]. Sic enim iuris æquitas suadet, vt antè diuisionem ex vniuersa hæreditatis massa ęs alienum deducatur [c]. Quo facto residui diuisio fieri debet proportionibus consuetudine definitis. At si id fiat vt ea tantùm in diuisionem veniant, quę deducto ęre alieno supersunt, consequens erit vt qui in toto maiorem habet rei portionem, plus æris alieni luat & exoluat. Hypotheca verò cùm feudo imposita sit, cur non pro rata commodi & rei ipsius ratione onera ferri conueniens videbitur? Sic enim quoties plures sunt hæredes, & de rei alicuius restitutione agitur, inter cohæredes solus ille, qui eam possidet, conueniri potest [d].

Sic

a *l. 1. Cod. ſ certum petatur.*

b Quintil. *decla.* 316.

c *l. nihil interest. §. fi. ff. de vſu & vſufr. leg.*

d *l. ſi poſſeſſor. ff. de rei vind. l. 3. §. hæres. ff. commodati. l. ſi duo. ff. depoſiti.*

Source : BIU Cujas

Sic etiam qui rerum castrensium hæres institutus fuit, æs omne alienum, quod in castris contractum est, solus debet [a]. Vt & qui ex caussa vnius peculij creditores sunt peculij illius possessores prius conuenire & discutere tenẽtur, antequam ad aliud peculium deueniri oporteat [b]. Nam & generaliter quæcunque rem ipsam afficiunt & fundi occasione debentur, pro rata possessionis & commodi præstari necesse est. In hac caussa feudum Gironianũ hypothecę subiacet, & pręstatio debiti annua super feudo assignata est. At verò hypothecæ assignatio quasi accessio quædam est & onus rei adiunctum. Quicquid autem accessorium est, & quoduis onus quod rei adiacet, sequi debet naturam eius fundi cui incumbit [d]. Itaque huiusmodi debitæ quantitatis assignatio & specialis feudi huius obligatio in ista æris alieni diuisione spectari debet [e]. Vt primogenitus quales feudi portiones ex lege municipali consequitur, easdem debiti & hypothecæ partes præstet: Cæteros autem, qui minimam feudi partem consequuntur, iniquum sit æqualiter & pro iisdem portionibus inquietari [f]. Arithmetica proportio numeris constat. At Geometricam proportionẽ ipsa ratio & æquitas moderatur. Itaque Plato dicebat Deum semper Geometriam tractare ἢ θεὸν ἀεὶ γεωμετρεῖν [g]. Illud enim procurandum est, vt æqualis sit Iustitia, sed non vt mero & absoluto iure æqualitas indefinitè vim & authoritatem perfectæ iustitiæ obtineat. Æqualitas enim inter inæquales summa est inæqualitas.

*PRO PRIMOGENITO.* Iure ciuili, imò & ex lege 12. tabularum onera hæreditaria non pro modo emolumenti, sed pro hæreditariis portio

a *l. si certarum. §. Iulianus. ff. de testam. mil. l. ex facto. ff. de her. instit.*
b *l. hinc quæritur. §. potest. ff. de pecul.*
c *l. rescripta §. quædam. ff. de mund. & hon.*
d *l. 3. §. sed si. ff. de neg. gest. l. etiã si non dotẽ. C. de iure dot. l. inter socerum. §. cùm inter, in f. ff. de pact. dot.*
e *arg. l. cũ ab vno. ff. de leg. 2.*
f *l. Plautius. ff. de cond. & dem. l. hæredes. §. an ea. ff. fam. ercisc.*
g *Plutarc. li. 8. Sym. probl. 2.*

portionibus inter cohęredes diuidi constat[a]. Nam etsi cohæres defuncti inopiam causetur, aut se à cohærede spoliatum dicat, non tamen excusatur qui æquo iure ęs alienum luat[b]. Quinetiam si vni ex cohęredibus aliquid sit prælegatum, quæsitum est an pro rata portione commodi, & habita ratione prælegati æs alienum sustinere debeat: Imperatores rescribunt hoc esse contra veteris iuris formam, iubéntque debita hęreditaria à cohæredibus persolui, habita portionis hæreditariæ ratione, non autem prælegati eorúmve quæ speciali testatoris voluntate præcipiuntur[c]. Portiones autem hæreditariæ ita intelligi debent, vt si hæredes ex testamento succedant, tales sint portiones quales testator instituendo declarauit. Si ab intestato, lex æquo iure ad successionem omnes vocare censeatur, vt licèt aliquid plus minúsve primogenitus, iure præcipui obtineat, tamen æquales existimentur hęreditariæ portiones: ídque habita ratione iuris, non autem habita ratione emolumenti & præcipui, quod in feudis primogenitus consequitur. Hoc enim habet non communi hęreditario iure, sed tanquam sibi à consuetudine & communi Galliarum iure prælegatum. At licèt filius non aliter in feudis succedat, quàm si patri etiam in cæteris hęres sit, hanc tamen primogenituræ prærogatiuam & præcipuam rerum feudalium partem, non tam à patre titulo hęreditario habet, sed eam legitimo iure & ex lege municipali obtinet, ac velut prærogato iure consequitur. Hęc enim & similia nos neque à patre neque à maioribus, sed à lege consequimur, vt ait Iurisconsultus[d]. Non ergo huius prærogati iuris respectu plus oneris primogenito quàm cęteris

a *l. pactis. C. de pactis. l. 1. Cod. de except. l. 2. & fin. C. de hær. actionibus. l. 1. Co. si vnus ex pluribus hæred. l. hęredes. §. idem iuris fam. ercis.*

b *l. si te bonis. Cod. de iure deliberandi.*

c *l. 1. Co. si certum petatur.*

d *l. cũ qui. ff. de interdictis & releg. l. si adrogator. ff. de adop.*

Source : BIU Cujas

teris iniungi debet [a]. Vnum esse patrimonium cõstat, vnicam defuncti hereditatem. Est enim successio in vniuersum ius quod defunctus habuit [b]. Vlpianus ait æs alienum non certi alicuius loci esse, sed vniuersarum facultatum, *Æs enim alienum* (inquit) *patrimonium totum inminuit, non certæ loci facultates* [c]. Itaque æs alienum non aliter quàm secundùm portiones & quotas hereditarias diuidi debet: vt cùm vnus ex semisse, cæteri ex aliis partibus heredes à defuncto instituti sunt, onera hereditaria non ab omnibus æquali iure, sed iisdem, quibus singuli heredes instituti sunt, partibus exolui & præstari oporteat [d]. Ipsum autem primogenituræ ius, licèt in feudis præcipuum quidpiam primogenito tribuat, non tamen quotam hæreditatis constituit, sed certam tantùm rerum quarundam singularum portionem vni ex liberis prærogat. Nam vt quota in hereditate constituatur, non res hereditarias singulares spectari oportet, sed ius ipsum, quod in vniuerso patrimonio competit. Vnde etiam liberi, licèt inæquales in rebus feudalibus portiones habeant, non tamen ideo minùs æquo iure hæredes sunt. Hæc de quæstione generali dixisse sufficiat. Supereſt huius controuersiæ hypothesis: In qua obiicitur æs alienum, de quo agitur, nõ personalem esse obligationem, sed hypothecariam: imò etiam feudum Gironianum speciali contractus stipulatione fuisse hypothecæ subiectum. Hypotheca quidem obligationis accessio est. Neque enim aut ipsius fundi aut feudalis prædij accessio est. Quid enim commune habet hypotheca cum fundi conditione? Sed hypothecæ ius obligationis accessorium est, vt ex

[a] l. fin. ff. de vsufructu legato. l. ex facto. ff. de her. instit.
[b] l. hæreditas. ff. de pet. her.
[c] l. si fideicommissum. §. tractatum. ff. de iudiciis.
[d] l. æquæ. C. fam. ercis. l. si legatus. §. multũ interest. ff. ad Sen. Treb. lib. 1. C. de annonis & tributis.

Source : BIU Cujas

vt ex eo pignoris nexu non quidem alia constituatur obligatio, sed maior debiti securitas creditori acquiratur. Iurisconsultus hanc facti speciem proponit. Hęres præcepto fundo Semproniano rogatus erat hęreditatem restituere: Post hæreditatem restitutam apparuit fundum illum Sempronianum fuisse à defuncto pignori obligatum: Quæsitum est quem spectet debiti illius exolutio. Respondet Iurisconsultus eum teneri pignus liberare, cui ex Senatusconsulto Trebelliano restituta est hęreditas: *Neque enim* (inquit Vlpianus) *personales æris alieni actiones fundum, sed hæredis personam sequuntur*[a]. Idémque & Scęuolæ & aliorum Iurisconsultorum responsis confirmatur[b]. Itaque certę alicuius hypothecæ expressio obligationis conditionem non immutat, nec debiti diuisionem aut inducere aut impedire potest[c]. Non ergo æquum est prærogatiuam illam, quam & natiuitatis ordo concessit, & ius ipsum municipale primogenito prærogauit, à cęteris cohęredibus in inuidiam trahi, vt eis liceat primogenitum inęquali æris alieni luitione prægrauare.

*SENATVS* primogenitum non amplius quàm cęteros cohæredes debere iudicauit, atque eum ęqua cum cęteris conditione ęs alienum & debita hęreditaria teneri exoluere pronunciauit[d].

a *l.1. §. si hæres. ff. ad Senat. Trebellia.*
b *l. fin. Lucius. ff. de contrahen. empt. l. cogi. §. inde quæritur. ff. ad Sen. Treb. l. fundus. ff. de am. le. cl. Lucius. ff de alim. & cib. leg.*
c Arr. du 4. Iuin 1584. M. Ph. Gillot plaidant pour René Viault appellant, & moy pour

*An*

Françoise & Charlotte Viault intimees.

Source : BIU Cujas

*An qui præsens est & non contradicit, iuri suo renuntiare censeatur.*

## Cap. XIV.

TITIVS creditori Meuio in centum nummos solemni contractu sese obligauit adiectâ securitate hypothecę omnium bonorum. Primus ille creditor Meuius, erat tabellio publicus seu notarius. Biennio pòst idem Titius ducentos nummos mutuos sumit à Seio: atque ipso mutui contractu Titius res suas omnes hypothecæ nexu obligat: Simul etiam falsa assueratione bona sua omni alio ære alieno libera esse. Exinde cùm Titij debitoris bona creditoribus postulantibus publica auctoritate distraherentur, mota est controuersia inter Meuium & Seium de hypothecæ prærogatiua. Meuius priorem se & tempore antiquiorem dicebat, atque ideò potiorem in hypotheca. Seius autem Meuij dolum aut certè insidiosam dissimulationem & reticentiam allegabat, quòd Meuius non modò præsens adfuisset, sed & tanquam notarius publicus obligationem excepisset, per quam Titius debitor res suas omni hypothecę vinculo liberas esse & nulli alij oppignoratas affirmabat.

*PRO MEVIO NOTARIO.* Longa est inter dolum & errorem, inter fraudem & culpam differentia. Error rerum gestarum veritati non præiudicat. Culpa autem nisi aut mala fides & lata negligentia dolo proxima accedat, aut circũmuiendi alterius gratia interueniat, non solet iuris amissione

Source : BIU Cujas

sione puniri. Itaque in hac caussa si neque dolus arguatur, neque vlla Meuij fraus probetur, nulla ratio suadere potest, vt Meuius acquisito hypothecæ iure priuetur. Vulgata est iuris regula eũ qui tacet & præsens est, non vtique consentire [a]. Hinc fit vt si ex pluribus cohæredibus vnus rem communem & hæreditariam cæteris præsentibus alienauerit, Scæuola ratam haberi ab omnibus venditionem censet, quia cæteri cohæredes non modò præsẽtes adfuerant, sed & quisque suam pretij portionem receperat [b]. Nam vt quis iure suo priuetur, expressa eius voluntas requiritur, non autem sufficit sola & simplex præsentia [c]. Interdũ etiam examinari & attẽdi oportet, an præsẽtia aliò referri possit quàm vt rei gestæ consensus adhibitus censeatur. Vt cùm Modestinus de coagit qui testis adhibitus defuncti testamentum signauerat: Quærebatur an ex eo quòd defunctus fundum Seianum testamento suũ esse dixerat, hoc testi, qui verè fundi Seiani dominus erat, obesse aut vllum præiudicium afferre posset. At verò iniquum fuisset hoc testi nocere. Nam licèt & præsens fuerit & signauerit, non tamẽ ad obligationem inducendam vocatus fuerat, sed tãtùm vt testis fidem faceret hanc esse vltimã defuncti voluntatem [d]. Vt & idem Modestinus non vult præiudiciũ gigni ex eo quòd testis alicui actui interfuerit [e]. Meuius in hac Seij obligatione præsens fuit, non vt priuatus neque vt iuri suo renuntiaret, sed tanquã notarius publicus adfuit, vt contractum, qui inter Seium & Titium initus erat, exciperet & celebraret. Notarij officiũ postulat conuẽtionibus & obligationibus adiici & inferi quicquid contrahentibus placuerit. Titius bona sua

[a] *l. qui tacet. ff. de reg. iur. ca. is qui tacet de regul. in 6. l. qui vas. §. vetare. ff. de furtis. l. 1. §. voluntatem, & l. quæ dotis. ff. sol. mat. l. 1. §. scientiam. ff. de tribut.*

[b] *l. quidam ex parte. ff. de euict.*

[c] *l. si quis vi. §. differentia. ff. de acqu. poss.*

[d] *l. Caius. ff. de pign. act.*

[e] *L. Titia. cum testamento. §. Lucia. ff. de legat. 3o*



Source : BIU Cujas

ere alieno libera affirmauit,& hanc falsam asseue-
rationem contractui addi voluit. Hoc prohibere
non potuit Meuius,neque etiam prohibere cura-
uit,quia cùm non ipse contraheret , sciebat ius
suum sibi saluum manere:vt non dissimiliter re-
spondet Marcianus Iurisconsultus [a]. Iniquũ enim
esse crediderunt iuris auctores officium suum cui-
quam esse damnosum [b]. Rectè adhiberi solet di-
stinctio officij voluntarij & necessarij. Si volun-
tarium est officium,veluti cùm quis aduocationẽ
& patrocinii alicuius suscepit,hoc casu quicquid
aduocatus asseruit, si vel testamentum falsum di-
xit vel testamenti validitatẽ controuertit,vel quid
aliud in iure proposuit,id omne ei proprio nomi-
ne obiici & opponi potest [c].Ratio est quia ab ini-
tio liberum ei fuit aduocationem & patrocinium
caussæ illius suscipere aut non suscipere:Nisi fortè
iustam aliquam & legitimam ignorantię suæ caus-
sam afferre possit [d]. Aliud dicendum est si officium
esse necessarium proponamus. Veluti tutela mu-
nus est necessarium.Nam tutela ex necessitate &
suscipitur [e],& geritur [f].Atque ideò si quis tuto-
rio nomine vel litem moueat vel negotium ali-
quod exequatur, non potest hoc priuato & pro-
prio nomine ei nocere [g].Vt & si quis iudex cuidam
alienationi auctoritatem suam publico magistra-
tus nomine præstitit & interposuit,existiment iu-
ris doctores auctoritatem,quæ ex necessario iudi-
cantis officio & munere pendebat, non posse vl-
lum ei præiudicium afferre [h].Non dissimili ratio-
ne Meuio obesse non debet,si ad contractus cele-
brationem velut tabellio & notarius adhibit⁹ fuit:
cùm

a L.sicut. §.non videtur.ff. quibus modis pignus vel hypoth.solui-tur.
b l.sed & quod si quis. ff. quemadm. test.aper.l. videlicet. ff.ex quib. causis maiores.l. si seruus. §. quod de furtis.
c L. post legatum.§. sunt qui putant. ff. de his quibus vt indignis.l.fi. in princ.ff. de inoffi. test. cap.ex literis. extra de trãsact.
d L. inter officium.ff. de rei vindicat.
e L.nec nõ. ff.de tutor. & curat. datis ab his.
f L.1. in princ.ff. de admin.tut.
g L. cum quadam.C. de admin. tutorum.§. si tutor. Inst. de inoffic. testam.

h Molinæus ad §.18.ti.1.num.3.sur la coustume de Paris.

Source : BIU Cujas

cùm etiam inuitus vt id præstaret cogi posset. Nã & si quid eorum, quæ contrahentes inseri in contractu volunt, notarius omittat, in falsi crimen incidit, & in eum vt falsarium animaduerti debet: quia falsum non minùs in omittendo quàm in cõmittendo fit. Itaque quicquid contractu continetur non est à veritate alienum. Contractus enim fidem facit Titium affirmasse bona sua omni alio ære alieno libera esse. Hoc autem verissimum est: Non quidem vt verum sit quod Titius affirmauit, sed verum est Titium hoc affirmasse. An autem asseueratio & declaratio Titij vera sit, an non, hoc neque contractus continet, neque notarius eius rei assertorem se præstat. Ergo si verus est contractus, nec aliud continet, nisi id omne quod contrahentes adiici voluerunt, non debet veritas Meuio notario, qui fidem in munere suo præstitit, quidquam obesse.

*PRO SEIO.* Rectè apud Liuium Appius, si fides abrogaretur, omnem humanam societatem tolli dicebat [a], Fides autem nec priuata lædi debet, nec si publica sit impunè eam violari conuenit: Notarij autem & scribæ fidei publicæ custodes sunt. *Scribarum officium* (ait Cassiodorus) *securitas solet esse cunctorum, quoniam ius omnium eius sollicitudine custoditur* [b]. At verò quis Meuij callidam reticentiam non dolum malum appellauerit? *Dolus malus* (inquit Iurisconsultus) *non in eo tantùm est qui fallendi caussa obscurè loquitur, sed etiam qui insidiosè obscurè dissimulat* [c]. Quicunque enim fraudulentam eiusmodi patientiam præstat, réque suas obligari tacitus videt, decipere velle dicitur [d]: & in pœnam dolosæ dissimulationis lex

[a] Liuius li. 6.

[b] Cassiodorus lib. 12. variarum.

[c] L. ea quæ cõmendandi. § fin. ff. de contrah. empt.

[d] L. si sine. C. ad Senat. Velleianum.

iubet eũ iure suo priuari [a]. Vt & si quis aut extraordinaria aut ciuili actione ius suum in iudicium deducí videt, is sibi præiudicat, si callida dissimulatione aliquem decipi permittat [b]. Si præsente & tacente patre filius decurio creatur, pater obligatur [c]. Si quis negotium aliquod geri resciuerit, vnde sibi præiudicium nasci verisimili coniectura præsumere debeat: atq; id fieri vel permittat vel dissimulet, æquum est illud ei imputari & obesse [d]. Eademq; ratione creditor qui permittit rẽ vænire, pignus dimittere & liberare intelligitur [e]. Meuius obligationem inter Seium & Titium initã resciuit. Non ignorauit autem falsum esse quod Titius mendaci asseueratione bona sua libera esse omni hypothecę iure affirmabat. Cur tacuit nisi vel quia de iure suo tacita cogitatione decedere voluit, vel Seium fraudulenta reticentia cum eo contrahere permisit, ex cuius obligatione nulla solutionis spes esset? Itaq; in hac eadẽ quæstione Paulus Iurisconsultus respondet antiquiorem creditorem consentiẽtẽ, cùm debitor eandẽ rẽ tertio creditori obligaret, ius suũ pignoris remisisse [f]. Meuius autẽ in hac causa nõ sola præsentia & taciturnitate sibi præiudicauit, sed & cõtractui subscripsit cúmq; subsignauit. Hoc autẽ attẽdi & spectari vult Marcianus Iurisconsultus, *Nõ videtur* (inquit) *consensisse creditor, si sciente eo debitor rẽ vẽdiderit, cũ ideò passus est vænire, quòd sciebat vbique sibi pignus durare. Sed si subscripserit fortè in tabulis emptionis, consensisse videtur* [g]. Quinimò Meuius non modò obligationi subscripsit, sed & contractum omnẽ, cùm notarius esset, exscripsit & recepit. Illud verò nõ multum differt ab eo

[a] L. *seruus communis. ff. de dona. inter virũ & vx.*
[b] *Cap. 2. de accus. in 6.*
[c] L. *si quis affirmauerit. ff. de dolo.*
[d] L. *honores. §. fi. ff. de decur. l. 2. ff. ad municipalem. l. 1. de decurionib. l. 12. C.*
[e] L. *super seruis. tit. qui militare non possunt, li. 12, C. & authen. si seruus. C. de epis. & cler.*
[f] L. *creditor. ff. de regulis iuris l. 2. C. de remiss. pignoris, l. 4. §. in vẽditione. ff. quib. modis pignus vel hypoth. soluitur.*
[g] L. *Lucius. §. Paulus alias. l. Paulus. ff. quib. mo. pig. vel hyp. soluit.*
[g] L. *sicut. §. non videtur. ff. quib. modis pign. vel hypoth. soluit.*

Source : BIU Cujas

ab eo casu, quē Modestinus proponit de filio qui mandante patre manu sua perscripserat instrumentum chirographi [a]. Hoc autē faciebat filius nō suo, sed patris nomine, non propria voluntate, sed patris mandato & iussu. Instrumentum ipsū neque subscripserat, neque consensum vllum vel priuata annotatione vel subscriptione præstiterat: & tamē filius in præiudiciū suum obligationi consensisse existimatur. Quantò magis hoc idē in caussæ istius iudicio dicendū est, in quo Meuius notarius contractum exscripsit, subsignauit, & in mundū redegit? Nam & in eo qui contractum tanquam testis subsignauerat, Senatusconsulto iudicatum fuit obesse ei contractum, si exinde hypothecā aliquā in rebus illis sibi adiudicari postulet [b]. Vt & in contractu matrimonij cùm frater qui præsens nuptiis aderat, æs alienū, quod sibi à sponso fratre debebatur, reticuisset: Iudicatum est à Senatu fratrē illum ob subdolam dissimulationem & reticentiam omnem hypothecæ prærogatiuā amisisse, neque vxori in dotaliū conuentionum petitione præferendū [c]. Obiicitur responsum Modestini, qui testem eum, qui testamentū subsignauerat, suo iuri nullo modo præiudicasse asserit. Magna sanè est differētia inter testem testamentariū & eum qui cōuentioni inter viuos factæ adhibetur. Olim testamentorum scriptura non cuiuis ac ne testibus quidē patebat, sed interiecto lino clausa erat, ligata, & inuoluta: Satis erat si testator vltimam esse suam voluntatem declararet, quodcūque charta illa cōtinebatur [d]. At in contractibus ipse testis conuētiones omnes nouit, quippe quæ palàm legi & recitari soleant. Itaque testamentaria defuncti dispositio testi non obest,

a L. *fideiussor.* §. *pater. ff. de pignoribus.*

b Par arrest dōné le dernier iour de May 1582. moy plaidant en la cause d'ētre Imbert Moriceau appellant, & Frāçois Rouault intimé.

c Arrest prononcé en robbe rouge le 6. de Septembre 1584. au profit de Damoiselle Claude Poulain, vefue de feu M. Louys Pellerin, Contre Guillaume Pellerin.

d L. 21. *hac consultissima. C. de testamentis.*



Source : BIU Cujas

quam ille nec resciuit nec rescire potuit. At conuentionũ stipulationes testibus notoriæ, eis præiudicant qui ius suum tueri aut præsentes omiserunt, aut dolosa negligentia contrahentem fallere & decipere voluerunt. Titius mendaci asseueratione crimen stellionatus contrahebat. Meuius sciens prudénsque id malitiosè passus est, cùm prohibere posset. Adhibentur notarij vt promissæ obligationis fides & contractuum firmitas impressis signis & tabulis signatis solemnius tutiúsque obseruetur. Quod si ipsi etiam notarij, quos alienæ fidei custodes & depositarios eligimus, improbæ contrahentium calliditatis & fraudulentæ taciturnitatis auctores & participes fiant, nulla erit deinceps conuentionũ securitas. Si notarius illicitam aliquam & iure reprobatã alienationem in mundũ redigat, eíque præsens intersit, & publicã auctoritatẽ illegitimæ obligationi accedere patiatur: Ille aut exilij perpetui pœna plectitur [a], aut etiam manus amputatione punitur [b]. Quid autem magis illicitũ proponi potest, quàm si tacita dissimulatione aliquis in fraudem inducatur, & perfidioso crimine stellionatus & in damnum & iacturã incurrat? Si Meuiũ non mouet officij & muneris sui religio: si notarium publica fides à tanto malitiosæ taciturnitatis scelere non reuocat: si nullius incorruptæ probitatis respectus eos commendat, quibus monuméta publica committuntur: Nulla erit amplius fidei publicæ securitas, nec quisquam deinceps à notariorum perfidia tutus esse poterit.

*SENATVS* Seium posteriorem creditorem præferri Meuio notario, licèt antiquiori creditori, voluit [c].

a L. 14. *iubemus.* §. *his tabellionibus. C. de sacros. Eccles. l. generali de tabulariis. li.* 10. C.

b *Tit. de prohibita feudi alienatione per Frider. ca.* 1. *in fin. l.* 2. *feudorũ.*

c Arrest prononcé en robbe rouge, le 21. de Mars 1581. contre le Notaire Payen.

De

*De executione sententiæ, quæ in tempus solemnis supplicationis & publicæ processionis incidit.*

## Cap. XV.

ANno 1587. indicta fuit Parisiis supplicatio & solemnis processio, in qua ex decreto cleri delatæ sunt reliquiæ Diuæ Genouefæ, cuius numen tutelare Parisienses colunt. Pridie quàm processio fieret, lata fuerat sententia in causa retractus gentilitij inter Meuium & Titium, Meuióque domus agnationis & propinquitatis iure adiudicata fuerat: ea tamen lege vt pretij solutio vel consignatio intra 24. horas lege municipali præstitutas fieret. At verò illæ 24. horæ cùm ab instanti sententiæ latæ tempore inciperent, durabant ad horam vsque sequentis diei meridianam. Meuius cùm sequenti die pretium exoluere & consignare vellet, idque solemniter & coram notariis fieri necesse esset, notarij cæteríque ferè omnes ciues, quos à ciuilibus & forensibus negotiis cessare decebat, supplicationi & precibus vacabant, ac tum processioni publicæ intererant. Tempus 24. horarum, quod consignationi pridie præstitutum fuerat, expirauit hora illius diei meridiana, ad quam vsque processionis & supplicationis solemnitas durauit. Meuius statim post meridiem pecuniam Titio offert. Titius solutionem post tempus admitti debere negat. Illud quidem ex lege municipali constat in executione retractus gentilitij ius istud præ-



Source : BIU Cujas

cisa seueritate obseruari, vt propinquus retrahens causa cadat, si non intra 24. horas à tempore sententiæ soluat, aut pecuniam solemniter consignet, adeò vt nullus sit moræ purgationi locus. Hoc autem vnum in illa causa quærebatur, an matutinum diei spatium, quod processioni & supplicationi destinatum fuerat, in illas 24. horas imputari deberet: An verò æquius esset deduci tempus illud, nec in 24. horas imputari: quo casu liberum foret reliquo diei spatio, velut durantibus adhuc 24. horis, pretium ex lege retractus vel exoluere vel solemniter consignare.

*PRO TITIO.* Controuersa hæc est inter iuris Doctores disputatio, an executio sententiæ fieri etiam die feriato debeat & possit. In qua tamen quæstione non crediderim illorum sententiæ accedendum, qui inter dies vtiles & continuos discrimen statuunt: immò rectiùs sentire eos existimandum est, qui attendi oportere censent, an de nuda sententiæ executione agatur, quę nec iudicis officium, nec causæ cognitionem desiderat. Nam si executio ea sit, quæ sine iudice fieri nequeat, constat feriato die eiusmodi res exequi nō licere, quoties negotium parte vocata nec sine magna causæ contentione agitari debet: sin verò de ea re agatur, in qua Prætorem conueniri non sit necesse, tempus currit, nec obstat festi solemnitas, neque etiam Diui, cuius memoria celebratur, veneratio & honos, nec feriarum indictio impedit omnia iuris solemnia dicto & præstituto tempore adimpleri debere a. Hinc fit vt si quando Prætorem conueniri non sit necesse, velut si de nuda solutione, quæ absente Prætore fieri potest, agatur, feriarum consi-

a L. miles. §. sexagin-ta. ff. ad l. Iul. de adult. l. 1. §. denūtiatio. ff. de operis nouī nuntia.

dera

sideratio executionem sententiæ non moratur, idque ex iuris Doctorum sententia obseruari constat [a]. Itaque si generaliter festi & solemnis diei celebritas solutionem faciendam prohibere vel morari nequit, quanto magis hoc isto casu obtinere debet, siquidem de retractu gentilitio agitur, qui odiosus strictíque iuris est & fraudibus ac versutiis multo abusu patet? Nihil enim odiosius haberi debet quàm quicquid contrahendi & de re sua disponendi libertatem aut vetat aut aliquo impedimento remoratur. Redhibitionis gentilitiæ actio olim quidem introducta fuerat, vt antiqua prædia familiis reseruarentur: sed nunc, vt omnium rerum abusus inualuit, plerunque extraneus, qui ex persona sua emptorem acquisito fundo deturbare & expellere nequit, si vel vicinitatis commoditate vel pretij modicitate inuitetur, propinqui alicuius nomen & personam mutuatur, vt emptorem possessione rei acquisitæ tacita fraude eiiciat, redempto propinqui iure & proposita retractus actione. Sed & si omisso retractus gentilitij odio, reiecta etiam solitæ fraudis consideratione, rem ipsam propius inspiciamus: nullam Meuius moræ suæ excusationem legitimam afferre aut proponere potest. Neque enim cuiquam ignota fuit supplicationis solemnitas: Hanc ciues omnes resciuerunt non illo tantùm die quo celebrata est, sed & aliquot antè diebus, cùm palàm & publicè indicta fuit. Itaque quo primùm tempore lata est sententia, præuidere debuit Meuius exolutionē pretij & redhibitionis gentilitiæ executionē eo ipso die fieri oportere, siquidem sequenti die id non licebat. Quærit Vlpianus, si quis cùm posset non incidere in tempesta-

[a] *Guido Pape quæ. 205.*



Source : BIU Cujas

tem vel in flumĩnis vim, si citiùs & opportuno tẽpore nauigasset, ipse se arctauerit: Certè huic fauendum non esse respondet Iurisconsultus, neque ei exceptionem concedi debere[a]. Sic & eadem ratione excusari non debet Meuij negligentia, qui cùm eo ipso die, quo lata est sententia, potuisset solutionẽ ritè & commodè præstare, differre maluit in sequentis diei tempus, quo processionis & supplicationis solemnitas peragebatur. Itaque quisquis ipso sententiæ die soluere potuit, sibi imputet, si quid postea contingat quod solutioni necessariæ moram aliquam & impedimentum attulerit. Quin & illo ipso supplicationis die potuit Meuius nummos volenti Titio exoluere, siquidem nulla diei celebritas vetat, quominus ritè solui possit, quoties de nudæ solutionis executione agitur: actum maximè cùm post præstitutum temporis spatium mora purgari non potest: velut in compromisso si contingat diem inter partes dictam finiri[b]. Nam festis diebus sicut multa agi vetantur, sic & multa permittuntur. Scęuola consultus quid feriis agi liceret, respondit id omne quod prætermissum noceret. Varro negabat eum pollui, qui vel sacrorum causa opus fecisset, vel aliquid vrgente vtilitate festis diebus egisset. Pisone & Gabinio Consulibus sancitum fuit, vt omnibus festis diebus legem ferri liceret[c]. Cicero orationem pro M. Cælio diebus festis ludisque publicis habuit. Cato curiosè rusticis præscribit ea quæ diebus festis agenda aut non agenda sunt[d]. Virgilius, *Sunt etenim quæ festis exercere diebus Fas & iura sinunt: riuos deducere nulla Religio vetuit, segeti prætendere sepem*[e]. Itaque cùm

a L. 2. §. *si quis tamẽ cùm posset. ff. si quis cautionibus.*

b L. 13. Põponius. §. *arbiter. l. 36. si feriatis. ff. de receps. arbitris.*

c Cicero pro P. Sextio.

d Cato de re rustica cap. 2.

e Virgilius li. 1. Georg.

Source : BIU Cujas

cùm pretium in retractu necessaria lege rependi oporteat, licuit Meuio nummos etiam ipso supplicationis die Titio afferre, atque eo casu si Titius oblatos nummos recusasset, & hoc vnum in quæstionem veniret, quòd pecunia publicè deposita & consignata non esset, aut protestationes solemniter coram notario factæ non extarent: certè Meuij causa meritò venia & excusatione digna videretur, si quicquid ipse potuit seu soluendo seu pecunias offerendo præstitisset. Verùm non debet is excusari, qui moram, quæ ex lege municipali purgari non potest, commisit, cùm ei liceret solutioni tam opportuno quàm non opportuno tempore prospicere, cùm generaliter post iudicium semel acceptum, si nuda sententiæ executio supereſt, quodcunque promptum est nec nouam causæ cognitionem desiderat, id omne etiam festis diebus lege permittente fieri liceat [a].

a *Lomnet. C. de feriis.*

*PRO MEVIO.* Magna est festorum dierum commendatio, & publicæ honestati conueniens videtur, vt piè & religiosè celebrentur. Diuus Augustinus festos dies, quos Christiani in honorem sanctorum venerari solent, memorias martyrum vocat [b]. Gregorius Nazianzenus ait martyrum & Diuorum memoriam ideò festis diebus meritò celebrari, vt quorum certamina veneramur, eorum actiones imitemur [c]. Sed & olim festi dies plerunque non tam ad deuotionem quàm ad hilaritatem indicebantur. Seneca, *Legum conditores* (inquit) *festos instituerunt dies, vt ad hilaritatem homines publicè cogerentur, tanquam necessarium laboribus interponentes temperamentum* [d]. Aliquando ferias aut supplicationes extra ordinem indici contingit, vel

b *D. Aug. li. 22. de ciuit. Dei cap. 10.*

c *Gregor. Nazianz. lib. de pauper. am.*

d *Seneca libr. 1. de tranquill. animi.*

vel lætitiæ publicæ causſa, vel cùm læſi numinis ſuſpicio, aut iræ diuinæ metus terrorem publicum mentibus noſtris incutit. Vlpianus lętitiæ publicę cauſſa & ob res proſperè geſtas ferias extra ordinẽ indici ait [a]. Poſt vrbem Veios à Furio Camillo captam Senatus ſupplicationes decreuit [b]. Idémque poſt Carthaginem nouam à Scipione expugnatam factum eſt [c]. Sic etiam victo & cæſo Aſdrubale, qui Amilcaris filius & Annibalis frater erat, ſupplicatio in triduum indicta fuit [d]. Senatus poſt Annibalem Italia pulſum ſupplicationes in quinque dies decreuit [e]. Eadem etiam ratione ob victoriam Iulij Cæſaris fuſo Pompeio Romę feriæ 50. dierum indictæ fuerunt [f]. Nec minus ſolemnem feſti dieí celebritatem peractã fuiſſe memorat Ioſephus, ob inſignem victoriam Iudę Machabæi deuicto Nicanore Antiochi duce [g]. Magna certè eſt feſtorum dierum celebritas, magna hilaritatis publicæ commendatio: ſed nihil æquè mentes humanas torquet ac numinis irati metus, ſi quando prodigia ægros & attonitos populi animos terrore aliquo imbuerunt. Tunc enim aræ ſacræ & loca ſancta pietate multa inuiſuntur: Tunc ſupplicationes publicæque proceſſiones ad placanda diuûm numina meritò decernuntur. Sic cùm Veſuuius mons cineres Byzantium vſque eructaſſet, indicta eſt annua ſupplicatio [h]. Sed & olim Romæ ſub Tullo Hoſtilio poſt deuictos Albanos, quia lapidibus pluebat, nouendiale ſacrum factum eſt, & vt id fieret inſtitutum quoties lapidibus plueret [i]. Atque etiam ſecundi belli Punici cauſa ſupplicatio per vrbem habita atque adorati Dij [k]. *Romæ* (inquit Liuius) *multa ea hyeme prodigia facta, aut* (*quod euenire ſolet motis ſemel*

a *l. ſed etſi per prætorẽ. §. ſi feriæ. ff. ex quibus cauſis maiores. l. 1. Cod. de feriis.*

b *Liuius lib. 5.*

c *Liuius lib. 27.*

d *Liuius lib. 27.*

e *Liuius lib. 30.*

f *Dio. Caſſius li. 43. hiſt.*

g *Ioſephus lib. 12. de Bello Iudaico, c. 17. & Machabæorũ lib. 2. cap. fin.*

h *Procopius lib. 2. de bello Gothorum.*

i *Liuius li. 1.*

k *Liuius decad. 3. li. 3. in princ.*

Source : BIU Cujas

*mel in religionem animis) multa nuntiata & temerè credita sunt. Ideóque & lectisternium Iuuentæ, & supplicatio ad ædem Herculis habita* [a]. Sic etiã Q. Fabio Maximo & Marcello Coss. prodigia hostiis maioribus procurata sunt ex aruspicum responso, & supplicatio omnibus diis, quorum puluinaria Romæ erant, indicta est [b]. Atque eiusmodi plurima exempla passim reperias apud Liuium aliósque Romanæ historiæ auctores [c]. *Romani* (inquit Gellius) *cùm terræmotus aut aliquod tale prodigium fuerat, ferias eius rei causa edicto imperabant* [d]. Hoc ethnici non tam vera pietate quàm δεισιδαιμονίᾳ falsáque numinis superstitione olim fecerunt. Christianorum autem animi vera religione imbuti, non solent minas iræ diuinæ insuper habere, nec signa cœlestis vindictæ prænuntia, velut irrita contemnere; sed ad auertendum diuini numinis furorem apud Christianos decerni supplicationes & processiones plerunque extra ordinem videmus. Sic tempore Pelagij Papæ, cùm magna Tyberis inundatio fuisset, & Romæ contagiosa vis morbi longè latéque grassaretur, Pelagius Papa processionem simúlque ieiunium indixit. Atque in ea processione Pelagius ipse magnó pietatis zelo multaque religionis deuotione adfuisse memoratur, & repentino morbo cum aliis decessisse. Hanc autem letaniam & supplicationem Gregorius Magnus, qui Pelagio successit, ibíque in orbe Christiano quotannis solemni more magnáque pietate obseruari iussit: atque inde Gregoriana nuncupatur. Inter veteres Caroli magni leges statutum est, *Si euenerit fames, clades, pestilentia, & inæqualitas aeris, vel alia qualiscunque tribulatio, non expectetur edictum nostrum, sed statim deprecetur Dei misericordia,*

a *Liuius decad. 3. li. 1. in f.*

b *Liuius decad. 3. li. 4.*

c *Liuius decad. 3. li. 6. & li. 7. & lib. 10. in prin. & decad. 4. li. 2. & 3.*

d *Gellius li. 2. c. 28.*

Source : BIU Cujas

*misericordia* a. Sub Iuliano Imperatore contigit magna illa vrbis Alexandrinę calamitas & inundatio: eodémque illo calamitatis die Alexandrini anniuersariam solemnitatem & processionem instituerunt b. Sed & cùm Arriani sub Theodosio solemnioribus festis processiones etiam nocturnas peragerent, Diuus Ioannes Chrysostomus pia æmulatione supplicationes non minùs solemnes, maiore etiam magnificentia instituit c. Atque in eiusmodi piis & deuotis processionibus frequẽter miracula apparuisse memorãtur d. Quin & sub Iustiniano in solemni processione sacræ Apostolorum reliquiæ in curru aureo circumuectæ sunt e. Ac tempore Michaëlis Paphlagonis Imperatoris, cùm siccitas magna fuisset, & integris sex mensibus non pluisset, solemnis celebrata est processio. ὁ μὲν Ἰωάννης βαστάζων τὸ ἅγιον μανδύλιον, ὁ μέγας δομέστικος τὴν πρὸς Αὔγαρον ἐπιστολὴν τοῦ κριστοῦ, καὶ ὁ πρωτοβεστιάριος τὰ ἅγια σπάργανα f. Supplicatio, quæ huic controuersiæ causam dedit, anno 1587. indicta fuit magna solemnitate delatis Diuæ Genouesæ reliquiis. At quisquis sequentium annorum tumultus & regni totius miserias & calamitates nouit, (quis autem miserias tot lacrymis dignas nescit?) non mirabitur, si anno 1587. Parisiis ad placandam diuinæ maiestatis iram, ne tremendum vltionis suæ brachium exereret, visum sit supplicationes solemniter vno totius cleri consensu decerni. Etenim quæ regio, quæve prouincia tam grauiter vnquam bellis ciuilibus attrita est, quod genus scelerum & impietatis omissum, quęve barbaræ crudelitatis asperitas non miseros Francos torsit, & eos vndique afflictos malè vexauit, cùm viris probis

a Capitul. Caroli magni lib. 1. cap. 11.

b Niceph. li. 10. eccl. hist. ca. 35.

c Niceph. lib. 13. c. 8.

d Niceph. li. 14. c. 46.

e Niceph. li. 17. c. 26.

f Cedrenus pag. 610.

bis nullibi ſecuritas, ſeditioſis vbique impunitas eſſet? Quis ergo tam duro & impio pectore proponi poteſt, qui in tanto publicæ ſupplicationis & religioſæ deuotionis affectu, & in tanta ciuium omnium cõſternatione pietatis cogitationem deponere, & ad lites aut ciuilis iurgij executionem animum applicare potuiſſet? Quod ſi ſummo iuris rigore contentio hęc dirimi & iudicari debet, cõueniens eſt, vt quemadmodum is qui citatus ad diem non reſpondit, excuſatur, ſi feriatus dies fuit: Ita etiam excuſetur Meuius qui ex cauſa ſupplicationis iſtóque feſti ac ſolemni proceſſionis tempore ſententiæ parere & ſolutioni ſatisfacere non potuit. Nam quod Iuriſconſultorum reſponſa quædam atque etiam Imperatorum reſcripta voluiſſe videntur, vt feriarum tempore ſententias exequi liceret, hoc ad ferias meſſium aut vindemiarum referendum eſt: quo tempore à forenſibus negotiis vacatio quidem concedebatur, ſed non ea quæ aliquid habeat cum hac cauſa commune. Hic enim non de feriato meſſium aut vindemiarum tempore agitur, ſed de ſupplicatione ſolemni & die qui pietati publicæ dicatus & proceſſioni deſtinatus fuerat: Ac tum opera omnia ceſſare & contentiones humanas quieſcere oportet. Lex 12. tabularum his verbis concepta erat, *feriis iurgia amouento.* Liuius cùm lectiſternia Romæ primùm per octo dies facta memorat, addit, *cum inimicis quoque benignè & comiter ſermones habitos, iurgiſque & litibus temperatum* b. Cicero, *feriarum* (inquit) *feſtorúmque dierum ratio in liberis requietem habet litium, in ſeruis operum & laborum* c. Ouidius, *Lite vacant aures, inſanáque protinus abſint Iurgia* d. Martialis,

a L. 2. §. *fin. ff. ſi quis cautionibus.*

b *Liuius lib.* 5.

c *Cicero libr.* 2. *de Legibus.*

d *Ouidius lib.* 1. *Faſtorum.*

Source : BIU Cujas

lis, *Natalem colimus, tacete lites* [a]. Romæ autem præclamitores (quos Plutarchus κήρυκας, Seruius calatores, Macrobius præcones vocat) à flaminibus præmittebantur, qui palàm & clara voce denuntiarent, vt quisque ab opere manuum abstineret, ne si sacerdos aliquem opus facientem vidisset, sacra polluerentur [b]. Tibullus, *Luce sacra requiescat humus, requiescat arator*, Et *graue suspenso vomere cesset opus. Omnia sint operata Deo, non audeat vlla Lanificam pensis imposuisse manum* [c]. At non modò ab opere diurno, sed & à forensibus aliisque ciuilibus negotiis abstinebant. Hoc eleganter docet Demosthenes cùm ait in illis diebus festis μήτε ἐξεῖναι, μήτε ἐπιχωρεῖν, μήτε λαμβάνειν ἕτερον ἑτέρῳ, μήτε ἄλλο ὑπερημέρων ἐν ταύταις ἡμέραις [d]. Verùm ethnicis superstitionibus omissis, quid iure nostro & ex canonum præscriptis statutum sit, expendamus. Canones in eiusmodi diebus piæ religioni dicatis vacare iubent ieiunio & orationi, ab aliis autem operibus abstinere: Imò ne iuramentum quidem, nisi super concordia & pacificatione, præstare licet [e]. Illis enim diebus solemne est à litibus & iudiciorum executione abstinere [f]. Olim aliquando agricolæ à feriarum & festorum dierum obseruatione dispensabantur, sed Leo Imperator voluit σχολάζειν τῇ τῶν κυριακῶν καὶ τῶν γεωργῶν. Sub Constantio cùm ob prodigia quædam indictæ essent supplicationes, vnusquisque (inquit Nicephorus) manum à cœpto opere abstinuit [g]. Magna quippe in eiusmodi supplicationibus esse debet pietas, magna ac deuota attentio, quæ si cesset, animum in rebus diuinis ac religiosis contumacem arguunt: Tertullianus, *sordent, silent, stupent cuncta: vbique silentium est, & quies rerum* [h]. Sidonius

[a] Martialis lib. 10. epigram.
[b] Plutarch. in Numa. Sextus Pompeius lib. 14. Macro. lib. 1. Saturnal. cap. 16.
[c] Tibullus lib. 1. eleg. 2.
[d] Demosth. κατὰ Μειδίου.
[e] Can. placita 15. q. 4. can. decreuit 22. quæst. 5.
[f] Cap. licet & ca. consuluit ex. de feriis & tota 15. qu. 4.
[g] Niceph. eccles. hist. lib. 9. c. 32.
[h] Tertull. li. 2. de resurrect.

Source : BIU Cujas

Sidonius Apollinaris cûm Aprum monet vt processioni à Mamerco interdictæ intersit, *Non ad epulas* (inquit) *sed ad lacrymas inuitaris: leiunatur, oratur, psallitur, fletur* [a]. Numa attentas requirebat supplicantium mentes, ne cui alij rei inter sacra vacarent [b]. Itaque festis diebus & supplicationum tempore, vt sacris omnino liceret vacare, cætera omnia omitti congruum erat. Liuius. *Neglectis festo die custodijs vrbis* [c]. Syracusani post mobilem de Atheniensibus victoriam, non tamen victos persequi voluerunt propter religionem diei festi, quo peragi oportebat sacrificium Herculis [d]. Marcellus Syracusas diu obsessas vix expugnasset, nisi expectato Dianæ festo expugnationem per loca opinione hominum inaccessa tentasset [e]. Ægyptij Reges in eiusmodi diebus οὐκ ἐχρηματίζον οὐδὲ ἐθεράπευον αὐτοὺς μέχρι νυκτὸς [f]. Verùm si omissis exemplis hunc ipsum supplicationis diem, de quo agitur, examinare & expendere velimus, non vna est istius diei consideratio. Legimus Romæ dies alios fastos, alios nefastos, alios intercisos dictos fuisse. Fasti dies erant, quibus ius fari dicíque poterat, & quibus Prætori tria hęc verba, do, dico, addico, pronuntiare licebat. Nefastus dies sic ab Ouidio definitur, *Ille nefastus erit per quem tria verba silentur, Fastus erit per quem lege licebit agi.* At verò intercisi dies & sacris & humanis actionibus, sed distincto & definito tempore communes erant. Nam quibusdã horis fas erat, aliis horis fas non erat ius dicere. Nã cùm hostia cædebatur, fari nefas erat: Inter cæsa & porrecta fari licebat: Rursus cùm adolebatur, non licebat. Quòd si ethnicas superstitiones piis supplicationibus nostris comparare non est irreligio-

a *Sidonius Apollin. li. 5. ep. 14. ad Aprum.*
b *Plutarc. in Numa.*
c *Liuius deca. 1. li. 5.*
d *Plutarc. in Nicia. & Thucydid. lib. 7.*
e *Liuius dec. 3. lib. 5.*
f *Plutarc. de Iside & Osiride.*



Source : BIU Cujas

sum; Si licet & fas est pagana nomina ceremoniis nostris aptare, diem illum, de quo agitur, intercisum vocare possumus, quia ante meridianum diei tempus religioni, pietati, ac sacris precibus destinatum & dicatum fuit: quo tempore omne cessauit opus, omnes litium actiones & formulæ quieuerunt. Reliquo ac postmeridiano diei tempore litibus, forensibus actionibus, & aliis quibuscunque negotiis vacare licuit. Quòd si consuetudinis verba & mentem inspici & attendi oporteat, constat ex lege municipali executioni retractus & solutioni pretij dari & concedi viginti quatuor horarum spatium. Quæ si non integræ ac liberæ præstentur, concessa ex consuetudinis beneficio facultas minui & violari videtur. Liberæ enim dici nequeunt, quando non licuit plenis & integris 24. horis retractum exequi. Nam quod obiicitur potuisse Meuium primis 12. horis & eo ipso die, quo lata est sententia, pretium offerre: Hoc leue est & aduersante municipali iure proponitur. Cur enim consuetudo 24. horas largita est, si non impunè licuit primis 12. horis cessare & in sequentes 12. horas diligentiam exequèdi retractus reiicere? Itaque vt omnes illæ horæ non vano nec irrito effectu considerentur, quia consuetudo expressis verbis per 24. horas tempus solutioni faciendę præstituit, conueniens est rationem haberi sequentis diei, quo adhuc dimidia 24. horarum pars durabat. Quo tempore nihil imputari potest Meuio, siquidem lex eum excusat, per quem non steterit, quominus fiat id quod adimpleri oportet. Quinetiam consuetudo exigit

pretium

Source : BIU Cujas

pretium non modò offerri, sed & consignari. Oblatio pretij non potest, nisi accersitis notariis, legitimè & solemniter fieri. Consignatio legitima non priuati alicuius confessionem, sed actuarij publici, aut eius qui ad recipiendas consignationes edicto publico præpositus est, agnitionem & syngraphã requirit. Neque enim verisimile est Titiũ eo animo fuisse, vt pretium lubens volénsque reciperet, siquidem statim eodémque die pretium oblatum recusauit, tunc cùm in mora modici temporis nullam habebat damni occasionem. Itaque res ipsa satis indicat hanc fuisse Titij mentem, vt retractus executionem aliqua iuris formularũ subtilitate eluderet. Ideóque & notariis ad pecuniæ obligationem, & actuario publico ad consignationem opus fuit. Illi autem omnes conueniri non potuerunt, cùm domo abessent, vt precibus & pietati vacarẽt, & templa ædésque sacras supplices inuiserent. Hinc fit vt postmeridianum tempus expectari oportuerit: & cùm in iure constet diem impedimenti non computari in termino [a], computari non debent illæ matutini temporis horæ, quibus nulla exequendi retractus facultas esse potuit. Itaque de illis horis, quibus vnumquemque processionis religioni, supplicationibus, precibúsque publicis vacare conueniens fuit, vsurpare liceat hęc constitutionis Imperatoriæ verba. *Nulla quenquam vrgeat admonitio, nulla fideiussionis flagitetur exactio, taceat apparitio, aduocatio deliteſcat, sit ille dies à cognitionibus alienus, præconis horrida vox ſileſcat, reſpirent à controuerſiis litigantes, & habeant fœderis interuallum* [b].

[a] L. *quibus diebus in princ. ff. de cond. & demonſt.*

[b] L. *fin. C. de feriis.*

*SENATVS* Meuij consignationem, quæ post



Source : BIU Cujas

ſupplicationis & proceſſionis publicæ ſolemnitate poſtmeridiano tempore facta fuerat, legitimam & congruo tempore factam pronuntiauit, & rem ipſam Meuio retractus iure adiudicauit [a].

a Arr. du Ieudy 14. de Iãuier 1588. moy plaidant pour Nicolas Berthe appellãt, & Cochon plaidant pour l'inthimé: L'appellãt pour lequel i'estois gaigna ſa cauſe, & futdit, que l'offre & conſignation faite l'apreſdiſnee eſtoit valable & faite dés le temps.

---

*An mors ciuilis eundem ſortiatur effectum, quem mors naturalis habet.*

## CAP. XVI.

VARIA ſunt pœnarũ genera. Crimina grauia puniri ſolent aut animaduerſione capitali, quã mors naturalis ſtatim ſequitur: Aut plerunque damnatus ſeruus pœnæ efficitur, & pro ciuiliter mortuo habetur, licèt ei vita naturalis relinquatur. Frequenter autẽ apud nos is, qui ſceleris alicuius conuictus eſt, ad remos agendos relegari & damnari ſolet. Huius pœnæ mentionem vix apud Iuriſconſultos vllam reperias. Neque tamen veriſimile eſt hoc condemnationis & pœnæ genus olim fuiſſe incognitum. Quinimò iſtud nautici ergaſtuli ſupplicium ignominioſum fuiſſe ſatis docet Græca illa parœmia, ἀπὸ κώπης ἐς τὸ βῆμα. Valerius Maximus meminit adoleſcentis cuiuſdam, qui ſe Octauiæ, quę Auguſti ſoror erat, & M. Antonij filium mentiebatur. Auguſtus eum remo nauis ad Rempublicam pertinentis addixit [b]. Ioſephus eundem Auguſtum ſimili ſupplicio in alium animaduertiſſe refert, qui ſe Alexandrum Herodis filium impudenter ſimulabat. Illum enim Auguſtus claſſis Lyburnicæ præfecto traditum perpetuo remigio mancipauit [c]. Nec fuerit fortaſſis

b Valer. Max. li. 9. cap. vlt.

c Ioſeph. li. 17. antiqu. Iud. ca. 14.

taſſis alienum commemorare, quod multis ante Auguſtum annis refert Plutarchus, Philoclem Athenienſibus perſuaſiſſe, vt hoſtium, quotquot in acie capti fuerant, dexteræ manus pollicem præciderent, vt cùm haſtam geſtare non valerent, poſſent tamen remos agere [a]. At verò noſtris legibus noſtróque iure pœnę omnes arbitrio iudicum relinquuntur. Si quos autem ita damnare viſum fuerit, vt tamen eis vita naturalis ſuperſit, ſolent frequenter illi ad remos damnari: quidam ad tempus, alij in perpetuum: ídque ex criminis aut leuitate aut atrocitate. Damnati autem in triremibus vincti miſerè detinentur, & remis nauium regiarum ducendis deſtinantur & addicuntur. Conſtat autem eos, qui ad remos perpetuos damnati ſunt, rebus omnibus exui & priuari, ac pro mortuis ciuili noſtro iure haberi: Itaque eorum bona omnia publicantur, & fiſco Principis aut domini applicantur. His præmiſſis ad propoſitam quæſtionem veniamus.

[a] *Plutarc. in Lyſandro.*

*TITIVS* criminis admiſſi accuſatus & conuictus ad remos perpetuos damnatus eſt: Eodem condemnationis iudicio mulctæ quędam pecuniariæ in pias cauſas adiudicantur: Cætera eius bona confiſcationis iure publicata fiſco applicantur. Sempronianus fundus à Titio poſſidebatur, non quidem pleno iure, ſed ex ſubſtitutionis conditione olim antea expreſſa, ſi Titius ſine maſculis decederet, fundus ille ex fideicommiſſi lege Seio, cùm Titius moreretur, reſtitui debebat. Itaque Titio ad remos perpetuos damnato, Seius fundum Sempronianum ſibi iure fideicommiſſi reſtitui, & fideicommiſſi diem veniſſe contende-



Source : BIU Cujas

bat, quia pro mortuo haberi eum oporteret, qui ad remos perpetuos damnatus esset. Fiscus autem dicebat mortis naturalis tempus expectandum, vt interim fiscus in locum Titij fundum possideret: sicque, quandiu viueret Titius, fructus fundi Semproniani fiscus perciperet & consequeretur.

*PRO FISCO.* Non est æquum alterius vel factum vel crimen alteri prodesse, vt nec etiam obesse debet. At si Titius alius criminis conuictus proponeretur, consequens est vt neque etiam eius bona publicarentur, neque à fũdi Semproniani possessione viuus deiici posset. Quo casu non liceret Seio fundum ex fideicommisso petere, vel eum Titio viuenti & possidenti ante diem adimere & auferre. Itaque hoc vnum est, quod à Seio allegatur: Titium, qui in remos perpetuos damnatus est, pro morruo haberi. Primum illud in iure constat eas omnes obligationes, quæ naturalem præstationem habere intelliguntur, capitis diminutione non perire [a]. Vnde fit vt deportatione lucrum dotis marito non acquiratur, nec matrimonium quasi mortua muliere dissoluatur [b]. Nam apud Iurisconsultos vltimi supplicij appellatione sola mors naturalis continetur, non autem metalli pœna, deportatio, vel relegatio [c]. Etenim mors naturalis omnia soluit, à qua nemo se excusare potest, nec quisquã est, qui post eã sperare aliquid aut expectare debeat. At mors ciuilis spem aliquam post se reliquit. Nam licèt olim damnatio in metallũ eum, qui damnatus fuerat, seruum pœnæ redderet: Sæpè tamen condemnatio ad tempus solummodò fiebat [d]. Aliquando, licèt perpetua esset damnatio, tamen

a L. eas. C. de capite minutis.
b L. sed & si. §. quòd si deportata. ff. de bonis damnat.
c L. vltimum. ff. de pœnis.
d L. capitalium. §. diuus. L. sine præfinito. ff. de pœnis.

Source : BIU Cujas

tamen aut ex valetudine aut ex ætatis infirmitate dimitti eam contingebat [a]. Hinc est quòd metalli damnationem Iurisconsulti, non quid m mortem sed proximam mortis pœnam vocant [b]. Nunc verò ex Nouella Iustiniani constitutione, nemo, qui ingenuus ex legitimo matrimonio natus est, seruus pœnæ vllo casu fieri potest, seu damnatus sit in metallum, siue deportatus [c]. Qui libertatem & ciuitatem perdit, licèt ciuili consideratione pro mortuo habeatur, tamen (vt ait Caius) præoccupat hic casus mortem [d]. Ex his constat fideicommissi diem, si ad tempus mortis referatur, non intelligi de morte ciuili, sed tantùm de naturali. Vnde fit vt Seij petitio non antè locum habeat, quàm adueniente morte naturali. Quandiu autem Titius naturaliter viuet, non quidem ipse vel fundum possidebit, vel eius fructus percipiet, cùm iure ciuili pro mortuo habeatur, sed fiscus, qui in locum Titij succedit & ex bonorum publicatione eius personam, quoad bona, repræsentat, fundo fruetur & fructus fiscali iure consequetur. Papinianus ait, *In insulam deportatores promittendi, stipulatio ita concepta, cùm morieris dari, nonnisi moriente eo committitur* [e]. Idem Papinianus alio loco, *Hæreditatem* (inquit) *filius cùm moreretur filiis suis vel cui ex his voluisset restituere fuerat rogatus: Quo interea in insulam deportato, eligendi facultatem non esse pœna peremptam placuit, nec fideicommissi conditionem aut mortem filij hæredis existere* [f]. Eleganter Paulus Iurisconsultus hanc ipsam quæstionem expresso responso decidere voluit: *Cornelia Fœlici* (inquit) *mater scripta hæres rogata erat restituere hæreditatem post mortem suam. Cùm*

a L. *in metallum. ff. de pœnis. l. Arist. ff. de manumissis test.*

b L. *capitalium in princ. ff. de pœnis.*

c Nouellæ 22. *de nupt. §. illud etiam.*

d *qui vltimo. ff. de pœnis.*

e L. 122. *ex ea parte. §. in insulam. ff. de verb. oblig.*

f L. *cũ pater. §. hæreditatem. ff. de lega. 2.*



Source : BIU Cujas

hæres scripta condemnata esset, & à fisco omnia bona mulieris occuparentur, dicebat Fœlix se ante pœnam esse: Hoc enim constitutum est. Sed si nondum dies fideicommissi venisset, quia posset prius ipse mori, vel etiam mater alias res acquirere, repulsus est interim à petitione.

a L. Statius. § Cornelio Fœlici. ff. de iure fisci.

Nihil hoc Pauli responso apertius, vt constet expectari oportere mortẽ Titij naturalem, ne vel Scius fideicommissi diem præueniſſe, vel crimen Titij ciuísque damnatio Scio quicquam profuiſſe in anticipationem juris videatur. Nam licèt ciuili iure pro mortuo habeatur, hoc tamen fictione iuris fit, nec verè mortuus dici potest. Hinc apud Vlpianum de donatione mortis causſa quæritur, aut certè de donatione quæ inter virum & vxorem facta morte confirmatur: An pœna ciuilis, quæ efficit vt mortuus quis censeatur, donationes eiusmodi confirmet: Respondet autem Vlpianus, harum quidem donationum causam suspensum habere effectum, sed tunc plenam habere firmitatem, cùm mors naturalis secuta est b. Quæcunque ergo in diem mortis relicta sunt, non antè ex Vlpiani sententia plenam accipiunt firmitatem, quàm mors vera ac naturalis contigerit. Itaque Scius ex fideicommisso fundum Sempronianum non prius potest petere, quàm Titius non sola morte ciuili, sed & morte naturali fideicommisso locum fecerit.

b L. sed mors. §. cũ igitur de portatione. ff. de dona. inter virũ & vxorẽ.

*PRO SEIO.* Quæstio hæc non adeò deuis aut minimi momenti censeri debet, cùm in non dissimili controuersia dissidentes proponantur fuisse Vlpiani, Pauli, & Papiniani opiniones c. At verò in re dubia & controuersa nulla mora est, quin aduersùs fiscum pronuntiari oporteat.

c L. fin. C. de sententiis passis & restitut.

Non

*Non puto* (inquit Modestinus) *delinquere eum, qui in dubiis quæstionibus contra fiscum facile responderit* [a]. Sed vt hæc controuersia iure, non autem solo fisci odio terminetur: Quæritur an ciuilis ex condemnatione mors eundem effectum, quem mors vera & naturalis habeat. *Intereunt homines* (ait Vlpianus) *maxima quidem aut media capitis diminutione aut morte* [b]. Sic etiam deportationis nomen, rerum omnium spoliatio est [c]. Hinc fit vt qui aut deportatus est, aut damnatus in metallum, aut ea pœna affectus, quæ seruum efficit, pro mortuo ex sententia Vlpiani habeatur: & in ordine successionis sequentibus in gradu non obsit [d]. Similiter vsusfructus finitur per maximam capitis diminutionem, quæ vel libertatem vel ciuitatem possit adimere [e]. Nam quibus casibus fiscus admittitur, lex intelligit fiscum tanquam hæredem succedere [f]. Inde est quòd fiscus creditoribus ad æs alienum exoluendum obligatur [g]. Creditores enim fiscali cauſſæ præferri notissimum est [h]. Nihil ergo mirum si in hac controuersia fiscus ab omni fructuum perceptione excludatur, siquidem eos fructus ne quidem ipse legitimus ab intestato hæres haberet. Vnde si quis sub ea conditione substitutus fuerit, si Titius sine liberis decedat, filij, qui post deportationem nati sunt, non faciunt vt deficiat conditio: idque ex Vlpiani sententia [i]. Cur ergo (dicet aliquis) quædam reperiuntur Iurisconsultorum responsa ita sibi inuicem contraria, vt aliquando damnatus & confiscatus habeatur pro mortuo, aliquando nō habeatur? An dicemus compositas esse & compilatas Pandectas ex variis diuersorum Iurisconsultorum libris, quorum dissidentes fuerunt in multis

a *l.10. non puto. ff. de iure fisci. l. pen. ff. de his quæ in test. delētur*

b *l. verum. §. societatis ff. pro socio.*

c *l. fi. C. de sententiam pass. & restit.*

d *l.1. §. vlt. ff. de bon. possess. contra tabulas.*

e *l. penult. Co. de vsufructu.*

f *l. inter eos. §. vlt. ff. de fideiuss.*

g *l. tutoris. Co. ad leg. Iuliam de vi priuata*

h *l. si marito, in prin. & ibi Doctores. ff. soluto matrim.*

i *Titulo de pœnis fisc. Cod. l. ex facto. §. ex facto. ff. ad Sen. Trebell.*



Source : BIU Cujas

iuris quęstionibus sententiæ, vt nemini mirũ esse debeat, si priscarum, quæ olim inter eos fuerũt, contentionum nonnulla in libris nostris adhuc extent & supersint vestigia. Verũ ad huius causę decisionem satis erit, si distinguamus deportatorum conditionem ab iis qui in iure nostro serui pœnæ dicuntur. Deportatus in plerisque comparatur mortuo, ac pro mortuo habetur. At non eius successio in omnibus similis videtur hæreditati iacenti & quæ statim deferatur. Deportatus ciuitate mulctatur, cognationis iura amittit, bonorum possessionem contra tabulas non habet, multáque eiusmodi alia non refert, quæ ex legis beneficio pendent: Id eóque cùm patronus deportatur, filio eius competit bonorum possessio in bonis liberti. *Neque enim* (inquit Paulus) *impedimento est ei talis patronus, qui mortui loco habetur*[a]. Suasit hoc æquitas & iuris patronatus fauor, vt pater deportatus succedendi incapax filio in bonis liberti non obesset, quominùs ea iura acquireret, quæ post deportationem obuenerant. Eadémque ratione apud Vlpianum, si fideicommissum relictum sit sub ea cõditione, si morte patris filius sui iuris fiat, trahitur hęc conditio ad omnes casus quibus patria potestas soluitur, veluti emancipationem deportationem patris, cæteróque similes casus[b]. Etenim per emancipationem aut patris deportationem filius non minùs sui iuris fit, quàm si pater verè ac naturaliter mortuus esset: sic enim Scæuola nepotem posthumum ait ab auo non tantùm in casum mortis filij institui posse, sed & in casum deportationis aut alios similes[c]. Quoties enim dè tollendo & amouendo ciuili aliquo impedi

a L. *si necẽ. §. si deportatus. ff. de bonis liberi.*

b L. *si ita. ff. quando dies legati cedat.*

c L. *Gallus. §. & quid si tantum. ff. de liberis & posthũ.*

Source : BIU Cujas

pedimento agitur, fauor & æquitas suadent, vt deportati conditio morti naturali æquiparetur, vt iis omnibus casibus deportatus pro mortuo habeatur [a]. Sic etiam cùm vsus fructus patri per filium quæsitus est atque eo vsufructu pater non suo iure, sed filij contemplatione fruebatur, si pater magnã capitis diminutionem patiatur, filio commodum perceptionis fructuũ statim ipso iure acquiritur [b]. Cæterùm iis casibus quibus de deportati bonis & successione agitur, & de earum rerum fructu quas deportatus tẽpore condẽnationis suo iure possidebat, non est quòd ita facilè dicamus mortẽ illam ciuilẽ in omnibus eũdem effectum habere, quem mors naturalis habeat, nec generali regula statuẽdũ semper & vbique deportati successionem, quæ fisco acquiritur, eiusdem esse conditionis, cuius est hęreditas illa quæ post naturalẽ defuncti mortem hæredi legitimo aut hæredi instituto vel etiã fisco post capitale damnati supplicium acquiritur. Marcianus ait deportatum habere ea omnia quæ sunt iurisgentium [c]. Ideóque potest deportatus emere, vendere, acquirere, & alienare [d]. Non est ergo mirũ si in quibusdam, ac maximè iis quæ in fructuum perceptione consistunt, is cui licet contrahere & rebus acquisitis frui, pro verè mortuo haberi non debeat, eiúsq; successio fisco applicetur: non vt hominis verè ac naturaliter mortui, sed eius qui in solius fisci cõmodũ bonorum iam antea quæsitorũ fructu ac dispositione priuatur. Et hęc quidẽ de deportatis, aut iis, qui similẽ aliquã condemnationẽ passi sunt, locũ habeãt. Quò referri debent illa Iurisconsultorũ responsa, quæ à fisco allegãtur. Sed lõgè alia ratio est eorum qui per condemnationẽ serui

pœnæ

a Boerius decisione 7. & decisione 354.

b l. fin. C. de vsufructu.

c l. quædã. ff. de pœnis.

d l. si deportati. ff. de leg. 3.

Source : BIU Cujas

pœnæ sunt effecti. Nam ea, quæ sunt iurisgentium, deportato permittuntur, eique contrahere & acquirere licet: Sed is, qui ad remos perpetuos damnatus est, non modò omnibus bonis spoliatur, sed & pœnæ seruus censeri debet, & huic operi publico addictus nullam restitutionis, liberationis, aut veniæ spem habet. Vt eum (sic enim lex loquitur) natura, non pœna subduxisse videatur [a]. Nam quod Iustinianus seruos pœnæ dici noluit eos, quicunque ex legitimo matrimonio nati sunt, Imperator de seruili conditione tollenda cogitauit: Nos autem de effectu damnationis agimus. Quinetiam supplicia & damnationes non ex Iustiniani legibus, sed aut ex constitutionibus Regiis, aut ex iuris nostri vsu metimur. Damnationem autem ad remos perpetuos hunc effectum habere constat, vt qui remis agendis nexus & in perpetuum addictus est, bonis præsentibus spolietur, nec in futurum quidquam acquirere possit, & seruus pœnæ effectus omnium tam ciuilium actuum, quàm eorum quæ iurisgentium sunt incapax reputetur: Vt certè olim longè diuersa erat conditio deportatorũ & eorum qui in metallum damnati & serui pœnæ effecti erant. Illi enim eorum duntaxat actuum, qui ex ciuili dispositione pendent, incapaces sunt. Horum autem in omnibus rebus semper eadem habetur ratio ac si verè & naturaliter mortui essent. Atque hanc inter deportatos, & damnatos in metallum, quique serui pœnæ sunt, differentiam Vlpianus & Marcianus suis responsis, & ipse denique Constantinus Imperator expressa constitutione satis apertè docuerunt [b]. Ac passim multis in iure locis damnatos in metallum non modò seruos pœnæ effici, sed

[a] l. res vxoris. Cod. de don. inter virum & vxor.

[b] l. 59. intercidet. ff. de condit. & demon. l. quidam alias. l. sit quidam. ff. de pœnis. l. restnæs. C. de don. inter virum & vxorẽ.

& pro

& pro verè mortuis haberi dicitur [a]. Ex his omnibus satis liquidò apparet, damnationem illam, quæ seuero iudicio aliquem remis perpetuis addicit, longè maiorem effectum habere quàm simplicem capitis diminutionem, licèt ea maxima esset & libertatem auferret. Itaque fideicommissi, quod in tempus mortis factum est, conditio & effectus tũc incipit, cùm quis seruus pœnæ factus omnium tam iurisgentium quàm ciuilium actuum incapax iudicatus est, & ciuili iure inter mortuos recensetur. Sic Imperator Antoninus, cùm Firmus Titiano tragœdos tres legasset, & adiecisset, *quos tibi commendo ne cui alij seruiant*, publicatis bonis Titiani rescripsit debere eos publicè manumitti [b]. Sic Paulus ait publicatione bonorum distrahi societatem, *Cùm enim* (inquit) *in eius locum alius succedit, pro mortuo habetur* [c]. Eadémque ratione si mulier serua pœnæ effecta fuerit, dos cedit mariti lucro quasi mulier mortua sit [d]. Nec dissimili casu cùm vnus ex sponsis solitariam vitam professus monasterium ingreditur, alter debet lucrari quodcunque ex pacto in casum mortis exigi conuentum fuerat [e]. Sic etiam libertino damnato patroni ius omne consequuntur, quod in bonis eius habituri fuissent, si libertinus in quem animaduersum est, morte naturali decessisset [f]. Ergo in hac quæstione siue ius summum & ἀκριβοδίκαιον spectemus, leges damnatũ in remos perpetuos pro mortuo haberi volunt: siue æquitatem attendamus, odiosa est fisci caussa, nec debet præferri Seio, qui rem sibi fideicommissi iure debitam & acquisitam petit.

*SENATVS* fiscum à petitione sua repulit, & Seio fructus fundi Semproniani pleno iure à tempore

[a] *l. si quis mihi bona, §. si quis planè de acquir. hæred., l. si quis filio. §. irritum. ff. de inius. rupt. test.*

[b] *L. Imperator. ff. de fideic. libe.*

[c] *l. actione. §. publicatione. ff. pro socio.*

[d] *l. sed etsi. ff. de bon. damno.*

[e] *l. Deo nobis. Cod. de ep. & cler.*

[f] *l. si in libertinum. ff. de bonis libert.*

Source : BIU Cujas

pore damnationis Titij adiudicauit [a].

a Arr. dõné en grãd conseil le 17. de Febu. 1582. entre Messire Claude de Rebé d'vne part, & monsieur le Procureur General audict grand conseil d'autre part. Pareillemẽt par arrest de la Cour vn fils estant cõdamné à mort par defauts & contumaces du viuant de ses pere & mere, & apres telle condãnation estans ses pere ou mere decedés, & luy par apres estãt mort naturellement. Il a esté iugé que le fils estoit reputé n'auoir eu aucun droit aux biens ni en la succession de ses pere ou mere. L'arrest donné le 17. de Iuin 1595. au prouffit de Louys de l'Estang Escuyer & Anthoinette le Biun sa femme appellants du Seneschal de Saumur contre Iean Rossignol inthimé.

## De detractione legitimæ & Trebellianicæ, & quando prohibita aut remissa dicatur.

## Cap. XVII.

SEMPRONIVS cùm tres haberet liberos, Seium, Meuiam, Titiam, filium Seium, hæredem instituit, adiecto onere fideicommissi, vt si Seius sine liberis decederet, hæreditatem Meuiæ & Titiæ sororibus restitueret. Seius aliquo pòst tempore sine liberis decedens sororẽ Meuiam in vniuersa bona hæredem instituit. Titiæ autem 50. aureos legauit his verbis, *Titiæ sorori 50. aureos do lego vltra substitutionẽ à defuncto patre factã, cui nullo modo derogari volo.* Meuia hęres 50. aureos ex fraterna hęreditate præstari debere fatetur. At verò ex bonis paternis detrahere vult duas quartas, tã legitimã Seij quàm Trebellianicã, quòd vtriusque quadrantis detractio Seio deberetur Legitima quidẽ vt filio: Trebellianica autẽ tanquã hæredi instituto. Quęcunque autem Seius petere poterat, Meuia sibi deberi omnia asserebat: quòd hæres à Seio in vniuersa bona instituta esset. Titia autem ex bonis paternis nihil detrahi debere dicebat, quia cùm frater expressis testamẽti verbis dixisset, *substitutioni paternæ derogari nolo,* simul

Source : BIU Cujas

simul etiam iussisse intelligi debeat vt bona paterna integra & illæsa sororibus comperirent, nulla facta legitimæ & Trebellianicæ detractione.

*PRO TITIA.* Duo in hac controuersia proponi & præmitti debent, de quibus inter partes nō ambigitur. Nam & Seium constat potuisse vtramque quartam tam legitimæ quàm Trebellianicæ iure detrahere: Simul etiam non dubitatur Seium potuisse vtramque quartam sororibus fraterno affectu remittere. Itaque in hac controuersia non alia est quàm voluntatis quæstio. Primùm autem si voluntas defuncti patris exquiratur, satis apertè patet Sempronium patrem voluisse, vt Seio sine liberis decedente bona sua omnia æquo iure ad filias peruenirent. Detractio autem si quæ fieri poterat, ex alia iuris ratione procedebat: non autem ex paterna animi declaratione aut vltima Sempronij patris dispositione, cui sanè detractio repugnat & præiudicat. At Seius hoc noluit, sed voluntatem defuncti patris pleniore fidei officio exequi velle se declarauit. Licet quidem hæredi summo iure & Trebellianicam, si fideicommisso grauatus sit, & legitimam, si filius sit & velit, detrahere: Sed hęredem, qui nihil detrahit, lex ait plenam fidem & debitam pietatem exequi [a]: & quoties aliquis sine deductione restituit, eum magis pleniore officio præstandæ fidei fungi quàm donare respondet Vlpianus [b]. Itaque laudanda Seij pietas, qui defuncti patris voluntatem pro summa lege habuit, & ex paterno iudicio hæreditatem patris Sempronij integram sine vlla detractione sororibus æqualiter restitui voluit. Vt non dissimiliter in eo testamento respondit Vlpianus, in quo testator

[a] *l. patrem, & l. debitorem. ff. quæ in fraudē creditorum.*

[b] *l. si ponsus. §. si quis rogatus. ff. de donat. inter virum & uxor.*

stator mandauerat vt priores tabulæ valerent [a]. Itaque licèt admittamus ius detrahendæ quartæ aut legitimæ ad hæredem transmitti: Illud quidem locum habebit, cùm defunctus aut intestatus decessit aut testamento voluntatem suam non declarauit. At in ista causa expressa est Seij voluntas, quâ substitutioni paternæ derogari aut detrahi quidquam noluit. Nam quò referri possunt verba testamenti, nisi vt interpretemur hanc fuisse Seij testatoris mentem, vt paterna bona appellatione ab iis distingueret, quæ ipse acquisiuerat, & quæ sua propria nuncupabat? Scilicet vt Meuię hæredi sua illa bona & à se quæsita relinqueret: Sorores autem inter se æqualiter diuiderent paterna bona integra & illibata nullâ factâ detractione. Hanc defuncti verisimilem voluntatem obseruari oportet, & testamentorum interpretationem ex ipsa testantium mente & animi declaratione metiri æquitas suadet [b]. Idque tunc maximè locum habet, cùm de fideicommissis agitur [c]. Quinimò etsi aliquod dubium in hac quæstione subesset, at certè clausulæ istius, *si sine liberis*, hæc plerunque vis est, vt quoties dubia & controuersa videtur, omnia debeant ad intestati causam reduci [d]. Quo casu sorores istæ pari iure succedent, & paterna bona æquis partibus diuident. Ipsa autem æqualitas Titiæ petitionem commendat: vt quemadmodum hæc non minùs quàm illa, Sempronij filia est: Ita etiam æqualitate iuris sorores istæ animi sui æquabilitatē testentur. Immò quis non miretur summam Meuiæ aut auaritiam aut rapacitatem? Nam licèt vtraque defuncti Seij æqualiter soror sit, Meuia tamen, quæ sola hæres instituta est, vniuersa Seij bona consequitur.

Neque

[a] *L. posthumus. §. fin. ff. de iniusto rupto & irrito test.*

[b] *l. ex facto. §. rerū. ff. de hær. instit. l. 1. Cod. de libert. præt.*

[c] *l. vnum ex familia. §. fin. ff. de legat. 2. l. Pamphilo. ff. de legat. 3. d. alumnæ ff. de admendis legatis. d. l. Titia de inoff. testam. l. ex ea scriptura. §. fin ff. de testamē. tis. l. qui filiū ad Senat. Treb.*

Source : BIU Cujas

Neque tamē opulenta fratris hæreditas auaram eius cupiditatem satiare potuit: sed detractionibus paternam hæreditatem imminuere contendit. Nimiam hanc Meuiæ iniquitatem & inexplebilem eius auaritiam sisti æquum est, vt quemadmodum ex patris morte idem luctus ad filias peruenit: Ita etiam in solatium amissi parentis bona eius æquo iure inter filias diuidantur.

*PRO MEVIA.* Quoties quis intestatus decedit, eius bona æquali iure secundùm leges diuidi æquum est & fauorabile. At cùm defunctus de rebus suis disposuit, vltimas testantium voluntates obseruari oportet. Itaque in hac caussa omnis quæstio voluntatis est. Primùm illud constat legitimam Seio in paterna hæreditate denegari non potuisse, & quidem legitimam nullo vel restitutionis vel fideicommissi onere grauatam [a]. Filius enim legitimam iure creditoris, tanquam æs alienum sibi à patre debitum, consequitur [b]. Quinetiã vltra legitimam debebatur Trebellianica. Nam quoties aliquis hæres institutus hæreditatem restituere rogatus est, hæres ille ad exemplum Falcidiæ potest ex Trebelliano & Pegasiano Senatusconsultis quartã hæreditatis partem sibi retinere. Nam & Falcidia & Trebellianica introductę sunt, ne esset inane nomen hæredis, ne fierent irritæ testantium voluntates, & vt hæres institutus præmio aliquo & commodo ad hæreditatem adeundam inuitaretur. Ergo Seio debebatur tam legitima quàm Trebellianica, cùm in liberis primi gradus vtraque locum habeat, potetátque viuus de vtraque liberè disponere [c]. Vtriusque autem tam legitimæ quàm Trebellianicæ detrahendæ ius ad hære-

a L. *omnimodo. & l. quoniam. C. de inoff. testam.*

b L. *Papinianus. §. si quis impubes. ff. de inoff. testa. l. fi. §. fin autem parentes. Ca. de curatore furiosi.*

c *Ca. Raynutius & ca. Rayneldas de testamentis.*



Source : BIU Cujas

dem transmitti & hæredis commodo cedere in dubitati iuris est, nisi prohibitio aliqua deductionē impediat a. Itaque hoc vnum in quæstionem venit, an cùm Seius dixit nolle se paternæ substitutioni derogari, detractionem vtriusque quartæ prohibere voluerit. Meuia hoc primùm protestatur, nolle se paternæ substitutioni aut derogare aut præiudicium afferre: Siquidem nihil petit quod fideicommisso & substitutione comprehendatur. Nā quoad legitimam, quis est qui legitimam substitutione vlla grauari & comprehendi dicat: cùm lex eam omni restitutionis & fideicommissi onere liberā deberi dicat? Trebellianica autem tantū abest vt vel substitutione vel fideicommisso contineatur, quinimò non aliter locum habet, quàm cùm ex substitutionis vel fideicommissi conditione bona restitui oportet. Itaque vtraque illa detractio non ex paterno iudicio procedit: sed illa quidē iure naturali b, hæc autem ex Senatusconsulto debetur. Nō potuit autem Sēpronius pater in eo quenquā grauare aut substituere, quod nō ex eius iudicio & liberalitate: sed aut naturali iure aut ex legis prouidentiâ concedi & tribui oportet c. Non ergo Meuia substitutioni paternæ derogat, cùm ea detrahit, quæ iure particulari consequi debet, & quæ nulla substitutione contineri potuerūt d. Sic cùm quæreretur an ea, quę viuus maritus in vxorē per donationem contulerat, in fideicommissi petitionem veniant: Respondet Paulus ea omnia extra causam bonorum defuncti cōputari debere: quia ea omnia vxor habitura esset etiam alio hærede existente. Iurisconsultus tamē aliud dicendū ait, si maritus nominatim ea restitui iussisset e. Eadem

a L. quanquam. C. ad legem Falcidam.

b L. ex scripto in fin. ff. vnde liberi.

c L. si ab rogator. ff. de adopt.

d L. cohæredi. §. cùm filia. ff. de vulg. & pup. substit.

e L. si quis quæstio. ff. de legat. 3.

Source : BIU Cujas

dem & non dissimili ratione si Seius nominatim hæreditatem restitui iussisset, nulla deducta legitima aut Trebellianica, certissimi iuris est non licuisse Meuiæ vllam deductionis & detractionis quæstionem mouere. At Seius nihil nominatim vetuit: Substitutioni parere voluit: Ideò substitutio locum habeat: Sed Meuia ea omnia consequetur quæ substitutione non continebantur, & quæ non vniuersali heredis nomine ex testamento paterno, sed speciali & particulari titulo à lege competebant. Neque verò vnquam censetur prohiberi detractio nisi verbis expressis prohibita sit[a]. Quid ergo (obiiciet Titia) operabitur Seij voluntas, cùm vetuit paternę substitutioni derogari? Hęc verba commendationis vim quandam habent, ne Meuia hæres instituta substitutionem paternam vllo iuris prætextu violaret aut controuerteret. Potuit vltima Sempronij patris voluntas aliquo solēnitatis defectu argui & impugnari. Hoc fieri noluit Seius. Sed & plerunque tanta est hæredum, quorundam peruicacia, vt etiam solemnia testamenta & suprema parentum iudicia impugnent & controuertant, atque ingrati liberi contra ius contráque pietatem parentibus debitam lites ex litibus serant. Seius Meuiam sororem, quam hæredem instituebat, officij admonere voluit, ne vel paterno iudicio parēre recusaret, vel fideicommissi legem violare præsumeret. Itaque Meuia nihil aliud sibi adiudicari postulat, quàm quod lex detrahi permittit stante substitutione & vires habente fideicommisso.

[a] L. Marcellus. §. ità Sępronius. ff. ad Sen. Trebell.

*SENATVS* Meuiæ ex bonis paternis detractionem vtriusque quartæ tam legitimæ



Source : BIU Cujas

Seij quàm Trebellianicæ cóceſſit & adiudicauit.

a Arr. du iour de Iuin 1585. entre Iean de Pierre-feu & Philiberte Faria ſa femme appellans, & Ieſne Faria Inthimee. I'anois eſcrit pour les appellans, qui gaignerent leur cauſe.

*An contractum vſurarium vetuſtas confirmare queat: Et an priſcæ monetæ bonitas in redimenda annui reditus ſorte conſiderari debeat.*

## CAP. XVIII.

FOENERATICIOS cótractus, quibus pecunia pecuniam reditúmve aliquem vſurarium generat, reiici debere certiſſimi iuris eſt. Conſtat tamen quoſdam eſſe contractus, qui Pontificiis conſtitutionibus approbantur. Hos reditus conſtitutos vulgò vocamus, quibus debitor pro reditu pecuniæ duodecimam ſortis præſtare quotannis tenetur: dummodò ei liberum ſit, quotieſcunque voluerit, ſortem exoluere & redimere: nec aliter niſi cùm ipſi debitori libuerit. Improbi & callidi fœneratores olim vt exquiſita fraude vſuras ſuas aliquo incerti reditus prætextu tegerent, ſolebant certo pecuniæ pretio aliquam frumenti quotannis ſoluendi quantitatem ſtipulari. Conſtitutio Regia lata anno 1565. omnes eiuſmodi contractus improbari debere declarat: ac generali ſanctione conſtituit, vt quicunque contractus ex pecuniæ creditæ ſolutione originem haberent: illi qualiſcunque reditus ſeu frumenti aut alterius ſpeciei ſtipulatione continerent, ad naturam reddituum conſtitutorum reducerẽtur: nempe vt liceat debitori, quandocunque viſum fuerit, reſtitutâ ſorte ſe liberare: atque interea non alium quàm pecuniæ reditum præſtare,

Source : BIU Cujas

ſtare, eúmque habita ratione duodecimæ ſortis, reiecto & reprobato quouis vel frumenti vel alterius ſpecici reditu. His ita præmiſſis faciliùs proponi poteſt controuerſia, quæ ſolemni arreſto iudicata fuit.

*TITIVS* à Seio decem frumenti modios ſibi præſtari petit. Conſtabat autem illos ex antiqui contractus ſtipulatione deberi: ſimul etiam ex eodem contractu olim inito conſtabat originem annuæ illius præſtationis pecuniariã fuiſſe. Seius cauſæ ſuæ defẽſionem authoritate conſtitutionis Regiæ tuebatur, ex qua contendebat præſtationem annuam non aliam exigi poſſe, quàm pecuniariam habita ratione duodecimæ ſortis pecuniæ, quam olim datam & creditam antiquus ille contractus continebat. Ideóque contractum ipſum ad formam eorum pecuniæ redituum, quos conſtitutos vocamus, reduci debere, vt & ipſi Seio debitori permitteretur reditum illum, quoties vellet, redimere, neque aliter quàm cùm vellet. Titius autem creditor duo proponebat, quorum occaſione duplex erat controuerſię illius quæſtio. Primùm enim Seius dicebat antiquum illum contractum vetuſtiſſimum eſſe, & annis plus centum antea initum. At verò tanti temporis præſcripto leuis momenti videbitur & minimæ erit authoritatis, ſi tãta vetuſtas contractũ olim bona fide initũ poſt tot annuas præſtationes confirmare nequeat. Deinde dicebat, etſi licet reduci vetuſtum contractum oporteret, habendam tamẽ rationem priſcæ monetæ, cuius bonitas præſentem nummorum valorem longè excedit.

*PRO TITIO CREDITORE.* Debitorum

callidis subtilitatibus aut importunis petitionibus non est passim nec facilè indulgendum. Vix enim quisquam sine aliqua spe lucri pecuniam suam crediti fide numerat. Itaque si excludatur omnis legitimus pecuniæ reditus, tolletur simul crediti fides, & credẽdæ pecuniæ voluntas, per quam inopia debitorum subleuari solet. Hinc factum est vt cùm Tiberius credẽdi ius ad veteres antiquarũ legum regulas referre vellet, *Statim* (inquit Tacitus) *inopia rei nummariæ cœpit, commoto simul omnium ære alieno*[a]. Pecunias suas sine lucro & sine fœnore mutuas dare, non priuatorum est, sed Regalis munificentię. Sic Augustus, quoties ex damnatorũ bonis pecunia superflueret, vsum illius gratuitum iis, qui cauere in duplum possent, ad certum tempus indulsit[b]. Alexander Seuerus plerisque pauperibus pecunias sine vsuris dabat ad agros emendos reddendas de fructibus[c]. Antoninus Pius fœnus triẽtarium, hoc est, minimis vsuris exercuit[d]. Sophia Imperatrix eorum, qui ære alieno obstricti erant, debita creditoribus persoluit, & pignora dominis restituit[e]. Sed exempla ista non priuatas liberalitates, sed Regias largitiones & munificentias referũt. Nam cùm sola lucri spes hominum inter se negotiationes & commercia plerunque exerceat, quis non pecunias suas in emptionem prædiorum merciúmve potiùs quàm in nomina otiosa collocabit. Quinimò potest hic contractus ipsa etiã iuris authoritate defendi. Nam cùm venditus sit nó certę pecunię reditus, sed annua frumenti præstatio, dici contractus fœneratitius nõ potest. Etenim frumenti & cęterarũ eiusmodi specierũ dubia est, & varia quotãnis æstimatio & incertus valor. Quæ

a Tacitus l. 5. annalium.

b Sueto. in Augusto cap. 41.

c Lampridius in Seuero.

d Capitolinus in Antonini vita in princ.

e Cedrenus pag. 320.

inter

incertitudo contractus alioqui dubios confirmare solet[a]. Constitutio quidem Regia contractus istos reprobat, sed cõstitutio futuris negotiis legem dicit. Non debet autem ad præteritos contractus extendi. Deinde licèt constitutionis vim & authoritatem etiam ad præteritos contractus nulla obstãte præscriptione extenderemus: Hoc certè de ordinaria præscriptione decem vel viginti annorũ, aut de ea quę longissimi temporis dicitur, scilicet triginta vel quadraginta annorum intelligendum esset: sed non de ea quæ centum annorum memoriam excedit. Malè quisquis deinceps præscriptionem bono publico introductã humano generi patrocinari dicet, si tot annorum possessiones mouere & præstationes toties repetitas controuertere liceat. Hæc enim præscriptio centum annorum ex tanti temporis longinquitate vetustas iuris iúsque antiquum propriè dicitur[b]: atque etiam aduersùs ipsam Ecclesiam Romanam sufficit[c]: Imò etiam veri tituli vim ac firmitatem habet. Quinetiã tria hæc æquiparantur, lex, natura, & vetustas[d]. Vnde fit vt si aliquo casu lex concessionem Principis requirat, tamen vetustas tanti temporis habeatur vice Principalis concessionis: Hinc est quòd licèt absque titulo Principis ius aquæ ductus prohibeatur[e]: vetustas tamen habet vim tituli, non minùs quàm si concessionem Princeps indulsisset[f]. Itaque iniquum esset contractum tanto tempore confirmatum annuámque frumenti præstationem toties repetitam, vt eius origo memoriam hominum excedat, nunc demùm rescindi & reuocari. Postremò etsi concedamus nullam esse illam annui reditus constitutionem seu alienationem; ta-

a L. *oleo.* & *l. frumenti.* C. de *vsuris.*

b Glossa in *l. 2. ff. ff.* de *aqua pluuia. arc.*

c L. *fin.* C. de *sacrosc. Eccles. Nouella* 10. & *cap. ad audientiam. ext. de præscript.*

d L. *in summa in prin. ff.* de *aqua pluuia. arcenda.*

e L. *Senatus, & l. quominus, ff.* de *fluminibus.*

f L. *hoc iure, §. ductus aquæ, ff.* de *aqua quotidiana & æstiua.*



Source : BIU Cujas

men quoties aliquis aduersùs contractum initum restitui vult, oportet fieri restitutionem omnibus integris & sine vlla diminutione [a]. Itaque vt id fiat, ęquum videtur spectari quales nummi olim tempore contractus præstiti sint: Vt & plerisque aliis casibus cōsiderari solet bonitas veterum nummorum, & valor priscæ illius monetæ, quæ primo cōtractus tempore exoluta est [b]. Constatenim moneram in dies debilitari, multóque ære misceri, & nummos improbioris materiæ quotidie cudi & publicari. Itaque si reddi pretium & redimi sortem oportet, conueniēs est omnia ad tempus & originem contractus referri, & ex ipso constituti reditus die restitutionem pretij iudicari [c]. Quin & veteris numismatis habenda ratio, & inspiciēdus valor, qui tempore contractus locum habuit [d]. Nam siue intrinsecam materiæ ipsius bonitatem spectes, constat nummos ærosiores & deteriores nunc fieri. Siue promiscuum pecuniæ vsum attendas, nemo ignorat rerum omnium pretia creuisse. Ideóque cùm præsentes nummi deterioris materiæ sint, pretia autem rerum omnium aucta esse constet, si nummi totidem, non plures restituantur, non videtur idem reddi pretium, cùm non sit eiusdem bonitatis & valoris.

a L. vnica. C. de reputat. quæ in iud. in integr. restit.

b Ca. olim & ibi glossa, & cap. cum canonicis extra de censibus.

c L. fundū Cornelianū. ff. de nouat. L. bonitatis. ff. de euict.

d L. 102. creditor. ff. de solut.

*PRO SEIO DEBITORE.* Nihil est in Republica odiosius, nihílque grauius aut damnari aut coerceri debet, quàm nimia fœnoris & vsurarū exactio. Fœnus dictum est (inquit Varro) à fœtu & quasi à fœtura quadam pecuniæ parientis atque increscētis [e]. Quoties autem ius de creditis pecuniis cum asperitate vsurarum dictū est, toties hæc æris alieni acerbitas discordias ciuiū & seditiones grauissimas

e Gellius l. 16. ca. 2.

uissimas in Republica Romana commouit. Itaque Cæsar ad conciliandos populi animos nihil gratius & aptius esse existimauit, quàm si debitores ita creditoribus satisfacerent, vt ex summa æris alieni deduceretur quicquid vsuræ nomine numeratum aut præscriptum fuisset[a]. Debitorum autem, qui ære alieno obnoxij & graui fœnore oppressi miserè vexantur & detinentur, desperatio multas sæpe clades excitauit: cùm illi aut nouarum tabularum spe, aut ipsa debiti luendi difficultate ad res nouas audendas impellantur. His exemplis Liuius passim abundat. Sic etiam Tacitus, *Sanè* (inquit) *vetus vrbi fœnebre malum, & seditionum discordiarúmque creberrima causa: eóque cohibebatur antiquis quoque & minus corruptis moribus. Nam primò duodecim tabulis sancitum ne quis vnciario fœnore amplius exerceret, cùm antea ex libidine locupletium agitaretur, dein rogatione tribunitia ad semuncias redacta: Postremò vetita versura, multisque plebiscitis obuiam itum fraudibus, quæ toties repressa miras per artes rursum oriebantur*[b]. Salustius inter eos qui nouarum rerum cupidi Catilinariam conspirationem fouebant, refert Catilinam illis potissimum amicis ac sociis confisum, qui ingenti ære alieno premebantur. Vt & cùm Dauid metu Regis Saul saluti suæ consulebat: *Conuenerunt ad eum* (inquit sacra historia) *omnes qui erant in angustia constituti & oppressi ære alieno*[c]. Æris alieni magnitudo Othonem ad res nouas impulit[d]. Pietas Christiana non alium quàm gratuitum pecuniæ vsum agnoscit. Vetat dominus ne qui pecuniam mutuam dat, vsuris pauperem opprimat[e]. Itémque alio diuino præcepto continetur: *Non fœnerabis fratri tuo ad vsuram*[f]. Olim apud Germanos

a Sueto. in Iulio c. 42.

b Tacitus lib. 6. annal.

c Regum 1. ca. 22.

d Sueton. in Othone, cap. 5.

e Exod. 22.

f Leuitic. cap. 23.



Source : BIU Cujas

fœnus agitare & in vsuras extendere ignotum, Ideóque (inquit Tacitus) *magis seruatur quam si vetitum esset* [a]. Antisthenes apud Athenęum τραπεζεῖται ἔθνος cæteris omnibus esse dicebat ἐξωλέστερον [b]. Romæ nullæ permittebantur grauiores quàm centesimæ vsuræ, & si quæ acerbiores aut maiores essent, vetabantur. Has autem sanguinolentas vocat Seneca [c]. Testatur Cicero Senatusconsultum factum esse, vt centesimæ perpetuo fœnore ducerentur [d]. Idémque Cicero Verri obiicit, quòd præter legem duabus centesimis fœneratus esset. Habebant tamen Romani centesimis etiam leuiores vsuras quincũces aut trientes, aliásque quarum mentio apud Iurisconsultos passim occurrit. Imperator Alexander Seuerus vsuras ad trientes pensiones contraxit [e]. Iustinianus autem legitimum vsurarum modum iustissima constitutione definiuit [f]. Centesimæ verò vsuræ erant eæ quæ singulis mensibus centesimum nummum reddebant, & vnoquoque anno duodenos: & hoc est quod Plinius duodenis assibus mutuari dicit [g]. Hinc lubet admirari Christianorum, qui pietatem profitentur, acerbitatem: siquidem Ethnici olim non ampliore quæstu aut exactiore crudelitate fœnus exercuerunt. Imò & ipso Sidonij Apollinaris sæculo decima sortis singulis annis pro fœnore exigebatur, *Cauta est centesima fœneratori* (inquit) *quæ per bilustre perducta tempus modum sortis ad duplum adduxit* [h]. Quin & redituum illorum, quos constitutos vocamus, ratio non adeò distat ab vsuris illis centesimis, & tamẽ ne sic quidem auaræ & inexplebili fœneratorũ acerbitati satisfacit. Nã vt legi fraudẽ faciant, pecunias suas ea lege numerant,

a Tacit. de morib. German.
b Athen. lib. 6.
c Seneca li. 7. de benef. ca. 10.
d Cicero lib. 5. epist. ad Att.
e Lãprid. in Seuero.
f L. eos. C. de vsuris.
g Plin. li. 10. ep. 62.
h Sidon. Apoll. lib. 4. epist. 2. ad Turnũ.

vt

vt pro reditu earum annuo certam frumenti quantitatem præstari oporteat. At verò cùm frumenti varia esset pro annorum diuersitate æstimatio, non poterat illegitimi fœnoris excessus vllâ certâ regulâ propter incertitudinem definiri. In hac autem caussa origo prima antiqua est, & prior ille contractus vetustissimus est, post quem initum aucta sunt rerum omnium pretia, vt si nunc verum annui frumenti valorem spectemus, non dubium est quin vel ipsam sortem principalem vnico anno æquet, vel legitimas & permissas vsuras excedat. Itaque tales contractus nulli sunt ipso iure & vsurarij, adeò vt nulla nouæ constitutionis sanctione opus esset. Verùm lata est anno 1565. constitutio Regia, quæ tollendæ omnis dubitationis gratia magis ius antiquum declararet, quàm nouum quidquam introduceret. Continet autem Regia constitutio, contractus omnes, quibus pro pecunia reditus frumenti annuus promissus est, reduci debere, & pecuniaria vsurarum solutione æstimari: idque locum habere non in futuris tantùm, sed & præteritis olimque initis contractibus non obstante quacunque præscriptione. Neque enim illegitima vsura vel consensu vel tempore tegi & confirmari potest. Sed constitutio expressè præscriptionem omnem reiicit, & vsurarios contractus ad legitimum & licitum pecuniarij reditus modum reduci iubet. Itaque præscriptio, quam Titius allegat, nulla est & reiicienda. Præscriptio neque legem vincit neque rationem[a]. Amat enim ratio veritatem, *cui* (vt ait Tertullianus) *nemo præscribere potest, non spatium temporum, non patrocinium personarum, non priuilegium*

[a] *l. 2. Cod. quæ sit longa consuetudo*

*legium regionum* [a]. Hinc est quod cùm in pignoribus pactio legis cõmissoriæ reproba & illegitima sit [b]: ideò fit vt nulla præscriptio impedire possit ius redimẽdi & luendi pignoris [c]. Sic etiã quoties cõtractus pignoratitius arguitur, creditor, etsi simulata emptione contraxerit, non tamen potest rei ipsius proprietatem præscribere [d]. Eadem ratione si de rebus agatur, quæ certo casu certáve conditione subiacent restitutioni, res illæ neque alienari neque hypothecæ subiici possunt, sed eueniente conditione restitui debent. Neque tunc (inquit Imperator) vsucapio longíve temporis præscriptio contra legatarium & fideicommissarium procedit [e]. Laici decimas tenere ac possidere non debent. Hinc fit vt neque etiam vllo tempore eas præscribere possint [f]. Nam malæ fidei possessor is censetur, qui aliquid contra legum interdicta mercatur, adeò vt neque ipsa longi temporis præscriptio eum tueatur [g]. Nec dissimiliter quotiescunque lex obstat, vel de periculo animæ agitur, nunquam sententia transit in rem iudicatam [h]. Quæ omnia si cæteris casibus vera sunt, quantò magis in illicita vsurariæ præstationis stipulatione, vt neque temporis neque rei iudicatæ exceptio eam tueri & confirmare debeat [i]? Quod autem postremò obiicitur habendam rationem bonitatis nummorum, quæ ipso tempore contractus erat: illud iniquum est nec rationi iuris consentaneũ. Nam in nummis non ipsa materię bonitas, sed valor qui publica auctoritate dictus & propositus est, spectari debet. Nummi non

a *Tertull. de virginibus velãdis in pri.*
b *l. si. C. de pactis pignorum. c. significãte. de pignor.*
c *Titulo de feudo dato in vicẽ legis commissoriæ, lib. 1. feudorum, & ibi Baldus.*
d *l. non solum. §. qui pignori, & l. pignor. ff. de vsucap.*
e *l. fina. §. sin autem. C. cõmunia de legatis.*
f *Ca. dudũ extr. de decimis. c. caussam. ext. de præscript.*
g *l. quemadmodum de agric. & censitis, li. 10. Cod. c. vigilanti ex. de præs. Clement. 1. in fi. de foro competẽti.*
h *L. si spõsus §. si vxor vel maritus. ff. de donat. inter virum & vxorem. c. lator. & ibi glossa, & cap. consanguinei, extr. de re iudicata, & cap. fraternitatis extr. de frigid. & malef.*
i *Baldus ad leg. cùm allegas, C. de vsuris.*

mi non ex materia, sed ex publica lege æstimantur, καὶ διὰ τοῦτο τοὔνομα ἔχει νόμισμα ὅτι οὐ φύσει, ἀλλὰ νόμῳ ἐστί, inquit Aristoteles [a]. Intrinseca nummorum bonitas consistere intelligitur, aut in ipso Principis charactere, ex quo materia formam accipit, aut in ipso valore qui auctoritate publica, pretij loco, impositus est. Vnde etiam Pontificiæ constitutiones rationem habent currentis monetæ [b]. Sic etiam Abraham dicitur appendisse 400. siclos argenteos monetæ probatæ [c]. Probatam autem monetam ex propria dictionis significatione interpretantur, quę inter mercatores currens vsu promiscuo & certo recipiebatur. Atque ita in pecuniæ debitæ exolutione non alia nummorum ratio habenda, quàm quæ publica æstimatione consistit, & quæ ex regia auctoritate procedit. Sic enim in his similibúsque communem vsum spectari ex doctorum sententia conueniens videtur [d].

*SENATVS* iudicauit annuam illam frumenti præstationem ad legitimum duodecimę sortis modum reduci debere, adiecta redimendi, quoties debitor vellet, facultate: vt interea annuatim non alium reditum præstari oporteret quàm pecuniarium: idque non ex prisca veteris monetę bonitate, sed habita ratione æstimationis nummorum, quales nunc in commercio sunt [e].

a *Aristoteles lib. 5. c. 5. Ethic.*

b *Clemēt. 2. & ibi glossa de decimis.*

c *Gen. ca. 23.*

d *Molinæus tractatu de vsuris, quæstione 100. Ioa. Gallus quæst. 203. & q. 302. Boerius decisione 327.*

e Arrest prononcé en robbe rouge par Monsieur.

De

se President Seguier, le Mardy premier iour d'Auril 1586.

Source : BIU Cujas

*De priuilegio dotis.*

## CAP. XIX.

MEVIA cùm post obitum Seij mariti dotem sibi exolui peteret, & ingens esset aliorum creditorum numerus: res ipsa docuit defuncti bona æri alieno non sufficere. Illud quidem iure nostro constat in immobilibus prærogatiuam creditorum ex hypothecæ constitutæ tempore spectari, adeò vt ipsi etiam mulieri præferantur, si prio res expressa hypothecæ stipulatione sibi cauerunt. Neque enim in immobilibus vel dotis priuilegium vllum est, vel bona hypothecæ obnoxia in tributum veniunt. De mobilibus præsens est controuersia. Creditores cùm bona æri alieno nõ sufficiant & de mobilibus agatur, petebant vt in tributum iretur. Meuia dotis præcipuam esse causam dicebat, nec tributoriæ actioni aduersùs dotem locum esse. Sed hoc potiùs obseruari debere, vt pecunia ex mobilium venditione redacta sine vlla diminutione in plenam & integram dotis solutionem imputetur & impendatur. Ac tum denique si quid dote exoluta supersit, cæteros creditores in tributum ire æquum videatur.

*PRO MEVIA.* Viduæ dotem repetentis magna est commendatio, & digna multo fauore persecutio. Dotium caussa (inquit Pomponius) semper & vbique præcipua est, ac publicè interest dotes mulieribus conseruari[a]. Hinc fit vt non solùm bona viri tacitæ hypothecæ iure ad dotis restitutionem mulieri obligata dicantur[b]: sed & cæteris

a *l. 1. ff. soluto matrimonio.*
b *l. vnica. §. & vt plenius. C. de rei vxor. act. §. fuerat. de actionib. in Instit.*

ris creditoribus etiam tempore anterioribus præferri mulierem iuta voluerint [a]. Eadémque ratione mulieri dotem repetenti nec compensatio nec rerum amotarũ exceptio obiici potest. Quin potius remouerentur omnia quæcunque soluto matrimonio restitutionem dotis sistere & impedire possent [b]. Interest enim Reipublicæ mulieres in dotis repetitione priuilegij alicuius prærogatiua donari [c]. Quanto autem fauore ista dotis restitutio debitoris facultates ipso iure minuat, rectè & eleganter tractat Demosthenes in sua contra Philippum oratione. Priuilegia autem dotis plura sunt, cùm etiã ius tacitę hypothecę Iustinianus mulieri concesserit eodem priuilegij gradu eodémque fauore, quo creditor ille, cuius pecuniâ res est empta, aut qui in nauim fabricandam & domum reficiendam pecuniam credidit [d]. Sed & inter personales creditores actio dotis priuilegium habet. Quæ propria est huius loci tractatio. *Si dos* (inquit Paulus) *filiofamilias data sit vel tutelam administrauerit, habenda erit ratio priuilegiorum in actione de peculio* [e]. Sic & alio loco Hermogenianus, *Si sponsa* (inquit) *dotem dederit, nec nupserit, vel minor duodecim annis: vt vxor habeatur, exemplo dotis, conditioni, fauoris ratione, priuilegium, quod inter actiones personales vertitur, tribui placuit* [f]. Quibus ex locis atque etiam ex Nouella Iustiniani constitutione [g], patet dotis persecutionem priuilegium aliquod etiam inter personales actiones habere. At verò nullum aliud priuilegium inter personales creditores æstimari potest, nisi vt in mobilibus cæterisque rebus, quæ hypothecam non recipiunt, prærogatiua concedatur. Nam & inter ipsas

a *L. assiduis C. qui potiores in pignore. l. vbi adhuc. l. in rebus. C. de iure dotium.*

b *dicta l. vnica. §. sed ceat. C. de rei vxoriæ actione.*

c *l. interest. ff. de bonis. auth. iudic. possid.*

d *Nouella 97. de æqualis. dotis. §. his cõsequens.*

e *l. ex facto §. si. dos. ff. de peculio.*

f *l. si sponsa. ff. de iure dotium.*

g *Auth. quo iure. C. qui potiores in pignore.*

Source : BIU Cujas

ipsas quoque dotes ita priuilegium hoc attēditur, vt ex temporis serie & coniugiorum ordine cuncta spectentur & æstimentur: atque prior dos posteriori præferatur [a]. Nostro autem iure si mulieri nullam super mobilibus prærogatiuam tribuamus: consequens esset in Francia doti nullum omnino competere priuilegium. Neque enim in immobilibus tacitæ hypothecæ prærogatiua, quæ ex Iustiniani constitutione cæteros creditores etiam anteriores in fauorem dotis excludebat, apud nos locum habet: sed hypothecarij creditores qualescunque nulla adhibita distinctione ex die contractus hypothecæ iura consequuntur. Si nulla in immobilibus est, nisi ex tempore contractus, hypothecæ prærogatiua, & nunc cùm de mobilibus agitur æquo iure cum cæteris creditoribus veniat: dicendum est nullum omninò apud nos in Francia competere doti priuilegium. Illud autem iniquissimum esset, cùm diuersa sit multóque fauorabilior mulieris quàm cæterorum creditorum causa. Nam cæteri creditores cautioni & securitati suæ prospicere possunt, ac si debitorem facultatibus labi præuideant, huic periculo occurrere possunt, & ne quid damni sentiāt procurare: siquidem debitorem appellare & ab eo pecuniā idoneo tempore exigere creditoribus licet. Mulier autem viuo marito & constante matrimonio dotem repetere nō potest, nec in facultates mariti inquirere, aut cuiquam alij pecuniam dotalē committere. Sed & alio tursum respectu non eadem est mulieris & cæterorum creditorum causa. Mutuum Iurisconsulti ita appellari dicunt, quia de meo tuum fiat. Quoties ergo creditores debitori mutuam pecuniam numerant, fit pecunia

[a] Nouella 91. vt ex actione in. stante dotis, &c.

Source : BIU Cujas

pecunia accipientis. Aliud in dote, cuius dominiũ ita semper remanet penes mulierẽ, vt maritus pecuniæ dotalis non tam debitor dici debeat quam depositarius. Quod autem obiiciunt, in mobilibus nullum neque tacitæ neque expressę hypothecæ ius, nullámque prærogatiuam esse, illud neque absolutè neque indefinitè verum est. Quis enim ignorat Saluiani interdictum iure prætorio tribui, vt dominus fundi res coloni illatas, etsi mobiles, tacito tamen hypothecæ iure sibi obligatas asserere possit [a]? Postremò & ex lege municipali & ciuili Romanorum iure tributoriæ locus non est, cùm creditor possessioni pignoris incumbit, rémque ipsam, quæ ei in pignus & securitatem data est, penes se habet [b]. Mulier autem, quæ dotem dedit, in ista exceptione est. Nam statim atque matrimonium contractum est, constat iure nostro mutuam inter coniuges societatem iniri, vt hac ratione communio personarum inducat communionem rerum. Mulier enim socia est diuini & humani iuris. *Commista famulus & vna domus est* (inquit Paulus Iurisconsultus [c].) Vnde non immeritò Innocentius Papa argumentatur à societate ad matrimonium [d]. Sic etiam Imperator vocat vxorem sociam rei humanæ ac diuinæ domus [e]. Itaque si verum est perpetuam inter coniuges iniri constante matrimonio societatem hoc certè ex natura societatis constat vnumquemque sociorum rei communis pro parte sua possessorem esse & dominum. Itaque ex societatis ratione mulier, tanquam socia, eodem iure quo & maritus, mobilia communia possidebat, & soluti matrimonij tempore, non minùs

a L. 1. & toto tit. ff. de Salua no interd. l. 4. ff. de pactis. l. 2. & 4. ff. in quibus causis pignus vel hypot. tac. cont. l. si nõ inuecta, & l. fi. C. eod. titulo. l. si fundus. §. in vendicatione. l. pignoris. ff. de pignoribus.

b L. pro debito. C. de bonis auctb. iudicis possid. l. procuratoris. §. planè. ff. de tribut. actione.

c L. 1. §. si vir aut vxor. ff. ad Senat. Sillan.

d Cap. 2. extra de spõs. alibus.

e L. aduersus. C. de crimine expilatæ hæreditatis.



Source : BIU Cujas

quàm maritus, ea penitus se habuisse censeri debet. Mulier ergo possessioni mobilium tanquam pro pignore incumbebat. Ideóque & in mobilibus & in pecunia, quæ ex eorum venditione redacta est, prærogatiuam habere debet. Æs alienum cęteris creditoribus, si facultates debitoris suppetant, exoluetur: sed dotis præcipuam esse causam cum Iurisconsultis dicamus.

*PRO CREDITORIBVS.* Fallitur quisquis legum Romanarum constitutiones de nuptiis, de dote, pactísque dotalibus ad vsum forensem moréque nostros transferre voluerit, & iuri nostro conuenire dixerit. Coniuges ciuili Romanorum iure poterant inter se contrahere, modò ne in fraudem & donationis causa: licebat marito vxorem legato vel hæredis institutione honorare. At hæc omnia nostro iure & ex consuetudinum nostrarum præscripto locum non habent. Nulla erat apud Romanos societas inter coniuges, nisi expressa conuentione inita esset [a]. At pleræque consuetudines nostræ societatem inter virum & vxorem solo coniugio coiri volunt, etsi de ea nihil sit conuentum. Mulier Romano iure bonis paraphernis fruebatur, fructúsque in commodum suum vertebat: imò & bonorum paraphernorum administratio ac dispositio mulieri permittebatur. Nostro autem iure mulier, simulatque nupta est, non potest aliter contrahere nisi volente & auctore marito. Maritus verò omnium mulieris bonorum fructus percipit & liberè de fructibus perceptis arbitrio suo etiam insciâ muliere disponit: nulla dotis ac paraphernorum distinctione. Sunt etiam pleraque alia in hac ipsa pactorum dotalium materia,

[a] L. *alimenta.* §. *qui societatem. ff. de alim. & cib. legatis.*



Source : BIU Cujas

issque quæ ad nuptias spectant, in quibus multas iuris Romani & nostrarum municipalium consuetudinum diuersitates animaduertere licet & commemorare. In isto autem de dotis priuilegio tractatu, non satis est præcipuum dotis fauorem commendare: sed illud maximè debemus attendere, an legibus nostris & vsu nostro forensi aliquod sit, & quale sit dotis priuilegium. Itaque hoc primùm apud nos constat, omnes contractus, vt publica authoritate nitantur, à notariis & tabulariis publicis recipi solere. Est autem notariorum stylus communis & consueta formula, vt vnicuique obligationi expressam hypothecæ omnium bonorũ stipulationem adiiciant. Omnes itaque contractus à notariis recepti expressam habent hypothecæ formulam adiectam. Mulieris autem priuilegium ex Iustiniani constitutione[a] non aliud est, quàm vt habeat ius tacitæ hypothecæ, & præferatur creditoribus tempore anterioribus, sed iis scilicet qui aut nullam habent hypothecam, aut tacitæ tantùm hypothecę ius habent. Non enim hæc fuit Iustiniani mens, vt mulier creditoribus anterioribus expressam hypothecam habentibus præferretur. Quid enim iniquius esset quàm si ius aliquod seu hypothecę seu aliud quodcunque expressa stipulatione quæsitum nobis inuitis tolli posse qualicunque priuilegio diceremus? Vt & ex Scęuolæ responso satis constat priuatum, qui expressam habet hypothecam, etiam fisco & Cæsari postea contrahenti præterri[b]. Ac generaliter hæc communis est & potior iuris doctorum sententia, vt ex Iustiniani constitutione mulier anterioribus creditoribus præferatur, sed ta-

a *in d. l. assiduis. C. qui pot. in pigu.*

b *l. fi. §. fi. ff. qui potiores in pignore.*

citam tantùm habentibus hypothecam, nó autem iis qui expressa conuentione sibi hypothecam ante pacta dotalia & nuptiarum tempus stipulati sũt a. Vt neque etiam dos præferatur fisco, si hypothecam præcedétem fiscus habeat b. His ita præmissis satis apertè constat, quoties de immobilibus agitur, ius nostrum non tam Romano iuri contrarium quàm ab eo diuersum esse. Nam quod in immobilibus mulieri prærogatiuam tribui non videmus, sed ex contractuum die creditores eos haberi potiores qui priores sunt, hoc non aliunde procedit, quàm quia vsu nostro quæuis obligationes, postquam à notariis receptæ sunt, & in publicam atque authenticam contractus formam redactæ, in illis hypothecę stipulatio expressis verbis continetur, siquidem hoc ex stylo & formula notariorum obtinet. Atque ita quotiescunque de hypothecæ iure inter creditores non chirographarios agitur, ordo & prærogatiua ex tempore censetur, nulla habita fauoris consideratione, siue de muliere agatur, siue de Ecclesia, minore, aut fisco. Quoad mobilia autem, generalis est hæc regni istius lex & consuetudo, mobilia nullum ius hypothecæ recipere c. Nam quod obiicitur ex Saluiano interdicto inuecta & illata tacito iure obligari, idque etiam apud nos obseruari: Hoc ideò speciali ratione introductũ est: quia vsu nostro hæc solita est locationum formula, vt inquilinus teneatur pro annuæ pensionis securitate mobilia inuehere & inferre, quę ad pensionis solutionem sufficiant: vt id non tam ex vllo tacito iure quàm ex solita locationis formula & expressa conuentione apud nos locum habere intelligatur. At verò dotis priuilegiũ non

a Accurs. sius, Io. Faber, Bartholus, Baldus, Salicetus in d. l. assiduis, & ad §. fuerat. de actionibus, in Instit.

b l. 2. C. de priuilegio fisci.

c Meubles n'ốt point de suitte par hypotheque.

Source : BIU Cujas

non aliud est etiam Romano iure, quàm vt tacitæ hypothecæ ius ei tribuatur. Huic autem priuilegio locus esse non potest, nisi in iis quæ hypothecæ subiici possunt. Mobilia verò nullum hypothecæ seu tacitæ seu expressæ ius moribus nostris recipiunt. Consequens est ergo ne immobilibus vllum sit dotis priuilegium. Idem etiam in Ecclesia, & in fisco, & in minore dicemus, vt si debitor æri alieno exoluendo impar sit, creditores omnes qualescunque sint, si de mobilibus agatur, in tributum veniãt & æquali portione commune ferant damnum. Immobilia verò ex tempore hypothecæ legem accipiunt, vt priores potiores habeantur. Quòd si in mobilibus ex priuilegio dotis mulierem præferri diceremus, sæpè fraudes committi contingeret. Proponamus debitorem aut mercatorem esse, aut eum, cuius facultates præcipuè in pecunia & mobilibus consistant: illum ære alieno vrgeatur, & creditores frustrari & decipere volet, vxorem ducet & dotali instrumento mendaci assecuratione fatebitur ac declarabit recepisse se dotem grãdem & immẽsam, atque ita interposita vxoris persona creditores eludet; eósque tam pecunia quàm cæteris mobilibus frustrabitur. Nam quod obiicitur mulierem societatis iure possessioni mobiliũ incumbere, hoc sane absurdum est. Dotem enim non societatis titulo aut quasi socia, sed creditricis iure reposcit. Soluto enim morte mariti matrimonio, nisi mulier societati renunciet, etiam ipsa creditoribus obligabitur. Quòd si Meuia societati renunciauit, vt hoc ei licere constat, non potest quidquam iure societatis, cui renuntiauit, habere aut possidere. Neque enim possidet qui vel renuntiauit vel pro



Source : BIU Cujas

derelicto habuit. Itaque in hac causſa nihil eſt æquius quàm vt omnes creditores, qualicunque iure nitantur, in tributum veniant. Quemadmodum enim ex lege Rhodia ſi leuandæ nauis gratia iactus mercium factus eſt, damnum debet omnium contributione ſarciri: ita etiam quoties conſtat debitoris profuſione aut inopia, non poſſe creditoribus ſatisfieri, æquiſſimum eſt pari omnium iactura & contributione commune damnum inter omnes potius diuidi quàm inæqualitatem iſtam induci, vt alij omne quod ſibi debetur ſine vlla iactura ferant, alij autem nihil omnino conſequantur. Hæc eſt æquitatis ratio, cuius occaſione lex ciuilis voluit æquali portione pro rata debiti quantitate omnibus creditoribus conſuli [a]. Huc referri debet quod Seneca, *Debitor* (inquit) *ſi foro ceſſerit, portionem ferat* [b]. Nam quod Seneca vocat portionem ferre, Vlpianus appellat in portionem vocari [c].

a *l. pro debito. Co. de bonis auctho. iudicu poſſidendis*
b *Seneca li. 4. de benef cap. 39.*
c *l. quod autem. §. ſciendum. ff. quæ in fraudem creditorũ.*

*SENATVS* creditores tam mulierem quàm cæteros in tributum venire iuſſit, nec doti priuilegium vllum aut prærogatiuam in mobilibus præter cæteros creditores tribui oportere iudicauit [d].

d Arreſt du Mardy 2. d'Auril 1591. M. Buiſſon plaidant pour les enfans de feu Pierre Touuoye appellans, Et moy pour Marguerite Touuoye & conſors inthimez. L'arreſt eſt au profit des inthimez.

INDEX

Pareil arreſt auoit eſté auparauant ſolemnellement donné & prononcé en robbe rouge, par Monſieur de premier Preſident de Harlay, le Lundy 13. de Decembre, 1585. entre Barthelemy Ioarde & conſors appellans. Et la femme de Charles Deſiardins inthimee.

Source : BIU Cujas

RERVM ET VERBORVM

# INDEX IN QVATVOR LIBROS ANNÆI ROBERTI

## RERVM IVDICATARVM,

Qui locorum communium instar est.

*Prior numerus librum, Secundus caput, Tertius verò paginam denotat.*

A


*Abbatiæ vt sint in monachos hierarchicæ curæ l.1.c.7. pag.130*

*Abesse iudicio, vt maluerit Alcibiades, quàm saluti suæ deesse capitali supplicio damnatus* 1.10.160

*Absentia longa, vt reum constituat* 1.10.179

*Absens vt plerunque magis damnetur quia contumax, quàm quòd nocens sit* 1.10.162. *Vt in causa capitali nemo accusãdus nec damnandus* 1.10.160. *in Absentem collata sacerdotij & beneficij prouisio, vt non prius rata sit & effectum sortiatur, quàm resignatio grata acceptáque habeatur* 3.1.557. *in Absentem lata condemnatoria sententia, vt executioni mandetur* 1.10.169

*in Absentes citatos in iudicium, quæ fuerit procedendi forma apud Romanos* 1.10.167

*Absentium fama, vt calumniis facilè opprimi possit* 1.10.178. *in Absentium damnatorum effigiem seu imaginem, vt soleat procedi* 1.10.183. *Itemque sententiæ exequi* 184. vbi nonnulla huius exempla. *in Absentibus Reip. causa, vt potior videatur eius ratio qui læsus arguitur* 3.3.591

*vt ob Academiarum institutionem & studium erga professores liberalium artium, laudatus fuerit Adrianus Cæsar* 3.3.585

*Accessorium & quoduis onus rei adiacens, vt naturam eius fundi cui incumbit sequi debeat* 4.13.828. *vt sequatur principalis*




BIBLIOTHEQUE CUJAS PARIS

Source : BIU Cujas

*naturam* 3.1.563. *Illius naturam vt induat* ibid.
*Achillis votum vt lubenter vouendum* 2.16.490
*ad Accusandum qui turpi quæstu impelluntur, vt non admittendi* 2.18.529
*Accusationis Æscherij & Addæi exemplū* 1.4.40. *Item & Caij Antonij* ibid. *Accusationis inscriptio cur ab accusatore requiratur* 1.14.252
*Accusantium falsò exempla* 1.4.34.&35
*Accusator defuncti quamuis iure accusauerit, ab illius tamen hæreditate tanquam indignus remouendus* 2.18.520. *Vt in crimen subscribere debeat ad cauendam calumniam* 1.14.251. *& seq. In crimine adulterij antequam admittatur, quæ requirantur* 1.14.255
*Accusatores cur olim sectores appellarentur* 2.6.368. *Vt canibus collati* 1.14.252. *Accusatorum aliquot exempla, qui cum crimenis de quo accusabantur se innocentes assererent, alia patrata à se crimina quæ ignota erant confessi sint* 1.4.40. & 41
*Actio quæ ex contractu descendit, vt non aduersùs illum qui contraxit, sed aduersùs eum cuius nomine contractus initus est, competat* 3.17.695
*Actionem famosam vt non admittat lex inter coniunctas personas* 2.12.456. *Item nec pœnalem* ibid. & 459. *Actionem non exitu iudicij, sed introitu constare* 3.8.645. *de Actione iniuriarum, & an adeos qui ex familia sunt pertineat* 4. *passim tota cap.* 12. *à p.* 822. *ad pag.* 826
*Actiones ex maleficio vt exequendæ* 1.14.247. *Nostras, bonæ sint an vitiosæ vt discernat & diiudicet sola mens* 4.10.813
*Agentium vt ultra eorum intentionem nihil operentur* 4.7.772
*Actum ipso iure nullum, vtrum quis confirmet, quo casu actus censetur nouus, vt distingui soleat: an verò actus ipso iure subsistat* 3.17.697. & seq.
*Ademptio testatoris rei donatæ aut legatæ vt præsumatur, quoties aut res à testatore vendita aliena sit, aut aliquo casu aliam fieri necesse est* 4.8.777

*vbi*

Source : BIU Cujas

*vbi de Administratore rei publicæ ciuitatis agitur, satis est, si eo tempore quo creatus fuit, idoneus fuerit: nec attenditur, an postea facultatibus lapsus bona alienauerit* 3.2.582

*Adoptiones, vt non inter viuos tantùm, sed & vltima voluntate celebrentur* 4.4.755. *vbi id genus plura exempla proferuntur.*

*Adulter & adultera qui dicantur* 1.13.227. *& 2.7.390. vt adultera habita quæ sæpius nubit* 1.8.135. *Adulteræ etiam dãnatam, vt possit maritus intra biennium reducere* 1.14.250. *Vt illius receptionem post pœnitentiam suadeant canones* ibid. *Adulterarum pœna quæ fuerit sub Theodosio Imp.* 4.10.791

*Adulterij accusatio, vindicta & persecutio vt propriè soli marito competat* 1.13.227. *Illius accusatio vt etiam sponso concedatur* 1.13.236. *Vt quinquẽnio præscribatur* 1.14.250. *ad adulterij mulieris purgationem, vt non sufficiat sola mariti taciturnitas* 1.14.242. *in adulterij accusatione vt maritus patri præferẽdus* 1.13.229. *& quæ in hac accusatione iudici obseruãda* ibid. *Illius criminis & homicidij crimen vt viduas mulieres priuẽt omni petitione* 1.14.246. *Illius & Stupri differentia* 1.13.227. *Huius criminis quàm variæ pœnæ* 1.13.14. *p.* 232. *& seq. ad* 236. *&* 253

*Adulterantium mulierum coercitio quandiu apud maritos & parentes fuit, vt viguerit pudicitia* 1.14.253

*Adulterium cur in Gallia frequens sit crimen* 1.14.254. *Olim commissum vt sequentis matrimonij velamento non extingueretur* 1.14.242

*Aduocatio & patrocinium vt sit officium voluntarium* 4.14.834

*Aduocatus rem aut arcanum clientis patefaciens vt perfidiæ arguatur* 2.19.530. *Vtrum in ea caussa, in qua patrocinium alteri parti præstat, testis aduersùs clientem à parte aduersa produci possit* 2.passim toto cap. 19. *à p.* 530. *ad* 544. *maximè p.* 533. *Vt clienti fidem, sed iustitiæ & Senatus veritatẽ debeat* 2.19.544. *Illius munus vt & sacerdotis sacrosanctũ* 2.19.533. *Vt & vitæ hominũ necessariũ* ibid. *laudabile* ib. *Illius cõmendatio* ibid. *in Aduocato quanta fides & prudentia requiratur*



Source : BIU Cujas

2.19.531. *Aduocati legitimi munus quale* 2. 19. 542. *Quæ item professio* ibid. *Aduocati qui laudabiles* 2. 19. 534. *Illorum munus* ibid. *Aduocati vt veridici esse debeant* 2.19.539. *Illorum iusiurandum annuatim præstandum* ibid. *Auaritiam & prauaricationem vt fugere debeant* 540

*Aduocatorum artem vt κακοτεχνίαν vocauerit Marcellinus* 2.19.541. *Illorum lingua intemperantia quàm sit periculosa* 2.19.531. *Supremæ Parisiensis curiæ encomium* 2. 19. 535. *in Aduocatos malos & malæ fidei inuectio* 2.19. 536. 537. 540. & 541

*Æacis Philosophi exemplum, qui cùm formosissimam haberet vxorem ter tantùm cum ea congressum habuerit, & inde tres filios sustulerit* 4.10.802

*Ædes si semel sacra facta sit, vt diruto ædificio area sacra maneat* 4. 8.775. *de Ædibus deposita ligna ea mente vt reponantur, vt sint ædium: sed si vsque ad aream deposita sint, licèt eadem materia restituatur, alia tamen erit ædes* 777. *Ædibus dirutis an idem ius quod ante ruinam competebat, duret in illarum area* 775. & *seq. Ædibus incendio vel ruina absumptis, vt tam vsusfructus quàm habitatio extingui dicatur: adeò vt ne in area quidẽ & cæmẽtis vsusfructus remaneat* 776

*Ædificium vt & quatenus solo cedere debeat* 4.8.774

*Ædificio refecto, vt pristina reuiuiscat obligatio, exemplo nauis nunc solutæ ac postea iisdem tabulis compactæ* 777

*apud Ægyptios vt non liceret ægrotos curare præter medicorum antiquorum præcepta* 1.5.69

*Æger si pecunias aut possessiones donet, vt non volens fecisse credatur & rescindatur* 1.2.17

*Ægri apud Babylonios, Indos & Assyrios vt curarentur* 1.5.53

*Ægroti salus vt medici prima lex & finis sit* 1. 5. 56. *Ægroto amico qui assidet hæreditatis captandæ caussa, vt vulturis instar sit cadauer expectans* 2.13.466

*Ægrum perire voluit, qui censum pereuntis inuadit* 2.13.466

*Æmulatio inter liberos quæ laudabilis* 1. 15. 264. *Malorum procliuis*

Source : BIU Cujas

*procliuis* 1.9.151
*Æqualis natura vt æqualem parentum in liberos affectum suadeat* 3.6.616
*Æqualis parentis in liberos affectus exemplum* 3.6.616. *Vt illa æqualitas desideretur* 617
*Æqualitas inter liberos ratione bonorum vt sit causa concordiæ* 1.15.265. *Vt inter inæquales summa sit inæqualitas* 4.13.828. *Vt inter liberos summo studio colenda & obseruanda* 1.15.268. *Vt non semper seruanda* 1.15.260. *Illius inter liberos quantus sit fauor in interpretandis dubiis testatorum voluntatibus* 1.15.268 *Illius æqualitatis commendatio ex constitutione Imperatoris* 269. *Senatusconsulto confirmata* ibid. *de Æqualitate inter liberos ex pacto seruanda* 1.15. *pass. à pag.* 256. *ad p.* 269
*Æquitatis prima pars vt sit æqualitas* 1.15.268
*Ærario publico exhausto vbi necessitas publica premit, vt nulli à contributionibus immunes sint* 2.2.314
*Æs alienum hæreditarium vt totum imminuat patrimonium, seu totam hæreditatem, non certi loci facultates* 4.13.830. *Vt proportionibus hæreditariis à singulis hæredibus exolui & præstari oporteat* ibid. *Quomodo inter primogenitum & cæteros hæredes diuidatur* 4. *passim toto cap.* 13. *à p.* 826. *ad pag.* 831. *in Ære qui non habet, vt luere debeat in corpore* 2. *passim toto c.* 15. *à p.* 479. *ad p* 486. *maximè* 485
*Æris alieni personales actiones, vt non fundum, sed hæredis personam sequantur* 4.13.831. *Illius pudor, vt sit legitima tædij & sollicitudinis occasio* 2.6.376. *item & acerba seruitudo* ibid.
*Æris seu bonorum defectus vt corporis cruciatu supplendus* 2.15.479. *Idque transacto semestri à condemnatione* 480
*Æschynes empiricus quàm pernicioſus fuerit* 1.5.64
*Æstimatio vt venditionis sit species, & maneat res æstimata commodo & periculo eius qui illam æstimatam accepit* 1.16.278
*Ætas* centum annorum *vt ne hominis quidem extrema sit* 4.2.737. *Etiam senilis vt largiendi in pias causas animum vo-*



Source : BIU Cujas

tumque non adimat, sed addat 4.2.733. Vt formæ detrimentum afferat & frontem rugis deturpet 2.12.458. Sexaginta septem annorum vt etiam robustissimis satis longa 4.2.73:. & vt ad eam vsque tanquam extremam, vsusfructus & alimenta æstimari soleant ibid. & 737
Affectus ad beneficia propensus vt ab ipsa hæredis institutione & succedendi iure distinguatur 2.14.475
Affectus magni vt iura non spectent 1.2.17
Affectus vt nullius paternum vincat 2.13.471. vbi de Affectu benuolo agitur, aut de amica voluntate, vt id omne naturali iure non ciuili recenseri debeat 2.14.475
Affinitatis probatio vt ex ipsa veritate pendeat 2.18.516
Agelium episcopum vt Ecclesiastica historia commendet, quod spreto diuitiarum studio vnica semper veste contentus fuerit, nec calceamentis vsus sit 4.3.742
Agnatus proximus vt iure duodecim tabularum familiam haberet, & prior gradu reliquos excluderet 3.15.683. Vt non admittatur ad successionem 3.7.629
Agnato proximo vt hæreditas agnati per parricidium aut fratricidium defuncti, non autem fisco deferatur 3.7.636
ex Agnatis vnius aut etiam fratribus factum vt cæteris eiusdem agnationis aut familiæ nocere non debeat 3.7.633
Agri limitanei vt olim à priuatis acquiri non possent 2.11.448. Vt omni collationis & tributi onere immunes ibid.
Agrippinæ in introducendo Nerone dolus 1.8.142
Alaricus Gothorum rex legum Gothicarum conditor, vt Romanas in iudiciis proponi vetuerit 2.1.291
Alere vt teneantur parentes liberos: & econtrà 1.1.6. item & 3.6.620
Alexander ægrotans quales medicos optarit 1.5.61
Alexandri magni milites serpentum morsibus in India affecti vt curati 1.5.53
Alienare vt non liceat rem titulo sacerdotali destinatã 3.2.573. Patrimonium antiquum vt & quatenus olim prohibitum 3.17.

Source : BIU Cujas

17.690. *Vt non credatur ei, qui possidere non desinit* 2.8.398
*Alienari extra familiam dum quid prohibetur, vt possint plures ex familia coniunctim admitti ad viriles portiones* 4.4.753. *Si quid sub pœna prohibeatur: aliquid autem ea conditione fuerit alienatum, vt in continenti debeat familiæ restitui: non intelligitur pœna committi* 3.8.641
*Alienãdi prohibitio an impediat dominij translationem* 3. *passim toto c.* 14. *à p.* 674. *ad* 680. *Huiusmodi prohibitiones, quæ simpliciter & nulla adiecta causa fiunt, vt sint nullæ* 3. 14. 674. *Vt adhibita distinctione fieri dicantur, aut lege, aut testamẽto, aut pacto, aut etiam iudicis decreto* 3. 14. 675. *Vt prohibitio quæ à lege aut iudice procedit, alienationem nullam constituat* ibid. *Vt aliud sit iuris in prohibitione quæ sola pactione fit* ibi. & seq. *Alienata res extra familiam vt dici non debeat, nisi sit alienatio irrevocabilis* 3.17.694
*Alienatio conditionalis vt dicatur, vbi pactum est de retrouendendo & redhibitionis conuentione* 3.18.702
*Alienatio domus minoris vt prohibita* 3.17.690
*Alienatio quamuis pacto fuerit prohibita, vt non tamen alienationem postea factam statim reuocet* 3.14.676. & *seq. vbi ostẽdit quid iuris competat ei, qui sibi huiusmodi prohibitione cauerat. Rei controuersa vel litigiosæ vt sit prohibita* 3.14.676. *Contrà* ibid. & seq. *Vt non videatur facta eius rei quæ reuocari potest* 3.18.703. *Illius prohibitio vt quandoque sustineatur: veluti in testamentis fauore alũni* 3.14.675. *in Alienatione à minore facta, an contractus dies, an verò ratihabitionis spectari debeat: & à quo tempore redhibitioni gentilitiæ locus esse incipiat* 3. *passim toto cap.* 17. *à pag.* 689. *ad* 700
*Alienantes bona Ecclesiæ, vt non tantùm lex puniat, sed & œconomos qui bona illa alienari patiuntur* 2.18.527
*Alienatum contra legis prohibitionem vt repeti & recuperari possit* 3.14.675. *Vt ab ipso alienante reuocari possit* ibid. *Si fuerit mancipium ea lege ne venderetur, adiectáque pœna fuerit, atque exinde seruus alienatus fuerit statimque redem-*



Source : BIU Cujas

ptus : non facit redemptio quin pœna semel commissa debeatur 3.8.645.
Alimenta debitori præscripta ex lege xij. tabularum 2.15.481.
Alimentorum & educationis decisio & prouisio vt magistratui siue prætori competat 1.9.153. Legatum vt à quocunque successore peti possit 1.7.132
Amantibus vt nihil durum & difficile 1.2.18
Amat qui se sic amari putat, vt tædiũ non pertimescat 2.12.460
D. Ambrosius vt electus episcopus Mediolanensis 1.7.104. Vt recusauerit de Ecclesia exire imperante Iustina Imperatrice 1.7.101.
Amicorum & parentum præsentia cur in contrahendis matrimoniis necessaria 1.2.13
Ammonij laus vt commendata 1.7.100
Amonis Ægyptij oratio qui prima nuptiarum nocte longo sermone persuasit sponsæ, vt perpetuo castitatis voto sororis potius pietatem quàm coniugalem consuetudinem præstaret 4.10.802
Amor honestus qualis inter coniuges requiratur 4.1.718 Insanus vt postea fastidium pariat 2.12.458. Matrum cur maior 1.8.159. Vt cæteros omnes vincat 5.9.153. Amor quo remotior in nepotes eo vehementior 2.9.418. Vt sit res credula 2.12.460. Vt sine cupiditate esse non possit 2.12.457. Vt sit expers iudicij 1.2.17. vt illi non sit modus ibid. Vt μαλα dicta 18
Amoris insani descriptio 1.2.13. Amoris satietas tædium parit 2.12.458.
Amotarum rerum actio, vt constante matrimonio marito concedatur 2.12.460
Ἀναλυπτήρια dona quæ 1.2.10
Ancilla vt in vxorem legitimam duci possit 2.17.509
Annibalis exemplum temeritatis 1.4.49
Annus quando incipere dicatur ratione diuisionis fructuum 3.4.604.605.& 607. Vt diuersa sit anni constitutio ibid. Vt ante Numam decem tantùm mensium esset 3.4.607. Vt ille Ianuarium & Februarium reliquis addiderit ibid. Vt de momento

Source : BIU Cujas

mento ad momẽtum & de die in diem ex ciuili ratione æstimẽtur 3.4.606. Vt incipiat à mense Ianuario ex politica ratione 607

Annuli datione vt coniugium probari existimauerint quidam Doctores 2.17.503. Vt hæc datio matrimonij subarratio dicta ibid. & seq. Illius sola gestatio vt non sufficiat ad fidem nuptiarum 2.18.517. Annulus pronubus qualis dictus 2.17.504. cur vxori datus ibid. Annulis vt plus quàm animis credatur 2.10.423

Annona militaris vt singulis aut alternis diebus militibus præstari debeat 3.4.600

Annonæ publicæ vt non tam titulis dignitatum, quàm singulorum meritis ex Diui Constantini liberalitate attributæ, & vt illarum emolumenta ad hæredes transmittantur 3.4.600

in Annuis legatis quæ ratio habenda 3.4.605

Anthiæ veræ matris exemplum 1.8.145. ¶ de Antichresi 2.8. passim à p.8.394. ad 404. Antichresis contractus & Reditus constituti differentia 2.8.396. Vt non sit contractus fœneratitius 2.8.395. Vt licitus ibid. Vetitus inter agricolas ibid.

Ἀντίδοσις vt apud Athenienses παλινδικίας genus 1.10.162

Antistitum quorundam abusus 1.6.84

Antonino Imp. vt mos fuerit omnia crimina minore supplitio, quàm legibus plecti solerent, punire 1.10.177

Aphronia exemplum de testamenti matris, quámuis iniustè, obseruatione 1.15.161

Apollonij primùm mercatoris, pòst medici laus 1.5.61.& 62.

Apostoli vt spiritu Dei repleti mira protulerint & effecerint 1.5.65

Appellatio sola vt iudicatum non modò suspendere, sed extinguere dicatur 3.8.644. Vt non debeat censeri vetè interposita, quæ non durat, aut statim repetitur 643. Vt non modo sententia effectum suspendat, sed & iudicatum extinguat 3.1.568

Appellationes ab abusu, vt iura regia & laicam iurisdictionem ab Ecclesiasticorum vsurpationibus vindicent & tueân-



Source : BIU Cujas

tur 3.5.623
Vt sit inciuile eas passim litere & permitti 3.c.5.d.612. Vt hodie in vsu ibid. Illarum regulæ & initia an à iure canonico peti debeant. ibid.
Ἀπραγμοσύνη vacatio à negotiis, vt olim fuerit Athenis in academia herba 2.2.326
Aquilæ quandiu pullos suos nutrire dicantur 3.6.624
Aquiliana formula vt instituendi nepotes 2.5.361
Arbiter licèt nequeat in liberali caussa assumi: tamen per arbitri sententiam decidi poterit status controuersus, si ea quæstio in aliam causam incidat, de qua principaliter ordinario iure cognoscebat 3.5.611
Si intra Kalendas Septembreis dari iusserit, ac debitor statim post Kalendas solutionem offerat commissa semel pœna perpetuò debetur & solui debet 3.8.645. Illius vt libera sit & nullis adstricta vinculis religio 1.7.177
Sententia stari vt olim oporteret siue aqua siue iniqua esset 3.8.643
ab Arbitris vt olim appellare non liceret 3.8.643. Vt hodie illorum authoritas ex sola pœna pendeat ibid.
Arbor vt fiat vicini, si in illius fundum radices agat 3.15.681. Vt quædam fuerit in Hermopoli Thebaidos ad valetudinem apta 1.5.59 Arbores grandes fundo inhærentes, an illius partem faciant 3.9.646.649. & seq. in Arboribus caduis vt non sit admittendus retractus 3.9.648
Archipresbyteratus dignitas, vt non ab alio obtineri & possideri possit, quàm à promoto ad sacros ordines 3.1.560. Illius beneficium vt sit sacerdotale 361. Vt habeat fori tam pœnitentialis, quàm contentiosi curam. ibid. Illius muneris qualis sit dignitas 3.1.563. Archipresbyterorum munus & authoritas 3.1.561
Area vt sit pars domus ac quidem maxima vocetur à Iurisconsultis 4.8.774
Vt domo diruta, si area remanserit; & exinde inædificata fuerit, ædificium ex vulgata iuris regula solo cedere debeat ibid.
Armorum metus aut periculum vt cessare faciat priuilegia & immunitates

Source : BIU Cujas

*immunitates: nec tunc temporis Senatores excipiantur à vigiliis aut excubiis* 2.11.450
*Arnulphi Lexouiensis episcopi de monachis quibusdam impostoribus expostulatio* 1.5.64
*Arrestum curiæ quando dicatur aut censeatur* 1.10.182. & 186.
*Arresti vis vt non ab executione pendeat, sed ipsa executio authoritate illius contineatur* 1.10.183
*Arsenius vt fuerit in iis quæ ad pietatem & diuini numinis cultum & ad morum etiam integritatem pertinent, vir egregius* 2.2.326
*Ars vt nulla in qua frequentius, audaciùs & magis impunè quàm in medicina peccetur* 1.5.63
*Artis suæ quemque optimum & authorem esse & disputatorem* 2.16.489. *Vniuscuiusque etiam mechanica vt specimẽ edendi antequam illius artis magisterio decorari possit* 1.5.68
*Artium liberalium doctores quanto præmio à Iulio Cæsare affecti* 3.3.586. vbi plura de illis qui itidem huiusmodi doctores coluerant.
*Assertio viri probi vt etiam sine iuramento vera* 1.11.194. *Assertionis ad innocentiam probandam, aut ad sanciendam fœdorum fidem, aut ad dirimendas lites vt inuocato Dei nomine fieri debeant* 1.11.199. & 202
*Asyla vt olim Ecclesiæ & loca sacra* 1.6.89. *Cur ius illud hodie sublatum* ibid. *Athanasius vir innocentissimus vt per contumaciam adulterij & cædis in Synodo damnatus* 1.10.161. *Illius certamina celebrata* 1.5.68. *D. Athanasij episcopatus vt ab Arrianis accusatus* 1.7.106. *Athanasio quæ obiecerint Arriani* 2.2.311
*Athleta nullus sine sudore coronatur* 2.7.392. *Athletarum iusiurandum quale* 2.19.539
*Atticorum ritus apud aram Iouis Poliei quis* 1.4.41
*Auaritia quàm perniciosa animorum (maximè Ecclesiasticorum hominum) labes* 4.3.745. *Auaritiæ quoties adiicitur ignorantia, vt tum demum iudicierũ ladatur maiestas & magistratuũ authorit-*

Source : BIU Cujas

*authoritas offendatur* 2.16.494
*Augustus vt vxorem Liuiam sicut & Tiberium nomen suum ferre insserit* 4.4.757
*D. Augustinus vt nullo doctore libros liberalium artium intellexerit* 1.5.66
*Auorum nomina nepotibus indita* 2.9.418
*Aureliæ vrbis laus ratione benè instructarum viarum* 2.3.339
*Aureliani Imp. prudentiæ exemplum penes monetam* 1.16.273
*pro Aureo veteri quinquaginta solidorum vt possit præstari aureus hodiernus sexaginta solidorum* 1.16.282
*Aureorum semisses vt primùm formati* 1.16.284
*Authoris mala fides, vt transeat in successorem* 1.7.129
*Authoritas in iure vt sit pro ratione* 4.6.766

B

*Banna, vt dicantur publicationes coniugij quæ fiunt in Ecclesia* 2.17.500
*Barragium quale tributum apud Aurelianenses* 2.3.340
*Basilius Imp. vt legem tulerit, Ne potentiores multiplicandis prædiis angescerent* 2.2.312
*Basilius Magnus vt multas hospitales domus construxisse memoretur* 4.2.733. *Vt præconiis commendatus quòd ægrotos quosuis morbo non modò inuiserit, sed & curaret sollicitè* 2.10.441. *Vt primus circa Pontum monasteria instituerit, & quam monachis legem præscripserit* 2.2.305
*Bastardi vt communi voce nothi, spurij & naturales dicti, & ab omni successionis iure de iure Gallico repulsi* 2.14.473
*Belisarius quanto honore à Iustiniano Imp. fuerit affectus* 1.16.275
*in Bello vt bis peccare non liceat* 1.4.44. *Bellorum tempus, vt contumaciam excuset* 1.10.182
*Benedictio Ecclesiastica & sacerdotalis, vt in sponsalibus necessaria* 2.17.502. *& seq.*
*Beneficium quando vacare intelligatur* 3.1.567. *Vt sit, quod quis dedit, cùm illi liceret non dare* 36.624. *Vt sit, quod totum*



Source : BIU Cujas

*eius causa præstatur, in quem confertur* 3.11.654. *Vt sit, quod totum eius causa præstatur, in quem confertur.* 4.2.736. *Vt differat à consilio* ibid. *Vt vacare non censeatur, vbi non interuenit superioris authoritas* 3.1.556. *Beneficij canonica institutio vt censeatur matrimonium spirituale* 3.5.603. *Beneficij inter duos controuersi vt non hic aut alter ex litigantibus certus ac legitimus possessor censeri debeat, sed lite pendente dubium maneat & incertum possessionis ius* 3.1.566. & 567. *Fructus vt nulli nisi officij ratione debeantur* 1.7.120. *Resignatio vt non valeat, nisi qua adiuncta Prælati superioris authoritate & approbatione fit* 3.1.556. *in Beneficio vt nullus ius habeat, nisi qui institutionem canonicam ab Episcopo aut superiore obtinuit* 3.1.557

*Beneficia vacantia vt Rex pẽdente regalia cuieũque voluerit conferre possit* 3.1.554. *Vt de facto vacare dicatur* ibid. *Vt aliquando indignis dentur in honorem parentum* 2.13.467. *Vt hodie venentur* 1.7.100. *Ecclesiastica vt sine diminutione pensionis conferri debeant* 1.7.120. *Vt certis anni mensibus concedi oporteat graduatis in fauorem studiorum ex concordato inter Summum Pontificem & Regem Galliarum* 3.3.590. *Vt graduatis debeantur ex ordine & antiquitate non nationis* 3.3.593. *Vt pro titulo sacerdotali esse possint: atque eadem ratione perpetuò retineri debeant, vt nec cedere, nec resignare ea liceat* 3.2.575

*Beneficiorum alienationes, permutationes, & resignationes, sicut patrimonij temporalis quemadmodum hodie ex corruptione huius sæculi sint in vsu* 3.2.581. *Eorum curam animarum habentium & non habentium differentia in pensionibus constituendis* 1.7.130. & *seq. Illorum sectio & diminutio omnis prohibita* 1.7.131. *Vt alia cura animarum habeant, alia non* 1.7.125. & *qua vtraque* ibid. *de Beneficiorum pensionibus & resignationibus plura toto c.7. lib.* 1.98. & *seq. Beneficiis suis renunciare vt sacerdotibus non liceat sine Episcopi consensu* 1.7.102

*Bezeel*

Source : BIU Cujas

Bezeel filius Vri vt afflatu diuino insignis artifex factus 1.5.67
Bias Priennensis vt in causis orandis peritissimus; cuius summa fuit laus, quòd non alias quàm bonas causas defenderet 2.19.538
Bigami vt repellantur à sacerdotali dignitate 1.8.136
Blanditiæ virorum vt maximè ad muliebre ingenium efficaces preces sint 2.13.466
Bochoris Ægyptij legislatoris lex in debitores nullo scripturæ vinculo denictos 2.10.431
Bona fides vt non patiatur plus minúsve conuento exigi 1.2.21
Bonifacij Pontificis constitutio circa renunciationes filiarum vt turi ciuili contraria sit 2.4.345. Quàm absurda 346. constitutionis circa bona dignitatum vel Ecclesiarum vacantium intellectus 3.4.599
Bona damnatorum apud Persas filiis vt non adimerentur 1.12.213. Ecclesiæ deposita in quibus impendi debeant 2.15.482. Illa bona vt sint clericorum merita stipendia, & maximè in alimenta ministrorum Ecclesiæ destinata 3.2.573. Bona filiis vt reseruanda de iure naturæ 1.15.263. Intestatorum vt non ad Ecclesias, collegia, vel vniuersitates, sed ad propinquos & proximos agnatos pertineãt de iure Gallico 4.3.745. & 747. Paterna vt adiudicata filiæ quæ ex patris professione legitima habita est 2.17.516. Illa bona vt inter filios & filias de iure ciuili Rom. æquo iure diuidi oporteat 3.6.617. Vt vnico filio relinqui suadeat Hesiodus 1.15.265
Bona per clericum acquisita ex reditibus Ecclesiæ, vt æqualiter inter illius hæredes & Ecclesiam diuidi debeant ex veterum canon. 3.4.609. Quæ quis obligationis contractæ tempore debitor non possidebat, an obligentur 3.12.665. & 666. sua vt Athenis proximis agnatis & legitimis hæredibus morientes relinquere tenerentur, nec ante Solonem liceret de rebus suis testamento quidquam legare vel donare 4.2.729. Vt sine dolore amittãtur, quæ absq; delectationis illecebra possidẽtur 2.1.327
Bonorum cõfiscatio seu publicatio cur introducta 1.12.209. & seq.



Source : BIU Cujas

Bonorum possessio Carboniana vt & quando liberis concedatur & denegetur 2.18.529. Illorum prærogatiua vt nulla inter liberos esse debeat 3.6.618. Bonorum publicatione vt societas distrahatur 4.16.861

in Bonorum caussa vt non sit eadem patris & filij consideratio 2.13.469. Collatione inter fratres, vt tempus mortis attendi debeat 2.8.403. Diuisione & successione vt sit æqua omnium liberorũ conditio, nisi lege municipali aut à testatore contrà disponatur 4.4.752. Quæstione, vt filium aliquem esse aut nepotem constare debeat antequam alimenta decernantur 2.9.408

per Bonorum possessionem vt remittatur corporis pœna 2.15.484. de Bonis eorum qui sibi mortem conscierunt quid iuris 1.12. passim à p.203. ad 221. de Bonis & hæreditate eius qui primũ religiosus ordinis Dominicani, deinde Episcopus fuit quid iuris 4. passim toto c.3.p.738. ad 748. Ex bonis damnati quoties portio à lege definita filius reseruatur, vt non augeantur liberorum portiones eorum omnium ratione quacunque damnatus ex crimine consequutus fuit 3.7.633

Bruno vt fuerit Carthusiani ordinis institutor 2.2.328

Burdigalẽsis Academiæ professores ab Ausonio recensiti 3.3.586

C

Cæcilianus vt à Donatistis accusatus & à Cõstantino Imp. absolutus 1.6.91

Cædem Charicleæ, vt virginitatis illius defloratione interpretetur Thyamis apud Heliodorum 4.10.810

Cædis falsò damnatorum exempla aliquot 14.34. Quid iuris in iis ibid. & seq. Cædis vindicta & vltio vi proximis agnatis competat 3.7.634

Caij Ticinij Fanniã impudicã in vxorẽ ducẽtis exẽplũ 3.7.629

Caligula Imp. vt Iurisconsultorũ responsa tollere voluerit 2.1.290. Vt male audiuerit, quòd populo minutissimis literis & angustissimo loco legem de vectigalibus proposuisset 2.1.300. Illius tyrannidis exemplum 1.12.214

Calumniari vt non liceat maximè in criminibus 1.14.251. Calũniantes

Source : BIU Cujas

Fiantes vt ad vindictam poscat supplicij similitudo 1.14.252
Capitis diminutione maxima & media vt interire dicantur homines 4.16.857. Maxima vt finiatur vsusfructus. ibid.
in Captiuorum redemptionem vt olim fuerit ingens Christiana charitas 2.15.482
Carcer vt non ad pœnam, sed ad custodiam inuentus 2.6.377. Vt Senatoribus vltimum esset olim supplicium 1.13.235. Vt sit pœna 2.6.371. Impiorum tenebræ ibid. Vt tamen infamiam inuis non irroget ibid. imò sit quædam facti infamia ibid. Vt aliquando vltimum supplicium aliis ibid. Carceris quantus esse debeat horror 1.10.161. Carcere detentis vt non omnibus indulgendum indiscreto pietatis affectu 2.15.483. à Carcere vt priuilegiata sit mulier 2.6.372
Carneades cur olim malè audiret 2.19.540
Caroli magni constitutio circa iudicia 1.4.47. Statutum pium & laudabile in placando irato Deo, vbi fames, clades, pestilentia, & id genus afflictiones accidunt 4.15.845
Carthusianorum abusus in comparandis prædiis 2.2.311. & seq. Illorum fauor vt inter monachos præcipuus 2.2.338. Frugalitas & œconomia laudata 2.2.333. Vt illorum antiqua immunitas à tributis & oneribus fuerit senatusconsulto confirmata 339. Illorum incommoda 2.2.328. Illorum ordinis origo, instituta & regula. ibid. Nominis etiam origo 329. Ipsis vt nullo modo liceat carnes edere 330. & cur 331. Laus maxima ibid. Illorum monasteria vt in locis auiis, solitariis, montosis aut syluestribus plerunque sita 2.2.322. de illis plura 2.2.301. & seq.
Casus fortuiti vt nulla debeatur euictio 1.16.284. Casibus fortuitis mulieris maritum vel vxorem viri participem esse vt nihil tam humanum sit 4.1.721
Cassij Consulis pater vt illum vltimo supplicio affecerit 1.15.260
Castitas vt præcipuus fœminarum ornatus 1.9.148. Vt in mulieribus requiratur 1.14.253. Illius & virginitatis votum vt quidam habuerunt 4.10.802. vbi aliquot exempla. & vt sit castitas

Source : BIU Cujas

castitas legitima coniugum coitio ibid.
Castrensia vt esse desinant personæ mutatione 3.7.635
Casus inuolutus & implicitus vt ex euentu declarationem accipere debeat 2.8.402. & 3.1.571. item 3.19. 713. Non expressus vt pro omisso sit habendus 3.15.684
Catonis encomium quale 2.19.537. Catonis Romani sibi mortem inferentis exemplum 1.12.207. Illius mors voluntaria vt laudata 1.12.216. Vorum vt fuerit forum muricibus sterni 3.1.570. & hoc, vt nulli adessent litigatores qui offenderentur.
Cauere de iudicato vt olim omnes tenerentur, nullo ciuium vel exterorum habito discrimine 4.11.821. Vt teneretur iure Romani, qui causam domum reuocabat 4.11.821
Causa iusta vt dici non debeat in exactione satisdationis, nisi quæ ex facto & culpa eius qui conuenitur procedat 4.6.769
Causæ piæ commendatio 1.1.1. & seq. ad Causam primam seu originem rem reducere, vt sit æquissima consuetudinis vel pacti reductio 3.16.686
Cautio facilior vbi manifesta formido 2.7.383. Vt in debitoribus de nuda remissione intelligenda: & vt aliud iuris sit cùm satisdari fideiussore dato petitur 4.6.769. Cautionis præstandæ necessitas initio litis vt in fauorem ciuium & regnicolarum introducta 4.11.818
Cedere iure suo quàm sit periculosum in diuinis 3.1.565
Celeritas quàm inimica consiliis 1.4.45
Censores in semetipsos pariter & nocentes 2.17.512
in Census exactione vt æquitas canonica iubeat spectari valorem antiquæ monetæ, vbi nummorum valor fuerit mutatus 1.16.273
ex Censu vt crearentur magistratus, senatores, duces & iudices 3.2.574. Census vt olim equites & magistratus faceret, verùm sanctius & vtilius esse non quale patrimonium, sed cuius sint existimationis 3.2.579
Certamina maiora vt maiora sequantur præmia 3.3.590



Source : BIU Cujas

*Cessum quod semel fuit vt quis postmodũ recipere possit* 3. 1. 565
*Cessionis auxilium miserabile vt non locum habeat in mulctis criminalibus* 2. 15. 479
*Character nummis impressus, vt sit summi imperij argumentum* 1. 16. 283. *Vt is & publica authoritas, bonitatẽ illorũ æstimet & constituat, non autem ipsa materiæ consideratio* 1. 16. 284
*Charõdæ Sybaritarũ legislatoris lex in secundas nuptias* 1. 8. 135
*Chilperici Regis donum in Abbatem Lupicinum ejúsque monachos collatum quale* 2. 2. 306
*Christianæ pietatis argumentum vt fuerit ægros pestilenti labe infectos inuisere, curare & solari* 2. 10. 440. *Contrà impietatis & timiditatis deserere* p. 441
*Christianus pius vt ante decessum omnibus conscientiæ suæ nauis mederi, cogitare debeat* 1. 3. 29. *& seq. Vt execrari debeat cæremonias superstitiosas* 1. 10. 202. *Christiani nominis honor vt fraudem magis faciat quàm patiatur* 1. 7. 121. *Christianum vt non faciat Ecclesiastica dignitas* 2. 2. 310
*Christiani cur à Iuliano Imp. à magistratibus reiicerentur* 1. 6. 84. *& 85. Christiani principes ac quidem reges Gallorum vt beneficia sacerdotalia & dignitates Ecclesiasticas conferre potuerint* 3. 1. 546 vbi id genus exempla plura & p. seq.
*Christianorum quanta olim fuerit in pios homines liberalitas* 2. 2. 303. *Ipsis vt nefas fuerit si appellati depositum abnegarẽt* 2. 10. 433. *vt nullo modo liceat sibi mortem inferre* 1. 12. 207. *& seq.*
*Christus vt nuptiarum solemnitatem sua præsentia honorare voluerit* 2. 7. 381.
*Chrysostomus vt fuerit eloquentiæ natus & aduocationi primùm studuerit* 2. 19. 531. *Vt quater euocatus, Synodus episcopatum ei abrogauerit* 1. 10. 162
*Cibus vt sit gratior esurienti* 2. 12. 458
*Cicero vt tres & sexaginta annos vixerit* 4. 2. 731
*Circumuenientes simplicitatem alicuius vt animaduersione digni sint* 2. 18. 527

Cistercienses

Cisterciensis monachi quatenus à decimarum præstatione liberi & immunes 2.2.337
Citationis trinæ vsus ante damnationem 1.10.168. & seq.
Citatus si quis ad diem non responderit, vt excuseatur si feriatus dies fuerit 4.13.847
Ciuitatis custodia vt nulla dignitatis exceptione, nullaque immunitatis excusatione remittit possit 2.11.453. Illius defensio vt inter personalia munera recenseatur & per ipsosmet ciues obiri debeat 2.11.446. Princeps magistratus 2.11.443. Ciuitate donari apud Rom. vt magnum fuerit 3.3.586
Ciuium iura vt nothis concedi nollet Pericles 3.14.476
Claudia, vt nouo more maiestatis iudicium apud populum subierit, ideò quòd infaustam populo Rom. vocem cum voto emisisset 4.12.822
Claudius Cæsar Caligulæ successor vt ipsi & Tiberio fuerit contrarius 1.12.214
Clausulæ huius, si sine liberis, in testamentis plerunque adiectæ, vt hæc plerunque vis sit, vt quoties dubia & controuersa videtur, omnia debeant ad intestati causam reduci 4.17.864
Clericatus verus vt non sit honos, sed onus 1.7.101
Clericus beneficij possessor, quatenus marito comparari possit 3.4.§97. Vt non possit ordinari in presbyterum, nisi cum titulo 3.2.573. Vt satis diues sit, quem perpetua vitæ morumque probitas etiam nullis facultatibus spectabilem facit 3.2.582
Clerici & alij Ecclesiastico ordini consecrati, vt non alios affines & cognatos præter Christi pauperes habere debeant 3.4.595. Immobilium possessores, vt fiscales pensitationes pro prædiis quæ possident persoluere teneantur 2.2.313. Opibus inhiantes vt sint instar eorum qui mandat terræ thesauros luctuosos, qui hæredibus breue gaudium, auctoribus longum mœrorem pariunt 4.3.739. Qui nihil habentes in aliqua dignitate ordinantur, & tempore dignitatis & clericatus agros & prædia nomine suo comparant, vt tanquam rerum dominicarum inuasionis crimine teneantur, nisi Ecclesiæ contulerint



Source : BIU Cujas

4. 3. 741. *Qui occulto reticentiæ crimine vera suppresserint; vt graui animaduersione & pœna digni sint* 2. 19. 542. *Vt quicquid parsimonia, industria, negotiatione aut aliter congerunt, id omne in vsum pauperum & egentium ministrare teneantur* 2. 2. 312. *Vt ali & sustentari debeant Ecclesiæ stipendiis & reditibus* 3. 2. 573. & 580. *Vt de reditibus & fructibus Ecclesiasticis libere disponere possint, & quatenus suis vsibus, vestitui, & alia necessaria suppeditare possint* 3. 4. 594. & *seq. Vt in leuibus delictis soleant ad suos Ecclesiasticos iudices remitti* 1. 6. 90. *Sed in grauioribus ius sit penes iudices seculares* ibid. & *seq. Vt in quibusdam criminibus sine exauthoratione puniri possint* 1. 6. 92. *Vbi id genus exempla profert. Vt non apud seculares iudices causam dicere teneantur* 1. 6. 83. *Vt non diuitiis & reditibus proprijs abundare debeant* 3. 2. 580. *Vt sint Christi milites, aly seculi* 3. 4. 600

Clericorum bonis vt debeat succedere Ecclesia 2. 2. 319

Clericorum causas, vt in commune iudicari velit *Anacletus Papa* coram primario Ecclesiastico & patritio seculari 1. 6. 92.

Illorum vitæ & mores quales esse debeant 2. 2. 315

Clericis donare aut legare vt & cur legibus interdictu 2. 2. 304. 1. 3. 23. & 2. 2. 304. Immunitates concessæ vt non rebus, sed personis competant 2. 2. 312. Ipsis vt ante ordinationem assignari debeant stipendia militiæ Christianæ 3. 4. 600. *Vt non deceat consortium virginum seu fœminarum etiam sub prætextu sororiæ appellationis* 2. 2. 332. Clericos & presbyteros vt nouum seculum ad vilem quæstum & seruilia opera adegerit 3. 2. 578

Cliens vt aduocato seu patrono suo nihil celare debeat 2. 19. 531. Vt non possit patroni aut aduocati sui testimonio vti aduersus partem suam: Imò quidem pars aduersus illum 2. 19. 543

Clientes à patrono deseri vt non possint sine summa infamia 2. 19. 532. Vt dicti quasi colentes ibid.

ex Cloacarum impuro halitu vt aër pestilens sæpius gignatur 2. 10. 428

Cœli

Source : BIU Cujas

Cœlibatus prohibitus à Platone 2.7.384. item & legibus Romanis ibid. Ecclesiasticis quoque ibid.
Cogitationes malæ vt delicta censeantur 1.6.96
Cohæres etsi defuncti inopiam causetur, aut se à cohærede spoliatum dicat, vt non tamen excusetur quin æquo iure as alienum luat 4.13.829
Cohæredes vbi plures sunt rei alicuius domini pro indiuiso ex aquis portionibus, vt communionis ratio non alia haberi debeat, quàm vt vnusquisque eorum rei communis dominus pro indiuiso censeatur 3.19.708
ex Cohæredibus si aliquid vni sit prælegatum, vt non illius prælegati ratio habeatur in persoluendo ære alieno 4.13.829
Coi insulares populi vt à tributis immunes facti sub Claudio Imp. 2.2.335
Coitus vt interdum veneficis artibus impediatur 4.10.792. vbi huius rei exempla aliquot proferuntur & pa. seq. Vt etiam interdum absque maleficio intercedant frigida quædam interualla, quibus vir inhabilis est ad ipsum coitum 793. vbi etiam alia id genus exempla tam ex iure quàm ex historicis.
Collationis vt sit præmatura spes, cùm adhuc viuat is, cuius de bonis quarta debetur 3.6.621
Collationes vt contineantur fructuum nomine 3.1.554
Collegia vt defunctis ab intestato nõ succedãt in Gallia 4.3.745
Colonus an dominum nominando ab instantia & lite absolui debeat 4.9. à p. 778. ad 780. Si dominum cum quo locationis lege contraxit cùm in iudicium aduocare possit hoc facere negligat, vt nulla ratio contumaciam eius excusare possit 4.9.779. Vt verus non sit possessor, & licèt rem detineat, non tamen suo, sed domini nomine possidere 4.9.779
Columbarum pudicitia 1.13.229
Coloni & possessoris vt alia sit conditio 4.9.779
Columnarij monachi qui olim 2.2.324
Commeatus vt tutus sit, opus regium 2.3.342
Comminatio vt per se sola nihil operetur 2.9.414. Vt non au-



Source : BIU Cujas

ctoritatem rei iudicatæ habeat ibid.
Commissoriæ legis pactio, & id genus aliæ similem effectum habentes vt prohibeantur 2.8.399
Communionis inter coniuges conuentio vt etiam constante matrimonio inita admittatur 4.1.718
in Communibus rebus vt non tempus hæreditatis delatæ, sed diuisionis inter coheredes factæ inspiciendum sit 3.19.714. & seq.
Compromissi pœna appellatione interposita semel commissa, vt exolui debeat 3.8.646
Commendatio vt fauore magno digna sit 3.8.643
Concordia vt nuptiis præsidere non auaritia debeat 1.2.12
Concubina qua intelligatur 2.17.498. Ex illa nati vt legitimi hæredes esse possint, sicut & ipsa concubina legitima vxor 2.17.509
Concubinarum vsus vt legibus permissus 2.7.384. & seq. contrà illiciti coitus vt prohibiti 2.14.473. Concubinatus incommoda 2.17.499. & seq. Illius liberi vt & cur non succedant 2.17.507
Cõcubitus solus vt nõ sit sufficiẽs matrimonij probatio 2.18.517
Concupiscentia vt nos stupro adæquauerit 2.7.390
Condemnatio in metallum, vt olim damnatum seruum pœna redderet 4.16.854. Malorum, laus bonorum 1.4.50
Condemnationis executio, vt fiat in absentis effigiem 1.10.169
Condemnatus vt non dici debeat, nisi sentẽtia valeat 3.17.694. Condemnatum qui sentẽtia victus fuerat, vt decima litis parte iura mulctarint 4.11.821
aduersùs Condemnatos vt carceris executio sine exceptione licita 2.6.378. Condemnatis debitoribus vt quadrimestre tempus de iure Gallico concessum 2.6.376 & 378. Vt illa concessio de iure Imperatorio profecta 376
Conditio potestatiua, vt propriè conditio non sit 2.9.407. An & cur ea quæ ex potestate venditoris pendet, retrò ad diem venditionis referatur 3.18.705. Conditio, Si mulier non nupserit,

Source : BIU Cujas

tit, *in legatis apposita, vt sit intelligenda* 2.7.386. *Vt magnam disputandi occasionem inter Doctores excitarit* 388. & 393.
Cõditio, Si nulli nascãtur liberi qui sint matribus superstites, *vt pluralis sit locutio, quæ in singulares resoluitur* 3.13.672
Cõditiones potestatiuæ vt nullo casu retrotrahãtur 2.8.404. *Verbis negatiuis cõceptæ, vt dominij trãslationẽ impediãt* 3.14.678
Confessio Rei, *conscientiæ vox* 1.4.40. *Quæ sit confessionum in iudicio authoritas* ibid. *Rei sola vt non sufficiat in criminibus ad condemnationẽ* 1.4.46. *Sceleris vox doloris* 1.4.47. *Voluntaria suspecta* 47
Confessiones auriculares sacerdoti factæ vt reuelari non debeant, *sitque sacerdos puniendus qui eas detegit* 2.19.§33
Confessus vt non habeatur pro iudicato in extraordinarijs criminum iudicijs 1.4.48
Confirmans actum, vt nihil de nouo det, *sed confirmatio pristinæ conuentioni accedat* 3.17.698
Confiscatio bonorum cur introducta, & in quibus criminibus 1.12.210. & *seq.*
Congressus vsus in probando legitimo matrimonio 4.10.815
ex Coniecturis vt eliciatur testatoris voluntas 4.4.761. & *seq.*
Coniugalis charitas vt neque senio, neque frigiditate aut alio defectu minui debeat aut tepescere 4.10.795. *Coniugalis coniunctio vt* λειτουργία τῆ φύσει *dicta* 4.10.801. *Coniugalis patientiæ consolatio* 2.14.474
Coniugi superstiti inopi, *vt certa aliqua bonorum præmortui pars assignata* 1.13.224
Coniugis homicidium vt parricidium dictum 1.14.244. *Vt sibi olim inuicem succederent* 2.7.386. & *seq.* *Inter eos vt nihil diuiduum esse debeat* 4.1.718. *Alter, vt ex caussa ignorãtiæ excusari soleat* 2.18.526. *Vt ex illorum coniugio susceptæ proles sit legitima* ibid. *Beneuolentia vt omnes superet charitates* 1.8.138. *Illorum donationes vt constante matrimonio inualidæ* 1.2.19. *Sponsorum contrà* ibid.



Source : BIU Cujas

Coniugum inter se donationes & liberalitates vt lege municipali inhibeantur non aliy contractus 2. 13.407. 3. 11. 654. & seq. Illorum ius penes dotes & donationes quale fuerit apud veteres Gallos 4.1.721. Illorum naturale votiũ, vt legitima liberorum procreatio eis haeredes assignet 4. 10. 804. Illorum vitae vt gratiae voluptatis illecebras soleant conciliare 4. 10. 800. Vt Romae magnã fuerit Deae Viriplacae ad conciliandã coniugum iurgia vis & potestas ibid. Societas omnium bonorum vt admittatur 4.1.718. & de iure probetur ibid. & seq. Coniugibus nouis vt lex diuina anni spatium indulgeret 4. 10.801

Coniunctio etiam pudica vt nonnullis rubori sit 4.10.790

Coniugium dici non posse vbi non est fidei concordia 2. 17. 502. Vt non facilè praesumatur vbi est inaqualitas 2. 17. 499. Vt non virginitatis defloratio, sed pactio coniugalis faciat 1.2.16. & 2.17.499

Coniugij celebrationem vt trinae publicationes praecedere debeant 2.17.500

Coniugij commendatio 2.7.381. Fœdus quatenus iucundum & gratum 4.1.722. Coniugio vt duo licitè desiderari possint, Voluptas & Prolis spes 4.10.801

Coniugia citra sacram Ecclesiae benedictionem vt valere neget Leonis constitutio 2.17.511. cõtra Canonistarum decreta 513. Infidelium valere & subsistere vt canonica dispositio iubeat, nec post baptismi lauacrum debere separari 2.17.513

Coniugiorum quae plena probatio 2.17.504. in Coniugiis vt inaqualitas facultatum & familiarum non sit semper & vbique spectanda 2.17.508. & seq. in Coniugiis vt promissiones primae ritè factae praualeant 2. 17. 514. Vt ex canonicis & Ecclesiasticis constitutionibus, non autem ex Iurisconsult. aut Imp. legibus res sit determinanda 2.17.511

Consanguinitatis probatio vt non sola professione aut scriptura fiat, sed ex ipsa facti veritate pendeat 2.18.516

Conscientia bona, vt prodire velit, cùm ipsas nequitia tenebras timeat

Source : BIU Cujas

*timeat* 1. 2. 17. *Conscientiæ confidens qui maledicta negligit, vt crudelis sit* 4. 12. 824. *Malæ vt sit lux grauis* 1. 10. 167
*Consensu coniugum vt matrimonium fiat legitimum* 2. 9. 416. *Consensus patris vt in matrimoniis liberorum necessarius* 2. 9. 406. *& seq. Contra de iure canonico* 415. *Vt non sit necessarius eorum, quorum contradictio obesse nequit* 1. 2. 11. *per Consensum solùm vt neque bigamium contrahatur, neque religionis impediatur ingressus* 4. 10. 800
*Consentes Deos vt duodecim finxerit antiquitas, sex mares & sex fœminas* 2. 4. 351
*Conseruator regius vt Lugduni constitutus pro decidendis mercatorum quæstionibus* 2. 16. 491. *&* 495. *Vt nullius negociationis particeps esse possit* ibid. *Illius confirmatio* 497
*Confirmatio legitima vt non priuati alicuius confessionem requirat* 4. 15. 851
*Consilia fortissima in rebus asperis tutissima* 1. 7. 124
ex Consilij sententia *vt in pronunciandis senatusconsultis consueta sit formula* 1. 4. 39
*Consiliis publicis vt officiant res priuata* 2. 11. 446
*Constantinus Imp. vt Ecclesiis omnium indictionum vacationem concesserit* 2. 2. 335. *Quàm beneficus fuerit in Ecclesiam* 2. 2. 334. *Vt naturalis & illegitimus fuerit* 2. 14. 473. *Vt testamentum suum commiserit presbytero* 1. 3. 27
*Constantini Copronymi Imp. morientis secretum Theophano quale commissum* 1. 3. 26
*Constantini Imp. dictum de authoritate Imperatoria in officia Ecclesiastica* 3. 1. 550
*Constitutio pœnalis vt ad hæredem extendi non debeat* 1. 10. 163. *Item nec actiones ex maleficio descendentes* ibid.
*Constitutio regis Ludouici* 12. *de vrbium limitaneorum excubiis* 2. 11. 446
*Constitutiones generales & odiosæ, vt personas priuilegiatas non cõprehendant* 2. 6. 370. *Regia, vt ab eo qui plus potest, subditis etiam iniustis præscribantur* 2. 1. 297. *Vt illæ vim legis*



Source : BIU Cujas

habeant 2.1.287
Consuetudo omnis vt Principis vel Senatus authoritatem requirat 2.1.296. Quando vim legis habeat 2.1.299. & seq. Sine veritate vt sit erroris vetustas 2.1.594. Vt pro lege suscipiatur 2.1.290. Vt regiæ potestati comparetur 2.1.289. Vt tempore confirmata ratione & religionem vincat ibid. Vt spectanda in iudiciis & controuersiarum decisione 2.1.290
Consuetudinis emendandæ, introducendæ & promulgandæ ratio & modus 2.1.295
Consuetudine & legibus municipalibus vt obligemur 2.1.296
Consuetudines quando in scriptis redigi cœperint 2.1.292. Illarum varietas pro varietate locorum ibid. Vsus & vis 293. Illarum prohibitio odiosa vt restringi debeat 2.13.469. de Consuetudinibus Franciæ: & à quo tempore noua vim habere incipiat 2.1.à p.287. ad 301. Illarum correctio vt pendeat in Gallia ex regia authoritate 2.1.293
Contagionis pestiferæ quantum sit periculum 2.10.424
Continentia pudicæ mulieri facilis & iucunda, Impudicæ ardua, difficilis & molesta 2.7.391
Continentiæ & non nubendi perpetuam conditionem stipulari, vt sit prohibitum 2.7.384. Illam promittere periculosum 2.7.383
Contractus à minore initus vt subsistat 3.17.599. Illius executio vt stipulatio pura dicatur 3.18.706. Prohibente consuetudine factus, vt ipso iure nullus 3.11.658. Quando dolum reipsa cõtinere dicatur 2.4.347. Illius, reditus annui & antichresis diuersitas 2.8.396. & seq. Tempus quo initus est vt sit inspiciẽdum in omnibus, in quibus ex contractu agitur 3.18.705. Tempus vt inspici debeat in iis, in quibus de pretio aut æstimatione agitur 1.16.272. Vt contractus censeatur pignoratitius quæ requirantur 2.8.397. de Contractus implemento quoties agitur, vt rem ex contrahentium voluntate metiri conueniat 3.13.671
in Contractus rescisione tanquam vsurarij quæ moneta numera-



Source : BIU Cujas

te aut pretij soluti ratiq haberi debeat 4. 18. 872. Vt spectari debeat valor qui fuit tempore contractus 1. 16. 272
Contractui inito aut standum, aut ab eo in totum recedendum 2. 8. 400
Contractum si quis tanquam testis subsignet vt obsit ei 4. 14. 837. Contractum sub conditione, vt conferri debeat 2. 8. 403. Contractum vsurarium an vetustas confirmare queat 4. 18. à p. 868. ad 877. aduersus Contractum initum quoties quis restitui vult, vt oporteat fieri restitutionem rebus omnibus integris 4. 18. 872
Contractus à minore initi an valeant 3. 17. 696. Fœneratitij vt reiici debeant 4. 18. 868. vbi plura de abusu & calliditate fœneratorum. Pigneratitij in quibus bona fide pecunia numerata est, si quis fructus præstatur, dummodo non excedat legitimum modum vsurarum, approbati 2. 8. 400
Contractus pigneratitij & antichresis collatio 2. 8. 399
Contractus pigneratitij, qui dicantur 2. 8. 397. Qui cum minore facti validi habeantur 2. 4. 347. Reditus annui vt de iure Pontificio probati 2. 8. 396. Vtrò citròque obligatorij 2. 7. 393. Vt ex conuentione & consensu, si de mensuris aut pretijs agatur, legem accipiant 1. 16. 280
Contractuum bonæ fidei & stricti iuris distinctiones vt hodie cessent in iudicijs 4. 6. 766. Fœneratitiorum seu vsurariorum & eorum quibus pro pecunia reditus frumenti annuus promissus est, qualis sit reductio ex regia constitutione apud Gallos 4. 18. 875. Fœneratitiorum & Redituum constitutorum differentia 2. 8. 396. Nullitates vt in Gallia ex generali & forensi regula non attendantur 3. 17. 699. Illorum obseruatio vt sit honestatis publicæ 1. 2. 9
de Contractibus pigneratitiis 2. 8. à pag. 394. ad pag. 404. in Cõtractibus cõditionalibus cùm quæritur quo tempore incipiat præscriptio, vt non ante diem impletæ conditionis, incipere dicamus 3. 18. 702. Vt in iis conditionis dies, non aliud tempus spectari debeat 3. 18. 702. in Contractibus qui alieno nomine

Source : BIU Cujas

mine fiunt vt sit expectanda domini ratum habentis voluntas 3.17.695. in Contractibus vt ius omne ex partium conuentione oriatur 3.18.706
Contrahens cum alio vt de illius conditione certus esse debeat 2. 18. 525
Contumaci vt annus concessus ad sui purgationem, & illius anni initium quale 1.10.171
Contumaciam defuncti vt heredibus purgare liceat 1.10. 159
Contumacia rei vt intra quinquennium purgari possit 1.10. 158.& 163. Vt ad refusionem impensarum teneatur, antequam audiatur ibi.& mulcta 181. Vt locum non habeat belli tempore 1.10.182. Vt non minus odiosa quàm ipsum crimẽ 1.10.165. Vt priuatos lædat & rẽpub.166. Vt nõnullorũ etiã illustrium damnationis causa fuerit 1.10.167. Vt non semper in crimen verti, vel in sceleris conscientiam imputanda 1. 10.161. Vt purgari possit etiam præter aliquot dierum moram, vbi nullum actori sit præiudicium 1.10.187 Vt disciplinam publicam offendat & tacitæ confessionis speciem quandam referat 1.10.167. Vt variis apud varios affecta pœnis 1.10. 169. quem Contumacia eluerit, vt non sufficiat eum pœnæ suæ restitui 1.10.164. Illius Sententia si per quinquennium durauerit quid iuris 1.10.173. Vox vnde dicta 1.10.164
Contumaces in criminalibus caussis si quidem ante damnationem iudicio se sistant, vt pristinæ famæ restitui, innocentiam purgare & ab omni etiam calumnia vindicare possint 1. 10. 186
Contumacialium pœnarum rigorem, vt principi liceat de iure Gallico remittere 1.10.181
Contumelia vt sit minor iniuria 4.12.823
Conuentio in alia re facta aut cum alia persona, an in alia re aliáve persona noceat 4.7.772. Redhibitionis aut retrouendendi faculias vt non reddat contractum pigneratitium 2.8. 398. Conuẽtione priore resoluta, vt res in pristinam causam redeat 4.10.

Source : BIU Cujas

4. 1. 721. *Conuentiones contra nuptiarum libertatem factæ, vt ipso iure nullæ* 2. 7. 379. & 386. *Matrimoniales quæ & quantæ authoritatis in Gallia* 1. 15. 266. *Paternæ in fauorem liberorum factæ de bonis inter illos diuidendis, vt lege non admittantur* 1. 15. 162. *Quæ viuentis hæreditatem diuidunt vt ipso iure nullæ* 1. 15. 262. *Quæ incertitudinis conditionem habent annexam, vt multo fauorabilius admitti soleant* 4. 1. 721. *Vt tam extra quam contra fidem tabularum nuptialium seu matrimonij contractum factæ insciis propinquis improbari debeant* 1. 2. 22. *Vt fauorabiliores quæ pactis dotalibus continentur* 1. 15. 263

*in* Conuitiantem mulierem quale fuerit senatusconsulti temperamentum 4. 12. 825

Conuictus & consortia vt moribus prosint aut noceant 1. 9. 150

Conuiuiorum leges Licinia & Iulia 1. 2. 14

Copia vt satietatem & fastidium gignat 2. 12. 458

Copras vt diuinum habuerit in curandis morbis donum 1. 5. 60

Corporis honor & pudor vt simul cum amictu vestis ponatur 4. 10. 784

Corpora artium vt constituerit Seuerus *Imp.* 2. 16. 488. & seq.

Correorum vt vna sit eademque obligatio 4. 7. 771. *Illæ pactiones vt sibi inuicem prosint in iis, in quibus omnium æquo iure interest obligationem in totum vel perimi vel conseruari* 4. 7. 773. *Correorum vnius electio quid operetur* 4. 7. 773. *Vno ad partis suæ solutionem admisso, vt debiti diuisio aliorum respectu non inducatur* 4. 7. à p. 771. ad 773. *Vt vnius factum cæteris quoque prosit* 4. 7. 772

de Crastino non esse cogitandum præceptum, vt intelligendum 2. 2. 327

Credendi ius cum Tiberius ad veteres antiquarum legum regulas referre voluisset vt nummariæ rei penuria cœperit 4. 18. 870

Creditor an post contractam & perfectam obligationem nouas solutionis securitates petere possit 4. 6. 766. *Antiquior consen-*

*tiens*

Source : BIU Cujas

tiens an tùm debitore eandem rem sibi priùs obligatam tertio creditori obligaret, ius suũ pignoris remiserit 4.14.836. Quatenus ante diem solutionis possit compellere debitorem ad solutionem aut satisdationem 4.6.768. contrà 469. & seq. Permittens rem sibi obligatam alienari, vt pignus dimittere & liberare censeatur 4.14.836. Vt non sit cogendus in aliam formam nummos accipere, quàm in eam, quam in mutuo credidit 1.16.274. & seq.

Creditoris hæreditarij & vnius cohæredum quanta sit hypothecæ differentia 3.19.710.711. & seqq. maximè 714. vt sit Creditoris humanitas, vbi correorum debendi vnum pro portione sua conueniendo liberauit, dum legem obligationi dixerit, vt æquo iure cæteri correi conueniantur & taciti pacti exceptione tuti sint 4.7.772. Vt hæc creditoris humanitas in debitorem à sacris scripturis laudetur 2.6.369

Creditori quatenus solutio vnius ex correis præiudicium non faciat 4.7.773. Vt non obsit sola præsentia, sed subscriptio contractus 4.14.836

pro Creditore senatusconsultum ratione solutionis faciendæ pro varietate valoris nummorum 1.16.286

Creditores à debitoribus quàm inæquali conditione distent 2.6.377

Creditores hæredem debitoris si suspectum habeant vt possint satisdationem pro suo debito exigere 4.6.767. Hypothecarij vt in immobilibus suum ius hypothecæ etiam aduersus mulierum dotes retineant secundùm sui contractus diem 4.19.880. Vt causæ fiscali præferantur 4.16.857

inter Creditores personales quale priuilegium æstimari possit 4.19.879. ad Creditorum securitatem vt donationum insinuationes introductæ 3.17.693

Creditoribus vt lege diuina debitores eorumque filij addicerentur 2.6.376. & seq. Vt persoluerit Sophia Imperatrix debita eorum qui ære alieno obstricti erant, & pignora dominis restituerit 4.18.470

Crimen

Crimen maiestatis vt statim quo sola cogitatione aggressum est, eodem etiam momento punivi sua mente rescribat Imp. 3. 7. 630. Item & Regaliæ locum esse ibid. Sibi mortem inferentis, vt præ cæteris scelestissimum 1.12.204
in Criminibus vt animus & voluntas potissimum spectetur 1.6. 95
Criminis raptus persecutio, vt etiam consanguineis raptæ virginis concedi soleat 4. 12. 824. Reus vt non à iudice, sed à proprio scelere puniatur 1.4. 42. Vt in quouis Crimine olim iudicia exerceri non possent 1.10.159
Criminum cognitio vt exactiorem desideret prudentiam quàm ciuilium causarum 1.4.43. & seq. Pœnæ cur aduersùs bona extendantur 1.12.213. Vt illæ hodie Iudicum aut magistratuum arbitriis relinquantur 1.13.235. Vt non priuatam tantùm, sed magis publicam vltionem respiciant 1.10.167. Vt illorum purgatio fauorabilior in hæredis quàm ipsius rei persona 1.10.159. Vindicta vt in magistratu puniatur 1.4.42
in Criminibus grauioribus, vt sententiam nota infamiæ præcedat 3. 7. 630. In puniendis vt diuersa habeatur ratio voluntatis & effectus 1.6. 88. & vt grauius aliis plectendi qui in honore sunt Ecclesiastico ibid.
Criminosum vt nihil sit, quod salutis gratia fit 1.5.61
Crœsi diuitis exemplum 2.4.360
Crucis S. Laudi Andensis vis aduersùs peierantes 1.11.198
Culpa criminosior, vbi honestior eius qui illam committit status 1.4. 50. Omnis maximè Christianorũ vt diuinitatis fit iniuria 1.12.220. Vnde orta, ibi pœnam consistere debere 2. 9. 420. Vt à fraude differat 4.14.832. Vt non vacet, qui hominem verè casum fatetur à se interfectum 1.4.48
Cultores vacuos esurire plenissimis cellis impium 1.7.121
Cupienti nullus labor difficilis 2.7.391
in Cura corporum vt alia sint de tuenda, alia de restituenda valetudine præcepta 1.5.71
Curati seu curiones qui 3.1.561



Source : BIU Cujas

*in* Curando ratio quæ adhibenda 1.5.72. ad Curationem quæ requirantur 1.5.64.& 65
Curator ad dotem dandam vt non tantùm nuptura, sed & iam nupta creetur 4.1.720
Curiali vt donare permittatur, non tamen vendere 2.14.477
Custodes portarum mercenarij quàm suspecti 2.11.454. à Custodia portarum an immunes magistratus & Iudices 2.11.à p.442.ad 454. Custodiæ vrbis munus vt sit personale & à ciuibus sine excusatione aut exceptione præstari debeat 2.11.454
Cyprianus quâ ratione vera pietati se applicuit, cùm priùs sese magiæ addixisset 4.10.811
Cyrillus vt primus fuerit qui libellis appellatoriis vsus est inter Ecclesiasticos 1.6.91

D

DAmnare vt non liceat indefensos & inauditos 1.10.160
Damnatus ad remos perpetuos vt omnium tam ciuilium actuum quàm eorum quæ iurisgentium sunt incapax reputetur 4.16.860. Atque ita pro verè mortuo habeatur ibid.
Damnatorum ob contumaciam exempla quædam 1.10.167.
Supplicia vt in triginta dies differre iusserit Theodosius 1.4.1044
Damnatio ad perpetuos remos vt longè maioris sit effectus, quàm simplex capitis diminutio 4.16.861. Damnatio metalli, vt morti sit proxima pœna 4.16.855. ante Damnationem vt neminem leges incapacem, infamem, vel etiam intestabilem haberi velint 3.7.627. Damnationes ob contumaciam, vt facilè rescindantur 1.10.162
Dare non potest qui non habet 3.1.561
Debita amittere, & lucra non captare vt non par eademque ratio 2.7.392
Debitor in diem vt is dicatur, qui se centum nummos Kalendis proximis soluturum promisit 3.18.701. qui legitimam sibi debitam non petit, vt in fraudem creditorum facere videatur 3.12.

Source : BIU Cujas

12. à p. 659. ad 666. qui non debita quantitati satisfacit, vt congrua supplicionum acerbitate cogi possit 2. 15. 484. Vt fisco non modò quæsitum conseruare, sed & non quæsitum procurare teneatur 3. 12. 662. Vt suis expensis, sua cura, suóque impendio præstare teneatur quod debet 3. 10. 651
Debitoris inopis oppignerationes, & carcer, vt odio habeantur 2. 6. 371. Mali natura & qualitas 2. 6. 373. Illius Res vt officio Iudicis partiri debeant 2. 6. 367. Vt interfit, ne sibi cum moroso creditore res sit 3. 14. 679. in Debitoris gratiam vt exiguiores nummi in dubiis obscuris debeantur 1. 16. 274
Debitori in fraudem ac præiudicium creditoris vt non liceat quidquam remittere 3. 12. 661. & 662
Debitorem quando lex permittat persequi etiam ante diem solutionis 4. 6. 768
Debitores in Gallia vt possint in carcerem coniici 2. 6. 366. carceris necessitate cogi, vt prohibuerit Bocchoris Ægyptius legislator 2. 6. 370. Inopes vt olim cogerentur exhibere operariam seruitutem 2. 15. 484. & seq. Post condemnationem non satisfacientes, vt captiui retineri potuerint 2. 6. 375. Vt solerent Ephesi, ad Diana templum confugere 2. 6. 372. In eos qui æs alienum soluere non poterant Valentiniani Imperatoris crudelitas 2. 15. 482. aduersùs eos Asychis Ægypti regis lex 2. 6. 374. Quæ item fuerit olim in vsu sæuitia 2. c. 6. p. 369
Debitorum subtilitatibus vt indulgendum 4. 18. 870. Illorum corpora vt olim in Græcia æri alieno oppignerarentur 2. 6. 369. Vt olim insepulta manerent 2. 6. 374. & 376. Illorum inopiæ subleuandæ vt studuerint Principes 2. 6. 370. Illorum desperatio quàm periculosa qui ære alieno obnoxij 4. 18. 873. Illorum sectio vt olim concessa lege xij. tabularum 2. 6. 367
Debitum reddendum 2. 6. 373
pro Debito ciuili vt nemo in curia regis Franciæ incarcerari possit 2. 6. 369. Vt non liceat matremfam. de debito extrahere 2. c. 6. p. 372
Decimas vt laici possidere non debeant 4. 18. 876. à Decimis qui



Source : BIU Cujas

*sint immunes* 2.2.314
*Decipere velle vt dicatur quicunque fraudulentam patientiam præstat* 4.14.835. *Vt in pœnam dolosæ dissimulationis lex illum iure suo priuari inbeat* ibid.& p.seq.
*Definitiones vt in iure periculosæ* 3.19.710
*Defuncti clementia existimanda vbi contrariam voluntatem non significauit* 2.9.414
*Defunctorum ab intestato bona, ad quos pertineant pleno iure Gallico* 4.3.745. & 747. *Cadauera si quando fluctibus eiciuntur, fœminarum vt prona fluitent, virorum supina* 3.6.622. *Voluntates vltimæ, vt non vera censeantur, nisi solemnes* 2.1.297
*ex Delicto patris filium puniri vt sit acerbum* 2.9.419
*Delicta paria vt mutua pensatione dissoluantur* 1.13.230. *Vt non facti solum, verum & voluntatis vitanda* 1.6.96. *Vt quædam sint, quæ non nocent nisi condemnatio secuta sit* 3.7.630. *Delictorum sensus, vt sine effectibus imputari soleant animo* 1.6.97
*Demosthenis accusati absentiæ rationes* 1.10.161
*Denuntiationes vt nulla obesse possint, nisi aut domino aut eius vero procuratori fiant* 4.9.779
*Deportationis nomen, vt sit rerum omnium spoliatio* 4.16.857. *Deportatione vt dotis lucrum marito non acquiratur* 4.16.854
*Deportatus quamuis pro mortuo habeatur, vt non tamen verè mortuus dicendus* 4.16.856. *Vt in successionis ordine sequentibus in gradu non obsit* 857.& *seq. Illius incommoda* 4.16.858. *Vt ea omnia habeat quæ sunt iurisgentium* 4.16.859. *Vt pro mortuo verè habeatur quoties de tollendo & amouendo ciuili aliquo impedimento agitur* 4.16.858.& *seq.*
*Deportati, damnati in metallum & Serui pœnæ qualis constituatur iuris differentia* 4.16.860.& *seq.*
*Depositam rem contra depositi fidem vendens vt à delicto excusetur* 3.8.6.42

*Depositarius*

Source : BIU Cujas

Depositarius si rem depositam vendiderit, postea redemerit, ac deinde sine dolo malo perierit, vt depositi teneatur 3. 8. 645. Illius iusiurandum in iudicio praestitum an illum absoluat 2. 10. 435

Depositi commendatio, vt sit sacra 2. 10. 433. Inficiatio vt sit furtum 2. 10. 433. Vt turpior & magis infamis quam mutui, haec inficiatio 434. In deposito, vt obtineat constitutio regia quae scripturam publicam requirit 2. 10. 433

Desideratur minus quicquid licet 2. 12. 458

Desperatio vt atheismi & impietatis speciem referat 1. 12. 212. Vt sit incredulitatis indicium ibid.

Desponsatio clandestina vt sit erroris suspecta 2. 18. 526

Deum vt nulla lateant 1. 3. 27. & 28. & vt ab hominibus falli nequeat ibid. Illius misericordia vt deprecanda 4. 15. 845

Dierum alij fasti, alij nefasti, alij intercisi dicti 4. 15. 849. & 850. Dies impedimenti vt non computetur in termino constituto 6. 15. 851. Die praesenti vt debeatur vbi pura est stipulatio sine diei adiectione 3. 18. 701

Digniori vt cedat minus dignum 3. 3. 591

Dignitas hominis vt rebus omnibus praferatur 2. 6. 370

Dignitatem ordinum & familiarum conseruandam in Repub. 4. 2. 730

Dij Consentes antiquorum qui 2. 4. 351. Dij apud antiquos qui 2. 3. 341

Dilationes quaerere vt sit absurdum, vbi non oratione, sed facto opus est 4. 10. 813

Dioscorus vt ab Ecclesiasticis damnatus ad laicos appellarit 1. 6. 91. & 92

Disciplina in educandis liberis quae olim fuerit apud Romanos 1. 9. 146. Maiorum vt Rempub. teneat 1. 7. 124. Rationalis vt nihil ad medicinam faciat 1. 5. 54. Vt interfit disciplinae, iniuriam vindicari 1. 13. 23

Dispensator optimus qui sibi nihil reseruat 2. 2. 310



BIBLIOTHEQUE CUJAS PARIS

Source : BIU Cujas

*Dispositio nominis ferendi & armorum, vt substitutionis conditionem habeat, & fideicommissi onus adiunctum contineat* 4. 4.755. *Dispositiones obliquæ vt legibus prohibeantur* 1.3.24
*Dissoluendum vnumquodque eo modo quo colligatum est* 3.1. 556
*Diuina maiestas vt lædatur, cùm Dei seruus læditur* 2.2.322. *Diuinarum rerum contemplatio & Reipub. administratio quàm diuersissimas habeant rationes* 2.2.326
*Diuisio cohæredum aut sociorum vt emptionis mutuæ vicem obtineat* 3.19.709. *Diuisio vt fieri debeat ad sedandas propinquorum discordias* 3.19.713
*Diuisionis iudicio cœpto inter cohæredes aut socios, vt non sit amplius illis liberum de re communi disponere* 3.19.709. *Rei legatæ expensæ vt non ab hærede, sed à legatario præstari oporteat* 3.10.653
*Diuisionem factam pendente minoritate si maior factus ratam habuerit, vt integra maneat* 3.17.698. *ante eam vt ex vniuersa hæreditatis massa as alienum deduci debeat* 4.13.827. *vt post eam idem remaneat ius hypothecæ antea contractæ* 3. 19.4 p.707.ad 711. & 715
*Diuites cognomen, vt qui primus accepit creditoribus suis decoxerit* 2.4.359
*Diuitiæ vt Ecclesiasticis luxum excitauerint & eos à prisca integritate abduxerint* 2.2.303. & seq. *Illarum laus & vituperium* 2.2.327. *odium vt sit vanum gloriæ genus* 2.2.327. *Vt sit incertus status* 2.4.359. & seq. *Diuitiæ relinquentes, vt sæpe materiam contentionis & litium suppeditent* 4.3.739
*in Diuortij casu quæ ratio habeatur in diuidendis liberis* 1.9 153
*Diuortij assignatio vt iuris sit Francici* 1.13.223. & *Quantum assignari soleat* 223. *Dearij & Dotalitij ratio vt non eadem* ibid. *Statutarij & conuentionalis quæ sit differentia* 1.13. 224. *Vt sit apud varios populos varia illius constituendi ratio* 1.13.226

Doctorum

Source : BIU Cujas

*Doctorum virorum exempla qui per se docti facti sunt* 1. 5. 66. *& seq.*

*Dolabellæ iudicium laudatum aduersus mulierem quæ iusto dolore virum occiderat.* 1. 4. 44

*Dolorem iustum temperare difficile* 4. 12. 823

*Dolus malus in aduocato vt esse dicatur* 2. 19. 539. *Vt in eo qui obscurè loquitur, & eo qui obscurè dissimulat* 1. 2. 16. *&* 4. 14. 835. *Vt ex ætate personæ & fraudis euentu colligatur* 4. 2. 731. *Quando esse dicendum* 2. 18. 518. *Inter Dolum & Errorem inter Fraudem & Culpam qualis differentia* 4. 14. 832

*Dominicani vt mendicitatis voto nulla bona possideant* 4. 3. 740

*Dominus directus ius proprietatis habens vt vsufructuarium emphyteuseos iure priuari possit* 3. 9. 647. *Fundi vt res coloni in eo illatas, etiam mobiles, tacito hypothecæ seu pignoris iure sibi obligatas possit asserere* 4. 19. 881. *Membrorum suorum nemo* 2. 6. 370. *Vt de re sua pleno iure disponere impediri non possit* 3. 14. 675. *Vt vnusquisque censeatur re, quam cum alio communem habet* 3. 19. 708

*Domini venia in seruum vt ex sola dissimulatione præsumatur* 1. 14. 249

*Domini Hæredes vt non possint feudum repetere ob feloniam vasalli* 1. 14. 249. *Vbi plures vnius rei, vt eorum vnusquisque illius dominus pro indiuiso habendus sit* 3. 19. 708

*Domus pignori data si corruat, vt pignus nihilominus in area maneat* 4. 8. 775. *Vbi eadem etiamsi reædificata fuerit censeri debeat, vt & idem etiam habitationis ius in ea concessum durare oporteat* 4. 8. 775

*Domo antiqua diruta vt statim perire & extingui dicatur habitatio in ea concessa* 4. 8. 776. *Diruta ac deinde refecta, an ius habitationis in ea donata duret* 4. 8. à p. 774. ad 778

*Donans & Donatarius vt à creditore distincti* 3. 17. 692

*Donatoris hæres an ex donatarij ingratitudine donationem reuocare possit* 1. 14. 243. *Vt ipsi liceat donationem omnium bo-*



Source : BIU Cujas

norum reuocare ex causa pœnitentiæ 4.2.734
Donare cur in iure plerisque permittatur, quibus alienare, aut testari interdicitur 2. 14. 477. Filio hæredis præsumptini vt non magis liceat quàm ipsi hæredi vbi prohibita est donatio hæredi 2. 13. 471. Plus tertia patrimonij parte vt prohibeat Cenomanensis consuetudo 4.2.727.& 730. Vt liceat auo nepoti ex filio naturali 2.9.418. Vt non plus liceat in pia causa fauorem quàm in aliam 4.2.728. Vt non vtique dicatur qui lucrandi & acquirendi occasionem omittit 3. 12. 662. Vt sibi inuicem non possint constante matrimonio coniuges 1. 2. 19. Imo quidem sponso sponsæ licet ibid. Vitricus & priuignus non prohibeantur 2.13.463. Vt sit perdere 2.14.477
Donari vt dicatur quod nullo iure cogente conceditur 3.6.624
Donatio à quo tempore valere & effectum habere incipiat 3.17.692. A sponso sponsæ facta, vt eadem sit cum ea quæ facta est inter virum & vxorem 3. 18. 702. Clandestina in nuptiis contracta reuocata 1.2.21. Facta filio emancipato, vt valida 2.13.469. Facta incapaci vt valere dicatur 3.8.641. & seq. In quibus casibus à lege interdicatur 4. 1. 724. Matris facta filio in castra eunti, vt sit valida, 2. 13. 470. Omnium bonorum facta hospitali vt mortis causa facta censeri debeat 4. 2. 728. Omniũ bonorũ vt Romano iure prohibita 4.2.728. Quæ inter cõinges fit vt vim obtineat 1.2.20. Sub modo facta, vt dicatur contractus vltrò citròque obligatorius, & vindicationem habeat 4.2.736. Vt non antè reuocari possit, priusquàm infans sit in lucem editus 3.13.668. Vt non simplex videatur, cùm pater bona inter filios diuisit, sed sit supremi iudicij diuisio 3.16.688
Donationis inter virum & vxorem prohibitæ ratio 4. 1. 718. Donationis mutuæ inter coniuges vis & effectus 3.7.637.& seq. ad 640
de Donatione facta filio naturali & illegitimo 2. 14. à 472. ad 478. Hospitali, sub conditione alimentorum ei, quæ donauerat, præstandorum 4. 2. à 727. ad 738. de Donatione mutua & reciproca

Source : BIU Cujas

*reciproca inter sorores facta* 3.13.à 666 ad p.673
*Donationes mutuæ vt sint potius commercia* 3.13.667. *Omnium bonorum, vt valeant & subsistant, si pietatis contemplatione fiant* 4.2.734. *Perfectæ vt irrevocabiliter teneant* 3.16.687: *Quæ sola affectionis legitimæ occasione fiunt, vt iure ciuili valeant* 3.13.668
*Donationū incapaces vt cēseri debeāt naturales* 2.14.474. *Mutuarū effectus, vt in mortis tēpus cōferri intelligatur* 3.13.670. *Immodicarum licētia vt lege Cincia correcta* 4.2.729. *& seq. in Donationibus & legatis factis priuignis quid considerandum* 2.13.466. *& seq.*
*Donatum nepoti ab auo, vt patris contemplatione datū censeatur* 2.13.471. *cùm plerunque filiis parentum contemplatione donetur* 2.13.467
*Donatistarum error vt fuerit, Sibi mortem inferre licere* 1.12. 212. *Hæresis* 3.1.546
*Dos cuius contemplatione data fuerit vt spectari debeat* 3.11. 658. *Cui adiecta est renunciationis conuentio, vt pretium obuenturæ hæreditatis vocetur* 2.4.359. *Filiæ constituta vt legitimæ vicem subeat* 2.6.363. *Quando collationi non sit obnoxia* 2.4.360. *Vt cōstante matrimonio ob viri inopiam repeti possit* 4.6.767. *Vt constante matrimonio augeri possit* 4.1.720. *Vt non præferatur fisco, si hypothecam præcedentem habeat* 4.19. 884. *Vt nuptias nec matrimonium faciat* 2.17.513.
*Dotis & Doarij vt sit iuris differentia* 1.13.237. *Dotis causa vt inter pias causas recenseri soleat* 3.11.655. *Conuentio vt sit similis in fauorem liberorum quæ fuit in fauorem patris* 4.1. 726. *Illius, doarij & id genus aliorum petitio, vt ciuilis actio sit* 1.14.246. *Dotis aut donationis propter nuptias titulo consecuti, vt post mortem patris conferre teneantur* 3.6.624. *& seq.*
*Nomen abolēdum vt censeret Plato* 1.2.10. *Prærogatiua quæ de iure Rom. cæteros creditores etiam anteriores excludit, vt in Gallia locum non habeat in immobilibus* 4.19.880.
*De illius priuilegio* 4.19.à *pag.* 878. *ad* 886. *Illius priuile-*



Source : BIU Cujas

gia vt sint plura & de iis nonnulla 4.19.879. & seq. Promissio quibus casibus donatio censeri debeat 3. 11. à p. 655. ad 658. Promissio, vt non inter causas lucratiuas recenseri soleat 3.11.655.656. & seq. Promissiones qualescunque fuerint, vt sint adimplendæ 3.11.655. in Dotis causam promissio facta, vt non requirat insinuationem 3.11.657

Dotem qui nullo iure cogente spondet, vt sit mera donatio 3.11. 657. ex Dote vt concubina à legitima vxore discernatur 2. 17. 498

Dotes centum aureorum vt olim apud Massilienses non liceret excedere 2.4.358. Inter eas vt priuilegium hoc attendatur, vt ex temporis serie & coniugiorum ordine cuncta spectentur & æstimentur 4.19.880

Dotium causa vt semper & vbique sit præcipua 4.19.878. Illarum opulentiam vt resecerit Lycurgus 2.4.357. Item & Solon ibid. Dotale pactum quoduis vt onerosum non gratuitum censeatur 3.11.655

Dotalis fundi fructus vt marito competant 3.4.602. Pro qua temporis portione 603

Dotales tabulæ cur olim ab omnibus qui interfuerant illarum confectioni signarentur 1.2.15

Dotalium conuentionum quanta authoritas maximè in Gallia 1.15.266

Dotare filiam vt pater teneatur, & inuitus cogi possit 3.6.623. Vt paternum sit officium 3.11.658

Druydes vt olim in Gallia munerum ac tributorum vacationem habuerint 2.2.335

in Dubiis vt fisco non sit fauendum 1.12.213

Duces militum limitaneorum vt illorum iudices essent 2.11. 448

Duella vt inter nobiles, rosque qui se Martis satellites iactant, sint prohibita 4.10.810

Durum quicquid imperatur inuitis 2.7.391. Nullum amantibus ibid.

Ecclesia

Source : BIU Cujas

E

Ecclesia cultrix Iustitiæ 4. 2. 728. *Virgo formosa, sed in Prælatis nœuos habens* 1. 7. 123. *Vt aurum habeat, non vt sibi seruet, sed vt eroget & subueniat* 2.2.303. *Vt Ecclesiasticorum bonis succesſerit* 2.2.319. *Ut hodie in parietibus fulgeat, & in pauperibus egeat* 2.2.306. *Vt multas annus nutriat* 4. 2. 737. *Vt vxori collata* 1.7.102

Ecclesiæ Antiochenæ quæ olim in alendis pauperibus liberalitas 2.2.303

Ecclesiæ donandi & legandi licentiam prohibitam vt restituerit Constantinus Imp. 2. 2. 334. Militantis quàm magna fuerit admiratio apud tyrannos & persequutores 1. 7. 99. Possessio, vt sit egenorum sumptus 2. 2. 302. Primitiuæ commendatio 1. 7. 98. & seq. Ecclesiam dimittere vt non liceat prælato 3. 1. 556

Ecclesia vbi ad Christianos principes venit, vt virtutibus minor facta sit 1.7.99

Ecclesiam suam ampliorē reditus spe dimittere vt prohibitum 3. 2. 579. & 580. *Vt non liceat in aduersis relinquere* 1.7. 101. & 3. 2. 581. *in Ecclesiam vt quidam Imperatores & Reges benefici* 2.2.334

in Ecclesia Constantinopolitana vt plures constitutiones de nuptiis repetitis 1.8.136. *In qua quis intitulatus est, vt in ea perpetuò persæuerare debeat* 3.2.375. *Vt aliquando receptæ successorum nominationes* 1.7.105

Ecclesiæ cathedrales Franciæ vt regem Christianissimum agnoscere teneantur 3.1.552. *Ecclesia vt in Gallia defunctis ab intestato non succedant* 4.3.745

Ecclesias immobilium incapaces cur ab Imperatore Iustiniano constitutum 2.2.304.

Ecclesiasticæ disciplinæ cur se curiosum & studiosum profiteatur Iustinianus Imp. 2. 2. 323. Illius disciplinæ regulas an possit summus Pontifex violare 1.7.112

ab Ecclesiastica dignitate suscepta vt recedere non liceat 3.1.557.



Source : BIU Cujas

*Rerum politia hodierna quantum à veteri differt* 1.6.98
*Ecclesiastici an à viarum refectione immunes* 2.3. *à pag.* 339. *ad* 344. *Iudices vt sanguinis sententiam ferre non possint* 1.6.83. *Prouentus vt non propria commoda impendere olim posset Episcopus* 3.4.596. *Quatenus venerandi & honorandi* 2.2.314. *& seq. Vt ab omnibus tributis exempti* 2.3.340. *item & viarum munitionibus* 341. *Contrà* 343
*Ecclesiasticorum bonorum dispensatores vt sibi nihil præter victum & vestitum retinere debeant* 2.2.311. *Iudicum quantus sit hodiè abusus in puniendis sui ordinis delinquentibus* 1.6.89. *Peccata, vt propter malum exemplum grauiora* 1.6.89. *reditnum origo* 2.2.318. *Illorum partitio* 319. *Ampliatio* ibi. *de Ecclesiasticorum delictis, vt Ecclesiastici cognoscere debeant* 1.6.83. *& 86*
*Ecclesiasticis personis quæ priuilegia competant* 1.6.81. *& seqq. Vt fuerit remissus carceris rigor* 2.6.378. *In Ecclesiasticis personis vt captatoriæ expostulationes odiosæ* 1.3.23
*Edicta prætorum vt in albo palàm edita* 2.1.300
*Educatio liberorum quantum ad virtutem conducat* 1.9. *&* 146. *&* 151. *Vt matribus variis arrestis adiudicata* 1.9.146. *etiã illegitimis* 155. *Utilis vt mores faciat* 3.3.584
*in Educatione puellarum vt non tam imperio quàm bono exemplo opus sit* 1.9.148
*Effigies & Imagines damnatorum absentium vt supplicio affectæ* 1.10.169. *& seq.*
*Effigiem priuati hominis in auro insculpere vt vetitũ* 1.16.281. *Suam aureo nummo imprimere vt non nisi Imperatori & Francorum regi licuerit* 2.1.291
*Egenis vt mors solatium sit* 1.12.209. *Vt illis dita supplicium* ibid.
*Egestas vt sit maleficis supplicium* 1.12.210. *Sub Egestatis gloria pecuniam acquirere iniquissimum* 2.2.310
*Electiones cur omissæ in ordinandis muneribus Ecclesiasticis* 1.7.108. *In muneribus ordinandis quàm vtiles* 1.7.105.

*quàm*

Source : BIU Cujas

quàm noxia 111
Eleemosynæ vt Ecclesiasticis religiosisque commendatæ 2. 2. 303
Ελίκωνες cur Galli nuncupati 2.19.539
Eloquentia vt verbis speciosis aut magnificis non latior exurgat 2.19.534. Eloquentiæ effectrices vt veritas & probitas 2. 19. 534. Illius quanta sit vis 2.19.541
Emancipario vt validet donationem filio factam 2. 13. 469. Item & legatum ibid.
Emphyteusis vt duret, licèt ipsa domus in emphyteusim data corruerit vel exusta sit 4.8.775
Emphyteuticus canon quis dicatur 3.14.674
in Emphyteutico contractu, si emphyteuta contra prohibitionem alienationis & emphyteuseos legem alienet, vt prohibitio illa rem ipsam afficiat & translationem dominij impediat 3. 14. 679
Empiricæ factionis origo vnde 1. 5. 71. & vt Empirici à Sicilia reiecti ibid. à Gallia 73. Illorum abusus ibid. Cur Empirici raro in suis medicaminibus vtiles 1. 5. 73. Illorum damnatio vt reprobata 1. 5. 60. & seq. de Empiricis, qui conceptis precum & verborum formulis morbos curare profitentur 1. 5. 51. An ægrorum salus committi debeat 1. 5. 68
Emptor contrahens cum minore vt non antè à redhibitione gentilitia securus sit, quàm post impletum ætatis annũ tricesimum quintum 3. 17. 698. Emptor partis indiuisæ vt teneatur illud recipere quod ex diuisione venditori adiudicatum fuerit 3. 19. 712
in Emptione quatenus licita deceptio 2. 8. 397
Emptor vt à retractu gentilitio liberetur 3. 17. 700. Vt non teneatur cauere de non alienando 3. 14. 675. Illius damno quando periculum in re vendita contingens cedat 3. 18. 705
Emptorem vt consequantur fructus fundi distracti si pensionis dies nondum venerit cùm addictus est 3. 4. 599
Episcopalis dignitas vt monachum patria potestate eximat 4. 3. 747

Episcopus

Source : BIU Cujas

Episcopus Bellouacus cur claua non gladio in bello uteretur 1. 6. 84. Episcopus ut & cur non amplius pristino obedientiæ voto obligetur 4.3.747.& seq.
Episcopi gloria, pauperum inopiæ est prouidere 4.3.740. Intestati bona ut in ærarium Ecclesiasticum referri conueniat 4. 3. 740. Vt in maioribus locis constituendi 3.2.576. Vt in episcopatus ingressu in Gallia regi fidelitatem iurare teneantur 3. 1.553
Epistolæ ut auctoritatem rei iudicatæ non habeant 2. 9.414
Epulæ geniales ut nuptialis cœna 1.2. 14. Epularis accubationis descriptio 1.2.14
Eremitarum ut idem fauor, qui monachorum, eadémque institutio 2.2.338
Error ut à dolo differat 4.14.832
Esse cuiusquam ut non videatur, quod ex causa auferri potest 3.18.703
Ethnici cur plerique olim impia, superstitiosa & ridicula iuramentis adhibuerint 1.11.194
Euchytæ qui 2.2.320
Eudoxiæ Augustæ Theodosij Imperatoris filiæ, qualis charitas in pauperes 4.2.733
Euentus ut consilij fraudem aperiat 4.2. 732. Euentus incertos ut lex spectari & æstimari prohibeat 4.2.738
cum de Euectare agitur, ut bonitatis æstimatio facienda 1. 16. 272
Eunuchi consortium, ut sit perpetua viduitas 4. 10. 798. Illi & castrati aliquo lassæ voluptatis incitamento delectentur 4. 10. 803.& 804. Vt sint quasi tertium hominum genus 799
Eusebiæ Constantij Imp. uxoris pudicitiæ & castitatis exemplum 4.10.814.& seq.
Examen professorum & medicorum ut necessarium 1.5.69
Exauthoratio ut vulgo degradatio dicta 1.6.86. Exauthorationum usus 1.6.87
Exceptio tempestatis ut non prosit 4.15.842



Source : BIU Cujas

*Excubiæ & portarum custodia vt ab omnibus ciuibus per vices agi debeant* 2. 11. 451. & 452. *An immunes magistratus* 2. 11. à p. 442. ad 454

*Excusari vt is non debeat, qui moram commisit* 4. 15. 843

*Executio sententiæ an fieri debeat & possit etiam die feriata* 4. 15. 840

*Exemplum omne magnum vt aliquid ex iniquo habeat* 2. 10. 435. *Exempla mala vt ex bonis initiis orta* 1. 7. 120. & 2. 10. 441

*Exhæredari qui non poterat, vt interdum de exhæredatione conqueri non possit* 2. 18. 528. *Vt nemo possit ex alterius facto* 2. 9. 417

*Exhæredatio nepotum an ano licita* 2. 9. 404. ad 420. *Vt ea tantùm quæ riè facta est summoueat à bonorum poss. cont. tab.* 3. 17. 694. *Quatenus parentibus concessa* 1. 15. 260. & 2. 9. 405. *Exhæredationis causam esse in matrimonio neglectum patris consensum* 2. 9. 406. *Exhæredationem purè fieri debere* 2. 9. 413

*Exhæredationes liberorum quàm odiosæ* 2. 4. 349

*Exilium an apud Romanos capitalis pœna* 1. 13. 234

*Exorcisationes vt in morbis reiiciat Vlpianus* 1. 5. 59

*Expensæ necessariæ vt ad hæredem spectent non legatarium* 3. 10. 651. & *seq.*

F

*Fabiola vt prima* κοσκομεῖον *instituerit* 4. 2. 733

*Vt Facillimum quodcunque placeat* 2. 7. 391

*Facinoris cogitati & non perpetrati, ac sit pœna* 1. 6. 95. & *seq.*

*Factum vel crimen alterius vt alteri prodesse nec obesse debeat* 3. 7. 633. 4. 16. 854. *ex Facto eodem, vt nemo præmium & pœnam simul mereri possit* 3. 7. 631

*Falcidia vt in fauorem hæredis instituti, sicut & Trebellianica introducta* 4. 17. 865. *Illius detractio vt locum non habeat in donationibus & legatis in piam causam factis* 1. 1. 3. & 4. 2. 734. *Illius & Trebellianicæ ius vt ad hæredem transmittatur* 4. 17.

Source : BIU Cujas

4.17.865.& 866. Falcidiæ ratio vnde orta 1.15.263
Falsarius monetæ quis & illius pœna 1.16.276.& 277
Falsi quæstio vt proponi possit 1.14.246
Falsò accusatus & damnatus, an aduersùs iudices agere possit, vbi veritas innocentiæ apparet 1.4.36
Falsorum testium quàm variæ pœnæ 2.10.433
Famæ post mortem cupido vt omnibus ingenita 1.12.208
Famam bonorum conuiciis læsi vt non ferre debeat magistratus 4.12.824
Familiæ erciscundæ agenti si obiectatur de morte testatoris, vt id ad diuisionem rerum hæreditariarũ non pertineat 3.7.628. Illius arbiter vt nullus iustior inter liberos habeatur, quam ipse pater 2.4.356. Iudicium vt sit vniuersale, & in gratiam omnium coheredum proponatur 3.19.712
Familiarũ dignitati vt non sit inter plebeios consuleudũ 2.4.347
Feriæ aut supplicationes vt interdum extra ordinem indicentur 4.15.843.& seq. Feriarum tẽpore vt sententias exequi liceat 4.15.847
Festos dies, quos Christiani in honorem sanctorum venerari solent, vt memorias martyrum dixerit D. Augustinus 4.15.843. Festis diebus sicut multa agi vetantur, sic & multa permittuntur 4.15.842
Festiui diei quæ obseruatio esse debeat de iure Imperiali 4.15.851
Feudorum iuris origo à quibus desumpta 1.15.266
Fictio vt non debeat amplius extendi quàm à lege statuta sit 3.15.683.& seq.
Fides bonæ voluntatis & iustæ actionis genitrix 1.7.127. Collatio fidei & Perfidiæ ibid. Habita in contractu, vt ipsam fidem magis obliget 1.2.11. Abrogata, vt omnem humanam societatem tollat 1.7.127. Sincera vt non scrupulis, sed integritate firmetur 1.11.99. Suprenum rerum humanarum vinculum 2.10.423
Fidẽ alterius si quis sine scripturæ secutus decipiatur, vt sibi imputare debeat 2.10.432. Creditori seruare oportere 2.6.373.&



Source : BIU Cujas

*Fideicommissum si quis ita reliquerit*, Rogo restituas libertis meis cui voles, *& neminem elegerit, vt omnes ad illius petitionem admitti debeãt* 4.4.752.*&* 757. *Si ita sit relictũ*, Cui eorum voles rogo restituas, *si nullum elegisset cui restitueret, vt omnibus debeatur* 752. *Si relictum sit sub ea cõditione*, Si morte patris filius sui iuris fiat, *vt trahatur hæc cõditio ad omnes casus quibus patria potestas solvitur* 4.16.858

*Fideicommissum vt inducant rogantis verba* 4.4.754. *Vt valeat filio in potestate patris relictum, si in id tempus relictum sit, quod filius sui iuris per emancipationem aut aliter efficeretur* 2.13.469

*Fideicommissi petitioni vt nullus sit locus vbi hæres nullam electionem fecit cùm facere posset* 4.4.757

*Fideicommissa tacita captare vt in Ecclesiasticis odiosum* 1.3.23.*&* 24. *Vt fisco applicetur* 1.3.24. *Vt detegi debere doceat Callistratus Iurisc.* 1.3.31. *per Fideicommissa vt dicantur illudere Ecclesiastici* 1.3.24. *In Fideicommissis vt testatoris voluntas adeò prævaleat, vt non tam verba quàm mentem spectari oporteat* 4.4.749

*in Fideicommissario vt spectari non soleat, an maior pars annì præterierit in perceptione fructuum* 3.4.598

*Fideiussori vt ante diem agere liceat aduersùs debitorem principalem* 4.6.767

*Fidelitatis & Pietatis exemplum vt fuerit Diuus Ludouicus Francorum rex* 1.11.201.*& seq.*

*Fidelitatis iuramentum in Gallia à prælatis Ecclesiæ regi præstitum quid operetur* 3.1.553

*Fidelium quorundam exempla* 1.11.192.*&* 193

*Figurare aurum sine Principis iussione vt prohibitum* 1.16.281

*Filia luxuriosa quanta sit custodia* 3.6.622. *Quæ in contractu matrimonij bonis paternis renunciauit, vt non obstante renũciatione ad paternã successionẽ admittatur* 2.4.353.*&* 354. *Luxuriosè viuentem vt exhæredare leges permittant* 1.9.148

*Filiæ vt extantibus masculis lege diuina non succederent* 2.4.357.

Source : BIU Cujas

4.357. Vt sint extra familiam tanquam nominis & armorum incapaces 4.4.755. Vt in familiis clades & detrimentum 2.4.352

Filiarum Renunciationes, quæ tabulis nuptialibus accepta dote fiunt, an legitimæ & validæ 2.4.344. & seqq. vt in Gallia usu receptæ 2.4.351. & seq.

In Filias vt non minorem excitet natura affectum pietatis quam in masculos 4.4.757

Illegitimus vt etiam semen Dei dictus 2.14.476. Quatenus in feudo paterno succedat 4.13.829. Quatenus est matris hæres, vt illius renuntiationem oppugnare non possit 2.5.364. Si decurio creetur patre præsente & tacente, vt pater obligetur 4.14.816. Si mandante patre manu sua instrumentum chirographi perscripserit, vt sibi nihilominus præindicet 4.14.839. & seq. Vt dicatur parere, non autem assentiri 1.15.264. Vt dicatur portio & quodammodo pars corporis patris 2.13.467. Vt ingenuus & legitimus censeatur ex sola patris professione 2.17.515. Ut non admitti debeat ad inofficiosi querelam 2.5.363. Vt non possit matrem priuare iure successionis quæ illi competit 1.1.8. Vt non videatur iustus, qui natus est ex matrimonio cui pater non consensit 2.9.407. & seq. Vt repudiata patris hæreditate si feudum petat, repellatur 2.5.364

Filij pactio qui aliquo accepto querelæ inofficiosi renunciauit, vt nulla sit 2.4.345

Filium in locum ac iura defuncti patris vt benigna & fauorabilis æquitatis ratio subroget 3.15.681

Filium temporalem habere vt non conueniat moribus Gallorum 3.2.375

Filio vt nocere non debeat tacita fides interposita à patre 2.13.463. Vt non liceat matrem in iudicium vocare 1.9.155

Filij ex incestis & illegitimis nuptiis nati, vt omni succedendi iure priuentur 2.9.469. Naturales vt deficientibus legitimis aliquod in successione paterna ius habuerint, eisque licuerit legari 2.14.473. Obsequiosi vt sit officium, matri legatum vsumfructum

Source : BIU Cujas

ctum non controuertere 3.12.661. Vt quandoque omni paterna substantiæ commodo & emolumento priuentur. 3.7.634
Filiorum salutem vt magis parentes quàm suam curent 2.13.464. Vt non alia quam parentis conditio censeri debeat 2.13.467
Filiis naturalibus quid & quantum relinqui leges Rom. permiserint 2.14.477. Illis vt magis quàm pia causæ faciendum 1.1.8. Obsequiæ & officiorum meritis paternum amorem prouocare vt Respub. interfit 1.15.259. & quam hoc laudabile p.261
Filiusfamilias vt factum Consul patria potestate liberetur 4.3.747. Vt nisi patre authore contrahere possit, nec sibi, sed patri acquirat 4.3.744
Filiusfamil. obligatio inscio aut inuito patre facta vt reprobetur 3.17.691. Si à patre rata habeatur, vt valida censeatur 3.17.691
Finis vt maiores habeat vires, quàm media 2.13.467
Fisco quibus casibus admittitur ad successionem vt ad aris alienum solutionem obligetur 4.16.857. Vt hæreditatem ab hærede tanquam indigno sibi vendicet 3.7.626
Focales pensitationes, vt munera personalia iure Gallico censeantur 2.2.336
Fœminam hæredem instituere, vt lege Voconia prohibitum 2.4.350
Fœminæ vt in quibusdam locis septimo ætatis anno parere possint 1.9.150. Vt nominis ferendi & insignium incapaces 4.4.756. Illarum blanditiæ vt maritos decipiant 1.3.24. Commendatio vnicum pudicitiæ cultus 1.13.230. Maleducta & contumelias in cognitionem vocare, vt sit hominis litigiosi 4.12.822. Illarum quàm tectæ fraudes 1.8.134. Vt ad publica negotia tractanda admiserit Plato 2.4.350. Cur illis ab Imp. Iustiniano plura concessa priuilegia 1.8.159
Fœnus vnde dictum 4.18.872
Formæ pulchritudinem cur natura mulieribus concesserit 1.13.231



Source : BIU Cujas

Fortunæ motus quàm versatiles 2.4.359.& seq.
Franci vt ad litigandum natura proclives 2.16.487
Franciæ Rex filius Ecclesiæ primogenitus 3.1.552. Illius regis cõstitutio in favorẽ præceptorũ, doctorũ & professorũ 3.3.587
Francorum origo vt à Germanis 1.13.223. Illorum Rex vt sit custos omnium regni cathedralium Ecclesiarum 3.1.554. Reges vt Christianissimi dicti 2.2.335. Vt illis nulla sit necessitas parendi legibus Romanis 2.c.1.p.291
Frater cum fratrem interfecit vtrum occisi hæreditas fisco, an verò proximo agnato deferatur 3.7.à p.625.ad 640
Fratres de iure diuino filij fratrum vocati 3.15.682. Vt de eodem iure diuino post liberorum gradum proximè veniant 3.15.684. Illiorum filij an repræsentationis iure cum patruis succedãt 3.15.à p.680.ad p.685. Vt eodem gradu quo & fratres censeri debeant 3.c.15.p.683
Fratrum æmulatione & inuidia vt nihil acrius in iniusta paternæ voluntatis inæquabilitate 3.6.616.& 617
Fraternitas vt nihil aliud sit quàm diuisus spiritus 3.7.631
Fratricidæ crimen quàm graue & horrendum 3.7.630.& seq. Exemplum ibid.
In Fraudem fieri vt dicatur cùm quid clàm promittitur 1.2.16
Fraudes & fallaciæ vt cæteris in rebus infamiam & dedecus, in conniuio pœnæ & animaduersionis grauitatem exposcant 4.10.798
Fructus an ratione iuris, an ratione oneris tribuantur 3.4.600. Arui quo distractus est fundus, vt emptori cedant, si fuerint maturi 3.4.599. partus si futuri emantur, vt iam tunc facta venditio intelligatur, cùm negotium contractum est 3.18.706. Cœpti anni tam percepti quam percipiendi vt prælato eiusque hæredibus tribuantur 3.4.598.& 600. pendentes quatenus fundi partem facere dicantur in venditionibus 3.9.646.& 648. Vacatis Ecclesiæ vt ad Regem pertineant 3.1.554. Vt ad hæredes trãsmittere possit, qui beneficium iure licito possidet 3.4.599



Source : BIU Cujas

*Fructuum diuersitatis perceptionem vt nõ constituat varietas illorum* 3.4.605. *Partitio qualis sit de iure feudorum inter dominum & hæredes vassalli* 3.4.601. *in Fructuum fundi dotalis diuisione quæ sit habenda ratio* 3.4.606. *Vt ex Fructuum collectione onerum præstatio spectanda* 3.4.605. *de Fructibus Ecclesiastici beneficij, quomodo inter hæredes defuncti & successorem in beneficio fiat diuisio* 3.4.à 594. *ad p.* 609

*Fructuarij ius quale* 3.4.597. *Fructuario vt fructus acquirantur* 3.4.601

*Frugalitatis laus* 2.2.333

*Frumenti annua præstatio, vt dici contractus fœneratitius non debeat* 4.18.870. *Vt ad legitimum duodecimæ sortis modum reduci debeat ex supremi Galliæ Senatus decreto* 4.18.877

*Fuga rei vt sit illius accusatio* 1.10.167

*Fundum alienum vbi testator legauit, vt sit hæredis eum à domino redimere & legatario præstare* 3.10.651

*Fundi Dominus si arbores in eo stantes vendiderit & pretium receperit, vt non tamen emptor vendicationem habeat* 3.9.646

*in Fundo existentia, an in eo perpetuæ moræ caussa esse censeantur, spectandum* 3.9.646. & 649

*Furem vt constituat sola furandi cogitatio* 1.6.96

*Furiosus vt non pœnam, sed commiserationem mereatur* 1.12.215

*Furtum vt dicatur* 1.6.97

*Furti accusatio vt nulla aduersùs vxorem* 2.12.459. *Illius actione aduersùs socium experiri vt lex permittat* 2.12.457. *Illius pœna septuplum aut omnis furis substantia ex lege Salomonis* 2.15.481. *de Furto transigens vt fiat infamis, nisi fuerit prætor præsens aut iubens* 1.7.112

G

*Galba vt Pisonem testamento in bona & nomen asciuerit* 4.4.755

*Galli quas leges cognoscam & obseruent* 3.15.664. *Vt præter reliquos populos religiosissimi habiti* 2.2.335



Source : BIU Cujas

In Gallia qui tres ordines 2.2.295. Vt in ea studia semper floruerint 3.3.585.586
Geminatio in testamento vt inducat enixæ voluntatis indicium 4.4.759
Genere vt sint loco filiarum 1.15.264
Gestum dolo aut metu vt prætor ratum non habeat 3.17.696. Gestum palàm vt semper præualeat 1.2.16. Vt clàm gestum dolosum censeatur ibid. Glauci Lacedæmonij historia dum falsò iurare paratus esset 1.11.189
Gorgophonis Perſei filia ſecundò nubentis exemp'um 1.8.134
Graduatorum causa vt antiquior præceptorialibus præbendis 3.3.591. Graduatorum Theologiæ, iuris ciuilis & canonici & id genus doctorum vt non esse debeat maior commendatio, quàm eius qui puerorum institutionem profitetur 590
Gratum vt nihil æquè sit adeptis quàm cõcupiscentibus 2.12.458
Grauiditatis mulierbris iura quàm incerta. vid. Iura.
Gregory Pontificis quæstio decisa de filio Iudæo ad Christianam fidem conuersi, cuius vxor Iudæa permanserat, ratione educationis filij 1.9.151.& seq.
Gubernator in tempestate, in acie miles dignoscitur 2.7.392. vt Gubernator vnicus in naui, sic dominus vnicus in domo esse debeat 3.2.575

H

Habitationis commoditas vt in ipsarum ædium superficie consistat 4.8.776. Ius vt sola eius cui debetur morte extingui soleat 4.8.774
Habitus illi damnandi, qui nouitate vestitus religionem mentiuntur 2.2.302
Hercules vt Argonautas deseruisse dicatur 2.19.134. Vt Gallicus dictus 538
Hæres, cui hæreditas tanquam indigno aufertur, vt non tamen desinat hæres esse 3.7.628. Hæredis vt dies possit testatoris hæres 2.13.470. Institutus sub conditione matrimonij, vt hæres maneat, ciſi non duxerit matrimoniũ 3.8.644. Qui mortem defuncti

Source : BIU Cujas

*defuncti non vindicauit vt indignus censeatur* 3.7.627. *Qui semel fuit, vt non amplius hæres esse desinat* 4.5.762.& 763. *Qui testatoris voluntati intra annum non paruit, vt priuetur omni lucro hereditario* 3.7.632. *Rerum castrensium institutus, vt æs omne alienum in castris cõtractum solus luere debeat* 4.13.828. *Vt à calumniis & condemnationis nota defunctum vindicare debeat* 1.10.159. *Vt cœptam à defuncto adulterij accusationem renouare & persequi possit* 1.14.293. *Vt necem defuncti vindicare teneatur* 1.10.163. *Vt testatoris voluntati parere debeat* 13.24.& 25. *Vt quasi hæres appellatus, qui non absolutè, sed sub Inuentarij beneficio hæreditatem adiit* 1.10.176

*Hæredis appellatio, vt iure ciuili ad hæredem hæredis non extendatur* 2.13.470

*Hæredis boni, defuncti voluntatem, licèt minus solemnem, exequi* 3.12.661. *Illius factum aut culpam quoties indignitas respicit, vt hæreditas fisco applicetur* 3.7.627. *Vnius renuntiantis portio, vt cæteris cohæredibus accrescat* 2.5.364

*ex Hæredis solius voluntate aut dissensu vt cesset omnis fideicommissi persecutio* 4.4.756. *aduersùs Hæredem contumacis condemnati vt tranſeat pœna pecuniaria* 1.10.172

*Hæredem esse in cõditione & in dispositione vt differant* 4.4.758

*Hæredi bono vt sufficiat voluntatem defuncti nosse* 3.12.663. *Defuncti personam repræsentat is vt electio merito tribuatur & ad ipsum optionis ius transmittatur* 4.4.761. *Futuro prouidere vt sit laudabile* 2.4.356. *Instituto vt sufficiat aduersùs exhæredatos exhæredationis causas probare* 1.14.247. *Nefario & indigno portio hæreditatis adiudicata, vt fisco vindicari debeat* 3.7.628. *Non vindicanti mortem defuncti vt hæreditas auferatur* 1.14.252. *Præsumptio, vt ex iure consuetudinario legari aut donari prohibeatur* 2.13.470. *Vt liceat summo iure & Trebellianicam, si fideicommisso grauatus sit, & legitimam si filius sit, & velit, detrahere* 4.17.863. *Vt potius quam marito sit concedenda adulterij quæstio* 1.13.237



Source : BIU Cujas

*sine* Hærede decedere vt ignominiosum 1.10.176
Hæredes cur sæpius viduas accusent 1.14.255. *Institui si postea* deportentur, vt pro non scriptis habeantur 3.7.632. Præsumptiui qui 2.13.468. Inter Hæredes defuncti & successorem in beneficio, vt pro rata anni diuisio fructuum fieri debeat 3.4.609. Hæredes mariti an dotem & lucra nuptialia impudicæ viduæ lucrentur 1.13.236. & seq.
Hæredum ab intestato succedentium qualis sit ordo 1.1.7
Hæredibus duobus institutis, si vnus eorum partem non faciat, vt totum hæreditatis lucrum ad alterum spectet 3.13.672. Legitimis vt adiudicanda bona illius interdum qui sibi mortem consciuit 1.12.221
Hæreditariæ onera pro portionibus hæreditariis inter coheredes vt diuidãtur 4.13.827. Vt non pro modo emolumenti, sed pro hæreditariis portionibus inter coheredes diuidi debeant 4.13.828. & seq. Prædia vt creditoribus hypothecariis, hypothecæ iure, afficiantur & obligentur 4.5.763
ad Hæreditariarum rerum diuisionem vt non pertineat quæstio de morte testatoris 3.7.634. Non adita, neque lege permittente delata, vt transmitti nullo modo possit 3.7.639. Vt ad proximum agnatum deferri non debeat, vbi agitur de fratricidio aut parricidio 3.7.629. Vt pactis neque dari neque adimi possit, neque transmitti præterquam testamento vel ab intestato 1.15.262. Vt sit successio in vniuersum ius, quod mortis tempore defunctus habuit 4.13.830. Vt tam mobilia quàm immobilia à defuncto relicta contineat 4.5.763
Hæreditatis etiam non delata ius, aut nondum adita vt plerunque transmitti possit 3.7.638. Nõdum delata ius vt transmitti nequeat 3.15.684. Obuenta vt nulla sit renũciatio 2.4.353. ad Hæreditatis partem vt non admittatur infans, donec in lucem prodierit 3.13.668
de Hæreditate viuentis sollicitus vt sit improbus 2.4.341. & 3.6.621.
de Hæreditate communi quis sit diuisionis effectus 3.19.713. in Hæreditate

Source : BIU Cujas

Hæreditate qui non admittuntur, vt frequenter cæteros excludant 3.7.629
Hæreditates vt inhoneſtæ videantur ſimulatione aut blandiiis quæſitæ 1.15.264
Hæreſis ethymum & definitio 1.12.218. Vt non ſit impietas quauis aut crimen 1.12.221
Hæreſeos crimen vt ſuas habeat leges ſpeciales 1.12.220. Illius introductio vnde potiſſimum contigerit 1.7.103
Hæreticus quis proprie 1.12.219. Illius bona vt omni iure confiſcentur 1.12.218
Halcyones aues vt in contexendis nidis artificioſæ 1.13.231
Heliodori annuli vis 1.5.57
Herba quædam Cæſareæ fuerit ad curationem omnium morborum apta 1.5.58
Hilarionis teſtamentum quale 2.10.438
Hiſpanis vt nulla ſit neceſſitas parendi legibus Romanis 2.1.291
Homo manuum Dei operæpretium 3.4.605. pars mundi 1.4.45. Vt ſolum ſit animal natum pudoris & verecundiæ particeps 4.10.783
Hominis breues dies ſunt, ſed ſenimors in ianuis 4.2.731. Hominis dignitas vt rebus omnibus præferatur 2.6.370. In illius morte cunctatio 1.4.44
Hominem occidere impune vt iudici & medico liceat 1.4.48
Hominum gratia vt omnia cõparauerit natura 2.6.370. Primæ ætatis commendatio 1.7.99
Homines liberos vt non liceat retinere 2.6.371
Homicida vt odio proſequatur 1.6.96
Homicidij crimen vt ſit in hominis ſalute peccare 1.5.63
Honeſtatis publicæ pudor vt non patiatur quem ex facinere ſuo lucrum aut cõmodum reportare 3.7.627
Honeſtum vt in arduo poſitum 2.7.392
Hoſpitales domus vt olim Eccleſiis iunctæ 4.2.733
Hoſtem in bello interficiens vt à ſacris olim arceretur 1.6.84
Hoſtij libido à Seneca exprobata 4.10.791. & ſeq.



Source : BIU Cujas

*Hurellus impostor empiricus apud Aurelianenses magni nominis* 1.5.64

D. *Hieronymus vt oppidum sibi carcerem esse dixerit, solitudinem verò paradisum* 2.2.331

*Hymenaei spes & ardor vt liceant puellis* 4.10.781

*Hypobolum vt in fauorem mulierum introductum, & quale hoc ius* 1.14.225

*Hypotheca eiusque effectus & obligatio vt diuidi non possit* 4.5.763. *Expressa vt adiici soleat in contractibus ex communi notariorum stylo in Gallia* 4.19.883. *& seq. Obligationis accessio non ipsius fundi aut feudalis prædy* 4.13.830. *Præcedens communis rei diuisionem vt neque tolli neque mutari possit pluribusque casibus* 3.19.710. *Quanis propriè res sit immobilis, vt nonnunquã ad mobiles extẽdatur* 2.8.397. *Semel quæsita, vt nulla posteriore conuentione mutari, lædi aut violari possit* 3.19.710

*Hypothecæ assignatio vt sit quasi accessio quædam & onus rei adiunctum* 4.13.828

*de Hypothecæ iure quotiescunque inter creditores in chirographariorum agitur, vt ordo & prærogatiua ex tempore censeatur* 4.19.884. *& seq.*

*Hypothecam expressam habens vt fisco postea contrahenti præferatur* 4.19.883

## I

*Ianuarius quando primus anni mensis constitutus* 3.4.608

*Ieiunium vt sit pœna Ecclesiastica & corporalis* 2.15.481. *& 484*

*Iephthes vt à successione paterna fuerit repulsus* 2.14.474

*Igneus vir appellatus Albanensis quidam episcopus* 1.11.192

*Ignorantes quando non ligent regiæ constitutiones* 2.1.297. *Ignorantia adiecta auaritiæ quam periculosa* 2.16.494. *Supina quæ* 2.18.524. *Vt non iuris, sed factis excusetur* 2.18.526

*Illegitimorum vt plures sint species* 2.14.471

*Illegitimi vt naturalium nomine donati* 2.14.473



Source : BIU Cujas

*In Immobilibus vt de iure Gallico conflet prærogatiuam creditorum ex hypotheca constituta tempore spectati 4.19.878. In iis vt mulieri prærogatiua non tribuatur 4.19.884*

*an Immunitas Ecclesiastica ad prædia recèns à monasteriis acquisita extendatur 2.2.301*

*Immunitatum maximè Ecclesiasticarum abusus 2.2.315.& seq.*

*Imperandi vt sint plura genera 1.15.267*

*Imperialia rescripta in iudicijs proponi & citari, vt prohibitum 2.1.291.& seq.*

*Imperium Iouis & Cæsaris vt diuisum 3.5.613. Vt nihil aliud sit, nisi alienæ salutis cura 2.11.452*

*Impositoris munus quale 2.19.542*

*Impuberes vbi educandi 1.9.150*

*Impudentia vt specialis nota impudicitiæ 2.12.455*

*Impudicæ frontis vt insignis nequitia 1.14.242. in Impudicas vt non præsumatur matrimonij promissio 2.12.456. Impudicarum mulierum nota impudicitiæ 2.12.455*

*Inæqualitas inter fratres quàm odiosa & damnosa 3.6.616.617.& seq. 1.15.265. 3.6.616.& 4.4.758. inter liberos, vt in plerisque Galliæ locis non obtineat 2.4.346*

*Incantationibus vt & apud quos curati morbi 1.5.56.57.& seq.*

*Incapax hæres quis 3.7.626.631.& 636. incapacis & indignis quanta differentia 626*

*Incertitudo valoris seu pretij frumenti vt contractus alioqui dubios confirmare soleat 4.18.871*

*Incestas nuptias etiam dictas quæ contrahantur spretis ritibus & solemnibus cæremonijs 2.17.503*

*Incestuosi vt dicti liberi ex presbyteris nati 2.14.477.& c. 19.521*

*Indignus hæres quis dicatur 3.7.626.& 636*

*Indignitatis & Incapacitatis ratio qua haberi soleat 3.7.636. Indignitatis quæ sint causæ, quibus hæres ab hæreditate repellitur 626*

*Ingenuitatis probatio vt non sola professione aut scriptura*



Source : BIU Cujas

fiat 2.18.516
Ingrati actio vt moueri possit à filiis heredibus patroni ob iniuriã ipsi illatam 1.14.249
Ingratorum filiorum portiones vt ad nepotes ex illis natos deueniant 3.7.632
Iniquitatis vinculum vt non sit iusiurandum 2.4.346
Iniuria affici vt is non videatur cui lucrum extorquetur, non dãnum infligitur 2.7.392. Quauis tacita vt vnius anni dissimulatione remitti censeatur 2.9.414. Sacerdotum vt ad Christum pertineat 2.12.323. Illius & Contumeliæ differentia 4.12.823
Iniuriam factam vt non sola pœnitentia excuset in criminibus 4.12.824. Sibi illatam vt dissimulationis voluntaria patientiâ remittere quisque possit 1.14.249. Vindicari vt disciplinæ interest 1.13.236
Iniuriarum actiones, vt magis contumeliæ & doloris, quàm pecuniæ persecutionem habeant 4.12.824. Vt nec contemnendæ, nec leuis sint momenti 4.12.823
Iniuriarum & conuitiorum mutua compensatio vt agentem repellat 4.16.823. Quale esse debeat discrimẽ & iudicium 4.12.825. Remedium illarum vt sit obliuio 1.14.249.45. Iniurias despicere & contumelias vt sit animi magni 4.12.822. Maximè fœminarum ibid. suas suorũque persequi vt liceat 4.12.824
Inopia debitoris vt non illum impunem reddat 2.15.484
Insignia familiæ vt & cur arma improprie appellentur 4.4.756
Insinuationes donationum cur introductæ 3.17.692
Institori aut præposito Kalẽdario soluũ vt rectè soluũ sit 3.1.559
Iustitutus fitius sub cõditione fideicõmissi seu substitutionis vt duas quartas legitimã & Trebellianicã possit detrahere 4.17.863
Insula exusta vt non teneatur locator conductori 4.8.777
Interpellatio vnius ex correis vt præscriptionem quoad omnes impediat 4.7.773
Intestati dona vt æquali iure secundũ leges diuidi æquum & fauorabile 4.17.865



Source : BIU Cujas

*Inuidia vt sit virtutis æmula, ipsámque comitari soleat pietatem* 2.2.316
Ioachimi *abbatis historia mira* 1.5.66
*Ira mora maximum remedium* 1.4.49
*Irenes historia de fide depositi* 2.10.434
*Itinerum publicorum munitiones & instructiones quanto fauore commendentur* 2.3.341
*Iudæi vt tolerentur in sua religione plerisque in locis* 1.12.220
*Iudex criminalis, cuius de maleficio cognitio est, vt videatur causã ciuilẽ, si quæ incidat, dirimere posse* 3.5.611. *Ecclesiasticus, vt de damnis in causa matrimoniali iudicare nõ possit* 3.5.615. *Negligẽs iniure reddẽdo, vt puniendus* 1.4.49. *Nundinarum Lugdunensium regius, vt iuris tam Romani quã Fracici peritus esse debeat* 2.16.488. *quã retulit de reo tabellã, vt reuocare nõ possit* 1.10.182. *Vt vim inferre legibus dicatur* 1.10.180
*Iudicis ignorantia vt sit innocentis calamitas* 1.4.50. & 2.16.494. *Partes quæ in damnando homicida* 1.10.179. *Vt permittatur rem communem integram vni ex litigatoribus adiudicare* 3.19.712. & *seq.*
*Iudices & magistratus quos constitui iura velint* 2.16.494. *Vt aliquo immunitatis honore à cæteris distinguendi* 2.11.445. *Vt ex mercatorum collegio electi* 2.16.488. *Vt interdum seculares cum Ecclesiasticis cognoscant de criminibus sacerdotum* 1.6.92. & 93
*Iudicum duo genera apud Romanos* 2.11.443. *Munus vt Deum habeat vindicem* 1.4.45. *Septem sententia criminalis vt requiratur* 1.4.38. *Varia genera* 2.16.488
*Iudicibus inferioribus vt à Senatu supremo authoritas conseruanda* 1.4.42. *Saulentibus immodicè vt sit adhibenda temperies* 1.4.50
*vt Iudicandus vnusquisque non hominum, sed rerum pondere* 2.2.327. *in Iudicando & iudicato referendo quæ sit forma in Gallia* 1.10.182. *Vbi iudicium prouisorium, sententia nõ obstante appellatione executioni mandari debet* 3.1.566



Source : BIU Cujas

Iudicio criminali damnati vt in solidum conueniantur 1.10.180. & seq.

Iudicia vt non ad voluntatem, sed ex legum præscripto reddi debeant 2.16.494 Vt olim in quouis crimine exerceri non possent 1.10.159. Vt plerunque per Iudicis iniuriam, non ex causarum meritis reddantur 3.1.568. Vt sint reddenda per eos qui rei, de qua agitur, certissimam habent cognitionem 2.16.490

de Iudiciis aduersùs reos absentes & contumaces 1.10. à 157. ad 187. In Iudiciis ferendis contra crimini accusatos quæ obseruanda 1.4.45. In iis quæ sint actoris seu accusatoris & quæ rei seu accusati partes 1.10.517. Vt dilatio rei sit nonnunquam vtilis 1.10.166. Vt in iis sit habenda ratio consuetudinis vsúsque prouinciæ 2.1.290

Iuliæ legis pœna de adulteriis an capitalis 1.13.234

Iuliani Imp. morientis dictum 1.12.206

Iuliæ leges de adulterio quamuis tulerit Augustus Imp. vt tamen pronus in adulteria fuerit 2.17.512

Iulius Cæsar vt testamento Octauium, qui postea Augustus fuit, in familiam nomenque adoptauerit 4.4.755

Iura grauiditatis muliebris vt incerta sint & in suspenso quamdiu infans in vtero est 3.13.671

Iurare nolle, aut Iusiurandum delatum referre, vt sit manifestæ turpitudinis 1.11.192. Vt non sit malum, sed peierare peccatum 1.11.191

Iuramentum super altare vt à canonistis probatum 1.11.191

Iuramenti formula quæ apud Romanos 1.11.88

Iuramenta quæ exterationes continent, impia 1.11.197. Quæ illicita 1.11.197. & seq. in Iuramentis vt nec faciles nec difficiles etiam esse debeamus 1.11.193

Ius ciuile continens Iurisconsultorum responsa & Imperatorum edicta seu rescripta, vt lites omnes tam mercatorum quàm artificum dirimere possit 2.16.492. & 493. Ius ciuile Romanum cur in senatu & tribunalibus Franciæ vsitare liceat 2.1.



Source : BIU Cujas

290. Vt olim Pontifices extra collegium emitti nefas putarent 1.5.52

Ius commune in Gallia quale 3.16.687. Nondum quæsitum, vt nondum etiam sit in bonis nostris 3.12.662. Vt sit ius etiamsi Prætor in què decernat 3.1.568

Iuris Gallici & Romani differentia circa nuptias, dotes, & pacta dotalia 4.19.882

Iure suo vt quis priuetur, vt expressa illius voluntas requiratur, nec sufficiat simplex præsentia 4.14.833

Iurisconsulti, vt iuris & iustitiæ Sacerdotes appellati 2.19.533. Iurisconsultorum responsa tollere vt voluerint Imperatores 2.1.290

Iurisdictio emporij Lugdunensis vt semper regia fuerit 2.16.498

Iusiurandum vnde dictum 1.11.194. Conceptum quod diceretur 1.11.189. Militum quale ibid. Calumniæ vt in litis ingressu præstari iura voluerint, ne quid contra bonam fidem in iudicio peteretur 4.11.821. Vt hoc Iusiurandum olim ab aduocatis in quacunque parte litis exigi poterat 2.19.542. Iosephi quale 1.11.190. Per externos vt à Deo prohibitum 1.11.190. Præstandum dummodò sit licitum 1.11.197. Quando nullius effectus 2.4.345. Vt Emplastrum aris alieni appellatio 1.11.188. Vt sit legitima & solemnis assertio 2.4.345. Vt personale, nec ad hæredes transeat 2.5.361

Iurisiurandi à filia præstiti in contractu matrimonij ratione renunciationis vt nulla habeatur ratio 2.4.345. Formula vt non qualibet sit admittenda 1.11.195. Oblati formula quædã à deferentibus præscripta recusata & reprobata 1.11.198. Religio vt non semper tutam ac certam veritatis probationem contineat 1.11.194. Hæc religio vt olim ad dirimendas controuersias interposita 1.11.188

Iurisprudentia vt sit tractanda 2.19.531

Iussa suprema in cognitionem vocari nefas 2.11.442. & seq.

Iusta iuste exequenda 2.19.539. Iusta tantùm quæ fiunt Deo iubente 2.11.449



Source : BIU Cujas

Iustinianus Imp. cur Ecclesiasticæ disciplinæ studiosus 2.2.323. Vt Theodoræ vxoris suæ iudicio frequenter fuerit vsus 2.4.350. & seq. Vt ius ciuile potius corruperit quàm compilauerit 2.1.290
Iuuenis vt citò mori possit, sed senex diu viuere nequeat 4.2.741
Iuuentutis institutio quàm in repub. necessaria 3.3.583. & seq.

L

Labarum vexilli quale militaris genus 3.5.612
Labores aliorum vt altis fructum vel lucrum afferrenō oporteat 3.4.602
ex Lasione immodica vt etiam maiori restitutio debeatur 2.4.347
Laonicus Chalcondilas vt sacerdotem memoret, qui damoniacis meātationibus mulieres ad cōcubitū pellicere solebat 4.10.812
Lares Viales, qui apud veteres 2.3.341
Latina lingua vt commune hodie sit omnium exterorum idioma 2.16.496
Latrunculator quis dictus 1.4.37
Laudimia venditionis adiecto redhibitionis pacto initæ, cui debeantur 3.18.à p.700. ad 770 Vt antiquiori colono sint adiudicanda 3.18.707. Vt domino feudi debeantur 3.18.704. Laudimiorum petitio vt ex ipsa venditione nascatur 3.18.706
Legari collegiis vt vetuerit Diocletianus in Christianorum inuidiam 2.2.334. Legandi edictum, Vti quisque rei suæ legassit, ita ius esto 1.15.263
Legatæ rei diuisio cuius expensis fiat 3.10.650
Legatum libertis ea conditione factum ne alienent, & vnus alienauerit: vt is quidem nihil ex legato consequatur, sed totum ad alios spectet 3.13.673. Vt reuocetur testatoris ademptione tacita seu expressa 4.8.777. Vt statim à morte testatoris fiat legatarij sibique quæsitum dicatur 3.12.663
Legati fundi pecunia vt non minus legatario debeatur, si ille euincatur, quàm ipse fundus 2.8.403

in Legato

*in Legato annui reditus quæ spectetur anni diuisio* 3.4.605
*in Legato auro & argento, vt non materia, sed pretium præsentis temporis præstari debeat* 1.16.280
*Legata ad pias causas vt non possint auferre nec minuere legitimam parentibus de iure ebitam* 1. 1. 1. *In dubio relicta vt diuidi & distribui omnibus debeant* 4.4.749. *Sub conditione facta, vt pendente conditione in legatarij dominio non sint* 3.18. 703. *Vt ab hærede præstari debeant* 3.c.10.p.651
*in Legatis ad pias causas relictis, vt nullus sit Falcidiæ locus* 1.1. 3. *in Vxori relictis quæ obseruanda* 1.8.144
*Legatarius cui pars domus, quam defunctus pro indiuiso possidebat, legata est, quatenus ad impensas diuisionis illius teneatur* 3.10.652. *Qui celat testamentum, vt legato priuetur* 3.2. 632. *Vt non teneatur cauere de non alienando* 3.14.675
*Lex Cincia ad reprimenda dona & munera lata* 4.2.729. & 730. *Cornelia de falsis cur testamentaria dicta* 2.10.438. *Cur breuis esse debeat* 2.10.431. *De maritandis ordinibus cur & à quibus lata & renouata* 4.10.804. *Iulia Miscella vt à Iustiniano Imp. sublata* 1.8.139. *Vt hæc remittat mulieribus viduitatis conditionem* 2.7.384. *Lex, Natura & Vetustas vt æquiparentur* 4.18.871. *Qua filius patrem alere tenetur, vt pro malis patribus scripta dicatur* 3.6.619. *Rhodia vt filios ad solutionem debitorum paternorum cogeret* 2.5. 366. *Voconia ne quis fœminam hæredem institueret, quando lata* 2.4.350.356. & seq. *Vbi lex non distinguit, nec distinguendum* 2.6.377
*Legis commissoriæ pactio vt reprobetur in pignoribus* 4.18.876 *Corneliæ actio de iniuriis vt patri non cõpetat* 4.12.823. *Legis xij. tabularum locus interpretatus de debitorum sectione* 2.6. 367. *Papiæ inhumanitas aduersùs peregrinos* 4.11.819. *Rigor vt sit temperandus* 2.10.425. *Rhodia dispositio penes iactum nauis leuandæ gratia* 4.19.886. *Velleiæ fauor nepotibus competens* 2.5.361. *Legis verba vbi deficiunt, deficere etiam ipsius dispositionem* 2.13.469. *in Legis fraudem vt faciat qui sal-*

uis

tuis illius verbis sententiam circumuenit 4.2.730
Lege prohibentè quodcunque fit, vt sit nullum 3.14.675. Lege prouinciali vt teneantur omnes 2.1.289
Leges Cornelia & Iulia de bonis publicandis quàm noxiæ 1.12.213
Leges in commune bonum procedentes vt nunquam occasum patiantur 2.1.294. Insurgere & armari iura gladio 1.6.85. Quin locum habeant in testamento vt nemo facere possit 2.7.385. Idem & in contractibus censendum ibid. Romanæ vt non vbique vsu receptæ 2.1.291. Sempronia & Viaria à quibus & de quibus latæ 2.3.341. Seueræ & odiosæ vt non extendantur, sed restringantur 1.10.183. Solonis vt axibus ligneis incisæ & propalam editæ essent 2.1.300. Vt ex Senatus consilio approbari debeant antequam promulgentur 2.11.448. Vt nihil possint, vbi sola regnat pecunia 1.10.179. Vt posteriores vitiis 1.7.110
Legum aut constitutionum verba vt captanda non sint 1.10.177. Iuliæ & Papiæ vis circa cœlibes 2.14.474. Præscripta in malos qualia 2.19.541. Scita corrumpentes vt puniendi 1.4.48. Vt coërcentes 50. Illarum suprema authoritas vt à Principe pendeat 2.1.287. In Legibus vt spectanda scribentis voluntas 1.12.211
Legitima filio in bonis paternis debita, vt nulla restitutionis vel fideicommissi onere grauata esse debeat 4.17.865 Parentibus debita vt præferatur legatis in pias causas factis 1.1.1. Ipsis Parentibus, vt nulla de iure Gallico constituta 2 & 5 Imò de iure ciuili Imperatorum 1.1.6. & in quibus bonis assignandæ ibid. Vt liberis de iure naturæ debeatur, nec liceat parentibus illa liberos priuare 2.4.348
Legitimæ detractio vnde orta 1.15.263
de Legitimatione aut illegitimatione filiorum, vt sola parentum professio rei veritatem non immutet 2.9.415
Legitimus pro parte & pro parte illegitimus vt nemo censeri possit 2.18.526

Lentulus

Zentulus cur Sura dictus 2.15.484
Leo Philosophus Imp. vt à sacris interdictus 1.8.136
Leon. Selenciæ pontifex qua de causa de sede deiectus 4.3.740
Leonis Imperatoris constitutio aduersùs furtiuos amores 2.17.511.& 512
Leontij Antiochenæ Ecclesiæ præsulis historia, qui sibi genitalia præcidit, vt suspicionis occasionem auerteret 4.10.796
Lepra vt sit morbus gentilis 4.12.825
Liberalis in necessitate vt nemo censeri soleat 3.11.656
Liberalitas patris in liberos, vt paterna dicatur benedictio 3.6.620. ex Liberalitate quod fit, donatio est 3.11.657
Liberi erga parentes vt teneantur 1.1.4. Ex ancilla suscepti vt esse possint hæredes patris 2.17.509. &c. 18.518. Licet inæquales in rebus feudalibus portiones habeat, vt non tamen ideò minùs æquo iure hæredes sint 4.13.830. Naturales vt nulla à legitimis distinctione quoad fœdus naturale discernantur 2.14.475. Vt ex patris stipulatione non modò in conditione, sed & in dispositione esse dicantur 4.1.726. Vt non succedant parentibus damnatis in rebus graui aliquo scelere patris 3.7.628. Vt succedẽdi iura habere existimẽtur, ex patris professione 2.17.515. Educatio vt matri auferri non debeat 1.8.141. &c. 9.152
Liberis nostris vt ex voto paremus omnia quæ nostra sunt 2.13.467.& 471. Item c.14.472. Vt & quando iudicio prouisorio paterna bona adiudicari debeant 2.18.529. Vt fraudi esse non debeant naturales illegitimi. 2.14.476
Liberos edimus vt ex legitima prole diuturnitatis memoriam nobis in æuum relinquamus 2.13.471. Liberos non habentes vt ignorent parentum affectus 1.8.144. Nutriẽtibus vt non fructus educationis ipsa educatio sit 1.8.141
Libertini status vt fuerint apud Rom. naturales & illegitimi 2.14.476
Libido vt domet etiam ferreas mentes, dum versantur inter voluptatum illecebras 4.10.816. Vt maiorem in virginibus patia-



Source : BIU Cujas

turſamem 4. 10. 813. Libidinem ſubegiſſe continentiæ palmã 2.7.394
Limitanei agri vt militibus nõ aliis donati & aſſignati 2.11.448
Linguæ o gãnum aliquando bonum, aliquando malum 2.19.535
vb Lites & fora ceſſant, vbi fœlicitas 2. 16. 490. in Litibus verſantes quantumuis veris, vt malitiæ multum etiam nolentes addiſcant 2.19.540
Litigioſa res, vt non omnis alienatio nulla dici debeat 3. 14.676. & ſeq.
Lucum vt faciat regaliam 3.1.567
Locationis pretium vbi duodecimam ſortis excedit, vt cenſeatur contractus vſurarius 2.8.398. Locationi, quam defunctus vſufructuarius fecit, vt ſtare non teneatur proprietarius 3.4.598
Lotharius 2. vt collapſa turris ciuilis Rom. ſtudia rurſus erexerit 2.1.291
Lucij Malij in ſuum iuuenẽ acerbitas accuſata & dãnata 3.6.618
Luctus annuus vt inſtitutus 1.13.279
in Ludis Floralibus vt mimæ nudæ ſaltarent 4.10.808
Lugdunenſis ciuitatis & emporij encomium 2.16.496. de illius nundinarum indice 2.16.ap.486.ad 497
Lyræ Pythagoræ vt perturbationibus animi apta 1.5.59

M

Magiæ aut incantationis vbi ſuſpicio eſt in matrimonio, vt triennium expectari debeat 4. 10.812.& ſeq.
Magicæ voces vt quondam fœlices habitæ 1.5.57
Magiſtratus ciuitatis princeps 2.11.443.& 444. Illius delictum vt plus exemplo lædat 1.4.50. Præſentia in excubiis, vigiliis & portarum vbi cuſtodia quàm ſit vtilis 2.11.452. Quale ſit munus 2.11.443.& ſeq. Vt doctrina imbutos, ſummáque morũ probitate commendabiles eſſe oporteat 2.16 496.& ſeq. Vt leges, ſed populo magiſtratus præſint 2.11.444. Vt non iiſdem muneribus obſtringi debeant, quibus plebeij 2.11.443
Magiſtratuum ἀνακρισις vt Athenis vſitata 1.7.104. Municipalium apud Romanos vt poteſtas limitata 1.6.84. An ipſis imputandi

Source : BIU Cujas

*Imputandi sint tristes condemnationum euentus* 1.4.33
*Maior xxv. annis vt intra decennium à tempore contractus restitui possit* 3.17.698. *Vt ipsi liceat de bonis suis disponere* 2.14.478
*Maledicens defuncto testatori, vt priuetur in testamento relictis* 1.13.238
*Maledicta qui non vindicat veterem remittendo iniuriam, vt nouam prouocet* 4.12.823
*Maleficia persequenda vbi commissa* 2.11.446. *Illa puniri vt publicae disciplinae vigor postulet* 2.19.541
*Maleficij vlciscendi acerbitas, vt bene atque caute viuendi sit disciplina* 1.12.211
*Manes Manichaeorum haeresis author, quàm infoelicem vitae exitum fuerit sortitus* 1.5.70
*Mansuetudinis laus praecipua* 2.9.412
*Manumitti qui de iure debet, vt non possit liber à iudice pronuntiari, sed restitui ei libertas debeat* 3.1.569
*Marescallorum praefecti munus & authoritas* 1.4.37
*de Maritandis ordinibus lex à quo primùm lata, cur, & à quibus renouata* 4.10.804
*Maritus in rem suã vxori contrahenti vt non authoritatem praestare debeat* 3.11.658. *Vt à lege laudetur, dum crimina vxori obiecta remittit* 1.14.249. *Vt castitatis exactor* 1.14.253. *Vt ex vxoris delicto damnum aut praeiudicium debeat in quaestis* 3.7.638. *Vt excusetur ante accusationem vxoris de adulterio, si velit adumbrare patientiam incredulitatis praetextu* 1.14.242. *Vt pecuniae dotalis nõ tam debitor quàm depositarius dici debeat* 4.19.881. *Vt sit ipse vindex thori genialis* 1.14.248. *Vxorem in adulterio deprehensam occidens, vt iustum dolorem exequi dicatur* 3.7.628
*Mariti haeres vt morum illius mulieris coërcitionem non habeat* 1.13.227. *Illius ius in bonis vxoris quatenus beneficij possessori comparetur* 3.4.597. & 598
*Marito damnato ob crimen laesae maiestatis, vt saluae maneant vxori dotis, & donationis propter nuptias actiones* 3.7.637.



Source : BIU Cujas

*Vt non sit criminosum meritis & blanditiis supremum vxoris iudicium in se aut suos prouocare* 2.13.463
*Mariti vt olim fœminarum suarum iudices* 1.14.254
*Marpessa & eius filiarum exemplum* 2.7.389
*Martem cur vocet Homerus* συναλίον δήμοτον 1.6.85
*Masculi vt nominis ferendi & insignium armorúmque familiæ capaces sint* 4.4.755
*Massilia studiorum sedes & magistra* 3.3.586
*Mathematici vt à Tacito damnati* 1.5.73
*Mater quæ ad secunda vota transiit, an liberorum educatione & & legati vsusfructus commodo priuari debeat* 1.8.133.157. *Quæ liberorum tutelam aut educationẽ requirit, quale iusiurandum præstare debeat* 1.9.148. *Quæ vera censenda* 1.8.137. *Vt semper sit certa* 1.9.155. *Virum ipsi educationem filiæ ex illegitimo coitu procreatæ habere liceat* 1.9.145. *Illius assertio vt veritati præiudicium nullum afferat* 2.18.518. *Illa assertio vt non impediat veritatis perquisitionem* 2.18.517. *Vt plus debeatur quàm patri* 1.8.140
*Matremfamilias pro debito vt non liceat de domo extrahere* 2.6.372
*Matres in quibus de iure Gallico liberis succedant* 1.8.142. *Matrum amor vt sit maior patrum amore & cur* 1.8.139. *earũ exempla qui filios educarunt & edocuerunt* 1.8.145
*Matribus vitricum superinducentibus cur liberorum educatio prohibita* 1.8.142. *Matribus cur tribuatur liberorum educatio* 1.9.147
*Matrimonium cur potius quàm patrimonium dictum coniugium* 1.8.140. *Etiam per vim contractum vt spontanea cohabitatione subsequuta confirmetur* 2.17.514. *Multorum intemperantiæ legitimæ signum* 1.8.135. *Quid sit & illius definitio* 2.14.474. *Quatenus ex frigiditate viri dissoluatur* 4.10.806. *Semel contractum vt à parentibus dirimi non possit* 2.9.415. *Spirituale in Ecclesiasticis muneribus & dignitatibus* 3.1.556. *Vt etiam sine pompa & nuptiarum celebritate, atque adeò*

Source : BIU Cujas

adeò absque vllis dotalibus instrumentis firmum sit 2.17.511.
Vt non faciant tabulæ nuptiales 2. 17. 510. Vt potius præsumatur in liberæ coniunctione, quàm concubinatu 2. 12. 460.
Vt sit omnis vitæ consortium, & diuini atque humani iuris communicatio 4.1.717. Vt sit venditionis species 4.10.808
Matrimonij contractus vt non priuati, sed publici iuris sit 4. 1. 725. Illius vt sint plures appellationes 1.2.15. Dignitas vt non modò quod licet, sed & quod honestum est, requirat 1.2.21. Illius & concubinatus collatio 2.14.472. & 474. Ineũdi vt finis præcipuus spes futuræ prolis 4.10. 805. Illius quæ sit definitio 2.17.501. & seq. Quæstio vt sit Ecclesiastici fori 2.12. 461. Quæstione pendente, vt furti accusatio interea quiescere debeat 2.12.454
ad Matrimonij accusationem vt non admittantur qui nuptiales priùs tabulas subsignarunt 2.18.528
de Matrimonij causa cognoscens iudex Ecclesiasticus, vt non possit de hæreditate pronuntiare 3.5.613. de Matrimonij & ingenuitatis legitima probatione 2.17. à p. 497. ad p. 516
vbi Matrimonij pudor & sobolis spes seruatur, vt non sit turpitudinis libertas 4.10.814
Matrimonio soluto vt honor præteriti coniugij nullam criminalem persecutionem admittat 2. 12. 456. Vnico contenta mulieres quàm olim honoratæ 2.7.390
in Matrimonio vt alterutrius coniugum ignorantia sufficiat ad liberorum legitimationem 2.18.517
Matrimonia à pœna damni vt libera esse debeant 3. 13. 669. & 2. 7. 392. Non pretio vel mercede, sed mutua coniugum beneuolentia iniri debere 2.4.357. Vt contrahantur, quia creditur successura posteritas 4.10.805. Vt non esse debeant venalia 1.2.12
Matrimoniorum causæ vt non ex iure ciuili, sed canonico decidendæ 4.10.805. & 806
in Matrimoniis contrahendis cur parentum & amicorum requiratur præsentia 1.2.13.14.15. In iis quæcunque furtiua



Source : BIU Cujas

*fiunt, vt odiosa & suspecta censeantur* 1.2.16
Medendi forma triplex 1.5.54. *Medendi vt varia & extraordinaria fuerint remedia* 1.5.58. *& seq.*
Medicus vt lege Aquilia teneatur ex imperitia 1.5.70. *&* 71. *Vt magis experientia quàm librorũ studio fiat* 1.5.53. *&* 54
Medici quanto honore quondam affecti 1.5.52. *Vt immunitate donati* 1.5.54. *&* 55. *Illorum abusus vt subseruiant auaritiæ pharmacopolarum* 1.5.60. *Æmula & malitiosa inuidia* 1.5.53. *Imperitorum pœna affectorum exempla* 1.5.70. *& seq. Vt numerus certus esse debeat in vnaquaque ciuitate* 1.5.69. *Vt illorum plures sint sectæ* 1.5.55. *&* 56. *Vt medicis diu caruerint Romani* 1.5.53
Medicinæ laus & encomium 1.5.55. *&* 62. *Scientia vnde orta* 1.5.54. *Vsus & cognitio qualis* 1.5.52
Medicinam Romæ profitentes & liberalium artium doctores quãto Iulius Cæsar præmio affecerit 3.3.586. *in Medicina Impostores qui* 1.5.56
Membrorum suorum vt nemo sit dominus 2.6.370
*vt Mendacia vulgò existimata, quæ vel auditu noua, vel visu rudia, vel etiam supra cogitationis captum videntur* 1.5.58
Mendacibus atque periuris vt sub cautione & fideiussore credatur 2.10.433
Mendicitas vt in clero vitanda 3.2.573. *& seq.*
Menenij Agrippæ laus in paupertate 4.3.739
Mensores vt finium quæstiones dirimere debeant 2.16.489
Mentiri quàm apud Persas fuerit grauissimum crimen 2.6.376
Mercator vt facilè virtutis obliuiscatur, nec de honesto, sed de vtili cogitet 2.16.494
Mercatores rerum forensium & iuris imperiti, vt non possint aptè iudicandi munus exercere 2.16.494. *Illorum causas vt mercatores iudicare debeant* 2.16.489. *Mercatoribus vt auaritia & sordes imputentur* 2.16.494
Mercaturæ dediti vt priuentur militia 2.16.494. *Mercaturam exercentes, vt à Reipub. administratione admitti prohiberet lex*

Source : BIU Cujas

lex apud Thebanos 2.16.493
à Mercede repelli non debet qui ad onus eligitur 1.7.121
in Mercede vt separari non possint, quos opera coniungit 3.4.603
Mercenarij qui dicti penes agrotos 2.10.437
Mercurio vt eloquentiæ & suadelæ numen tributum 2.19.538. Vt ille veritatis antistes existimatus ibid.
Metus iustus an ex amissione patrimonij iudicetur 1.15.267. Vt præsumatur in contractu inter patronum & libertum 2.4.348
Miles stationis munus relinquens vt sit plusquam emansor 1.12.204. Vt à tutela prohibeatur 1.8.144
Milium Limitaneorum numerus, officia & stationes vt à Iustiniano describantur 2.11.448. Quàm magna & varia sint priuilegia 3.3.592
Militiæ cingulum priùs soluere vt sit indecens, quàm cedat victori aduersitas præliorum 1.7.101
Militaris testamenti probandi cautio 1.13.231
Mina patris irati vt legitimum inferant liberis & generis timorem 1.15.267
Ministrorum Christi electio vt præferri debeat quibusuis Ecclesiarum constructionibus 3.3.590
Minor ætas vt non sit causa sufficiens ad restitutionem 2.4.356
Minor curatorem habens si sine eo contraxerit quid iuris 3.17.697. Vt non inuitus adigi possit vti beneficio restitutionis in integrum 3.17.697. Minoris causam vt ætatis fauor commendet 4.6.767. & seq. Minori vt ad tricesimumquintum annum restitutionis auxilium impetrare concedatur 3.17.698
Minorum gesta quatenus valida 3.17.696. Minoribus vt lex prospexerit contra tutores & fœminas intemperantes 1.13.236. & seq.
Miraculis vt interdum curentur morbi 1.5.73
ad Misericordiam vt proclivior via bonis mentibus semper pateat 1.10.177
Mobilia bona Episcopi, non autem immobilia vt in sua po-



Source : BIU Cujas

testate habeant 4.3.741
Mobilium vniuersa successio vt primogenito deferatur ex consuetudine Andegauensi 2.8.402
in Mobilibus vt sit interdum tacita atque expressa hypotheca ius & aliqua etiam prærogatiua 4.19.881
Molles quos censeat Aristoteles 1.12.205.
Monachus si ad clericatum prouehatur, vt propositum monachicæ professionis non amittat 4.3.743. Monachus vt prophani patrimonij incapax 4.3.744
Monachi cur olim deserta, montes & solitaria loca quærerent 2.2.304. & seq. Vt primum Patres vocati 2.2.321
Monachorum castitatis votum vt minus solemne quam presbyterorum 2.18.524. Illorum & aliorum clericorum differentia 2.2.322. Illorum & eremitarum vt idem votum idemque fauor 2.2.338. Illorum prædia, reditus & possessiones vt ipsorum voto non aduersentur 2.2.327. Variæ appellationes 2.2.320. 323. Illorum origo 321. Preces & vota 322. & seq. Commendatio 323. Beati vt dicti 324. Vita vt laudata 2.2.326. & seq. De illorum vita & abusu 2.2.303. & seq.
Monachos mendicantes vt voti & professionis rigor obliget, ne quid seu singulariter seu collegialiter proprium habeant aut possideant 4.3.748
Monachis vt non liceat è monasterio egredi excepto Priore & procuratore 2.2.330. & seq. Vt interdictæ ciuitates Imperatorum constitutionibus 331
in Monasterio vt inter monachos nihil peculiare, sed omnium omnia 4.2.744
Monasteriorum variæ appellationes 2.2.320. Illorum origo & Institutio 321. & seq. in Monasteriis bene moderatis, vt manibus operari sit constitutum 2.2.308
Moneta probata vt ex propria dictionis significatione interpretanda 4.18.877
Moneta æstimanda vt sit ius regium & supremam referat Principis potestatem 1.16.275. Item & illius cudendæ & signandæ ibid.

Source : BIU Cujas

ibid. & 281. Monetæ priscæ bonitas an in redimenda annuâ reditus sorte considerari debeat 4.18.868.877
Monitionum Ecclesiasticarum quæ ad exquirendam veritatem in Ecclesia publicantur usus & vis 2.19.541. & seq.
Monogamia vt etiam apud Ethnicos summo in honore 1.8.135
Mora vt purgari non possit vbi præstitutum est temporis spatium 1.10.187. & 4.15.842
Morbi an veneficis carminibus immitti & curari possint 1.5.56. & 58. Vt miraculis interdum curentur 1.5.73. & seq.
Morborum remedia vt sint à natura varia 1.5.58. sicut eorum genera plura 72
Mores filios patri debere approbare, non patris regere 3.6.624. Vt à teneris annis formandi 1.9.152. Illorum coercitio vt hæredi non competat 1.13.227. & quæ Morum nomine intelligantur competere ex dote vxoris 228. Mutatio pro vice temporum 2.1.293. de Moribus actio vt vltra personam extendi non possit 1.14.248
Mortgage, antiqua vox quæ 2.8.395
Mors ciuilis an eundem sortiatur effectum, quem mors naturalis habet 4.16. à p. 852. ad p. 862. Vt non sit vera mors 856. Naturalis vt omnia soluat 3.1.558. & 4.16.854. Turpis vt forti accidere non possit 1.12.216. Vt expectanda forti, alacri & intrepido animo 1.12.205. Vt Morte mandantis cesset mandatum 3.1.558
Mortis contemptus, vt animi fortitudinem testetur 1.12.216. Genus luctuosissimum 1.12.204. Solatium vt non aliud quàm voluntas vltra mortem 2.10.421. Voluntaria cogitatio vnde proficisci soleat 1.12.215. Illius cogitatio, vt sit hæreseos genus quoddam 1.12.211. Votum tale vt pœnarum contumeliis coercendum 1.12.209. Illius solatium, voluntas vltra mortem 3.12.663. in Mortis diem relicta, vt non ante mortem firma 4.16.856
Mortem sibi consciscentium qualis circa cadauera illorum pœna 1.12.209. Vt lugeri lex eos vetet ibid. Sibi inferentium



Source : BIU Cujas

*exempla* i. 12. 207. *Quatenus illorum testamenta valida aut irrita* ibid. & 217. *Mortem sibi vltrò quæ conscissent, vt nudæ cum laqueo ex statuto olim efferrentur* 4. 10. 784. *In huiusmodi personis quæ spectanda* 1. 12. 215. & *seq. vt Mortem potiorem quidam, quam egestatem putent* 1. 12. 209

*Mortes voluntarias vt Ethnici probauerint aliquando* 1. 12. 207.

*à Diabolo* 212

*Mortuus quando dicatur viuum sasire* 3. 12. 665

*pro Mortuo vt eum haberi oporteat, qui ad remos perpetuus damnatus est* 4. 16. 854. *item & qui libertatem & ciuitatem perdit* 855

*Moysi manus vt etiam defides multum operarentur* 2. 2. 323

*Mulcta pecuniaria Demosthenis irrogata, vt in exilij pœnam fuerit commutata* 2. 15. 484

*in Mulctis an delicti commissi, an verò latæ sententiæ tempus attendi debeat* 3. 18. 705. & 706

*Muliebris pudor, timiditique sexus reuerentia vt causam restitutioni idoneam præstet* 2. 4. 348. *Virtus qualis* 1. 13. 231. *Muliebrem senatum vt institui voluerit Heliogabalus* 2. 16. 492.

*Muliebres rixæ & cõuitia, vt sint fœminæ ii supplices* 4. 12. 822

*Mulier casta vt socia rei humanæ & diuinæ domus. Impudica verò venefica præsumpta* 1. 14. 246. & 4. 19. 881. *Cur lucri pendente coniugio facti, particeps fieri debeat* 4. 1. 722. & 724. *Familiæ suæ caput & finis* 2. 4. 352. & 4. 4. 755. *Impudica vt in dote coërceatur & in donatione propter nuptias* 1. 13. 228. *Intra annum luctus nubens vt puniatur & priuetur omnibus lucris nuptialibus & testamentariis* 1. 13. 239. *Nubens alij existimans virum suum decessisse, vt cogatur si prior maritus reuertatur, ad illum redire* 2. 18. 526. *Prægnans vt liberos habere censeatur* 3. 13. 671. *Illius tura donec pepererit vt sint incerta* ibid. *Maritum, à quo hæres scripta est, si necauerit, vt hæreditate priuetur* 3. 7. 627. *Vt vacans dicatur à Iurisc.* 3. 1. 569. *ad secũda vota trasiens vt omni donationis maritalis commodo priuetur* 2. 7. 393. & *seq. Vt dotis causam*

*meliorem*

Source : BIU Cujas

*meliorem semper reddere conetur* 4.1.722. *Vt ex causa adulterij omnibus lucris priuetur* 1.13.239. *Vt intercedere aut fideiubere non possit: donare quidem* 2.14.478. *Vt non debeat incarcerari* 2.6.372. *Vt possessioni mobilium mariti tanquam pro pignore incumbat* 4.19.882. *Vt teneatur operas suas marito praestare, & in officiose ad mariti commodum & vilitatem continere* 4.1.724

*Mulieris & aliorum creditorum ius vt differat* 4.19.880. *Priuilegium ex Iustiniani constitutione quale* 4.19.883. *in liberae coniunctione vt potius praesumatur matrimonium quàm concubinatus* 2.17.515

*Mulieri dotem repetenti vt nec compensatio nec rerum amotarum exceptio obiici possit* 4.19.879. *Qui fidem dedit mulieri super matrimonio contrahendo carnali copula subsecuta, etsi postea in facie Ecclesiae ducat aliã & cognoscat, vt tamen ad primam redire teneatur* 2.17.514. *Vt mulieri de iure Gallico non tribuatur in immobilibus praerogatiua* 4.19.884. *Vt illi liceat societati renunciare post mortem mariti* 4.19.885

Mulierem fieri indotatam nec à viro repelli etiam casu fortuito interueniente, *vt non ferendum* 3.11.655

*Mulieres an pro debito carcere compelli possint* 2.6. à p. 366. ad 378. *Cur à ciuilibus officiis remotae* 1.13.231. *Impudicae vt nullo vero affectu ducãtur* 1.9.147. *Vt illis bonis interdici soleat* ibid. *Vt à Germanis venerata* 2.4.350. *Vt Lacedaemonij illarum consilia magni fecerint* ibid. *Vt apud Gallos dissidiorum iudices* 351. *Vt ad fideicommissum eodem quo & masculi iure venire & vocari soleant* 4.4.757. & *seq.* *Vt aestus libidinũ maiores habeant* 4.10.814. *Vt eas pudor aut sexus infirmitas excusset* 2.6.371. *Vt sint in perpetua virorum tutela* 3.17.697. *Vt sint religiosae, ad cetera auaras, in pias verò causas liberales & munificae* 4.2.732. *Vt vagari non conueniat, nec virorum coetibus misceri* 2.6.372

*Mulierum consortium vt clericis vitandum* 2.2.332. & *seq.* *Corruptores vt maritorum vitae soleant insidiari* 1.14.246.

Impudicitiæ

*Impudicitia vt omnibus legibus damnata & pœnis affecta* 1. 13. 232. *Nuptarum & aliarum vt sit distinctio de vsu fori* 2.6.377

*Mulieribus perpetuæ viduitatis conditionem vt remittat lex Iulia Miscella* 2.7.384. *Quàm varia olim donationum genera competebant* 1.13.224. *Sociis quæ competat prærogatiua soluto matrimonio* 4.1.724. *& seq. Vt sit conuitiandi & maledicendi vsus frequens* 4.12.822

*Mundi creatio quo tempore fuerit* 3.4.604

*Munera Ecclesiastica suscepta vt non liceret dimittere* 3.1.556. *& seq. Nuptialia quæ olim fuisse referat Tacitus apud Germanos* 2.4.357. *Publica qui exercuerant Athenis vt oneribus immunes* 2.11.444

*Municipia vt à colonis differant* 2.1.288

*Musarum cantus & Syrenum voces vt differant* 2.19.534

*Mutuum vnde dictum* 4.19.880. *& seq. Vt gratuitum esse debeat* 2.8.394. *Mutui gratuiti siue non gratuiti quæ sit lex* 1.16.272. *&* 280

*Mutuas vt darent pecunias veteres Galli, quæ sibi apud inferos redderentur* 2.6.370

N

*Natales ingenui & legitimi vt non epistolis, professione, aut nuda asseueratione probentur, sed ex ipsa facti veritate* 2.17.506. *&c.* 18.518

*Natura, lex & vetustas vt æquiparentur* 4.18.871

*Naturæ vim mutare vt nequeat lex ciuilis* 2.14.475

*Naturales à legitimis liberis vt sola ciuilis ratio distinguat* 1.9.155. *Si eos testamento pater legitimos appellauerit, an fiant legitimi* 2.17.509. *Vt ciuili lege à successionibus repellantur* 2.14.475

*Naturalia iura vt nullo iure ciuili, nec Principis authoritate dirimi possint* 2.14.475

*Nauis dissoluta quamuis refecta, vt non eadem, sed alia dicenda sit* 4.8.777. *Illius leuandæ gratia si fiat iactus mercium, vt damnum*

Source : BIU Cujas

*damnum debeat omnium contributione sarciri* 4.19.886
Nautodikæ *qui iudices* 2.16.489
*à Necessariorum vsu vt nemo prohibendus* 2.15.484
*Necessitas quæ dicatur* 2.10.425. *Vt nulla excusetur, quæ potest non esse necessitas* 2.7.393
*Negotium alterius vt obesse possit* 4.14.836
*Negotij explicandi causa quæ geruntur, vt non referat quo tempore consummentur* 3.18.705
*in Negotiis quæ centum librarum valorem excedunt, vt veritas solemni tantùm scriptura probetur* 2.10.421. *& seqq.*
*Negotiatores dignitates assequi vt vetent Imperatorum rescripta* 2.16.493
*Nepos posthumus vt ab auo instituì possit, in locum filij* 4.16.858. *Vt ad aui bonorum possessionem admittatur, quamuis pater ex aui consensu matrimonium contraxerit* 2.9.409. *Vt auo suus hæres agnascatur* 3.15.682. *Vt debitum patris ab auo soluti in collationem sibi imputare debeat* 2.5.366. *Vt ex nota aut persona patris sui à bonis auiti liberti excludi possit* 2.9.417. *& seq. Filij locum subintret & ex persona sua ad querelam* inofficiosi *vocetur* 2.5.362. *Vt inofficiosi querelam non habeat* 2.9.408. *Vt non melioris conditionis quàm ipse filius censeatur* 2.5.363. *Vt repudiata patris hæreditate ad successionem aui iure suo & ex persona sua admittatur* 2.5.365
*Nepoti vt eadem iura concedantur, quæ defuncto pater si viueret haberet* 3.15.682. *Vt non possit obiici matris renunciatio, incapacitas, aut aliud impedimentum* 2.5.362
*Nepotes an ex delicto patris exhæredari possint ab auo* 2.9.407. *& seq. Quatenus auo succedant, quamuis illorum pater fuerit exhæredatus* 2.9.416. *Quos mater superstites relinquit, vt auo agnascantur & succedant* 2.5.362. *Vt ex lege Velleia iura suitatis nanciscantur, & ex Aquiliana formula instituendi sint* 2.5.361. *Vt patris vel matris facto ea non amittant, quæ ex persona sua habere possunt* 2.5.361



BIBLIOTHEQUE CUJAS PARIS

Source : BIU Cujas

*Nepotum amor quantus auis* 2.9.418
*Neratij petulantis & leges contemnentis exemplum* 4.12.823
*Nestoriana hæresis vt Theodosij tempore damnata & supplicio affecta* 1.6.86
*Nicarethæ Bithynælaus ob scientiam medicinæ* 1.5.62
*Nicephori Phocæ Imp. vt damnata rapacitas* 1.7.116. *Cur Nicephorus maiestatis accusatus apud imp. Cõstatinũ* 1.11.196. *Nicephorus Imp. vt nummos sua imagine notatos reliquis eiusdem pretij præferri voluerit* 1.16. 271. *Nicephorus Phocas cur edicto vetuerit, ne Ecclesiarum fundi & reditus augerentur* 2.2.304
*Nilammonis recusantis episcopatum exemplum* 1.7.100
*Nobilis cur arma tractet & ense accinctus ambulet* 2.16.492
*Nobilitas vt hodie insignia & armorum ius sibi sola vindicet* 4.4.756
*Nocentes criminis, vt perpetuo metu agitentur* 1.10.165
*Nomina liberis vt apud Lycios imposita à matribus* 1.8.140
*Notarij officium vt postulet cõuentionibus & obligationibus adiici & inseri quidquid contrahentibus placuerit* 4.14.833
*Notario stipulanti contractum vbi de illius iure aut interesse agitur, vt obsit præsentia & contractus stipulatio, quamuis non contraxerit* 4.14.833.& 838
*Notarij delinquentis, quæ soleat esse pœna* 4.14. 838. *Vt sit fidei publicæ custos* 4.14.835
*Notarij cur adhibeantur* 4.14.838
*Notariorum vt sit in Gallia consueta formula, vt vnicuique obligationi & contractui expressam hypothecæ omnium bonorum stipulationem adiiciant* 4.19.883.& seq.
*Notorium & publicum vt censeatur, quodcunque in missa parochiali publicatur* 2.18.525
*Nouatianorum quis fuit error* 1.8.139
*Nouerca bona vt nulli non magno constiterit* 3.11.654. *Vt nouercarũ odia & inimicitias extimescere quisque debeat* ibid. *Vt non prohibeatur priuignis donare* 2.13.463. *Nouercalia delinimenta*

Source : BIU Cujas

*delinimenta quàm liberis noxia* 1.8.143
*non Nubendi votum vt sit laudabile* 2.7.380
*Nuditas in viro vt sit indecens, in muliere probrosa & impudica* 4.10.785. *& seq.*
*Numa Pompilij tempore vt fides ac iusiurandum sine legibus homines regerent* 1.11.188
*Nūmi Etymologia quæ* 1.16.277. *Vsus seu vtilitas* ibi. *Probi & reprobi differentia* 2.19. 536. *Nummo aureo vt olim alij nisi Imperatori Romano & Galliæ regi vti licitum* 2.1.291
*Nummi coriacei vt apud Lacedæmonios in vsu* 1.16.271. *item & tempore Friderici* 2. *Imp.* ibid.
*Nummorum effigies signum & character vt suprema potestatis ius* 1.16.275. *Materiam vt Princeps possit metallorum immixtione prout libuerit constituere* 1.16.270. *Pretij augmentum vt augeat reliquarum rerum pretia* 1.16.285. *Veterum bonitas & priscæ monetæ valor quæ initi contractus tempore exoluta est vt spectari oporteat in restitutione* 4.18.872. *Vt vniforme esse debeat pretium & in eo variare vt sit crimen capitale* 1.16.277. *De eorum varia æstimatione, & vt in solutione debeat inspici valor temporis contractus* 1.16.269. *Vt in Nummis non ipsa materiæ bonitas, sed valor, qui publica auctoritate dictus & propositus est, spectari debeat* 4.18.876
*Nundinæ quæ dicantur* 2.16.495. *Lugdunensium priuilegia* ibid. *Commendatio* 496
*Nuptialia pacta vt rescindi aut reuocari non possint* 4.1.726. *& seq. Illarum vis & authoritas* 2.17.449. *Vestimenta asseruari vt lex diuina iuberet* 4.10.810
*Nuptiales tabulæ vt ad tempus consummati matrimonij referri debeant* 2.4.353
*Nuptiæ indignæ seu ignominiosæ quæ* 2.9.409. *Legitimæ, vt non aliæ tẽsendæ præter eas, quas Ecclesia iusto ritu & solemni more celebrauit* 2.17.506. *Secundæ vt à quibusdam damnatæ* 1.8.136. *& 2.7.382. Vt communi Doctorum Ecclesiæ consensu receptæ* 380

*Nuptiarum*

Source : BIU Cujas

*Nuptiarum bonum vt infirmitatis remedium & humanitatis solatium* 4.10. 803. *Illarum festinitatem vt Imperatores arcendi & spectari velint* 1.2. 14. *Illarum fides vt non vera nec sufficiens ex ipsa annuli gestatione, vel ex sola coniugij fama procedat* 2.18.517. *Lex vt magis honorem referat, vbi habet & pudorem* 2.9.408. *Legitimum argumentum vt ex dote & tabulis nuptialibus lex censeat* 2. 17. 498. *& seq. Præsumptionem vt lex inter eos reiici iubeat, qui vel opibus, vel familiæ & nominis dignitate impares sunt* 2. 12. 456. *Primarum laus* 2. 7. 388. *Secundarum licentia vt concessa* 1. 8. 136. *à Nuptiarum opere vt interdum abstinendum, vt orationi vacemus* 4.10.796

*Nupiias vt consensus magis quàm concubitus faciat* 2. 17. 510. *& 4.10.796. & 800. Vt ex frigiditatis causa iuris Canonici dispositio non dirimat* 4.10. 797. *Vt omnino damnarint Encratitæ hæretici* 2.7.382. *Aduersùs Nuptias secundas vt plures statuerit pœnas Imperator* 2.7.391

*in Nuptiis, vt spectanda patris volũtas aut contradictio* 2.9.414. *de Nuptiis ius vt sit merè Ecclesiasticum* 2.9.415. *de Nuptiis secundis plura* 1.8.133. *& seq. in Nuptiis cur apud Rom. Talasius acclamari solitus* 4.10.793. *in iis cur olim aqua & ignis mysteria adhiberentur* 4. 1. 717. *Conuocatio parentum & amicorum cur adhibenda* 1. 2. 14. *in Nuptiis filij inscio aut inuito patre contractis, vt habenda sit ratio emancipationis* 2. 9. 415. *Imparitas & inæqualitas vt suspicionem faciant* 2. 17. 504. *Dominorum cum ancillis improbatio* 505. *in Incestis aut inutilibus vt lex non excusetpræter eos qui errore non affectato neque ex vili causa decepti sunt* 2. 18. 524. *& seq. in Nuptiis vt non scriptura necessariò requiratur* 2. 17. 510. *Vt pietas Christiana choreas prohibeat* 1.2.14

*Nutricum studium erga infantes* 1.9.152

O

*OBligatam rem alteri si quis testator legauerit, vt necesse habeat hæres eam luere* 3.10.651

Obligatio

*Obligatio Ciuilis ritè & secundùm leges contracta, vt nullo casu renocetur* 4. 3. 743. *Vt rei mutatione & interitu mutetur & intereat* 4. 8. 777. *Vt vna eademque diuerso iure censeri non possit* 4. 7. 772

*Obligationis generalis effectus qualis* 3. 12. 665

*Obligatio corporum quando & apud quos in vsu* 2. 6. 376

*Obligationes adiecto carceris vinculo, vt in Gallia legitimæ & vsu receptæ* 2. 6. 377. *Obligationum vt sint species tres* 3. 18. 702

*Odio qui alium prosequitur, vt dicatur homicida* 1. 6 96

*Officium suum vt nemini esse debeat damnosum* 4. 14. 834. *Voluntarij & necessarij distinctio* 4. 14. 834

*Olympias vidua laudata* 2. 7. 394

*Opera vt nusquam sine emolumento nec emolumentum sit sine opera* 4. 1. 722

*Opertum vt non inquirendum* 1. 3. 26

*Optionis ius vt nullo casu ad hæredes transmittatur* 4. 4. 760. ibid. *Optione omissa, vt omnes liberi ab intestato æquali iure & pro virilibus portionibus admitti debeant* 753

*Opulentia vt noxia monachis & religiosis* 2. 2. 307. 309. & seqq.

*Orationis veræ & fallacis differentia* 2. 19. 536

*Oratoris vox vt nihil à lege differre debeat* 2. 19. 539. *Vt summum pretium oratoris ex probitate dicentis pendeat* 2. 19. 534. *Illius definitio* 535. *Institutio qualis* 538. *Illius munus* 540. & seq. *Oratores eloquentissimi duo* Demosthenes & Cicero 2. 19. 537

*Ordinari cum titulo quid* 3. 2. 577

*Ordinatio sacerdotalis facta sine titulo vt irrita habeatur* 3. 2. 375

*Ordines qui tres in Gallia* 2. 1. 295. *Ordinum & familiarum dignitatem saluam esse vt publicè interfit* 4. 2. 730

*Otium quàm sit hominibus maximè religiosis noxium* 2. 2. 307. & seq. *Vt aliquando venerabile* 2. 2. 323

*Ozia regis exemplum in abutentes sacerdotali iure* 3. 1. 348. & seq.



Source : BIU Cujas

PActa quæ seruanda aut non seruanda 1.2.21
Pactionis prohibitæ alienationis vbi in contrahendo inita fuerit, vis & effectus 3.14.678
pactio contra bonos mores vt iureiurando confirmari nequeat 2. 4.345
Pactiones constante matrimonio inter coniuges factæ, vt valeant dummodò in vxoris commodum fiant 4.1.720
pactiones consuetudinariæ ratione successionum, an valeant de iure ciuili 1.15.266. Quæ ab initio sunt voluntatis, vt ex postfacto fiant necessitatis 1.15.266. Quæ de viuentis substantia & successione ineuntur, vt ipso iure nullæ 2.4.344 & 3.16. 688. Quæcunque iactura & lucri incertitudinem continent, vt nullo læsionis prætextu impugnari possint 2.4.359. Tam legis commissoriæ, quam aliæ, quibus debitores ære alieno pressi rebus oppigneratis cedere coguntur, vt prohibitæ 2.8.399. Vt reiiciantur, quibus hæredem aliquem instituere obligamur 1.15. 161. & seq.
Papia lex vt inhumana 4.11.819
parentes à liberis separari vt nihil crudelius 1.8.141. Illos & consanguineos an sola professio & aseueratio faciat 2.18.à p.516.ad 529. Naturales in ius vocare vt nemo possit 2.14. 475. Quatenus liberis teneantur 1.1.4. Vt coli debeant 3.6. 624. Vt liberis ex communi voto bona parent 2.9.419. Vt omnia ex voto liberis parent 2.13.471. & c.14.472. Vt sint quasi domestici magistratus 1.15.259
Parentum amor vt magis in eos quorum miserentur inclinet 3.6. 621. Assertio de liberis qualis sit fidei & probationis 2.18. 519. Libidinis coërcenda quale remedium 2.14.475. peccata filiis imputari 2.9.420. de parentum iudicio vt liceat liberis conqueri 2.4.349
parentibus hæredes extraneos instituere, vt lege Solonis prohibitum 2.9.419. Omnibus de iure diuino vna seruanda reuerentia 1.9.155. & 2.4.475. Vt liceat in bonis suis aliquos liberorum

Source : BIU Cujas

liberorum prærogare 1.15.160. Parisiensis supplicatio & processio anni 1587. & quanta calamitates illam secutæ 4.15.846
Parricidium vt etiam coniugum 1.14.244
Parsimonia quam magnum vectigal 2.2.333
Partes vbi dictæ non sunt, vt æquales sint intelligendæ 2.4.354
Partus qui in vtero est, an pro nato habeatur 5.13.p.666
Pastor vt non solum vigilare, sed etiam excubare debeat 1.7.125. & seq.
Pastoris appellationem vt sortiatur archipresbyter 3.1.560
Pastorum vigilantia commendata 1.7.126
Patientia & tolerantia, vt nullibi magis quàm in matrimonio requiratur 4.10.793
Pater à filio præteritus, vt habeat inofficiosi querelam 3.1.2. An iniustus filio donare propter nuptias cogi possit 3.6.615. An propter matrimonium filium abdicare possit 2.9.415. Illius in bonis filij quale ius 2.13.469. & 470. In filium sæuire temerè vt non præsumatur 2.9.410. Vitiis addictus, vt liberorum tutor esse non possit 1.9.148. Vt difformes liberos ampliore facultatum parte iuuare debeat 3.6.618. Vt in rebus filio donatis de iure Gallico nullum habeat emolumentum 2.13.470.
Patris casus & calamitas vt filio nocere non debeant 3.15.681. Illius & filij personam eandem, eandemque portionem esse censet 2.13.467. & 471. Liberalitas donandi filio propter nuptias laudabilis 3.6.623. Præsentia, vt tollat metum & læsionis suspicionem in contractu liberorum 2.4.356. Voluntas bona sua inter liberos diuidentis, vt valida esse debeat 3.16.688. ex Patris sola professione, vt matrimonium ritè contractum præsumatur 2.17.§15
Patre viuente vt nihil filius pro suo habeat 3.6.620. à Patre per scelus quæsita, vt filiis auferantur 3.7.633
Paterna dispositio, vt sit ad mortem ambulatoria 1.15.262. Reuerentia vt omnem liberis restitutionis spem excludat 2.4.356



Source : BIU Cujas

Paterni officij commendatio 1.1.4
Paternum crimen, vt in odium aut præiudicium filij adduci non debeat 3.13.671. Votum esse filios sibi superstites relinquere 1.1.7. & 2.13.464. Vt sit officium dotem vel donationem ante nuptias pro sua dare progenie 3.6.620
Patria potestas vt in pietate debeat non atrocitate consistere 2.9.411. Patriæ potestatis ius circa vsumfructum in bonis liberorum 2.13.463
Patriam tueri vt summa sit iustitia 2.11.452
Patrimonium donare vt vetet consuetudo Rupellana 2.13.468
Patrimony amissio an iustum pariat metum 1.15.267. In familiis conseruandis commendatio 4 2.729
Patronus vt testis esse non possit in ea caussa, in qua patronus fuit 2.19.543
Patroni veri quale munus 2.19.540. & seq.
Patronum qui in ius vocauit, si eum pœniteat & actionem remittat, vt non puniatur 3.8.641
Patroni vt fideles clientibus esse debeant, & vt quasi Patres dicti 2.19.532. Vt non in ea caussa cui patrocinio præstiterunt, testimonium dicere prohibeantur 2.19.533
Patruus, qui fratris filium ad successionem suam admitti voluit, an pœnitere possit 3.16.685
Patruum benevolentia variis exemplis probata 3.15.683
Patruos & auunculos vt Græci ὁμωνύμους vocarent 3.15.682
Paulus Samosatenus episcopus, vt hæreseos damnatus 1.6.86
Pauper vt raro bonus & integer 3.2.574
Paupères à magistratibus cur repellerent Romani 3.2.574
Pauperum laude dignorum exempla 4.3.739. Pauperibus consulere potius quam Ecclesiæ conueniebat 1.1.8
Paupertas bonæ mentis soror 3.2.580. Vt facilius laudetur, quam feratur 2.2.327. Vt neque indigna, neque indecens Christiano 2.2.318. Vt nō soleat facinorosos excusare 1.10.179. Vt vilitas à lege appellata 3.2.574. Paupertatē Christi vt verbo nonulli prædicēt Ecclesiastici, sed minus exhibeant exemplo

Source : BIU Cujas

*exemplo* 4.3.739.
*Pax vt nulla inter legatos* 2.16.490
*Peccatum vt non censeatur, quod non est voluntarium* 2. 18. 526
*Peccata vt suos teneant authores nec vlterius progrediantur* 2. 9.417.& 420
*Peculij dictio vnde desumpta* 1.16.277. *In peculij discutione qua ratio* 4.13.828
*Pecunia publica vt rectè in constitutione reditus annui collocata dicatur* 2.8. 396. *Signata cùm principis imaginem præferat, vt qui in illam peccat, principis maiestatem ledere censeatur* 1. 16. 276. *Vt mon merx, sed pretium cæterarum rerum* 1. 16. 283
*Pecuniæ etymum vt à Gallis deriuatum* 1.16.277. *Vsum vt non alium quàm gratuitum agnoscat pietas Christiana* 4. 18. 873
*de Pecuniæ licito ac constituto reditu* 2. 8. à 394. ad 404
*Pecuniam publicè approbatam recusans, vt teneatur pœna* 1.16. 274
*Pecuniarum seu nummorum varietas in Gallia, quanta & vnde fiat* 1.16.277.& *seq.*
*Pecunias sine fœnore dare, vt sit regalis munificentia* 4. 18. 870
*in Pecunia & Nummis, quæ spectanda* 1.16. 275. *in Pecunia quid spectari soleat* 1. 16. 273. *in Mutuata vt satis sit, si eadē æstimatio fuerit* 1.16.280
*Peierantis exemplum* 1.11.191
*Pelagij Papæ deuotio & mors* 4.5.845
*Penatum amissio quàm grauis* 3.17.690
*Pensionis dies vt in vsufructuario non spectetur* 3.4.599
*Pensiones Ecclesiasticæ cur damnandæ* 1.7.116. *Quæ annuatim Ecclesiæ præstari solent, vt iisdem priuilegus, quibus cætera immobilia, censendæ* 2.8. 404. *de Pensionibus & Resignationibus beneficiorum* 1.7.198. ad 133. *in Pensionibus constituendis quando excessus commissus dicatur* 1.7.130



Source : BIU Cujas

Peregrinus à peregrino vt exactum cautionis rigorem exigere nequeat in litibus 4. 11. 818. In Gallia agere volens vt notores dare, & de iudicato soluendo cauere teneatur 4. 11. 820. & 821. Peregrinorum commendatio in iure reddendo 4. 11. 819. Peregrinis & exteris vt ipsis non facile Reipub. aut ciuitatis iura concedenda 4. 11. 820
Perfectum vt nihil sit in suo initio 1. 5. 54
Perfidis vt nullus sit tutus locus 1. 11. 192
Periculo proximus vt nemo diu tutus 2. 2. 332
Periurium vt acriter puniri solitum 1. 11. 195. Periurij vindictæ exemplum 1. 11. 200. & seq. Vt variæ fuerint pœnæ 1. 11. 189
Permitti vt intelligatur quod lex non prohibet 2. 13. 463
Persona media sublata aut exclusa, per quam sit repræsentatio, vt non possit sequens persona admitti 2. 5. 364
Persuadere est plus quàm compelli atque cogi parere 2. 13. 466.
Pertinacia vt nulla maior, quàm ea cuius idem qui & vitæ finis 1. 12. 222
Pestis grassantis tempore vt in Gallia deputentur presbyteri & quæ illorum potestas 2. 10. 440. Pestem legitimam esse excusationem in testamento non scripto 2. 10. 428. Pestilentiæ quæ referantur causæ 2. 10. 428. Illius curandæ ratio & remedia 429
Petens quod statim restituturus est, vt dolo facere dicatur 3. 17. 694
Phœnopis qualis sit mœror & luctus 1. 1. 7
Philosophiæ pars pulcherrima quæ 2. 2. 308. & seq.
Philosophantes vt quidam Sophistæ appellati 2. 19. 534
Phocionis oratoris encomium 2. 19. 537
in Piæ causæ fauorem vt non liceat plus donare, quàm in aliam causam 4. 2. 728
Pietas Christiana vt dissolutas choreas in nuptiis prohibeat 1. 2. 14. Vt olim opulentiam Ecclesiæ genuerit, sed tandem corruptis moribus

Source : BIU Cujas

*moribus filia matrem suffocarit* 2.2.310 *Illius commendatio* 1.1.1. *& seqq. Intuitu & fauore vt plura concedantur* 4.2.734. *Ratio quæ requirat priuilegia* 1.6.81. *& seq.*

Piorum & Impiorum differentia 1.11.196

Pignus rei mobilis propriè, vt hypotheca immobilis 2.8.397. *Illud vel hypotheca vt interdum contractus nullus sit* 4.1.724

Pignoris dominium vt non transeat in creditorem 2.8.400

Pigneratitium fundum creditori in solutum dari posse, dummodo iusto pretio æstimetur 2.8.401. Pigneratitij contractus vt in Gallia frequentes 2.8.395

Pigneratitius contractus vt perpetua sit obligatio & pura alienatio 2.8.403

Pigneratitij contractus an inter mobilia, aut inter immobilia recenseri debeant 2.8.402

Pij v. Pontificis elegans dictum, Satius esse curiam destruere, & adstruere Ecclesiam 1.7.113

Pilei puerilis vis penes aduocatos 2.19.540

Plebeij vt iuri dicundo Romæ præfuerint 2.11.443

Pluralis loquutio vt etiam duorum numero sit contenta 4.4.750

Plus vt peti dicatur 4.6.770

Pœna dilata vt exigi, non autem exacta reuocari possit 1.4.44. Illegitima inedia necari, prohibitum 2.15.484. *ibi* Pœna vbi noxia 2.9.417. Pœnam pecuniariã qui egentes eludunt, vt iis iudices coërcitionem extraordinariam inducant 2.15.485. Vt pœna affici voluerit Imp. Iustinianus mulierem, quæ xj. menses peperierat 1.13.238. à Pœna vt absoluatur qui illicò post acceptum iudicium ea quæ vi aut metu ademta fuerant restituere paratus est 3.8.642

Pœnæ Ecclesiasticæ Excommunicatio & Ieiunium 2.15.481. Omnes vt hodie arbitrio iudicum relinquantur 4.16.853. Quàm variæ fuerint adulterorum 1.13.232. & seq. ad p. 236. Pœnarum maxime militarium plura genera 2.15.481. & seq.



Source : BIU Cujas

*Pœnitentia sola vt non excuset in criminibus* 4.12.824. *Vt nihil habeat commune cum æris alieni luitione* 2.15.484. *Pœnitentis veti non soluti exemplum* 1.1.3
*Pontificiæ sanctiones quatenus in Gallia obseruentur* 2.4.346
*ob Pontificiam sedem Rom. quàm cruenta fuerit rixa inter Damasum & Vrsicinum* 1.7.107
*Pontificatum maximum vt imperio adiecerit Augustus* 3.1.546
*apud Populum vt de populi iure agendum* 2.1.289
*Possessio facti vera quæ* 3.1.570
*Possessionis vt duplex sit ratio* 3.1.567
*Possessionem vt non adeptus dici debeat, qui illam retinere non potest* 3.17.694.&c.18.703
*Possessiones quæ comparandæ* 2.2.310
*Possessor vt non legitimus censeantur, cui super possessione lis mota est* 3.1.567
*Possessoris & Coloni vt diuersa sit conditio* 4.9.779
*Posthumi natiuitate vt testamentum rumpatur* 3.7.635
*Posthumum vt liceat patri exheredare* 2.9.410
*Potestatem sumens ab eo qui non habet, vt nullam habere censeri debeat* 3.1.561
*an Præbenda præceptorialis fauor graduatorum nominationi præualeat* 3.3.à 583.ad 594.*de Præbendis, quæ tempore graduatis destinato vacant, an possit Episcopus disponere* 3.3.593
*Præceptores liberalium artium quanto in honore omni tempore habiti* 3.3.587. *Vt illorum stipendia ex sacris Ecclesiæ reditibus sumi debeant* 589. *Illorum commendatio* 3.3.584.585. *Liberalium artium quanta præmia debeantur* 3.3.586.& *seq.*
*Præceptorialis præbenda quæ* 3.3.583
*Prædia Ecclesiastica vt omni immunitate donentur* 2.2.336
*Præfecto Ærarij vt correspondeat apud Gallos Thesaurarius* 2.11.453
*Prægnans vt non possit dici sine liberis esse* 3.13.670. *Prægnantis mulieris probationis modus* 4.10.808



Source : BIU Cujas

Prælato mortuo relictis diuitiis vt eas sibi meritò vindicare possit Ecclesia 4.3.740
Præmia senioribus, at iuuenibus exempla proponi 3.3.591
Prærogatiua vbi sublimior, ibi maior culpa 1.3.23
Præscriptio centum annorum, vt ius antiquum dicatur & vim veri tituli habeat 4.18.871. Præscriptio quando incipere dicatur in contractibus conditionalibus 3.18.702. Vt neque legem vincat neque rationem 4.18.875
Præsens & tacens cùm reclamare potuerit, vt puniendus 2.18.521
Præsenti, sed non contrahenti, vt non obesse debeat contractus 4.14.833. Contrà 836. & seq.
Præsentia patris in contractu liberorum vt metum tollat 2.4.356
Præsumptio vt nulla idoneior desiderari possit quàm quæ legis verbis innititur 2.12.460
Pretium cuiusque rei vt sit pro tempore habendum 1.16.279. Pretij & valoris ratio vt ad tempus contractus referatur 1.16.284
Presbyteri vt castitatis magis solemni voto obligentur quàm monachi 2.18.523. Illorum cõiugia illegitima esse 2.18.522. Iusiurandum 3.2.581. Unde frequens & vaga multitudo processerit 3.5.576. & 578. Presbyteros vt per singulas Ecclesias constitui voluerint Apostoli 3.2.375
Primogenitus solus tanquam prædilectus vtrum ad fideicommissum vocetur, si omissa sit optio quæ testamento fieri debebat 4.4.749. Solus vt de iure Gallico excluſis aliis succedat, vbi dispositio est vt liberi succedant 4.4.751. Vt omnium gentium consensu aliis præferatur ibid. & 2.4.347
Primogeniti vt semper & vbique potiores & digniores habiti 4.4.751. Vt in feudis præcipuum quidpiam primogenito tribuatur 4.12.820
Princeps vt sit in Ecclesia, non supra Ecclesiam 3.1.562. Principis boni in quibus versetur pietas & religio 3.1.552. Dignitas vt cum Ecclesiastica connectionem habeat 3.1.545. Potestas



Source : BIU Cujas

*qualis circa nummos* 1.16.270. *& seq. maximè* 277. *Vt ex illius constitutione pẽ deat constitutionũ interpretatio* 2.1.293
*Prior in cursu, prior & ad præmium* 3.3.589
*Priuilegia Ecclesiasticorum quamplura* 1.8.82. *& seq. Immunitates vt ex Principis nutu, arbitrio & authoritate pendeant* 2.11.442. *Mariti vt vidua consequatur* 1.13.237. *vbi Priuilegiati duo concurrunt, vt prior tempore præferatur* 3.3.591
*Probatio affinitatis, consanguinitatis & ingenuitatis vt fiat* 2.18.516. *& seq.*
*in Probationibus scriptis aut non scriptis, vt diuersa sit ratio contractuum & vltimarum voluntatum* 2.10.438
*Probitatis opinio vt persuadendi magnam vim habeat* 2.19.536
*Proclamationum defectus in nuptiis vt matrimonium irritum reddat* 2.17.510
*Proconsul vt etiam antequam ingressus sit prouinciam, possit iurisdictionem quam non habet mandare* 3.1.561
*procrastinatio vt nonnunquam reis vtilis* 1.10.166
*Procurator ad exigendum constitutus vt non possit remittendo liberare* 3.12.661
*Prodigiorum quanta sit vis* 4.15.844. *& seq.*
*Profectitia vt censeantur quæcunque patris contemplatione obueniunt* 2.13.468
*Programmata vt auctoritatem rei iudicatæ non habeant* 2.9.414
*Prohibere qui potest, si non prohibeat vt teneatur* 2.18.527
*Prohibitiones lege vel testamento factæ vt ab eis distinguantur quæ sola pactione continentur* 3.14.677. *& seq.*
*Promissa non præstans vt in id quod suæ partis interest condemnandus sit* 2.18.520. *& seq.*
*promulgatio trinundina, quæ in coniugiis requiratur* 2.17.500
*Pronuntiandi sententias quis fuerit olim mos* 1.10.185
*propinqui in leui iniuriarum causſa vt non cogantur testimonium dicere* 2.19.532



Source : BIU Cujas

Proximitatis vincula quantum efficere soleant 1.15.257
Prudentia vt sit in creditoribus laudanda 2.10.432
Pubertatis definitio 4.10.784
Publicatio rerum familiarium quanti sit periculi 3.19.709
Pudicitia amissa vt nihil sit mulieri salutare 1. 9.149.& 3.66. 622. Amissa seu læsa vt sit irreparabilis 1. 13. 223. Seruata vt suum habeat martyrium 2.7.384
Pudicitiæ & castitati impossibile nihil 2.7. 394. Pudicitiæ impuberum commendatio 1.9.150. Ipsius præmio vt cedant omnia lucra 1.13.238
Pudor ac continentia vt in mulieribus & puellis potissimùm requiratur 3.6.622.& 4.10.782
Pueriles animos vt nihil æquè demittat, quàm natalium exprobratio 1.9.149
Pulcheria Theodosij soror vt pleraque hospitum & pauperum condiderit & dotauerit domicilia 4.2.733
Pupilli educatio vt proximo substituto non permissa: & vt sit arbitrio Iudicis relinquenda 1.8.142
Purpura vt non faciat Pontifices, sed Imperatores 3.1.547
Pyrrhus vt pollice dextro lienosos curarit 1.5.58

Q

QVarta detrahenda aut etiam legitima ius vt ad heredem transmittatur 4.17.864
Quartillæ libidinosæ dictum 1.9.150
Quæstiones iuris quoties expresso aliquo Iurisconsultorum responso decidunturs, vt nullum relinquant rationi aut orationi locum 4.6.766
Quæstus vt omnis indecorus Reipub. patribus 2.16.494
Querulum vt sit omne inualidum natura 4.12.822

R

RAnæ vt horreant venereo complexu interdiu se implicare 4.10.791
Raptor vt non dicatur, qui consensum eius habet quæ vxor ducta est 2.9.415



Source : BIU Cujas

Ratihabitio vt in quibusdam casibus retrotrahi dicatur, & ad præcedens tempus referatur 3. 17. 691. Vt retrotrahatur & mandato comparetur 3.17. 695. Vt illius tempus sit considerandum in retractu 3.17.691. ante Ratihabitionem vt is solus obligetur qui mandauit 3.17.695
Ratio vt veritatem amet, cui nemo præscribere potest 4. 18. 875. & seq.
Ratum cùm dominus habuit, vt videatur actio retrò in iudicium rectè & legitimè deducta 3.17.691
de Re sua liberè disponere non posse, odiosum 4.14.676
Reconciliatio adulteræ an prohibeatur 1.14.243. & 250
Reconductio vt dicatur venditio 2.8 398
Recta animi intentione vt quicquid fit laudabile 4.10.814
Rectoriæ parochialis reditum pensione grauari vt iura non permittant 1.7.127
Redhibitio gētilitia quò spectet 3.17. 690 Illius conuentio, vt non reddat contractum pignerat itium 2. 8. 399. Vt illi annus præstituatur 3.18 703
Reditus annui contractus qualis 3.14.674
Reditus constitutus qualis in Gallia 4.13.827. Illius quales contractus & vt in Gallia frequentes 2.8.395. & 399. Sub quibus legibus vsu recepti 2.8.399
Reditus Ecclesiastici in quibus impendendi 4.3. 740. Reditus defunctorum Ecclesiasticorum quatenus ad hæredes perueniant 3.4.602
Regalia quando locum habeat in beneficiis 3.1.564. Vt locum habeat sede episcopali vacante 553. Regaliæ ius in quo potissimùm consistat 551. Vt ad Regem pertineat ratione custodiæ Ecclesiæ vacantis 554. Vt in Ecclesia Andegauensi locum habeat 562
in Regaliæ quæstione vt sit spectandum tempus quo sedes vacauit 568
Regaliam an faciat litigium 565. 566. 570. 571. & seq.
de Regaliis vt solus iudicet Senatus 551. De his plura d.c. 1. li. 3



Source : BIU Cujas

Rex vacante sede, vt tanquam superiori beneficium cui volet conferre possit d c.1.567
Regis suprema iussa in cognitionem vocari vt nefas 2.11.442.& seq.
Reges cùm inaugurantur quæ iurare soleant 3.1.348
Reges Franciæ vt aliquatenus Ecclesiasticam sapiant dignitatem 3.1.561. Vt Christianissimorum decus meruerint 562
Regia potestas cum sacerdotio coniuncta apud plures 3.1.546. Vt sit velut vis maior, cuius nulla debetur euictio 1.16.284. Regia rescripta aut edicta vt in Gallia vim legis habeant 2.11.448
Regulæ generales vt in iure periculosissimæ 3.19.710
Relegationis pœna, quantum à mortis damnatione differat 1.13.235
Religio vt non opum possessione & vsu suffulciatur, sed euertatur 2.2.304
Religionis & Superstitionis differentia 1.11.196
Religionibus vt magis Respub. contineatur, quàm officiis & corporis labore 2.2.323
Religiosorum auaritia vt damnata 2.2.302
Remedia etiam extraordinaria in curandis corporibus accommodata vt culpanda 1.5.59
Remedia vt plura aduersùs magicas artes 4.10.812
Remissio siue liberatio vt vim donationis habeat 3.12.661
Remittere vt non sit verè donare 3.12.662
Renuntiare iuri suo sine vi aut metu vt non sit probabile 1.15.267
Renunciatio vt ad hæredes non transeat 2.5.361
Renunciationis differentia inter successionem obuentam & obuenturam 2.4.353.& 355
Renunciationis filiæ pactio vt nulla 2.4.345
Renunciationes filiarum tabulis nuptialibus factas valere ex Pontificiis constitutionibus 2.5.361. Item & de iure communi vt pro exhæredationibus habeantur 2.4.348. de Renunciationibus,

ciationibus à filiabus factis plura 2.4.344
Repræsentatio vt non persone, sed gradus sit in nepotibus 2.5.362. Vt lege municipali in linea collaterali locum non habeat 3.14. 685. Vt sit fictio & ex lege 3.15.683. Vt sit hæc fictio iuri contraria tanquam ius singulare 3.15.684. Vt hoc iure fratris filius ad patrui successionem, non minus quam ipse frater veniat 3.16.686. Repræsentationis vsus de iure veteri qualis 3.15.682
Repromissionis clandestina circa dotem reprobata exemplum 1. 2.16. Repromissores reprobari quatenus intelligendum 1. 2.20
Repudiari vt non possint viuentis bona, & iura nondum delata 2.4.345. & 3.7.639
Repudiatam vxorem iterum recipere vt apud quasdam gentes nefas 1.14.243
Repudij libellus vt primùm solis viris concessus 4.10.782
Rescripta vt prius approbanda antequam legis authoritatem habeant 2.11.448
Resignatio beneficij vt fieri non possit inconsulto superiore 3.1.556. Resignationis publicatio vt fieri debeat 1.7.115. inter Resignationes quæ sit adhibenda distinctio 3.1.564. Resignationum hodiernarum abusus 1.7.101. Vt duo sint genera 1.7. 112
de Resignantibus infirmis regula Cancellariæ Rom. vt & cur introducta 1.7.114
Resignatarius eius qui de pensione præstanda conuenit, vt non minus obligetur quàm ipse promissor 1.7.129. & seq.
Respub. vt magis religione contineatur, quàm officijs & corporis labore 2.2.323. Reipub. salutem intueri vt nulli magis conueniat, quàm Principi aut ipsismet incolis 2.11.446
Restitutio in integrum vt non spectari soleat, antequam impetrata fuerit 3.17.697. quando maiori debeatur 2.4.347. Restitutionis vis aduersus fraudem qualis 2.18.520
Restitutionis auxilium vt sit personale & vt minori concessum ad maiorem

Source : BIU Cujas

*maiorem non extendatur* 4. 5. 763. *Vt minoribus præcludatur, vbi illorũ patre authore aut præsẽte actum est* 1. 15. 259

*Retrahere volens rem à propinquo alienatam vt intra viginti quatuor horas pretium refundere & numerare debeat* 4. 15. 840

*Retractus quare introductus* 3. 9. 648. *Retractus gentilitij iudicium vt ex lege municipali post annum admitti non debeat* 3. 17. 690

*Retractus gentilitia actione vt repeti non possint mobilia, quamuis pretiosa aliquo respectu habeantur & immobilia censeantur* 3. 9. 648

*Retractus gentilitius an in venditione grandium arborum locum habeat* 3. 9. 646

*Retrouendendi facultas, vt non reddat contractum pigneratitium* 2. 8. 399

*Reus, cuius crimen arguitur, vt sit ferendus, si illud purgare velit* 1. 10. 163. *Si ante latam damnationis sententiam aut pendente appellatione moriatur, de cuius crimine fisco aliquid acquiratur, vt nihilominùs possit fiscus idipsum persequi* 3. 7. 628. *Vt per fugam fiat quodammodo sui ipsius accusator* 1. 10. 167. *vbi in Rei absentis corpus animaduerti non potest, vt fiat in illius effigiem condemnationis executio* 1. 10. 169

*Rhadamanthus vt iureiurando lites finiret* 1. 11. 188

*Ripuaria lex circa dotalitium mulieris quæ* 1. 13. 224. *Vnde ita dicta* ibid.

*Romæ antiquæ commendatio* 7. 1. 98. *Romanæ ciuitatis fundamenta vt constituta à Romulo & Numa* 3. 1. 545. *Romanarum matronarum religionis & liberalitatis commendatio* 4. 2. 732

*Romulus à ciuibus suis cur cæsus dicatur* 1. 4. 38

S

*Sacerdos confessionis arcana reuelans impius iudicandus* 1. 3. 31. *Sacerdotis ignominia propriis studere diuitiis* 4. 3. 739. *Sacerdotis votũ eiusque ordinatio castitatis* 2. 18. 543. *Sacerdoti*

Source : BIU Cujas

doti cui commissa est testamenti executio vt sit fides adhibenda 1.3.32. in Sacerdote ordinando vt morum probitas & integritas spectanda 3.2.579. Sacerdotes & Prælati vt teneantur morientes bona sua Ecclesiæ relinquere 4.3.746. Sacerdotes à quibus immunes 2.2.335. Sacerdotum delicta vt publicari non debeant 1.6.82. Illorum quæ in Germania potestas 1.6.84. Iniuria vt ad Christum pertineat 2.2.323
ad Sacerdotia vt ne quis inuitus promouendus 1.7.101
Sacerdotalis titulus, an alienari possit aut resignari 3.2.572. Sacerdotalem dignitatem vt Regiæ iungi voluerint Ægyptij 3.1.546
Sacra res est afflicto clienti patrocinium præstare 2.19.542
Sacrorum cura vt ad Reges & Imperatores pertineat 3.1.550
ad Sacros ordines vt non promoueri debeat, nisi is cui facultates abunde suppetunt 3.2.573
Sacrificare vt tutius veterum more Fidei tecta & inuoluta manu 2.10.432
Sacrilegus vt sit, qui sibi manus infert 1.12.203
Sacrilegij genus esse Dei odisse cultores 2.2.322
Salarium quod medico præstatur, vt honorarium appellatum 1.5.63
Salaria defunctorum quatenus hæredibus competant 3.4.602
Salomon quàm doctus fuerit 1.5.67
Saluatoris nostri effigies quando insculpi cœpta 1.16.283
Salus populi suprema lex 2.11.452
Sanguinis ingenui affectus quantum efficere soleant 1.15.257. Iura, vt nulla lege ciuili & nullo hominis facto dirimi & mutari possint 2.9.417. Prærogatiua vt non debeat filiis fratrum denegari 3.15.681. Sanguinem humanum degustare vt olim mos fuerit in fœderibus aut conspirationibus 1.11.196
Satisdare in iudicio vt non compelli debeat qui possidet immobilia 4.11.820
Satisdatio iudicatum solui, vt in Gallia locum non habeat 4.11.818. Nisi in exteris 819. Satisdatio quæ non durat, vt non sit satisdatio

Source : BIU Cujas

*Satisdatio* 3.8 641. &c. 17.693. *Satisdationis onus quatenus & quando remitti debeat* 4.11.819. *de Satisdatione, plura* d. c. 11. *Scelus ut pari sorte puniant leges cum sceleris voluntate* 1.6.97
*Scelera ut etiam ante effectum operis, perfecta* 1.6.95. & *seq.*
*Sceleratorum impunitas ut innocentes prodat* 1.10.180
*Scholæ, ut veteris Ecclesiæ instituto, tanquam verum pietatis seminarium multa curatutæ & ornatæ* 3.3.587
*Scholarum & Academiarum plurium Galliæ commemoratio* 3. 3.586
*Scientia ethnicarum disciplinarum sicut & Philosophiæ, quantum ad Theologiæ studium conducat* 3.3.588. *Scientiæ ut acquirantur* 1.5.65
*Scorta & adulteria ut à Vandalis prohibita* 1.13.238
*Scribarum officium ut securitas cunctorum esse soleat* 4.14.835
*Scriptura ut non supremas tabulas commendet, sed mens & voluntas testantis* 2.10.426. *Scripturæ solemnis ubi facultas defuit, ut probationes qualescunque admittantur* 2.10.425
*Secu'um unde dictum & quale illius spatium* 4.2.737
*Securitati publicæ ut prospici debeat ab omnibus æquali affectu & communi cura* 2.11.451
*Semiuiri uxores ducentes, ut tanquam impostores sacrilegi puniendi* 4.10.798
*Senatus quid* 2.11.443
*Senatus quantæ sit authoritatis circa legum rescriptorum aut edictorum promulgationem* 2.11.448
*Senatoris filius, ut non dignitatis prærogatiua priuetur, etiamsi illius pater dignitatem suam amiserit* 2.5.361
*Senatores laboriosi cur dicti monachi* 2.2.323
*Senatores ut olim ex virtute & morum integritate, aliquando etiam ex censu electi* 2.11.443
*Senes ut à muneribus personalibus excusentur* 3.6.623
*Senectus ut non una sit hominibus* 4. 2. 737. *Senectus ut sit insanabilis morbus* 4. 2. 731. *Illius descriptio per communiter*



Source : BIU Cujas

accidentia ibid.
Sententia a non suo iudice lata vt nulla 1.6.83. Iudicis vt non sit iuris attributiua, sed declaratoria 3.1.569. Vt post publicationem augeri, mutari aut minui nequeat 1.10.185
Sermo indefinitus, vt de primo intelligi debeat 4.4.751
Serpente vicino dormire vt nulla securitas 2.2.332
Seruus cuius vsusfructus legatus est, si perierit, vt extinctus sit ille vsusfructus 4.8.776. Fugitiuus vt damnato comparetur 1.10.167. Kalendario præpositus, si post mortem domini pecunias mutuas tradat, vt non faciat accipientis 3.1.558. & 559. Pœna vt nemo ingenuus fieri possit 4.16.855. Qui minus dissoluta incuria, domini custodiam neglexit, vt puniatur 1.14.249. Vt nisi domino authore contrahere possit 4.3.744. Serui occisi æstimatio vt fieri debeat 3.4.606. Seruum fugitiuum qui susceperit, vt in pœnam pecuniariam condemnetur 2.15.485
Seruitus an mari imponi possit 1.7.128. Aquæ ductus vt vetustatis titulo sustineri possit 4.18.871. Vt non debeat per sententiam constitui, sed declarari 3.1.569
ex Sexu vt non sit discrimen statuendum in dispositionibus testamentariis 2.4.349
Silentium malæ fidei præsentium puniendum 2.18.527
de Simenia vt solus papa dispensare possit 1.7.112. Simoniæ labes vt etiam fuerit in Ecclesia prisco sæculo 1.7.109
Soboles ex presbyterorum coniugiis suscepta vt illegitima 2.18.525
Soceri vt olim à generis dona: non è contrà generi à soceris reciperent 1.2.9. Socerum à genero circumueniri vt sit impium & perfidiosum 1.2.10. Item & vrgere ex causa dotis 12
Societas coniugum statutaria qua 4.1.723. Illa & Communio vt contrahi possit 4.1.721. Omnis vt incertam habeat lucri & damni expectationem 4.1.721. Societas vt bona fide contrahenda 4.1.724. Societas vt pro contracta habeatur in Gallia inter coniuges statim contracto matrimonio 4.19.881. Societatis coniugalis & conuentionalis differentia 4.1.723. ex Societatis

Source : BIU Cujas

*ietatis natura vt vnusquisque sociorum rei communis pro parte sua possessor sit & dominus* 4. 19. 881. *à Societate ad matrimonium vt liceat argumentari* 4.19.881. *in Societate cum partes dictæ non sunt, vt æquales censeantur* 4.4.753
*Socium vt efficiat etiam quod ex minima portione commune est* 3.19.708
*Sociorum & cohæredum differentia in re communi* 3.19.711
*Solemnitates & cæremoniæ in nuptiis requisitæ vt ad honestatem pertineant* 2.17.510. & 515
*Soluens ex pluribus correis pro sua persona, vt solus liberetur* 4.7. 773
*Solutio si quæ statim repetitur, vt nec vera solutio censeatur nec liberationem inducat* 3. 8. 642. *An fieri debeat creditori in alio nummorum genere* 1. 16. 273. & 283. *in Solutione vt præsentis pretij & monetæ currentis æstimatio inspici oporteat* 1.16.281. *Vt in ea valor exequi debeat* 274
*Solutum sine declaratione, vt in dubio emptum solutum intelligatur* 2.4.353
*Soror quasi seorsim nata vt dicta* 4. 4.755. *Sororum filiis vt idem apud auunculum qui apud patrem honor* 3.15.682
*Sortilegorum & hæreticorum vt sit ius variorum* 1.12.221
*Sponsæ vnde dictæ* 2.17.501
*Sponsionis vinculum vt non leuet rerum indignitas* 1.7.127
*in Sponsalibus vt suas leges à cæteris gentibus diuersas Franciæ habuerit* 2.17.502
*Spurij vt matribus etiam ab intestato succedant* 1.9.155
*Statua & columna domus an venditæ cum domo censeantur* 3.9. 649
*Statuta vt tantum disponat quantum loquuntur* 2.13.466
*Statutaria consuetudinum dispositio vt personas nominatim prohibitas egredi non possit* 2.13.466
*Stipendia magistris liberalium artium assignata, vt reuocauerit Iustinianus Imp. ad reparationem Ecclesiarum* 3.3.590. *Vt capi in causam iudicati non possint* 3.2.573



Source : BIU Cujas

*Stipulatio* Ab hac die, *siue* ex hac die, *vt præsentem effectum habeat* 2.9.407
*vbi quis* Stipulatus *est purè vt tunc venisse & cessisse dies dicatur* 3.18.701
*Studia Galliarum vt semper florentissima fuisse testetur* D. Hieronymus 3.3.585
*Stupri & Adulterij differentia* 1.13.227. *Stupri vt etiam liceat accusare repudiatam* 1.13.236
*Suasio ab eo qui iubere potest vt vim necessitatis afferat* 1.15.267
*Subrogatum vt sapiat naturam eius, in cuius locum subrogatur* 3.15.681
*Subscriptio seu subsignatio vt subscribenti præiudicet* 4.14.836
*Substitutus si quis sub ea conditione fuerit*, Si Titius sine liberis decedat, *vt filij post deportationem nati non faciant deficere conditionem* 4.16.57. *Pupillo, vt illius educationem habere non debeat* 1.8.142
*Substitutio quæ nondum competit, vt extra bona nostra esse dicatur* 3.7.638
*in Substitutionibus & fideicommissis, si desit probatio, vt facilè euanescat illius & fideicommissi obligatio* 4.4.752
*Succedens in locum alterius, vt eodem iure vtatur quo ille vti poterat* 2.5.363. & 3.15.681
*Succedendi ius vt inter sanguinis iura recenseri soleat* 3.15.680. *Vt apud Nomadas ex ætatis prærogatiua concedatur* 682. *in Succedendi iure radicem sanguinis & proximitatis considerari vt oporteat* 3.15.681. *in Succedendo ratione hereditatum, vt qui gradu prior est, posteriori præferatur* 3.15.683
*Successio vt non fiat per saltum* 2.5.364. *Successionis mutuæ conuentiones vt de iure prohibitæ* 3.13.667. *Successionis spes vt suspicionem præbeat* 1.9.153. *ad Successionem inhabilis, vt reliquis non obstet* 3.7.632. *Parentum vt lex liberos ab intestato æqualiter admittat* 3.6.617. *Vt proximiores lex vocet secundum prærogatiuam* 2.5.363. *de Successione viuentis pactio vt sit*

Source : BIU Cujas

*sit iure nulla* 2. 4. 345. *Vbi de materna agitur, vt non modo naturalem filium mater hæredem instituere possit, sed & exhæredatus querelam habeat* 2. 14. 477. *Successionum ius, ordo & gradus vt ex ciuili lege metiantur* 2. 14. 475

*in Successionibus feudorum, vt fratres cum præmortuorum fratrum filiis ad successionem vocentur* 3. 15. 683. *Vt sublata sit sexus differentia* 2. 4. 349

*Successor beneficiarius vt locationi à defuncto beneficiario factæ stare non teneatur* 3. 4. 598

*Successorum Ecclesiasticorum vt plura genera* 1. 7. 126

*Successorum nominatio, vt sit resignationis species* 1. 7. 105

*Suffragiorum vtilitas in eligendis & ordinandis muneribus* 1. 7. 104

*Sulpitij oratoris facundia & eloquentia quanta* 2. 19. 543

*Superior in resignationibus is intelligi debet, qui ius habet instituendi & destituendi* 3. 11. 556

*Superstitio cur à Græcis* δεισιδαιμονία *vocata* 1. 11. 196

*Superstitiosæ execrationes vt plerunque ad scelera & conspirationes adhibeantur* 1. 11. 196

*Superstitiosi cur diuinum numen formident* 1. 11. 196

*Supplicationum & processionum solemnium plura exempla* 4. 15. 845. & 846

*Supplicium vltimum à supplicio supremo vt distinguendum* 1. 13. 238. *Supplicij vltimi appellatione vt sola mors naturalis contineatur* 4. 16. 854

*Supplicia & damnationes vt apud Gallos metiantur* 4. 16. 860. *Summa quæ* 1. 13. 235

*Suum iactare aut negligere vt nemo ita supinus existimetur* 3. 12. 660

*Symphoniarum vis in curandis animis* 1. 5. 59

*Syracusani vt post nobilem de Atheniensibus victoriam, victos persequi noluerint propter religionem diei festi* 4 15. 849

*Syrenum voces quàm periculosæ* 2. 19. 534



Source : BIU Cujas

*Tabellas tres vt Iudicibus dederit Augustus Imp.* 2.16.490. & *seq.*
*Tabulæ dotales & nuptiales vt eædem* 2.18.517
*Tacens dum præsens est, vt non vtique consentiat* 4.14.833
Τάλαντα *apud Græcos quid significet* 4.10.793
*Tamberlanes, vt sit idem qui Temires Græcorum* 1.16.283
*Tarquinius Superbus cur occisus* 1.4.38
*Temeritas in iudiciis stulta & infœlix* 1.4.49
*in Tempore occurrere vt melius & tutius quàm post vulneratam rem remedium quærere* 2.11.451
*Tenuitas præsens vt multò sit leuior quàm æterna paupertas* 4.2.735
*Terra vt in quibusdam regionibus bis in anno fructus producat* 3.4.604
*Terrores superstitione hominibus inferentes qua pœna afficiendi* 1.11.197
*Tertyllianum senatusc. quàm fœminis fauorabile* 1.8.142
*in Tessera frumentaria, vt non corpus, sed quantitas spectetur* 1.16.280
*Testamentum Abrahæ quale* 2.14.476. *Patris vt etiam imperfectum inter liberos sustineatur* 1.15.259. *Solemne & perfectum vt voluntate minùs solemni & imperfecta reuocari de iure non possit* 4.1.719
*Testamentum vt non rumpatur donec in lucem editus sit infans* 3.13.668. *an Testamenti non scripti probatio per testes fieri lege permittente possit* 2.10.421
*de Testamento nuncupatiuo tempore pestis facto* 2.10.421. *in Militari vt etiam scriptura requiratur* 2.10.437
*Testamenta aliena captare aut supponere vt sit genus falsi* 2.10.439. *Nuncupatiua quæ iure ciuili* ibid. *Ea sine scriptis admittere quàm periculosum* 425. & 437. *Parentum vt liberis seruanda* 1.15.161. & *seq. Qua coram rectore parochiæ fiunt, vt valida* 1.3.27



Source : BIU Cujas

*Testamentorum executores, quanta authoritatis* 1.3.31. *Interpretatio vt ex ipsa testãtium mente metienda* 4.17.864. *Iura vt primus Athenis cõstituerit* Solon. 1.15. 263. *Solemnitates vt plures adiectæ consuetudini* Parisiensi 2.1.296. *In iis cur tot solẽnitates potiùs quàm in contractibus requirantur* 2.10.438. *In obsignãdis quæ olim & quæ hodie cautio* 2.10.439. & 440

*Testamentaria voluntas vt sit ad extremum vitæ exitum ambulatoria* 1.15.162

*Testator doloribus oppressus vt vix animo bene composito testatus dicatur* 1.15.258. *Si quid iuratus dixerit, vt sit illi fides adhibenda* 1.3.31. *Si ita scripserit,* Stichum & Pamphilum Titio do lego, si mei erunt cùm moriar, & *Stichus à testatore fuerit alienatus, nihilominùs Pamphilus* Titio *debebitur* 3.13.673. *Testatoris interdictio vt vim legis aut iudicij habeat* 3.14.675. *Testatoris voluntati expressæ vt nihil addi debeat* 4.4.758. *Testatoris voluntas seu dispositio quando sit obligatoria & quando non* 4.4.757. *Vt ipsi parendum* 1.3.25

*Testiculo vno natus, aut qui amisit vt nihilominùs militare & nubere possit* 4.10.809

*an Testis à parte aduersa produci quis possit in ea causa, in qua fuit aut est patronus* 2.19.530. *Vt cogi possit* 544. *Testis testamentarij & eius qui conuentioni inter viuos factæ adhibitus est, quanta sit inris differentia* 4.14.837. *an testi testamentario obesse possit testamentum* 833. *in Testis reiectione vt non sit opus accusatione* 1.14.247

*Testi an præiudicet sua præsentia, dum actui testimonij tantùm gratia interfuit* 4.14.833

*Testes quot requirãtur ad testamẽti probationẽ* 2.10.425. & 427

*Testimonium falsum dicere vt nullo iure impune fuerit* 2.10.432. *Ferre vt cogantur etiam incogniti* 2.19.543. *Patroni in causa clientis quam suspectum* 2.19.532

*Tharasij Patriarchæ electio sub* Imp. *Constantino* 1.7.104

*Theodosius* Imp. *vt Athenaidem Leontij Philosophi filiam vxorem sine dote ob formam duxerit* 3.6.619. *Vt Endoxiam*



Source : BIU Cujas

*nominauerit* ibid.
*Theodoræ dolo corruptæ exemplum* 1.9.156
Θεοδίδακτοι, *vt artis suæ perfectam habeant cognitionem* 1.5.67
*Theologum Grammatico præferendum* 3.3.590 & 592
*Therapeutæ qui* 2.2.320
*Thesauri Diui Laurentij qui fuerint* 2.2.303
*Thesmotheta qui iudices Athenis* 2.16.488
*Tiberius vt confiscationibus addictus* 1.12.214. *Quæ illius fuerit crudelitas aduersùs contumaces* 1.10.186
*Timor fundamentum salutis* 2.7.383. *Vt dicatur primus in orbe Deos fecisse* 1.11.196
*Titulus cur requiratur in ordinatione clerici in presbyterum* 3.2.573. *Vt interpretetur functio & locus certus in Ecclesia ministerio* 3.2.377
*Tradi res vt non videatur, nisi ita tradatur, vt ea liberè vti fruique liceat* 3.10.651
*sine Traditione vt solus partium consensus dominium rei transferre non possit* 3.14.676
*Transferre ad alios, aut hypothecæ pignorísve nexu obligare vt quis non possit rem, quam in suis bonis purè non possidet* 3.14.679
*Trebellianica vt in fauorem hæredis fuerit introducta* 4.17.865
*Tribunalibus cur olim vela prætendi solerent* 1.10.185
*Tributum vt institutum Aureliæ pro viarum commodè instructarum conseruatione* 2.2.339. & *seq.* *Vt Leuitico ordini imponi prohibuerit Artaxerxes* 2.2.334. *Tributa & Vectigalia vt non personis, sed rebus imponenda* 2.2.313
*Turpis vt turpes infamet* 2.17.512
*Tutela liberorum primi matrimonij vt vitricis committi possit* 1.8.143. *vt priuentur viduæ appetentes secundas nuptias* 1.8.136. *Vt officium sit necessarium* 4.14.834. *Tutelam testamentariam suscipere recusans vt à beneficio sibi relictorum in eo testamento priuetur* 1.8.144. *a Tutela vt miles prohibeatur* 1.8.144



Source : BIU Cujas

*Tutor liberorum vt pater vitiis addictus esse non possit* 1. 9. 148.
*Si ad inopiam vergat, vt à tutela possit remoueri, aut ei adiungi curator, qui facultatibus idoneus sit* 4.6.767. *Vt minori non modò quæsitum conseruare, sed & non quæsitum procurare & acquirere teneatur* 3. 12. 662. *Tutori quæ liceant & non liceant* 3.11.657
*Tutorio nomine si quis vel litem moueat, vel negotium aliquod exequatur, vt non possit hoc priuato & proprio nomine sibi nocere* 4.14.834

V

*V Acans beneficium quando dicatur* 3.1.569
*Vacantia bona quæ* 3. 1.567. *Vt in fauorem fisci intelligantur* 569
*Vacationem quæ impediant* 570
*Valens Imp. vt monachos ignauiæ sectatores appellarit* 2. 2.307.
*Valens Imp. vt plurima pietatis intuitu donauerit* 4.2.733
*Valentiniani crudelitas in debitores non soluendo* 2.6.367
*Valere vt non dicatur, nisi quod durat* 1.15.266
*Valoris constituendi circa nummos, vt sit penes Principem authoritas* 1.16.270
*Vandalis vt scorta & adulteria odiosa fuerint* 1.13.238
*Vassallus si cum vxore domini sui concubuit, vt feudo priuetur, non tamen si cum vidua* 1.13.227. *Vt agnati ex illius delicto feudo non priuentur* 3.7.634
*Vectigal magnum parsimonia* 2
*Velle vt non credatur, qui patris vel domini imperio obsequitur* 1.15.267
*vt Venditares nec alienata verè censeatur, quandiu durat redimendi facultas* 3.18.704
*Venditio fiduciaria vt esse possit contractus pigneratitius* 2. 8. 397
*Venditionis puræ & eius quæ adiecto pacto addictionis in diem celebrata est, quanta sit iuris differentia* 3.18.704. *Simulatæ indicium quale* 2.7.398. *aduersus Venditionem extra familiã*



Source : BIU Cujas

*factam vt sit retractus concessus* 3.17.693. *in Venditione casuali vt ante finitam redimendi facultatem nulla peti possint laudimia* 3.18.701. *In conditionali vt pendente conditione neque cessisse neque venisse dies dicatur* 3.18.702. *in Venditionibus vt liceat contrahentibus se inuicem decipere* 1.2.12

*Veneficium vt inter atrociora delicta* 1.6.93. *Veneficij à sacerdote commissi cognitio, an laico iudici competat* 1.6.81

Venia improborum, *vt sæuitia sit & acerba in probos crudelitas* 1.10.180

Venter grauidus, *vt aliquando coronatus & in possessionem regni missus* 3.13.668

Venus dea impudicitiæ *vt nudo & intecto corpore pingatur* 4.10.784. *vt dicta* ουρανία *&* μελαινα 791. *à venereis rebus alieni, vt in eremum & solitudines confugere debeant* 802. *ad venerem quæ excitare soleant* 817

*non Verba, sed mentem spectari volunt leges* 2.13.471

Verborum, ex nunc prout ex tunc, *in contractibus aut instrumentis adiici solitorum quis sit effectus* 2.9.406

Verecundia *vt sit pudicitiæ comes, castitatis custos, insigne mulierum decus & ornamentum* 4.10.781

Veritas *vt sit simplex, & sine fuco* 3.1.562. *vt illius probatio ex litis euentu pendeat* 2.12.461. *Illam occultantes vt quauis ratione damnandi* 2.19.542. *Prodere aut testari recusans vt sit criminis reus* 534

Verrius Flaccus *Grammaticus quanto præmio affectus* 3.3.586

Versum *vt non dicatur, nisi quod durat versum* 3.8.642. & 17.693

Vespasianus *Imp. vt ingenia & artes maximè fouerit* 3.3.587

Vestalis virginis *vbi Romæ incestus deprehendebatur, vt nefastus & infœlix dies ille quo deprehendebatur haberetur* 2.18.522

Vestales virgines *vt Romæ neque vlli succederent intestato, neque eis intestatis quispiam succederet* 4.3.740

Vestalium delinquentium damnatio & pœna 1.6.86

Veteres *vt per varia iurarent* 1.11.195



Source : BIU Cujas

*Vetustas vt aquiparetur legi & naturæ* 4.18.871
*Vi aut metu extortum, vt pro nullo habeatur, & rescindi debeat* 1.2.17
*Viæ publicæ quàm commodè instructæ apud Aurelianenses* 2.3.339
Viarum curatorum munus quale 2.3.342. *Institutiones vt non personarum, sed locorum sint munera* 343. Refectiones *vt publicis sumptibus omniúmque pecunia fieri debeant* 340. Tutelam *vt Diis veteres tribuerent* 2.3.341
*Vibilia dea quæ apud veteres* ibid.
*Vicarij potestas vt morte Episcopi reuocetur* 3.1.560
*Victoria litis vt non semper bonam causam inferat* 568. *Paratæ vt minùs placeat* 2.2.458
*Diui Victoris apud Parisienses monasterio vt multa priuilegia à regibus Galliæ concessa* 2.3.343
*Vidua nubens intra annum luctus, vt puniri debeat* 2.18.526. Pauper *sexagenaria vt Ecclesiasticis sustentetur alimentis* 4.2.737. *Quæ ipso luctus anno impudicè vixit, an priuetur dotalitio seu doario* 1.13.222.240. *Quasi sine dubitate dicta* 230. Secundò nubens *vt memoriam defuncti & charitatem liberorum offendat* 236. *Vt tutela liberorum priuetur* ibid. *Vt vidua honesta defuncti mariti consequatur priuilegia* 237. *Vt ex accusatione hæredum dote vel lucris dotalibus priuari non possit* 227. *Vt si non obstãte prohibitione matrimonij secundo nubat, legata obtineat* 3.8.642. *Vidua dotem repetentis vt multus sit fauor* 4.19.878. *Stuprum vt damnandum* 1.13.238. *Vidua cur festis publicis nuberent* 2.7.390. *Viduarum castitati vt olim varij honorum apices consecrati* 1.8.135. *Continentia vt sit laboriosior quàm aliarum mulierum aut virginum* 2.7.381
*Viduitas in testamento indicta minimè obseruanda* 1.8.139. *Vt laudata* 2.7.394. *Illam stupri procacitate maculare vt lex vetet* 1.13.237. de Viduitate indicta 2.7.397
*à Vigiliarũ cura an immunes magistratus & Iudices* 2.11.442.



Source : BIU Cujas

*à Vigiliis & excubiis vt periculo ingruente nulli immunes sint* 450

*Vigilum præfecti & equites vt inter magistratus ordinarios recensiti* 445

*Vindicari vt possit res à quocunque qui illius præstandæ facultatem habet* 4.9.778

*Vindicta cædis agnati vt non emolumento & adiudicationis pecuniariæ lucro censeri debeat* 3.7.635

*Vir & vxor vt simul contrahere possint* 3.11.654. *Retinens adulteram vxorem post accusationem in iudicio institutam vt crimen lenocinij incurrat* 1.14.243. *Vt pudicitiam in vxore exigere non debeat, nisi eam ipse exhibeat* 1. 13. 230. *Viri cum vxore legitima coitio vt vera sit castitas* 4.10.803

*Virilitatis probationes certissimæ visitatio & congressus* 806

*Virgo immatura vt sit res acerba* 1.9.156. *Quæ sacerdotij castitatem vouit, si nubat, vt dicatur adulterium committere* 2.18. 523. *Si nesciens viro nupserit alieno, vt ex hoc non sit adultera* 526. *Virginis appellationem vt nox maritalis auferat* 799

*Virgines parentibus orbatas connubio locare quàm laudabile* 3. 6.622. *Sine dote cur nubere voluerit Lycurgus* 1.2.10

*Virgines vt prohiberet Cyprianus cum masculis habitare* 2. 2. 332

*Virginitatis dignoscendæ quàm fallax sit indicium in fœminis maximè viripotentibus* 4.10.787. & *seq.*

*Virginitatis votum quàm laudabile* 2.7.380. *Virginitatem cum vxoribus vouentium exempla* 4.10.796

*Virtus vt inter aspera eniteat* 2.7.391. *Vt non recipiat sordidum amatorem* 2.16.494. *Illius neruos incidere, vt nihil aliud sit quàm probitatem & veritatem tollere* 2.19.534

*Vis vt etiam intelligi debeat, si quid contra ius aut legem fiat* 1.2. 17. & c.15.267

*Visitationis quàm incertus in viris & nullus in fœminis effectus* 4.10.789. & 790

*Vitæ terminum vt lex ad tantum vsque annos æstimet* 4.2.737. & 738.

Source : BIU Cujas

& 738. Vt sit incertus terminus in iuuene non minùs quàm in sene 4.2.731
Vitia quæ nobiscum creuerunt vt difficilè recidantur 1.9.146. Remediis vt hodie fortiora 1.7.98. Vt obrepant nobis sub virtutum nomine 1.7.128. Vt progressus suos habeant 2.2.306. Vt sine magistro discantur 1.9.151. Nobiscum vt etiam nascantur ibid. Illorum irritamenta profugienda 2.2.332
Vitricus & priuignus vt inuicem sibi donare non prohibeantur 2.13.463. Vitricorum exempla quibus cõmissa est liberorum primi matrimonij educatio & tutela 1.8.143
Viuendi facultas vt dispar cuique data 4.2.737
Viuentis vt nulla sit hæreditas 3.7.639
Vlciscì iniustè interfectos vt prima sit iustitiæ cura 1.4.43. Vltionis metu vt iniquitas coërceatur 1.13.231
Vniuira mulieres vt laudatæ 2.7.391
de Vno cùm loquutus est testator, vt de pluribus negasse intelligatur 4.4.750
Vniuersitates vt non succedant defunctis ab intestato de iure Gallico 4.3.745
Voluntas coacta vt non sit voluntas 1.15.266. Cum ausu vt in delictis puniatur 1.6.96. & seq. Extrema iudicium vt sit confirmatio & repetita testatoris dispositio 1.15.258. à Voluntate alicuius pendentia vt eius morte finiantur 3.1.558
Voluntates captatorias vt reiici & improbari voluerit Solon 2.13.466. Defunctorum quàm religiosè obseruanda 2.10.422
Voluntatum vltimarum commendatio 1.3.26
Voluptas si libidinosa lasciuia abest, vt legitima esse possit 4.10.801
Vota vt sanctè reddenda 2.18.523
ad Vrbis custodiam vt omnes magistratus & plebeij teneantur 2.11.453. Vrbe capta vt nihil reliqui fiat victis 2.11.446
Vrbes limitaneæ vt maiorem & sollicitiorem curam exigant 2.11.447

Vsucapio

Vsucapio aut longi temporis præscriptio vt contra legatarium & fideicommissarium non procedat 4.18.876
Vsura vt nihil magis aduersetur charitati Christianæ 2.8.395
Vsurarum condemnatio vt non sit capitalis 1.12.215
Vsurariæ præstationis stipulatio illicita vt neque temporis neque rei iudicatæ exceptione tueri & confirmari debeat 4.18.876
Vsurpatio bonorum Ecclesiasticorum vacantium quam illegitima 3.4.599
Vsus assiduus vt ingenium & artem sæpe vincat 2.16.489
Vsusfructus & vsus vt in iure, habitatio verò vt in facto consistat 4.8.776
Vsusfructus vt finiatur per maximam capitis diminutionem 4.16.857
Vsufructus insulæ legato vt extinguatur 4.8.777
Vsufructuarius vt ratione iuris fructus percipere dicatur 3.4.600. & seq. Vsufructuarij vt sint tantum homines suarum facultatum 1.1.3. Vsufructuario vt comparetur clericus beneficij possessor 3.4.597.598
Vtero incluſus quiescens, vt pars viscerum matris existimetur 3.13.668. vt faueri soleat, & in fauorem prolis vt pro nato habeatur 671. in vtero relictus, vt sit intelligendus mortis tempore fuisse 671
Vtilitas sua cuique vt pessimum veri affectus publici venenum 2.11.446. vtilitati publicæ magis quam priuatorum voluntati prospiciendum 2.10.441. vtilitatibus priuatis vt publica anteferendæ 2.11.445
Vulgus vt falli soleat, dum se ditari credit, quoties crescit aurei valor 1.16.285
Vxor beata vt sit malum insolens 2.4.357. Dignitatis nomen, concubina voluptatis 2.17.498. Hæres pudicitiæ pretium 2.7.392. Humanæ & diuinæ rei socia 2.17.502. Quæ ducenda sit ex Aristotelis sententia 4.10.801. Recte morata, vt dotata sit satis 3.11.658. Vt furtum facere non posse dicatur 4.1.718. Vt sit dignitatis non voluptatis nomen 4.10.795. Vt sit socia rei

Source : BIU Cujas

*rei humanæ ac diuinæ domus* 4. 1. 717. *Vt non libidinis causa, sed liberorum procreandorum gratia accipiatur* 4. 10. 805

*Vxoris incapacis institutæ aut substitutæ sese deserentis præmium quod* 1. 3. 24. *Mores quales esse debeant* 2. 17. 508. *Senecæ exemplum* 2. 7. 389

*Vxori annulus vt non ornatus causſa daretur, sed vt obsignarentur eodem annulo quæ domi erant* 2. 17. 504. *Si proprietas legata sit sub hac conditione, Cùm liberos habuerit, vt censeatur proprietas in perpetuum acquisita* 3. 8. 644. *Si quis decem annua legauerit, uxor autem per quinquennium & quatuor menses vixerit, vt integri sexti anni legatum debeatur* 3. 4. 599

*Vxorem à marito probatam & quiescens matrimonium vt non liceat turbare* 1. 14. 255. *Adulterij accusatam vt non liceat recipere* 243. *vt vita societas faciat rerum mariti quodammodo dominam* 2. 12. 460. *in vxorem per donationem collata, an infideicommissi petitionem veniant* 4. 17. 866

*Vxores suas vt amicis communicauerint Socrates & Cato* 1. 7. 102

*Vxorum amantior vt olim se in mariti mortui rogum cremanda præcipitaret* 2. 7. 389

Z.

*Zeleuci Locrensis lex aduersus vinum bibentes* 1. 5. 69

*Zeno Imp. vt confiscationibus addictus* 1. 12. 214

Explicit Index in Annæi Roberti libros IV. Rerum Iudicatarum.

FACULTÉ DE DROIT DE PARIS BIBLIOTHÈQUE

Source : BIU Cujas

Arrest du Mardy 4 Juillet 1612 pour vn nommé [illegible]
marchant de la Ville de Lyon receu au benefice du cessioy contre
La dame de la Guiche a cause de largent a luy prestée par Mar-
noelle de ses deniers contre La Volonté de lad. dame, son tenant
Lne contre Lad. Noelle pourroit empescher Lad. cessioy quelle
surpassant aux droitz dudict Marc auroit pareilz [illegible]
playdant chesneau pour Lapp. de Chemillard pour l'Intime

Arrest du Jeudy 7 Juillet dudict an playdant [illegible] pour
Lappell: de Grey pour L'Intime par Laquelle vne saysie
faicte sur les biens affectez au tiltre sacerdotal fut declaré
Nulle ordonne sauf a L'Intime a se pourvoir sur les
autres biens de Lappellant.

Autre arrest du mesme Jour par lequel vn fief Noble [illegible]
mesme ou douaire [illegible] sur lesd. fiefz. fut declaré
affecté audict douaire pour lequel vne terre qui auroit
esté eschangée a ce fief estoit affectée playdant

Sur vn appel contre d'abus interjetté de l'official de M
Lenesque de Chartres de ce quil ouvroit ordonne que
les marguilliers de la paroisse de St Estienne de la
Ville rendroient Comptes pardevant luy, arrest du
mardy 27 Juillet 1612 playdant [illegible] pour Lapp.
et doublé pour L'Intime pour lequel fut dit mal
et abusivement ordonne que les Comptes se rendroient
pardevant les plus anciens Marguilliers et notables
bourgeois de lad. paroisse, et que l'official
faisant [illegible] sa visite pourroit [illegible]
Comptes aux Champs et ny es Villes

FACULTE DE DROIT DE PARIS BIBLIOTHÈQUE

BIBLIOTHEQUE CUJAS PARIS

Source : BIU Cujas

103.138

ROBERTI
AVRELII